TRACTATUS DE TERRITORIO SEPARATO.

Cum qualitate nullius, seu de Jurisdictione locali, in Spiritualibus.

OPUS


Necessarium Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Prælatis inferioribus, pro Causis dirigendis in Foro Ecclesiastico contentioso.

AUCTORE

JOSEPHO DE PROSPERIS

Patritio Veliterno, & in Romana Curia Advocato.

Cui accedunt plures Sacræ Rotæ Decisiones non antea impressæ.



ROMÆ MDCCXII.

Typis, & Sumptibus Josephi Nicolai de Martiis. Propè Templum Sanctæ Mariæ Pacis.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO PATRI,

E T

DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XI. P.M.

JOSEPH NICOLAUS DE MARTIIS F.

PRIMUM *hoc Volumen de Locali Jurisdictione Typis meis recentissimè editum, cui meliùs, quàm Tibi inscriberem* BEATISSIME PATER, *cujus imperium nè illis quidem limitibus circumscribitur, quibus undique quanta quanta est hæc rerum universitas definitur? Splendido sanè mendacio Pöësis Romanorum olim Imperio Oceanum, Famæ Cœlum termini loco præfixit, putavitque nihil amplum magis, atq; magnificum dici posse, quàm quod communes essent Romæ cum Mundo fines. At quid hæc si cum amplitudine Ditionis Tuæ conferantur? Non modò Terram quà latè patet; sed Inferos, ac Cœlum ipsum tuis habes vocibus obsequentia; tantum enim Tibi fermè obtigit Imperii, quantum ille obtinet, cujus geris vices. Id arbitror in causa est, quamobrem hujusce operis Author, eruditas cæteroquin lucubrationes, ac Tuo planè dignas ingenio, alienis*

Ti-

Tibi offerri manibus pateretur, timuit quippe nè nimis audaciter faceret, qui operi suo tanti Nominis Majestatem tamquam ad commendationem præfigeret. Hoc tamen timore mea me tenuitas, Tua etiam singularis humanitas liberarunt; probè siquidem noveram, faciliorem fore ad Principem aditum, quo humilior esset, qui accedebat; Is enim es, quo Principem neminem Fortunæ suæ, tenuis licèt, & infimæ possit pœnitere, modò ad Te velit accedere. Quod autem Privilegio Tuo me ornaveris, ut hoc ipsum Opus imprimere mihi uni liceret, præterea nemini, quid aliud profectò fuit, quàm spontè currentem, additis quasi calcaribus, incitare, ut tuum Tibi beneficium offerre possem: eo sanè tamquam testimonio morum meorum diligentissimè utar inposterum; quippe qui sciam, ad laudem maximè pertinere Optimi Principis judicium. Neque interest, quod ab alio rogatus illud contuleris, idem, & mihi collaturus, si rogassem; eadem quippe in omnes est Tibi tamquàm in Filios voluntas, quibus semper in promptu est optimi Patris beneficentia.

Quod si anteà non infructuosè, ut spero, operam meam posui in iis libris ære meo conquirendis, evulgandisque, qui Ecclesiasticæ, civilisque disciplinę Studiosis usui essent, curabo pro viribus, ut accessione Patrocinii Tui, mea quoquè crescat industria: eo maximè nomine, ut videas Tuum à Te beneficium non inutiliter collocatum. Cæterùm non est, cur Tuas hic spectatissimas virtutes recenseam, quibus omnium animos Tibi demereris, eæ siquidem præteriri à me honestiùs possunt, quàm ornari pro dignitate, quod etsi præstare cumulatissimè possem, timendum mihi magnoperè esset, nè importuna illarum commemoratione Aurium Tuarum verecundia læderetur; mavis enim Optimus esse, quàm dici. Quod superest, Deum O. M. etiam atque etiam rogo, ut qui castissimum, & sibi simillimum Principem nobis indulsit, muneri etiam suo addat diuturnitatem.

AUTHOR
AD LECTOREM

SCISCITARIS, cur nemini hunc meum, qualiscumque sit liber, inscriptum esse volui? Sed ne mireris! Quisque enim assequendi honoris gratia Patronum quærit; cujus authoritate scripta sua protegenda sperat; sed nec Superbia, nec ulla ambitione mea excæcatur mens; dum hæc, quæ tibi hujus facultatis legalis, offerò legenda, in successivis potiùs recollegi horis; ut otium effugerem, quàm, ut gloriam apud Posteros compararem, dum otia non solùm variant mentem *ex Lucano de bell. civil. lib.* I.

Variam semper dant otia mentem.

Sed etiam corporis virtutem minuunt, & corrumpunt. Juxta illud Ovidii *lib.* I. *de pont.*

Cernis, ut ignavum corrumpunt otia Corpus.

Hac quoque superaddita ratione, quod si malus reperiatur liber, alicujus Principis nomine indignus videbatur, si bonus *Claudian. ait in Panegyric. Consulatus Manlii.*

Ipsa quidem virtus pretium sibi solaque latè
Fortunæ secura nitet, nec fascibus ullis.
Erigitur, plausuve petit clarescere vulgi:
Nil opis esternæ cupiens, nil indige laudis:
Divitiis animosa suis immotaque cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arte.

Quantæ autem existimationis in foro, apud probos, & de Juris prudentia benemerentes sit habendus iste tractatus, nescio; non est tamen nimis rigida Aristarchi Zanna verberandus, cum varia à nostris Juris consultis in hac subjecta materia sparsim typis mandata legantur, à nemine autem, quem viderim ex industria maturè recollecta. Sicque, vel illa sibi digesta proponere curavi, vel si indigesta adhuc reperies, eo quo sublimiori præstas ingenio, ad accuratiùs persequenda aditum volui aperire. Novi enim ingenii mei vires esse perexiguas, sed scio Socratis modestiam adhuc laudari, qui rogatus cur nihil scriptum ederet, respondit, cartam video pretiosiorem, quàm quæ scripturus essem; ac demum idipsum olim apud Ægyptios observatum esse, cum præclara cujusque hominis in artibus vitę necessariis inventa, Sacrarum ædium columnis non antea inscribebantur, quàm si à viris eruditis examinata, probataque essent. Malui tamen Ipse quoque Diogenis exemplo, rude dolium meum sursum, deorsumque volvere, ac otii ignominiam evitare, quàm vitam silentio transigere, edoctus à Satyrico.

Semper ego auditor tantùm? Vale.

CLEMENS PP. XI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. *Cùm Sicut dilectus filius JOSEPHUS NICOLAUS DE MARTIIS Clericus Venusin. Diœcesis Nobis nuper exponi fecit, ipse librum, cui titulus de* Territorio Separato, cum qualitate nullius, seù Jurisditione Locali *in duos Tomos distinctum Authore Josepho Prosperi in Romanâ Curiâ Advocato suâ impensâ imprimi fecerit, seù facere intendat, vereatur autem, ne postquam in lucem prodierit, alii qui ex alieno labore lucrum quærunt, librum hujusmodi in ipsius Josephi Nicolai præjudicium, iterum imprimi curent; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur eumdem Josephum Nicolaum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quâvis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxàt consequen harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Josepho Nicolao, ut decennio proximo à primævâ libri præfati impressione computando durante; dummodò tamen ille prius à dilecto filio Magistro Sacri Palatii Apostolici approbatus sit, nemo tam in Urbe prædictâ, quam in reliquo statu Ecclesiastico mediatè vel immediatæ Nobis subjecto librum prædictum sine speciali dicti Joseph Nicolai, aut ab eo causam habentium licentiâ imprimere, aut ab alio, vel aliis impressum vendere, aut venalem habere possit, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus, inhibentes propterea utriusq; Sexus Christi fidelibus præsertim Librorum Impressoribus, & Bibliopolis sua quingentorum ducatorum auri de Camerâ, & amissionis Librorum, & Typorum omnium pro unâ Cameræ nostræ Apostolicæ, & pro aliâ eidem Josepho Nicolao, ac pro reliquâ tertiis partibus accusatori, & Judici exequenti irremissibiliter applican. & eo ipso absque ulla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto decennio durante, librùm prædictum, seù aliquam ejus partem tam in Urbe quàm in reliquo Statu prædictis sine hujusmodi licentiâ imprimere, aut ab aliis impressum vendere, seu venalem habere, vel proponere quoquomodo audeant, seù præsumant: Mandantes propterea dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seù eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Justitiæ Ministris Provinciarum, Civitatum Terrarum, & locorum status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus eidem Josepho Nicolao, seu ab eo causam habentibus prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes quandocumque ab eodem Josepho Nicolao requisiti fuerint, pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstan. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis statutis, & consuetudinibus etiam juramento confirmatione Apostolicâ; vel quavis firmitate aliâ roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis incontrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresiè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque: Volumus autem, ut præsentium Transumptis etiam in ipso libro impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Sub Annulo Piscatoris Die XXIV. Augusti MDCCXII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.*

F. Oliverius.

IN-

INDEX
ARGUMENTORUM

Quæ in singulis Operis Quæstionibus continentur, pro majori commodo datur.

QUÆ-

IN-

INDEX

Materiarum, quæ in Tractatu continentur, copiosissimus, & ordine alphabetico sub sequentibus Verbis digestus.

A

Abbas.

Absens.

Accessorium.

Actus.

Adminicula.

Administratores.

Altare.

Alternativa

 Cam-

C

Campanile.

Canonici.

Capitulum.

Capitulum Generale.

Cappella.

Cardinales.

Cassinenses.

Castrum.

Causa.

Civi-

Civitas.

Clausula.

Clericus.

Collatio.

Collator.

Collectio, & Collectare.

Collegium.

Concessio.

Concilium Tridentinum.

Concordata.

Concursus.

Confines.

Confraternitas.

Conjecturæ.

Conservatio.

Consuetudo.

Continuatio.

Dignitas.

Dispensatio.

Dispositio.

Domicilium.

Dominium.

Domus.

E

Ecclesia.

Ecclesia Lateranensis.

Edictum.

Effectus.

Electio.

Enunciativa.

Episcopus.

Ab

Æquiparata.

Erectio.

Examinator Synodalis.

Exceptio.

Exemptio, & Exemptus.

Exercitium.

F

Facultas.

Facul-

Favor.

Fratres Servorum.

Fructus.

G

Generalis.

Gradus.

Grangia.

H

Hæres.

Hospitale.

Am-

I

Illatio.

Imago.

Immemorabilis.

Immunitas.

Indulgentiæ.

Institutio.

Intentio.

Interpretatio.

Judex.

L

Lex.

Licentia.

Lis:

Litteræ.

Locus.

M

Manutentio.

Mensuratio.

Men-

Lit-

Origo, & Originarius.

P

Pallium.

Papa, seu Pontifex.

Parochia; & Parochianus.

Parochus.

Pax.

Pontificalia.

Possessio, Possessor; & Possessorium.

Potestas.

Præcedentia.

Prædium.

Prælatus.

Presbyter.

Præscriptio.

secus

Præſtatio.

Præſumptio.

Princeps.

Privilegium.

Probatio.

Proceſſio.

Procuratio.

Protectio.

Provincia.

Q

Qualitas.

Quarta Decimarum.

Quæstuatio.

R

Redditus.

Regnum.

Regula.

Regularis, & Religiosus.

Renunciatio.

Residentia.

S

Scientia.

Sepultura.

Situatio.

Solum Lateranense.

Ver-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſsimo Patri Mag. Sac. Palat. Apoſt.

Dominicus de Zaulis Epiſcopus Theodoſiæ Viceſgerens.

APPROBATIONES.

JUssu Reverendiſſimi P. Magiſtri Sac. Palatii Apoſtolici perlegi Tractatum hunc *De Territorio Separato, cum qualitate nullius*, compoſitum à D. Advocato Joſepho de Proſperis, in Romana Curia collega, atque in ipſomet legalis diſciplinæ exordio condiſcipulo. Opus eſt ſuo Auctore dignum, illudque, inoffenſo pede percurri, nec quicquam obſervavi, quod Fidei dogmatibus, Sacris Canonibus, probiſque moribus adverſetur, & propterea Typis evulgari poſſe cenſeo, ſi ita, eidem Reverendiſſimo P. M. S. P. Apoſt. videbitur, hac die 16. Septempris 1712.

Dominicus Urſaya Juris utriuſque, ac Sacræ Teologiæ Doctor, in Romano Archigymnaſio publicus Profeſſor, & in Romana Curia Advocatus:

QUANTUM Author hujus Tractatus *De Territorio Separato, cum qualitate nullius*, abhorruit à Typis, eò magis, mihi ille viſus eſt dignus, ut in lucem prodiret, ad publicum commodum Profeſſorum Juris prudentiæ. Summaque animi mei voluptate illum perlegi ex Comiſſione Reverendiſſimi P. Magiſti Sac. Palatii Apoſtolici. Cumque in eo ſanam adinvenerim doctrinam conformem Sacris Canonibus, nec bonis moribus repugnantem; Ideo non potui illum non approbare.

Franciſcus Monacelli J. U. D. & Prothon. Apoſtolicus &c.

IMPRIMATUR,

Fr. Gregorius Selleri Ord. Præd. Sac. Palat. Apoſt. Magiſt.

AD

AD TRACTATUM *DE* TERRITORIO SEPARATO.

PROŒMIUM.

Acturus de Territorio Separato consultò prætermitto illius etymologiam, & diffinitionem, primam relinquens Gramaticis, secundam Dyalecticis, qui versantur in Scholis, & solùm applicui mentem in successivis horis ad præordinanda ea, quæ juxta forensem usum didici, ac summo cum labore collegi, toto tempore, quo in Judicandis causis, illisque patrocinandis versatus sum, cùm fungebar munere Adjutoris studii apud Reverendissimum Sac. Rotæ Decanum Virum integerrimum, moribus, ac virtute præclarum, & postquam addictus fui exercitio Advocationis in Romana Curia; Quæ sicuti antiquis temporibus, & quando Roma erat totius penè Orbis triunphatrix, & Domina, ex duplici specie, seu loco constituebatur, uno scilicèt, in quo Sacerdotes res divinas, altero verò in quo Senatus, aliique Magistratus res humanas tractabant, unde Curia illa templum Sanctitatis, amplitudinis mentis, consilii publici caput Orbis, Ara Sociorum, & portus omnium Gentium appellabat ut à *Cicerone in oratione pro Milone*.

Ità cum illa potentissima prophana Romana Curia evanuerit post Imperii translationem in Græciam, postque tot Barbarorum diversarum nationum incursiones; Tamquam per speciem Phænicis ex ejusdem Romanæ gentilitatis cineribus, alia in temporalibus simulque Spiritualibus exorta est Romana Curia, pro Christiana Republica, cujus caput dicitur Summus Pontifex Domini Nostri Jesu Christi unicus, & Supremus Vicarius, habens totum mundum pro Territorio, totumque humanum genus in Spiritualibus, ac in temporalibus habitu subjectum, ut longiori calamo refert, & ponderat *Eminentissimus Card. de Luc. in relatione Romanæ Curiæ disc. 1. per tot.*

Retento itaque eo, qui absque incompatibili usu est practicabilis, duplici concursu formali in eadem persona materiali, ita ut plures in Papa considerari valeant personæ distinctæ, ut prosequitur *Card. de Luc. loco mox supracitato discurs. 2. num. 1.* cum mei Instituti non sit de omnibus Sermonem facere ad duas tantum potestates hoc meum opus restringam; unam scilicèt Spiritualem, alteram temporalem, solumque relativè ad eas complectar forenses controversias, quæ circumscribuntur loco, quatenus unus distinguitur ab alio in omni materia legali, & ideo agemus in hoc primo volumine de Territorio Separato in Spiritualibus, in secundo autem adiuvante Deo de Territorio Separato in Temporalibus, ut practicè sequamur authoritatem Philosophi dicentis *primo Elench.* quod omne Analogum sit prius dividendum, quàm definiendum.

TRACTATUS
DE
TERRITORIO SEPARATO.
QUÆSTIO I.

ARGUMENTUM.

An, cui ex veriori sententia tribuatur totius Orbis divisio in Diœceses, quid sit Diœcesis, & quomodo Territorium Separatum probari dicatur occurrente controversia inter Episcopos, & alios Prælatos inferiores.

SUMMARIUM.

1. *Divisio Ecclesiarum, qualiter à Divo Petro sancita fuerat, ostenditur.*
2. *Prelatorum Ecclesiasticorum gradus ad imitationem Gentilium idem Divus Petrus ordinavit.*
3. *Prælatorum Ecclesiasticorum gradus ad similitudinem Ecclesiæ Triunphantis, seu Cœlestis Hierarchiæ institutos fuisse verior sententia.*
4. *Diœcesum divisio tribuitur Dyonisio Papæ.*
5. *Diœcesis debet habere suos limites distinctos.*
6. *Principes sæculares non possunt constituere Diœcesim, licèt construere valeant Ecclesias Cathedrales in suis Provinciis.*
7. *Principes Sæculares possunt Provinciarum fines, & Territoria Civitatum distinguere, sed per hoc non alterantur limites Diœcesum.*
8. *A finibus Territorii temporalis non valet illatio ad situationem Territorii Ecclesiastici, seù Diœcesis.*
9. *Diœceses distinxit Divus Petrus, & Dyonisius Papa divisit Ecclesias Parochiales juxta modernam opinionem Sac. Rotæ.*
10. *Episcopi habent de jure communi ordinariam jurisdictionem in omnibus locis suæ Diœcesis.*
11. *Episcopus prætendens, aliquam Ecclesiam esse sitam in sua Diœcesi, hoc probare tenetur.*
12. *Ultimus status attenditur circa quæstionem situationis inter Episcopos.*
13. *Papa habet jus minuendi, augendi, & dismembrandi Diœceses.*
14. *Pontifices plures juxta qualitatem temporum erexerunt novas Ecclesias Cathedrales, & alterarunt antiquas Diœceses.*
15. *Pontifex cum causa, vel sine potest ad sui libitum alterare Diœceses etiam invitis Episcopis.*
16. *Controversia inter Episcopum, & Prælatum inferiorum declaratur.*
17. *Prælati inferiores Episcopis habent resistentiam juris.*
18. *Prælatus inferior debet ostendere sub quo Episcopo habet Monasterium, seu Ecclesiam, cum non possit dari locus acephalus sine capite.*
19. *Exemptio nativa non datur, juxta ultimam opinionem Sac. Rotæ, & reprobatur opinio Fagnani.*
20. *Oppidum, seu Castrum dicitur esse in illa Diœcesi, cui magis adhæret.*
21. *Diœcesis, quid sit, explicatur.*
22. *Territorium Sæculare cujusuis Oppidi, seù loci temporalis est quid distinctum à Diœcesi, & non debet confundi cum Territorio Spirituali.*
23. *Diœcesis dicitur, ubi est Episcopus, & Episcopatus.*
24. *Diœceses Episcopatuum non distinguntur cum finibus Dominorum Temporalium.*
25. *Confines Diœcesum probantur per Testes, & Libros antiquos.*
26. *Dominia, seu Regna temporalia, si contingat noviter dividi, non alterantur fines Diœcesum.*

27. *Confines Diœcesum, vel Ecclesiarum Parochialium non possunt præscribi.*
28. *Præscriptio non currit in iis, quæ cohærent limitibus, secus in aliis, quæ non cohærent, & sunt intra Diœceses.*
29. *Episcopus cum titulo, vel ex immemorabili potest præscribere jus Episcopale in Ecclesiis sitis in Diœcesi alterius.*
30. *Dignitas Episcopatus non constituitur in parvis Oppidis.*
31. *Parochi, seu Plebani ponuntur in Castris, seu parvis locis.*
32. *De essentia Civitatis est nec nè necessarium, quod habeat Episcopum, referuntur opiniones contrariæ, & illa veriorum.*
33. *Territorium Separatum dicitur stare de per se; & probari debet.*
34. *Probatio Territorii Separati restringitur ad duas species.*
35. *Præscriptio immemorabilis continet in se meliorem titulum de mundo.*
36. *Probatio Territorii Separati ex Privilegio Apostolico statim admittitur, & datur executio favore Prælati inferioris.*
37. *Præscriptio Immemorabilis requirit rem judicatam per tres sententias conformes pro Territorio Separato.*
38. *Episcopus ob assistentiam Juris manutenendus est in quasi possessione suæ ordinariæ jurisdictionis.*
39. *Episcopo non semper suffragatur simplex Juris assistentia in causa Jurisdictionali.*
40. *Prælato inferiori datur manutentio, quando ipse probat per longam observantiam actus possessorios, & jurisdictionales.*
41. *Centenaria præscriptio habet multoties vim immemorabilis.*

1. IN illis Civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines præerant in Templis, Ritibus Gentilium, Divus Petrus initio Catholicæ nascentis Ecclesiæ Primates, vel Patriarchas poni præcepit. qui reliquorum Episcoporum Causas, & majora, quoties necesse foret, negotia agitarent. In aliis vero Civitatibus, in quibus dudum apud eosdem Gentiles erant Archiflamines, Archiepiscopos institui curavit, in singulis verò reliquis Civitatibus singulos Episcopos ad instar cœterorum Flaminum ordinari mandavit, qui non Primatum, aut Archiepiscoporum nomine, sed Episcoporum tantum vocabulo potirentur; quoniam nec inter ipsos Apostolos per institutio fuit, sed unus omnibus prefuit, ut referunt Clemens Papa in *cap. in illis 80. distinct.* & Anacletus in *cap. 1. 99. distinct.* & tradit *Barbos. de potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 7. num. 1. Rot. in nullius seu Fulden. Jurisdictionis 16. Februar. 1703. §. re autem coram Reverendissimo Molines Decan.*

2. Hinc multi ex nostris Juris consultis arbitrati sunt, ut quemadmodum ad imitationem Gentilium, eorumque Flaminum, & Archiflaminum, Princeps Apostolorum ordinavit gradus Ecclesiasticorum Prælatorum, usque ab exordio nascentis Ecclesiæ, ità ex hac constitutione existimarunt, fuisse tunc temporis inductam divisionem locorum, & assignationem Diœcesum, juxtà antiquam partitionem factam ab illis ethnicis Principibus, ut tenent *Petr. Greg. Syntagm. Jur. lib. 15. cap. 11. num. 1. Idem de Benefic. cap. 4. sub num. 5. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 10. num. 7. Faguan. in cap. nullus 12. 13. & seqq. de Parochiis.*

3. Non defuerunt tamen alii Doctores censentes, prædictos Ecclesiasticorum gradus institutos fuisse ad similitudinem Cœlestis Hierarchiæ, & hoc esse magis pium, & Christianæ Religioni consentaneum, ut sicuti in triunphante Ecclesia sunt Angeli, Archangeli, Throni, & similes; Ità congruentissimo ordine in Ecclesia Militante ordinatū fuit, Officia Sacrorum Ministrorum distingui per Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, cœterosque Clericos, de quibus latè in *cap. 1. distinct. 21.* Unde ipsi explicaverunt authoritatem Clementis, & Anacleti in præcitatis textibus, ita intelligi debere, nimirum Divum Petrum ad abolendam Idolorum memoriam, ác ad fugandas, seu illustrandas gentilitatis tenebras ordinasse, ut in illis locis, in quibus impiè eorum Flamines, & Archiflamines Sacra faciebant, consimilibus ferè nominibus, diverso tamen Sanctoque Sacerdotio, veri Cattholicæ Religionis Præsules per gradus constituerentur, ut eleganter relatis concordantibus explicat *Barbos. de potest. Episc. d. cap. 7. part. 1. tit. 1. ex num. 3. ad 7.*

4. Qui firmat, Diœcesum, & Parochiarum divisionem attribuendam esse Dionysio Papæ pro ut habetur in *cap. 1. 13. quæst. 1.* & in ejus vita refert Platina, hancque opinionem (licèt à pluribus, ut suprā notavi, controversam) esse magis communem, & probabilem, eamque in diversis Causis sequutam fuisse Rotam testatur *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 1. num. 3.* Quod scilicet sub Pontifice Dionysio primo, totus Orbis Terrarum divisus esset in Diœceses, quæ
5. respectivè unicum cujuslibet Ecclesiæ Cathedralis Territorium constituunt complexivum plurium Oppidorum, & Locorum, quorum singula, vel quoad jurisdictionem spiritualem, nec non temporalem, vel quoad jura civica distinctos fines, distinctaque Territoria habent, etiam sub diversis Principatibus, & Ditionibus Sæcularibus.

6. Et quamvis etiam plures Principes layci in suis Provinciis frequentes Ecclesias Cathedrales construxerint, & fundaverint, non est qui existimet, eos quidquam propria authoritate fecisse, veniuntque prorsus reiicienda scripta sub nomine cujusdam Rasis Arabi hanc ipsam Diœcesum partitionem, & assignationem tribuentis Magno Costantino prout recitat *Jo: Moria-*

Mariana de rebus hispaniæ lib. 6. cap. 16. Nàm palam est complures Ecclesias per eum nominatas, aut ab Apostolis ipsis aut ab Apostolorum Discipulis, Episcopos fuisse consequutas, merumque est commentum, & somnium hominis, & Barbari infidelis, ut potiùs mirandum sit ei aliquam fidem à Juris prudentibus adhibitam, sicuti;his pœnè verbis post *Baron.* disserit *Spondan. in ann. 675. num.* 2. & ponderant *Lotter de re Beneffic. d. lib. 1. quæst. 10. 11. Bar-*
7. *bos. de potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 7. nu. 7.* Et consequenter licèt Principes Sæculares diversis temporibus Provinciarum, & Civitatum fines aliter distinxerint, quàm olim essent, inde tamen non fuerunt alterati fines Diœcesum semel per Petrum, illiusque successores assignati, cum tale quid eis vetitum expressè legimus in *Can. 1. distinct.* 10. ubi *Glos. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 10. num.* 14. Ideoque non
8. procedit illatio à situatione, seu finibus Territorii temporalis, ad situationem, finesque Territorii Ecclesiastici *Berò cons.22. num.10. lib. 3. Menoch. cons. 859. num. 3. & 4. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 1. num. 16. de Præmin. disc. 28. sub num. 14. §. & tertium de Regular. disc. 28. num. 3, Rot. decis. 324. num. 10. part. 1. recent.*

Cœterum Sac. Rot. tempore quo adhuc ego fungebar munere adjutoris studii apud Reverendissimum D. meum *Molines* Decanum in illa celebri *Causa* nullius seu Fulden., recedendo ab opinione aliàs tenta,quod partitio Diœcesum fuisset facta à Dionysio Papa, censuit il-
9. lam tribuendam esse Divo Petro Principi Apostolorum, usque ab ipsomet nascentis Ecclesiæ primordio, ex authoritate Canonum Clementis, & *Anacleti* superiùs relatum; atque firmavit, Doctores contrarium sentientes allucinatos fuisse, utpote malè fundatos in Epistola dicti Dionysii, scripta Severo Episcopo, & relata per *Gratian. in cap. Ecclesias singulas 31. quæst. I. in cap. 10. quæst. 3.* Cum juxta sensum Eruditorum prefata Epistola falsò adscribatur dicto Sancto Dionysio Papæ, eamque putridis Isidori mercibus annumerandam esse tradit *Vanespen. Oper. Canon. tom. 1. tit. 3. cap. 4. sub num.* 1. & in omni casu data illius veritate, communior Doctorum sententia est, Dionysium non constituisse limites Diœcesibus, sed Ecclesiis, & Parochiis, ut ex relata ejus Epistola non obscurè desumitur, & preclarè notat ibi *Glos. verb. divisimus*, & probat *Fagnan. in cap. nullus de Parochiis num. 15. Vrtad. de resident. resolut. 9. num. 3. & 4. lib. 1. tom.* 1. Ubi reiicit *Barbos.* contrarium *in loco supra citato* tenentem, & pleniùs tradit *Rosa. de resident. Episc. sect. 14. num.* 18.

Hæc tamen anthinomia opinionum mihi in usibus forensibus, & in controversiis prò tempore contingentibus parum proficua videtur, & solùm Versantibus in scholis, pro meliori eruditione relinquenda, Nàm aut contentio in hac materia Territorii separati (de qua sermonem assumpsi,) versatur inter ipsos met Episco-
10. pos habentes de Jure communi ordinariam jurisdictionem in omnibus locis sitis intrà eorum Diœceses ad *text. in Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. conquerente, cap. cum Episcopus eodem tit. in sexto Gratian. discept. forens. cap. 270. num. 11. Rot. decis. 375. num. 1. pag. 17.* cum aliis allegatis in *Tarraconen. Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. habet coram R. P. D. dell' Olmo*. & tunc. si uter eorum prætendat situa-
11. tionem loci potius in una,quàm in altera Diœcesi, quam probare tenetur tamquam suæ intentionis fundamentum tenet. in *cap. venerabile 7. de Religios. domib. Fagnan. in cap. cum dilectus eod. tit. Rota in Gerunden. Jurisdictionis 13. Junii 1692. §. en qua situationem coram R. P. D. Molines, & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. prebuit coram eodem*; contentio reducitur ad purum factum, deciden-
12 dum juxta ultimum statum, qui est attendendus circa situationem, absque eo quod recurrendum sit ad situationem, seù antiquam divisionem Diœcesum ex adductis per *Card. de Luc. de Præmin. disc. 29. num 6. cum* aliis plœno calamo allegatis per *Rot. coram Priol. decis. 28. num. 12., &* Ratio evidentissima est, quia cum Episcopus non habeat Diœcesim ex se,aut ab alio Inferiori, sed ab ipso summo Pontifice, cui tamquam sucessori in Sede Apostolica com-
13. petit Jus minuendi, & dismenbrandi Diœceses, earumque Territoria, ex speciali ejus privilegio, *Hostien. in cap. cum contingat num. 1. de for. compet. quem* sequuntur *Jo. And. sub. num. 4. vers. aliis dicunt Butr. sub. num. 11. vers. si quæritur Abb. sub num. 18. Lotter. de re Benefic. dict. lib. 1. quæst. 10. num. 17. Barbos. de potest. Episc. pag. 1. tit. 1. cap. 7. sub. num. 7.* Plerumque accidisse traditum est à Doctoribus, Summos Pontifices multorum annorum evolutione
14. ductos non semel novas Ecclesias Cathedrales constituisse,univisse, Diœceses mutasse, & alterasse, per ea quæ latius, examinatâ Pontificis potestate in subiecta materia tradit *Lott. de re benefic. lib. 1. quest. 11. per tot.* & signanter *num. 17. & seq.* ubi an in hoc requiratur Causa, seù consensus Episcopi, cujus Diœcesis dismebra-
15. tur, se hæc omnia facere possunt Pontifices pro eorum libito, & absque causa, & invitis Episcopis, & *num.* 30. ait cavendum esse *d glos. in verbis divisiones in cap. lege imperatorum 20. distict.* quæ provinciavit Papa invito Episcopo non posse dividere Episcopatus præter quam ex Causa,

Aut controversia est inter Episcopum,& alium
16. Prælatum inferiorem, qui cum eo contendat Territorium Separatum, & cum qualitate nullius, nec in causa est alter Episcopus, & tunc sivè amplectamur primam, sivè secundam sentetiam circa divisionem Orbis in Diœceses, effectus idem est contra dictos Prælatos infe-

riores habentes resistentiam Juris communis, &
17. ratio est, quod cum pernecesse dare opporteat illum locum in aliqua Diœcesi, & sub aliquo Episcopo; idcirco quoties Territorii Separati, & cum qualitate nullius concludens probatio non accedit, si pretendat Prælatus inferior, eum non esse sub Episcopo agente, ostendat sub quo sit, cum non possit dari locus acephalus, & nulli Episcopo subiectus, ut expressè Sancitum legitur in *Can. 8. distinct. 93.* ibi *nulla ratione Clerici aut Sacerdotes habendi sunt, qui, sub nullius Episcopi disciplina, & providentia gubernatur, tales enim acephalos idest sine capite prisca consuetudo nuncupavit*, & ibidem tenet *Geminian.* & concordat *Can. 18. quest. 2.* ubi ita determinatur, *quod Abbatibus, qui neque sub Episcopo, neque sub Metropolitano, neque sub Primate, neque sub Patriarcha sunt, nullius prorsùs Episcoporum, Episcopalia qualibet administret cum enim nulli Episcopo omnino subesse profiteantur, consequens est, ut nullus Episcoporum, quæ sua sunt, eis tamquam
18. exraneis largiatur* ex quibus Canonibus Sac. Rota recedendo à Priori resolutione in dicta Celebri Causa *Fulden. Jurisdictionis* capta coram *R. P. D. Tremoille* censuit, non dari exemptionem nativam nempè, locum, qui veluti acephalus originariè in nulla sit Diœcesi, ut latiùs videre est in subsequenti decisione edita 16. *Februarij* 1703. §. *& licèt coram Reverendiss. Molines Decano*, ubi reprobatur *Fagnan.* qui in *cap.*
19. *nullus de Parochiis num.* 10. & 16. asseruit in Provinciarum, & Diœcesum divisione, seù assignatione potuisse contingere, ut quædam loca remanserint omnino extra limites cujusque Diœcesis ut supra Episcopis assignatæ, quodque hoc malè, & sinè fundamento dixerit idem *Fagnan.* optimè more suo ostendit *Card. de Luc. de Jurisdict. dis. 1. num. 4.* ubi affert palpabilem rationem, scilicet quod cum illis primitivæ Ecclesiæ temporibus non haberetur usus exemptorum, & Prælatorum inferiorum, non videtur substentabile, quomodo aliqua loca remanere debuerint acephala, hoc est sine Capite, illique populi sine Episcopo, & sic omnes sine pastore. Proindèquè data in Ecclesiastica Hierarchia uno, vel altero modo ex supradi-
20. ctis, divisione Diœcesum, utique Oppida Castra aliaque loca dicuntur esse in illa Diœcesi cui magis ad hęrent seu ab ejus limitibus circumdantur saltem pro majori parte, præsertim non existente alio Episcopo in Causa, qui contendat situationem ad text. in *cap. cum contingat ubi Abb. num 17. de for. compet. Rot. coram Carill. decis. 126. num. 3. & 4. coram Priol. decis. 338. num. 10. & 11. & decis. 483. num. 3. par. 14. recent.* cum aliis relatis in *Gerunden. Jurisdictionis 5. Martii 1692. §. secundo coram R. P. D. Molines, & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. præbuit coram Eadem.*

21. Remanet nunc examinare, quid sit Diœcesis, & hæc nil aliud est quam Civitas cum Territorio, seù aliud corpus universale, complexuum plurium Oppidorum, & Locorum nulla inter ista data finium discretione, quammuis singula haberent proprios confines, pro eorum Territoriis ad alios effectus Jurisdictio-
22. nis Sæcularis, secus autem quoad Territorium Spirituale, quod non regulatur à singulorum locorum finibus; sed ab illis, qui ipsæ Ecclesiæ Cathedrali in dicta generali divisione, seu alias per Sedem Apostolicam attributi sunt, constituentibus unum, & idem Territorium, ubi Episcopus Jurisdictionem habet in Spiritualibus ad *text. in Clem. unica de supplend. negl. Prælat. Barbos. de potest. Episcopi par. 1. tit. 1. cap. 7. num. 8. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 1. num. 17.* Diœcesis enim dicitur ubi est Episcopus,
23. & Episcopatus, *Can. cum pro utilitate 16. quest. 1. gloss. verb. presbyteri in Clem. 1. de Privileg.*

Præterea Diœceses Episcopatuum non di-
24. stinguntur juxta terminos dominii temporalis, sed plerumque una Diœcesis se extendit intra fines alterius dominii, *glos. verbo Diœcesis in Clement. Romani de elect. Hjeronim. de Mont. de finib. regund. quæst. 75. num. 9. Card. de Luc. de Regul. disc. 28. num. 4. Barbos. de potest. Episcopi par. 1. tit. 1. cap. 7. sub. num. 15.* pro-
25. bantur autem confines Diœcesum per libros antiquos, & per testes ad *text. in cap. cum causam de probat.* cum aliis allegatis per *Mascard. de probat. concl. 398. per tot. Barbos. loco mox ci-*
26. *tato num. 11.* & si contingat Dominia, aut Regna temporalia mutari, & noviter dividi in provincias; Diœcesum fines non sunt immutandi *Barbos. ubi supra Hjeron. de mont. de fin. regud. cap. 75. num. 9.* sicuti etiam fines Diœce-
27. sum, vel Parochiarum de quibus constat, præscribi non possunt, nè confundatur termini Jurisdictionis Ecclesiæ ad *text. in cap. super eo de Paroch. Barbos. ubi supra num. 10. Parlad. rer. quotid. lib. 1. cap. 1. §. 17. num. 3. Hieron. de Mont. de finib. regund. dicto cap. 75. num. 2. & 3.* In hoc autem est animadvertendum se-
28. cundum *glos. in Can. quicumque 16. quæst. 3.* præscriptionem non currere in iis, quæ sunt cohærentia limitibus Parochiarum, & Diœcesum, secus autem in aliis quæ non cohærent sed sunt intra Diœceses cum ista præscribi valeant ex ratione quod uno prohibitio reliquum
29. videtur concessum, Unde unus Episcopus cum titulo, vel si tantum tempus affluxerit, quod non sit memoria in contrarium, poterit Episcopale Jus præscribere in Ecclesiis sitis in Diœcesi alterius ut notat *Abb. in dicto cap. super eo num. 6. de Paroch.* & post eum *Mart. de Jurisdict. pag. 1. cap. 16. num. 1. & 2. Hyeron. de monte loco supra citato num. 5.* qui refert & exemplificat in Episcopo Fesulano, qui in Civitate florentiæ habet Ecclesiam sibi subiectā cum toto illius parochiæ populo, *Barbos. de potest.*

tuſt. Epiſcop. dicta par. 1. tit. 1. cap. 7. ſub. num. 10. & quia de hac controverſia inter Epiſcopum Feſulanum, & Archiepiſcopum florentinum extat docta, ac erudita conſultatio Juris b.m. Advocati Butii, illam poſt præſentem Tractatum per extenſum referre curabo.

30. Nè autem Dignitas Epiſcopatus vileſceret, ſtatuerunt Summi Pontifices quod nec in Oppidis ſeu Caſtellis, nec in Modicis Civitatibus Epiſcopi conſtituerentur ad *Textus expreſſos in can. Epiſc. & can. Illud* 80. *diſtinct.* Cum in dictis Caſtellis, & Modicis Civitatibus ab
31. Epiſcopis ponantur Presbyteri, quos Parochos ſeu Plebanos dicimus, de quorum officio plura tractant *Lelius Zecch. de repub. Eccleſiaſt. cap.* 27. *Petr. Gregor. Syntag. Jur. lib.* 15. *cap.* 24. *Barboſ. de Paroch.*

32. Hinc opportunè quæri poteſt, an ad ſubſtantiam, & eſſe Civitatis requiratur, quod habeat Epiſcopum, & ſuper hac quæſtione duæ adſunt Doctorum opiniones, altera affirmativa, nempe in Terris Chriſtianorum illas ſolas dici Civitates, quæ habent Epiſcopum ex doctrina *Bald. in l. ex hoc jure num.* 12. *ff. de Juſtit.* & de Jure Canonico verum eſſe profitetur *Alciat. in cap.* 1. *de Offic. ordinar. num.* 1. *verſ. aut loquimur*, & de uſu Italiæ teſtatur *Bart. in l. ultim. num.* 3. *verſ. nam in uſu ff. de Colleg. Illicit. Card. Tuſch. practic. Concl. tom.* 1. *litt. C. concluſ.* 280. *num.* 15. *Cened. ad Decretal. collect.* 101. *num.* 1.

Altera negativa, ſcilicet non requiri ad ſubſtantiam, & eſſe Civitatis, quod in ea adſit Epiſcopus, hocque probatur communiter à Doctoribus per *text. in cap.* 1. *de Privileg. nempè Abb. & Dec. ibidem* qui pro hujuſmodi opinione illum textum duppliciter interpretantur, primo dum de majoribus Civitatibus loquitur, utique in modicis ſeu parvis [illegible] ſupponit; ſecundò dum dicit Civitatibus ponendos eſſe Epiſcopos, videtur ſupponere jam antea fuiſſe Civitates, in quibus ponuntur dicti Epiſcopi; tertiò fortius hæc ſecunda opinio probatur ex *text. in can. Epiſc. diſtinct.* 80. dum prohibet nè in Caſtellis, & Modicis Civitatibus Epiſcopi conſtituantur, ſicque apertè convincitur, dari Modicas Civitates, quæ Epiſcopum non habent; quartò evidenti demoſtratur ratione, quia ſi ad eſſe, & ſubſtantiam Civitatis requireretur Epiſcopus, ſequeretur, quod ſi ob delictum, vel aeris intemperiem, aliamve cauſam, Civitas privaretur Epiſcopo, deſineret eſſe Civitas juxta generalem regulam *text. in l. Julianus §. ſi rerū ff. ad exhibendum*.

In hac opinionum contrarietate licèt *Barboſ.* adhibeat diſtinctionem, quam apud ipſum videre poteris in *tract. de poteſtat. Epiſc. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 7. *num.* 18. attamen mihi abſolutè videtur verior ſecunda opinio negativa, quam noviſſimè etiam tenuit *Rot. in Terracinen. Cathedralitatis* 23. *Junii* 1702. *§. expediti coram Reverendiſſimo Molines Dec.* ubi concordantes.

33. Denique erit nunc videndum, quomodò probetur Territorium Separatum, quod dicitur ſtare de perſe tamquam per ſpeciem Diœceſis, quæ nullius appellari ſolet, itaut inferior Prælatus ſub Ordinationum nomine veniat, & in hoc præſuppoſita receptiſſima ac apud Catholicos hodie indubitata opinione ad ſolum Papam pertinere Diœceſes, & Territoria Spiritualia conſtituere, unire, vel ſeparare ex Doctrinis ſupra allegatis, quibus in puncto addi poteſt *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 1. *num.* 11. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 212. *num.* 17. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 912. *num.* 1.

34. Idcirco iſta Territorii Separati qualitas non præſumitur, ſed per allegantem probanda eſt: atque probatio ad duas tantum reſtringitur ſpecies, unam ſcilicet per Privilegium Apoſtolicum clerum, & expreſſum, vel ſaltem ab antiquiſſima pacifica obſervantia ita interpretatum; Alteram per immemorabilem benè probatam juxta requiſita vulgaris *Gloſſæ in cap.*
35. 1. *de præſcript. in* 6. ob ejuſdem immemorabilis virtutem, & operationem, quod ejus vigore allegari poteſt quicumque melior titulo de mundo, ſicque etiam ipſum Privilegium Apoſtolicū ex traditis per *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 1. *num.* 12. *& diſc.* 12. *ſub num.* 14. *§. quare Rot. coram Zarat. deciſ.* 21. *num.* 8. *& deciſ.* 153. *num.* 6. *part.* 11. *& deciſ.* 70. *n.* 28. *& ſeqq. & deciſ.* 334. *num.* 2. *part.* 13. *recent. & in Leodien. Juriſdictionis* 23. *Januarii* 1679. *§. & hinc coram Emerix, & in altera Leodien. ejuſd. titul.* 11. *Aprilis* 1698. *§. Hinc coram Molines Decan.*

36. Cum hac tamen differentia inter unam, & alteram [illegible], quod ubi agitur de prima per Privilegium explicitum, illius executio ſeu obſervantia ſtatim admittitur favore Prælati inferioris, ubi verò concurreret
37. altera per immemorabilem; Iſta exigit canonizationem per tres Sententias conformes, interim vero Epiſcopus habens juris aſſiſtentiam
38. manutenetur in quaſi poſſeſſione exercendi ſuam juriſdictionem ad tradita per *Rot. coram Zarat. dict. deciſ.* 21. *num.* 16. *coram Priol, deciſ.* 295. *num.* 11. *coram Bich. deciſ.* 290. *n.* 29. *& deciſ.* 70. *num.* 65. *par.* 13. *recent. & in dict. Leodien. Juriſdictionis* 11. *Aprilis* 1698. *§. ulterius coram Molines.* Demum eſt reflectendum
39. quod non ſemper aſſiſtentia Juris ſuffragatur Epiſcopo in caſu, quo Cauſa Juriſdictionalis agitaretur in puro poſſeſſorio, & dicta Juris aſſiſtentia careret poſſeſſione, aut redderetur dubia, ut pluribus relatis concordantibus firmavit *Rot. apud Poſth. de manut. deciſ.* 438. *num.* 6. Ideoque licet Prælatus inferior habeat
40. contra ſe Juris reſiſtentiam, ſi ipſe privativè quoad Epiſcopum probaverit longevam poſſeſſionem actuum juriſdictionalium, eidem danda

da est manutẽtio, ex ea optima eatione, quod ob dictam longevam possessionem prçsumitur titulus sufficiens, ut benè prosequitur dicta *derif. 438. num. 14. & decis. 596. nnm. 3. apud eumdem Posth. de Mannt.*

41. Utrum autem centenaria habeat in subjecta materia vim immemorabilis non in ratione præscriptiva, sed potius privilegiativa, seu præsumptiva, ad constituendum Territorium Separatum eum qualitate nullius, *Vide Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 97. ex num. 8. ad fuem* ubi distinguit plures easus, & defendit vim dictæ eentenariæ multoties equipollentis immemorabili.

QUÆSTIO II.

ARGUMENTUM.

Cujus natueæ debeant esse Privilegia Apostolica coneedentia Territorium Separatum, & de distinctione plurium speeierum Prælatorum inferiorum, eorumque exemptione activa, seu passiva ad intelligentiam Peivilegiorum.

SUMMARIUM.

1. *Monaehi, & Regulares olim vivebant sub Episropis.*
2. *Exemptio quotuplex est.*
3. *Clerici Seculares, & Regulares de Jure dieuntnr subjecti Episcopis.*
4. *Privilegii tenor attendendus est, ad effectum exemptionis.*
5. *Exemptio differt à Protectione.*
6. *Protectio non adiirit neque detrahit Territorio, tni toharet jurisdictio.*
7. *Sub Protectione Apostoliea rereptus non dicitur exemptus à Jurisdictione Ordinarli.*
8. *Interpretatio Privilegiorum dependet à formula elausarum.*
9. *Privilegium quidquid expressè non eoncedit, semper in eo prçservata dititur Jurisdictio Ordinaril.*
10. *Prælatus inferior exemptus aliqnoties dicitur habere ordinariam jurisdictionem In loeo exempto.*
11. *Territorium non solvitur per simplicem exemptionem, nec ab eo aufertur jurisdictlo Episropi ordinaria.*
12. *Prælatus exemptus non venit appellatione veri Ordinarii.*
13. *Decreta Sac. Concilii Tridentini qnomodo in hac materia intelligenda sint.*
14. *Jus obedientiale debitnm Episcopo non solvitur per exemptionem.*
15. *Exemptio Regularium respieit ea, quæ ronternunt disciplinam, & regimen claustrale.*
16. *Exemptio non facit ut loca sint extra Diæcesim Episropoum.*
17. *Privilegia exemptiva non extenduntur ad Clerum, & Populum degentem in Castris.*
18. *Privilegia concessa Prælatis inferioribus debent ocnlariter continere Separationem Territorii ad effectnm jurisdictionis activæ, & passivæ.*
19. *Privilegia eoncessa Abbatibus intelliguntur pro indigentia Monatborum.*
20. *Qualitas nullius est, ut locus non sit in Diæcesi, neque de Diæcesi Episcopi.*
21. *Qualitas exemptionis presupponit habitum, ut locus ditatur saltem in Diçcesi.*
22. *Episropns lora exempta potest visitare tamquam Delegatus Apostolicus, & loca nullius visitantur per Episcopum vitiniorem.*
23. *Deeisiones Sae. Rotæ In hac materia declarantur.*
24. *Diçeesis latiùs patet, qnàm Territorium.*
25. *Prælatus inferior eum Territorio Separato non potest appellarl Diçcesanus.*
26. *Privilegium Territoril Separati tribuit Prælato inferiorl jnrisdictionalia tantum. Vide nnm. 27. e 28.*
29. *Prælatns inferior cum Territorio Separato quando veniae appellatione Diçcesani, & de differentia Prælatorum inferiorum, num. 30.*

1. QUamvis in antiquis Canonibus, seu apud peiseos, primosque Canonistas non habemus illas quæstiones, quæ hodiè vel cum Episeopis. & Regularibus, vel cum aliis Eeclesiastieis Cleri Sæeularis, adeò frequenter vigent, cum antiquitùs omnes juxtà divisionem Diœcesum, de qua in præeedenti quæstione, in Catholieo, & Cheistiano ovili, ad instar perfeetarum Oviιm viverent sub proprio Pastore Ordinario Diœcesano, nulla intereedente differentia an essent Monaehi, Anacoretæ. seu Regulares possidentes vel mendieantes, ob non adhuc introductum usum Privilegiorum super illa exemptione, quam hodiè praxis docet, relinquendo locum veritati super quæstione, in qua Claustrales seù Peofessores vitæ regularis adeò insudare solent super illorum origine, & introductione, tamquam diſereta à Clerieis Sæcularibus, ut inquit *Card. de Lur. de Rçgular. disc. 1. sub num. 2. §. quatenus.*

Attamen postquam S. Sedes Apostoliea incepit recipere sub sua, & Divi Petri protectione nonnulla Monasteria Monachorum eas eximendo per Peivilegia ab jurisdictione, & superioritate Episcoporum, quam concessit eorum Abbatibus, qui illa sensim dilatarunt etiam extrà septa Monasteriorum ad ministros inservientes, aliosque Colonos, & etiam in Clerum, & Populum Castrorum, Oppidorum, eœterorumque Locorum, quæ habebant sub proprio dominio; Ideo oceasione controversiarum, quæ privativè quoad omnia Cattholici Orbis Tribunalia, discuti solent in Sac. Rotæ Auditorio, ubi per spatio octo annorum exercui munus adjutoeis studii, ut supra dixi apud Reverendissimum Dominum meum Molines De-

2. canum plura notavi de triplici exemptionis specie locali, personali, & mixta, omissis autem his duabus ultimis speciebus parum congruentibus nostro Tractatui; quatenus attinet ad privilegia percutientia primam speciem, quando videlicet eximitur locus, seu universitas à lege Jurisdictionis, est animadvertendum à Jure communi, neque respectu Sæcularium neque respectu Regularium umquam talem exemptionem fuisse introductam, quod perperam aliqui arbitrati sunt confundentes exemptionem Monachorum a lege Diœcesana (quæ est valde diversa, ut infra videbimus) cum
3. exemptione à lege jurisdictionis inspecto enim Jure communi nedum Clerici Sæculares, sed etiam omnes Regulares subjecti sunt Jurisdictioni Episcopi in iis, quæ sunt extra regulam ad *text. in can. Abbates* 18. *quæst.* 2. *cap. cum personæ de Privileg. in 6. cap. nullus vers. ut Episcopus etiam Sæcularis de elect. in 6. Oldrad. cons.* 274. *num.* 1. *& sæpius dixit Rot. decis.* 157. *num.* 2. *coram Coccin. decis.* 238. *sub num.* 2. *part.* 2. *& decis.* 340. *n.* 1. *part.* 15. *alibiq. passim in voluminibus recentior.*

4. Proindeque hujusmodi exemptio à dicta lege Jurisdictionali prorsus dependet à Jure singulari nempè à Privilegio Apostolico, quod dicitur privata lex, idest à concessione Papæ, cujus favor sicuti non est semper ejusdem rationis erga omnes Privilegiatos; Ità diversæ sunt formæ, secundum quas illa exemptio conceditur, de quibus in *cap. Si Papa de Privileg. in 6.* adeout nihil magis attendendum sit, quàm ipsius Privilegii Apostolici tenor, inquit textus in *cap. Porrò de Privileg.* exquo ad omnes alias materias id pro certo, & tuto axiomate constituunt *Bald. cons.* 207. *num.* 2. *lib.* 2. *Roman. cons.* 33. *n.* 1. *& per tot. Decius. consul.* 193. *n.* 1. *Becc. cons.* 36. *num.* 5. *Surd. cons.* 1. *n.* 31.

5. Quamobrem operæ prætium erit discernere, an Privilegium sonet in exemptionem, vel potiùs in simplicem protectionem, cum hæc nil aliud sit, quàm actus alicujus potentioris, qui imbecilliorem sibi commendatum sub sua umbra suscipit ad *text. in l. pietatis Cod. de suspect. Tutor. Gaill. observat.* 54. *num.* 1. *lib.* 2. *Lotter. de re beefic. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 84. *& seqq.*
6. Quæ protectio si à Sede Apostolica proficiscitur, non solùm non adiicit, vel detrahit Territorio, cui cohæret Jurisdictio *Anchar. in Clem. ne Romani §. sanè num.* 4. *versic. nescio si per verbum., de elect. Hyeronim. de Mont. de finib. regund. cap.* 77. *num.* 1. Verùm etiam nullo modo secum fert aliquod imperium, seù Jurisdictionem, à qua nuda est, ex firmatis per *Gemin. cons.* 81. *num.* 2. *vers. nam raccomandatus Natt. cons.* 636. *num.* 1. & in subjecta nostra materia advertit *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 92. *&* 93. & consequenter, dum Pontifex aliquem recipit sub sua, aut Se-
7. dis Apostolicæ protectione, non censetur illum quovis modo eximere à Juridictione Episcopi, cum qua protectio est compatibilis *cap. ex partè tua de Privileg.* & prosequitur *Lotter. loco mox citato num.* 94.

Rursus est advertendum, an si privilegium excedat terminos simplicis protectionis, implicitè, vel explicitè eximendo, quod ut fieri contingat eà diversitate formarum docent *Ma-*
8. *rian. Socin. in cap. recepimus num.* 8. *& latiùs ex num.* 32. *per tot. de Privileg. Butr. in dicto cap. ex parte tua num.* 2. *eod. tit. Rot. coram Seraph. decis.* 1025. *num.* 3. *&* 5. Compatiuntur siquidem hæc duo inter se, ut scilicet possit in aliquibus concedi exemptio, & in reliquis re-
9. maneat intacta Jurisdictio Ordinarii, & quidquid per Privilegium exemptionis non conceditur, expressè Prælato inferiori exemptorum eorumque loco, non censetur avulsum à Potestate seu Jurisdictione Ordinarii, quæ illæsa, & intacta remanet *Anchar. in repet. cap. postulasti sub num.* 45. *vers. quod probo de for. compet. Franch. in cap.* 2. *§. statuto sub num.* 12. *vers. & ita de costit. Rot. decis.* 324. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* & dictum fuit in Dertusen. Jurisdictionis super gravibus 4. Maii 1697. *§. cum ergo coram R. P. D. Pio, & in Valentina Jurisdictionis* 6. *Aprilis* 1699. *§. & sanè coram Reverendissimo Molines Decan.*

10. Verùm data hypotesi, quod Privilegium eximat à Jurisdictione ordinaria Episcopi, itaut inferior Prælatus exemptorum possit aliqualiter dici Ordinarius, quia verè habeat jurisdictionem ordinariam in loco exempto juxta doctrinam *Abb. in cap. ut famæ sub num.* 6. *vers. item puto de sent. & excomun. Navar. cons.* 9. *n.* 1.
11. *de privil. Lotter. de re benefic. dicto lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 100. Tamen cum indè non solvatur Territorium, Episcopus adhuc remanet Ordinarius de Jure communi, ex ratione, quod à Territorio separat nequit Jurisdictio ordinaria ex supra allegatis; dictusque Prælatus inferior loci exempti dicitur Ordinarius de jure Singulari, & propterea appellatione veri Ornarii nusquam venit hic inferior, præterquam in materia illi æquè adaptabili, sine Episcopi præjudicio, ut ex doctrina *Gloss. in cap.* 3. *in verbo locorum de Offic. ordin. in* 6. *advertit Felyn. in cap. post cessionem num.* 1. *de probat. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 102.
12. Extrà verò hunc casum materiæ adaptabilis, non venit appellatione Ordinarii in aliqua lege, talis Prælatus inferior; Quia legislator considerat qualitatem in subjecto, prout est de Jure communi, non autem prout est de Jure singulari, nisi exprimat, cum illud se scire, istud verò profiteatur ignorare *cap.* 1. *de constit. in* 6. & ad hos terminos reducendum est, quod nimis effusè, & per viam extentionis
13. pronunciarunt aliqui, decreta Sac. Concil. committentia aliquid arbitrio Ordinarii, referenda esse ad hujusmodi quoque Inferiores Præ-

Prælatos habentes Ordinariam jurisdictionem ad tradita per *Paris. de resignat. benefic. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 20. *Cholin. de Jurisdict. Ordin. in exempt. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 10.

14. Cæterum in concursu Ordinarii sic effecti per Privilegium, cum Episcopo, qui est talis de Jure comuni nulla suaptè natura est paritas; nam ultra subjectionem Territorii, & causam naturalem, quam habet Episcopus, ipse adhuc retinet Jus obedientiale, quod nullo modo solvitur per hanc simplicem exemptionem à jurisdictione, ut benè probat *Lotter. de re benefic. dicto lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 104.

Insuper absolutum est apud Doctores, mentem Summorum Pontificum, unam, & constantem ferè semper extitisse solvendi per exemptionum Privilegia Monachos, & Regulares à
15. Jurisdictione ordinaria Episcoporum, quatenùs Regulares sunt, nempè ab illa subjectione, & correctione, quæ ad disciplinam, & regimen Claustrale intra septa Monasteriorum, Conventuum spectat, secùs verò circa alia extra regulam, & proprium Institutum, ut latè firmavit *Rot. decis.* 15. *per tot. part.* 1. *recent.* & reassumpta per sua principia ad alium effectum indagine super statu Regularium ponderavit *Rot. in Firmana Jurisdictionis* 13. *Martii* 1702. §. *planum coram Reverendissimo Molines Decan.*

16. Quapropter sicuti Privilegia, quibus concessa legitur exemptio, quæ non facit, ut loca exempta sint extra Diœcesim, licet non sint de Diœcesi *cap. cum Episcopus ibiq. Gemin. num.* 3. *Franc. in* 2. *notab. de Offic. Ordin. Glos. in Clemen. & ibi Vitalin. num.* 127. *de excess. prælat. Abb. in cap. Apostolicæ num.*3. *de donat. Federic. de sen. cons.* 2. *num.* 4. *cum aliis adductis per Rot. decis.* 324. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Non
17. eximunt loca, & Castra sivè Populum in eis existentem, & consequenter non concludunt per solam exemptionem passivam Territorium Separatum, cum exempti dicantur habere tantùm Jurisdictionem in Personis Regularibus, non autem in locis *cap. per exemptionem ubi Gemin. num.* 5. *Ancher. num.* 3. *de Privileg. in* 6. *Gulielm. de mont. laudunò in Clement. pastoralis num.* 24. *lib.* 1. *& prosequitur Rot. d. decis.* 324. *num.* 6. *part.* 1. *recent. & in dicta nullius seu Fulden. Jurisdictionis* 16. *Februarii* 1703. §. *sed solum coram Molines.*

18. Ità ad effectum, ut Privilegia suffragentur, pro exercitio plænariæ jurisdictionis quasi Episcopalis in Populum, & Clerum Sæcularem, (quicquid sit respectu propriorum Monasteriorum, & degentium in eis) debet à Prælatis inferioribus clarè, & oculariter ostendi, illa fuisse, & esse talis naturæ, seu formæ, ut contineant Separationem Territorii cum mentione Cleri, & Populi, ac omnimoda exclusione Episcopi, taliter quod loca sic separata dici nequeant nec in Diœcesi, nec de Diœcesi, ut tradunt in specie *Gemin. post Jo: de S. Georg. in cap.* 2. *col.* 4. *versic. quæro an inferiores prælat. ibiq. etiam Anchar. sub n.* 10. *de Constit. in* 6. *Fagnan. in cap. cum dilectus de Relig. Domib. num.* 21. *&* 23. *Card. de Luc. de Jurisdict. dicto. disc.* 1. *num.* 12. & hæc fuit semper constans, & uniformis opinio Rotæ; ut videre est in antiqua *Decis.* 207. *num.* 2. *part.* 2. *divers. in media decis.* 340. *num.* 17. *par.* 15. *in moderna in Leodien. Jurisdictionis* 13. *Martii* 1684. §. *in quam Sententiam coram Eminentissimo Card. Caccia, & in altera Leodien. ejusdem tituli* 11. *Aprilis* 1698. §. *neutra coram Reverendissimo Molines Decan. & in Firmana Jurisdictionis* 17. *Maii* 1702. §. *quarto coram eodem, & in dicta Nullius seu Fulden. Jurisdictionis* 16. *Februarii* 1703. §. *sed quid coram eodem*; Ubi latè demostratur, quod etiamsi Privilegia concessa Abbatibus,
19. contineant facultatem eisdem impartitam recipiendi Sacrum Chrisma, oleumque Sanctum à quocumque Antistite, seu Episcopo, illa facultas censetur data pro indigentiis, & servitio Monachorum, aliarumque Personarum in septis Monasterii degentium, sicque nequaquam ex illa infertur ad exemptionem activam, ut plenè dictum quoque fuit in *Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure* 13. *Junii* 1692. §. *prout coram dicto Reverendissimo Molines Dec. & in dicta Firmana Jurisdictionis* 17. *Martii* 1702. §. 7. *coram eodem* in quibus allegantur concordantes, in universum occurrentes omnibus clausulis, per quas non potest fieri illatio ad concludendam Juridictionem quasi Episcopalem, cum qualitate nullius.

Et ratio est, quia implicat in terminis quod aliquis locus sit nullius, & quod sit exemptus, qualitas namque nullius operatur, ut super di-
20. xi, quod non sit in Diœcesi, nec de Diœcesi per ea, quæ etiam probat *Ciarlin. controv. forens. lib* 2. *cap.* 220. *num.* 72. ubi quod ex hac qualitate, quis appellari potest Diœcesanus, & æquiparatur in omnibus, & per omnia veris Episcopis ad latè tradita per *Gratian. discept.*
21. *forens. cap.* 212. *per tot.* qualitas autem exemptionis præsupponit habitum nimirum, quod licèt non sit de Diœcesi, adhuc tamen locus dicitur in Diœcesi ex supra allegatis, quibus addi potest *Rot. decis.* 208. *num.* 3. *part.* 2. *divers.* ubi adducit hoc discrimen fuisse etiam constitutum à *Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 9. cum
22. ibi loca exempta per Episcopum, in cujus Diœcesi sunt tanquam Apostolicæ Sedis delegatum permittat visitari, quæ verò nullius per Viciniorem, & ad explicationem tam dicti *cap.* 9. *sess.* 24. *quam alterius cap.* 10. *sess.* 23. *Concil. Trident.* latè videndus est *Fagnan. in cap. nullus ex num.* 23. cum pluribus sequentibus de Parochiis, & alien. Paroch., cujus tamen doctrina in eo, quod respicit, quod aliqua loca potuerint esse origine nullius Diœcesis semper veluti nulla innixa fundamento, & con-

23. tra

23. tra communem reiicienda eſt in omnibus ſimilibus controverſiis, prout illam rejecit *Sac. Rot. in 2. propoſitione illius celebris Cauſæ Nullius ſeu Fulden. Jurisdictionis*, in qua explicantur omnes textus, quibus malè innititur dictus Fagnanus, non obſtante, quod hujus doctrinam minùs juridicè, & fortaſsè de proprio capite admiſerit extenſor primæ ejuſdem Cauſæ *Deciſionis editæ 28. Junii 1700. coram R. P. D. Tremoille*, immò in tertia propoſitione hujus Cauſæ, diſcuſsâ, iterum materiâ RR. PP. Sacræ Rotæ expreſsè rejecerunt titulum dictæ nativæ Jurisdictionis, quem cumulando allegabat *Reverendiſſimus Abbas Fuldenſis adverſis Reverendiſſimum Epiſcopum Herpipolenſem, ut legere eſt in deciſ. promulgata ſub die 27. Aprilis 1705. §. quod attinet coram dicto Reverendiſſimo Molines Decan.*

Quibus poſitis, cum facillimum ſit æquivocare in ſubjecta materia ob vicinitatem terminorum, adeout multi putaverint idem eſſe Diœceſim, ac Territorium, quando latiùs patet

24. Diœceſis, quàm Territorii ſignificatio, nam quidquid eſt de Epiſcopi Territorio continuò eſt de illius Diœceſi; at non econtrà per ea, quæ latè examinat *Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæſt. 23. ex num. 8. ad 24. & reaſſumit ad rem noſtram quæſt. 24.* ubi Privilegia concedentia ex Apoſtolica authoritate exemptionem Prælatis inferioribus in tres gradus diſtinguit, ut videre eſt *ex num. 89. & ex num. 112. & ex numer. 128.*

25. Idcircò non ſemper, ubi per Sedem Apoſtolicam ui privilegiativa, facta fuit Separatio Territorii cum jurisdictione in Clerum, & Populum favore Prælati inferioris, iſte appellari poteſt Diœceſanus, cum talis appellatio non niſi impropriè illi competat, & in his terminis intelligendi ſunt *Ciarlinus, & Gratianus in locis ſuperius allegatis*; neque ad hunc effectum veræ denominationis, ei opitulatur Jurisdictio quaſi Epiſcopalis, cui ſubſequitur ſolutio Territorii, nàm quaſi Epiſcopalis Jurisdictio ſolutiva Territorii concernit Jurisdictionalia tantùm, nempè res contentioſas, & voluntarias, ſcilicèt quoad primam ſpeciem erectio Tribunalis, quod cum nil aliud ſit, niſi locus, ubi jus dicitur, & ubi Judex ſedet audiendo, & Judicando *l. 1. ff. de Judic. l. Juſpluribus 11. §. alia ſignificat. ff. de Juſtit. & Jur. Franceſ. Epiſc. Barbaſtren. de compet. Jur. inter Curias quæſt. 20. num. 1.* ac in iſtius ſequelam veniat habere Fiſcum, Notarium, Familiam armatam, Carceres, omniaque ea, ſine quibus

27. ſubditi judicari, ac puniri nequeunt; aliàs jurisdictio eſſet inanis, & eluſoria *l. 2. ff. de jurisdict. omn. Judic. l. final. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt. Jurisdict. Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 107. Farinac. in prax. par. 4. quæſt. 114. Cortiad. deciſ. 27. num. 13.* Hinc fit, quod habenti Ordinariam Jurisdictionem in Territorio Separato, quoad forum contentioſum præ dicta omnia veniant in ſequelam, ut benè firmavit *Rot. in Tolentana Jurisdict. 17. Junii 1689. §. præbuit. & §. hinc coram Reverendiſſimo Molines poſt Card. de Luc. de Jurisdict. diſc. 1. juxta impreſſionem Venetam.*

28. Quemamodum etiam reſpectu ſecundæ ſpeciei, ideſt voluntariæ Jurisdictionis, venit facultas convocandi Clerum ad Synodum, viſitandi ſubditos, conferendi Beneficia, concedendi dimiſſorias, diſpenſandi in interſtitiis, & faciendi ſimilia, ut latè explicat *Gratianus ſuperius allegatus dict. cap. 212. per tot. ubi num. 9.* abſolutè firmat, habentem quaſi Epiſcopalem jurisdictionem poſſe appellari Diœceſanum, quod mihi non placet, cum dicta appellatio, ut ſupra notavi, ſumenda ſit impropriè, & abuſivè, non autem propriè, ex ratione quod Privilegium conceſſum inferiori Prælato ſuper omnimoda Jurisdictione activa, & paſſiva in exemptos ſufficit, ut Jus terrendi, & ſubmovendi habeat privativè quoad Epiſcopum, quod non tollit ei Jus Diœceſanum conſiſtens in ſolida adminiſtratione, cujus potiſſima pars pendet ab Ordine Epiſcopali, ut diſtinguendo notat *Card. de Luc. in Miſcell. Eccleſ. diſc. 1. ſub num. 89. Tondut. quæſt. Canon. cap. 60. ſub num. 3. part. 1.* & agnitum etiam fuit in tertia Deciſione edita in dicta celebri Cauſa *Fulden. Jurisdictionis 17. Aprilis 1705. §. ultimo coram Reverendiſſimo Molines*. Et per conſequens in hac materia non eſt recedendum à theorica Abbatis, ut nimirum ſi mandetur, ſeu committatur aliquid, quod pertineat ad officium Judicis, appellatione Diœceſani venit etiam habens omnimodam Jurisdictionem quaſi Epiſcopalem, ex quo in omnibus, & per omnia æquiparetur Ordinario loci exempti; ſi verò mandetur, quod magis pertineat ad poteſtatem ordinis, ſeu ad Officium Epiſcopi, venit dumtaxat Epiſcopus Diœceſanus, ita ille in *cap. Joannes ſub num. 2. verſ. ſed concorda de Teſtam.* Idque pertinet ad interpretationem quamplurimorum Canonum, & ſignanter Sacri Concilii Tridentini ad relata per *Lotter. de re benefic. dict. lib. 1. quæſt. 24. n. 137.* & benè diſtinguit *Fagn. in cap. cum olim num. 7. 8. & 9. de Præſcript.*

30. Denique corollariè ad præſentem quæſtionem non eſt extra propoſitum referre, triplicem dari ſpeciem hujuſmodi Prælatorum inferiorum Sæcularium, vel Regularium, quarum prima eſt frequentior Abbatum, Priorum, Aliorumque Superiorum in ſuis reſpectivè Monaſteriis, Conventibus, vel Domibus Regularibus in Civitate, vel Diœceſi exiſtentibus cum ſimplici tamen exemptione ab Epiſcopo, quod etiam habetur in pleriſque Prælatis, ſeu primis Dignitatibus Eccleſiarum Collegiatarum Sæcularium; Unde extra dictum ambitum Monaſteriorum, & Eccleſiarum jurisdictio eſt ſine Territorio. Dictaque loca tamquam exempta

B dicun-

dicuntur in Diœcesi, sed non de Diœcesi ob exemptionem à lege Diœcesana, quæ in pluribus consistit contradistinctè à lege jurisdictionali, ex traditis per *Lotter. de re benefic. dict. lib. 1. quæst. 24. ex num. 44. ad 45.*

Secunda Prælatorū inferiorū species est illorū habentiū jurisdictionem Spiritualem, etiā in Clerū, & Populum Sæcularem alicujus loci, cum aliqua impropria Territorii distinctione, quantum scilicet respectivè illius loci fines particulares, seu temporales se protendant, adhuc tamen continuantes in Diœcesi, itaut hujusmodi Prælatorum inferiorum jurisdictio compatibilis remaneat cum Episcopo, vel per concursum cumulativum, vel cum aliquorum actuum distinctione ad terminos *text. in cap. auditis de præscriptione ubi latè Fagnan.*

Tertia demum species est illorum Prælatorum inferiorum, qui in uno, vel pluribus locis, aliàs juxta dictam antiquam divisionem in Diœcesi, & sub Episcopo existentibus, plenam ac omnimodam habent jurisdictionem mediante Territorii Separatione, itaut dicantur habere quandam speciem Diœcesis distinctæ, & isti sunt veri loci Ordinarii, atque sub Ordinariorum nomine veniunt; idcoque non subjacent ulli jurisdictioni, quam Sac. Congregat. Concil. Trident., aliæque Apostolicæ Constitutiones delegarunt (non obstantibus exemptionibus) Ordinariis, seu Episcopis locorum, quia ipsi dicuntur verè loci Ordinarii, atque sub Ordinariorum nomine veniunt, de quibus Concil. Trident., & Constitutiones loquuntur, etiam quoad activam jurisdictionem in dictis casibus delegatam supra Prælatos inferiores intra eorum limites existentes per ea, quæ firmavit *Rot. coram Ottobon. decis. 82. per tot.* & relatis his tribus speciebus Prælatorum inferiorum animadvertit *Card. de Luc. de Jurisdict. dict. disc. 1. num. 8. 9. 10.* & meliùs distinguendo in *Miscell. Eccles. discept. 1. num. 89.*

QUÆSTIO III.

ARGUMENTUM.

An Territorium Separatum cum omnimoda Jurisdictione in Clerum, & Populum præscribi valeat ab inferiori Prælato.

SUMMARIUM.

1. *Exemptio activa, & passiva semper proficiscitur à Sede Apostolica.*
2. *Exemptio non est libertas solvens ab omni Jugo.*
3. *Exemptio dividitur, & distinguitur ratione subjecti.*
4. *Territorium quid sit explicatur.*
5. *Territorium non est subjectum essentiale Jurisdictionis.*
6. *Territorium deservit pro limitibus Jurisdictionis.*
7. *Ordinarius quilibet tamquam Judex debet habere Territorium potiùs circumscriptivè quàm subjectivè.*
8. *Jurisdictio ordinaria cohæret Territorio.*
9. *Territorio concesso, dicitur etiam concessa Jurisdictio.*
10. *Jurisdictio cohæret etiam Administrationi.*
11. *Privilegium concedens Abbati Territorium Separatum aufert omnimodam Jurisdictionem ab Episcopo.*
12. *Immemorabilis supponit Privilegium Apostolicum.*
13. *Episcopus habet de Jure semper intentionem fundatam, donec Immemorabilis canonizetur per tres Sententias consonas.*
14. *Immemorabilis probari debet cum suis requisitis.*
15. *Ennunciativæ Episcopi super Territorio Separato non suffragantur.*
16. *Episcopus non potest dare, neque remittere, quod suum non est.*
17. *Facultas concedendi Territorium Separatum non potest esse in alio, quàm in Papa.*
18. *Jurisdictio quasi Episcopalis in aliquibus actibus, & in toto cum Territorio Separato præscribi potest.*
19. *Prælati inferiores possunt præscribere utramque legem Diœcesanam, & Jurisdictionalem cum qualitate nullius.*
20. *Jurisdictio acquiritur per consuetudinem, seu Privilegium.*
21. *In Præscriptione requiritur titulus saltem putativus, & tunc sufficit quadragenaria.*
22. *Titulus putativus unde proficisci debet, declaratur.*
23. *Bona fides nunquam inducitur ex errore juris.*
24. *Titulus potest esse invalidus ex errore facti, & tunc causatur bona fides.*
25. *Ennunciativæ in Bullis Pontificum causant justum titulum præscribendi Jurisdictionem quasi Episcopalem in Prælatis inferioribus.*
26. *Præscriptio nullum operari potest effectum, ut sint duo capita in uno loco.*
27. *Territorium Separatum excludit mostruositatem, quod dentur duo capita in uno loco, & reprobatur doctrina Hostiensis.*
28. *Territoria Separata deberent aboliri, vel submitti Jurisdictioni delegatæ Episcoporum.*
29. *Prælatus inferior deberet ex consuetudine præscribere jurisdictionem cumulativè tantum.*
30. *Jurisdictionis cumulativæ effectus declaratur.*
31. *Præscriptio, ut habeat locum in hac materia Territorii Separati cum qualitate nullius, quid requiritur, & num. 32.*
33. *Episcopus exercens jurisdictionem in una parte Diœcesis, extenditur effectus possessionis quo ad omnes.*
34. *Prælatus inferior debet exercere jurisdictionem sciente, & patiente Episcopo ad effectum præscriptionis.*

35. *Ju-*

35. *Jurisdictio favore Episcopi præservatur in omnibus, docto de exercitio etiam quo ad unicum actum.*

36. *Contradictio Episcopi sufficit, quod sit explicita vel implicita.*

37. *Incorporalia non acquiruntur nisi præstatione aut patientia.*

1. Retento semper eodem themate tractandi in hoc primo volumine de potestate Ecclesiastica in spiritualibus, ex iis, quæ dixi in præcedentibus duabus quæstionibus, satis constat exemptionem activam, & passivam nullam admittere divisionem respectu Causæ efficientis cum perpetuò à S. Sede Apostolica, seu Pontifice in ea sedente profluat, quæ sanè exemptio non est libertas, solvens ab omni ju-
2. go, itaut exemptus dicatur acephalus, hoc est sine capite, sed est subductio ab unius imperio, seu jurisdictione, per subjectionem de eodem factam alteri, nè contingat aliqua membra sine capite constitui contra *text. in cap. cum non liceat 12. de præscript.* & homines fieri tamquam locustas, quæ nullum habent regem, ut ait *Old. consf. 254. sub num. 1.* & notat *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 3.* Neque etiam divisio aliqua fieri valet respectu formæ substantialis, quæ consumitur in hac ipsa subductione, & subjectione juxta *text. in c. si Papa §. si autē Ecclesiæ de privileg. in 6.* & quæ propterea est individua *Bald. in l. si servus num. 3. ff. si quis cautio Dec. consf. 532. num. 5. Mursil. consf. 29. num. 15.* cum aliis per *Becc. consf. 12. num. 36.*
3. Et quamvis summa exemptionum dividatur, & diversificet ratione subjecti, quod bimembre est, scilicet ratione Personarum, & locorum, omissis tamen personis, & perstringendo materiam, ut supra in precedenti quæstione notavi quoad locum, advertendum primariò est, Territorium in dupplici significatione
4. posse usurpari; Primò scilicet strictè, cùm significamus universitatem agrorum tamquam subjectum, in quod jurisdictio exercetur, terrendo, & submovendo personas, ut in *l. pupillus 239. §. territorium de verbor. signif. Rot. decis. 310. num. 16. par. 6. rec.* Latè cum significamus quodlibet subjectum Universitatis, in quam tale exercitium cōpetit, qualitercumq; ea circumscripta sit, & ita sumitur in *l. ultima ff. de jurisdict. omn. Judic.* Sicque latiùs patet Diœcesis, quàm Territorii significatio, nam quidquid est de Territorio Episcopi continuo est de illius Diœcesi, at non econverso, quia Territorium propriè in hac materia sumitur non pro quacumque universitate agrorum intra cujus limites sit, qui jus dicat, sed intra quos sit, qui jus dicat tamquam Magistratus habens jus terrendi, & submovendi, ut explicat *Cujac. in dict. l. pupillus ff. de verbor. signific. Felin. in cap. Rodulfus num. 15. de rescript. Anchar. in cap. postulasti num. 42. versic. 5. hoc facit de for. comp. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 23. num. 9. Boer. decis. 227. num. 13.*
5. Profluit ex his jurisdictionem ordinariam Episcopi posse solvi absque eo, quod solvatur Territorium illius; siquidem Territorium, prout est subjectum, in quod exercetur jurisdictio, non est de essentia jurisdictionis *Bald. in cap. suspicionis sub num. 5. ad finem vers. Territorium de Offic. delegat. Felin. in cap. post cessionem sub num. 1. vers. nec animum ibiq. Aretin. de probat. cum aliis adductis per Petr. Barbos. ad l. cum prætor 12. §. 1. ex num. 45. ff. de Judic.* Sed dicitur de essentia, quatenus deservit pro limitibus, & cancellis ipsius jurisdictionis, & hac ipsa
7. ratione verissimum est, quemlibet Ordinarium habere Territorium, idest circumscriptivè secus verò subjectivè idest sub se, ut egregiè docet *Bald. in l. 1. §. initio num. 7. vers. vel dic. ff. de Offic. præsid. Urb.* Unde *Jason. in l. 1. sub num. 5. vers. in hoc magis placet ff. de Juridict. omnium Judicum*, ait jurisdictionem formalem activè esse in Magistratu jus dicente, passivè in personis subjectis ratione autem situs, seu prædicamento subjecti *Ubi* dici esse in Territorio, quia Territorio terminetur, quæ postrema verba sunt benè ponderanda, dum ipse apertè vult Territorium sumptum pro universitate agrorum, deservire tantùm pro terminatione, idest limitibus, & in hoc sensu accipiendum est, quod plerique in hac materia firmarunt, omnem
8. Jurisdictionem ordinariam cohærere Territorio ex doctrina *Bartol. in l. 1. §. cum urbem num. 9. ff. de offic. Prætor.* adeout Territorio
9. concesso, intelligatur concessa etiam jurisdictio *Brisson. de verbor. significat. verbo Territor. Borell. de Magistrat. cap. 1. num. 105. Mart. de Jurisdict. part. 1. cap. 48. num. 22. Rot. decis. 310. num. 19. part. 6. recent.* Cum de cætero
10. verius sit illam cohærere soli administrationi, ut explicando plures doctrinas observat ad rem nostram *Lotter. de re benefic. dict. lib. 1. quæst. 23. num. 17.* & alia plura vide apud *Boer. dict. decis. 227. per tot.*

His itaque constitutis, præfata nostra quæstio superiùs inscripta procedit sub duplici præsupposito jam stabilito juxtà communem, ac receptam Sac. Rotæ opinionem, primò scilicet quod Territorium non potest acquiri nisi per Privilegium Apostolicum clarè loquens, & faciens separationem à Diœcesi, ubi de Jure communi Episcopus habet intentionem fundatam super omnimoda jurisdictione, non docto de dicto Privilegio, non simpliciter eximente, sed positivè separante certum locum, ac tribuente jurisdictionem quasi Episcopalem Prælato inferiori etiam supra Clerum, & Populum; cum de cætero si existeret hujusmodi Privilegium concedens Abbati, seu altero Prælato inferiori Territorium Separatum, tunc jurisdictio est in totum ab Episcopo adempta *Franc. in cap. 2. §. statutum num. 10. de constitut. in 6.*

in 6. & firmat *Rot. apud Posth. de manut. decis.* 438. *num.* 5. *ubi concordantes*. Altero quod ad id requiratur immemorabilis, de cujus natura est præferre quemcumque meliorem titulum
12. de mundo, sicque involvit idem Privilegium Apostolicum, ex traditis per *Card. de Luc. de jurisdict. disc.* 97. *num.* 9. & 10. ubi benè materiam distinguit respectu dictæ immemorabilis, seù centenariæ præseferentis facultatem allegandi dictum Privilegium Apostolicum, & sentientis naturam præscriptionis, super qua nullus extat Canon tribuens Territorium Separatum. Quæ tamen immemorabilis canonizari debet per tres Sententias conformes constituentes rem judicatam: Interim fundata
13. semper dicitur intentio Episcopi super omnimoda Jurisdictione Ordinaria, ut diximus in Superiori quæstione, & latè videre est apud *Pignatell. consult. Can.* 26. *per tot. tom.* 2. ubi egregiè docet quommodo immemorabilis pro-
14. bari debeat cum suis requisitis præscriptis per *Gloss. in cap.* 1. *de præscript. in* 6.

Itaut nec sufficiant enunciativæ Episcopi super Separatione Territorii favore Prælati
15. inferioris, non solùm quia privativè ad Pontificem pertinet partem à Diœcesi separare ex allegatis in precedenti quæstione, & dixit *Rot. decis.* 220. *num.* 9. & 10. *par.* 9. *recent.* Verum etiam quia Jurisdictio tamquam cohærens ipsi Territorio, tutumque Jus Episcopale pertinet ad Ecclesiam, non autem ad Personam Episco-
16. pi enunciantis; proindeque neque ipse potest dare, vel remittere, id quod suum non est *Jo: And. in cap. cum venerabilis sub num.* 6. & 7. *vers. item absurdum est de Censib.* & cum Jurisdictiones sint Iuris publici *Bald. in cap.* 1. *§. ex*
17. *eadem lege de legib.* impossibile est, ut hujusmodi facultas sit in alio, quam Papa, ut benè animadvertit *Lotter. de re benefic. dict. lib.* 1. *quæst.* 23. *num.* 36. & *quæst.* 24. *num.* 156. *cum seqq.* & *num.* 175. & proindè mihi non placet conclusio firmata in *Marsicen. seu nullius Jurisdictionis super bono Jure* 7. *Junii* 1700. *coram R. P. D. Muto §. Juridicum*; ubi dicitur Territorium Separatum potuisse acquiri cum Jurisdictione quasi Episcopali, ex donationibus factis etiam ab Episcopis ultra Privilegia Apostolica.

Quamobrem sivè quæratur, an Jurisdictio
18. ipsa Episcopalis possit in aliquibus præscribi per inferiorem Prælatum, sivè an valeat præscribi ipsemet status nullius Diœcesis, utroque modo juxta veriorem Doctorum Sententiam affirmativè est respondendum, cum extent textus aperti in *cap. auditis de præscript. cap. cum olim eod. tit. ac utrobiq. gloss.* & *Doctor.* & *cap. cum personæ de Privileg. in* 6. & *nominatim Abb.* & *Innocent. in dict. cap. auditis,* & *Gemin. in cap. statutum §. cum vero de præscript. in* 6. *Gratian. discep. forens. cap.* 212. *Pignatell. consult. Canon.* 116. *n.* 1. *Tondut. resolut. benefic. cap.* 60. *num.* 7. & 8. *part.* 1. *Bellett. disquisit. Cleric. part.* 1. *titul. Jurisdictio §. unico* ubi latè probat, Prælatos inferiores Episcopis posse præscribere contra
19. eosdem exemptionem, ac omnia Jura ad utramque legem, jurisdictionalem nempè, & Diœcesanam pertinentia, & quidem non tantum cumulativè, sed etiam privativè, & tam in parte, quàm in totum, & cum qualitate nullius, ut pluribus cumulatis novissimè firmavit *Rot. in dict. Marsicen. seu nullius Jurisdictionis* 7. *Junii* 1700. *§. quinimo coram R. P. D. Muto in nullius, seu Fulden. Jurisdictionis* 16. *Februarii* 1703. *§. quemadmodum coram Reverendissimo Molines Decano*; & retento etiam hoc motivo præscriptionis melius Sac. Rotæ Auditores illud firmarunt in tertia repropositione, seu discussione Causæ, ut ex *decis. prodita sub die* 27. *Aprilis* 1705. *§. stantibus coram dict. Reverendissimo Decan.*

Æquè enim præscriptio, ac Privilegium dat Ordinarium *Abb. in cap. Grave num.* 7. *vers. item præscript. de Offic. Ordinar.* & duo sunt, quæ
20. jurisdictionem tribuere possunt privilegium, & consuetudo *Pignatell. consult. can.* 116. *n.* 2. *tom. X. Rot. decis.* 577. *num.* 10. & *decis.* 584. *num.* 34. *part.* 5. *recent.*

Verumtamen cum ad effectum, ut intret
21. præscriptio, requiratur titulus saltem putativus, seu coloratus, cum quo sufficit quadragenaria ad perficiendam præscriptionem omnimodæ jurisdictionis quasi Episcopalis, ex firmatis in *dict. nullius, seu Fulden. jurisdictionis* 16. *Februar.* 1703. *§. quemadmodum coram Reverendiss. Decan.* & quoad hoc perstitum fuit *in decisis die* 27. *Aprilis* 1705. *coram eodem*, difficultas est, an suffragetur dictus titulus quo-
22. cumque modo acquisitus, sivè ab habente, sivè à non habente potestatem, & quod non sufficiat titulus, neque dici possit coloratus tamquam non habitus ab eo, qui dare potuit, latè reprobatis contrariis, probat *Lotter. de re benefic. dict. lib.* 1. *quæst.* 24. *ex num.* 165. *ad* 205. Et ratio est, quia titulus minus Justus licèt det causam præscribendi, hoc intelligitur procedere in materia, cui Jus non resistit, non in materia, cujusmodi est hæc, cui Jus resistit, accedente presertim disparitate rationis, quia ubi Jus non resistit, satis est malam fidem abesse, sed in materia, in qua Jus resistit, requiritur positivè
23. bona fides, nec sufficit malam fidem abesse, ea verò bona fides nunquam inducitur ex Juris errore, ut reprobatâ Sententiâ *Jacob. de Aren. docuit Cyn. in l. si quis emptionis §.* 1. *sub num.* 1. *versic. respondeo Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* & latissimè deducit *Felyn. in cap. de quarta num.* 35. & *per tot. de præscript. ubi circa finem versic. secundò considera*, occurrens tacitæ objectioni, subiicit, non refragari, si fortè dicatur, quod prolato justo titulo, non sit opus præscriptione, quia potest esse invalidus ex errore
24. facti, aut etiam Juris non supini, sed probabilis, seu mixti cum facto, ut ponderat *Lotter.* de

de re benefic. dict: lib. 1. quæst. 24. num. 168. & seqq. Rot. coram Coccin. decis. 295. num. 8. Add. ad Greg. decis. 289. sub num. 26. & magistraliter Rot. decis. 120. num. 6. & 7. & per tot. par. 3. recent. Puta si Pontifices in aliquibus Bullis denominaverint Prælatum inferiorem Ordinarium, & Pastorem alicujus loci, ex qua enunciativa resultat justa Causa credendi intervenisse titulum habilem ad præscriptionem, nedum simplicis jurisdictionis quasi Episcopalis, sed etiam cum Territorio Separato, ut prosequitur *Rot. in dict. nullius, seu Fulden. §. sive coram Reverendissimo Decan. & in altera confirmatoria 27. Aprilis* 1705.

Nec huic præscriptioni videtur posse adver-
26. sari id, quod dicit *Hostien. in cap. cum contingat num. 1. de for. compet.* scilicet, ut in eadem Civitate, vel Diœcesi Prælatus inferior nequeat habere Territorium ex consuetudine, nè dentur duo capita in solidum, quod saperet mostruositatem, prout etiam ex hac ratione id ipsum firmavit *Rot. decis. 324. num. 11. par.*
27. *1. recent.* Etenim ultraquod *Hostien. loc. sup. citat. reprobatur. per Abb. in dict. cap. auditis num. 7. de præscript.* Est certum, quod cum Territorium Separatum non sit in Diœcesi nec de Diecesi ex supra firmatis, cessat proindè illa mostruositas duorum capitum in solidum, ex quo corpora sunt divisa, & unumquodque suum caput habet, ut ponderat *Lotter. de re benific. dict. lib. 1. quæst. 24. num. 208. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 12. num. 20.* & melius firmavit *Rot. in dict. Fulden. Jurisdict. in 3. decis. prodita dict. die 27. Aprilis §. siquidem coram Reverendissimo Decan.*

Cæterum cum hujusmodi materia Territorii Separati multum detrahat Jurisdictioni, & Dignitati Episcoporum, qui verè juxtà antiquos Canones, seclusis quibuscumque exemptionibus, habebant plenariam potestatem in dominico grege sibi commisso, sivè illius oves essent in statu Regulari, sivè Sæculari, adeoùt Ego quoque adhærerem opinioni *Card. de Luc.* ut hujusmodi Territoria Separata favore Præ-
28. latorum inferiorum Episcopis, vel penitus abolirentur per ea, quæ præcitatus author recensendo abusus exprimit in *Miscell. Eccles. disc. 1. num. 90.* vel submitterentur Jurisdictioni delegatæ eisdem Episcopis per Sac. Concil. Trident. adinstar aliorum simpliciter exemptorum, & existentium in Diœcesi, ut replicat dictus Author purpuratus in *disc. 97. sub num. 8. de Jurisdict.* id quod, prout ipse ait, spectaret ad Sac. Congreg. ejusdem Concil. Trident. declarare, pro removendis tot controversiis.

Profectò secluso Privilegio Apostolico quatenùs non ostenderetur, aut non concurreret immemorabilis, seu centenaria illud præsupponens, ubi ageretur de sola consuetudine, seu
29. præscriptione, hac cum modificatione vellem habere locum, nimirùm quod Prælatus inferior præscribere posset jurisdictionem quasi Episcopalem, vel cumulativè, vel saltem privativè quoad Episcopum in solo tantum exercitio, itaut semper locus ubi illa exercetur, diceretur in Diœcesi habitu, si non actu, & si
30. diceres, quem effectum operaturus esset iste habitus jurisdictionalis reservatus favore Episcopi, habentis assistentiam Juris communis, responderem, quod multum; Primò quia unum verè caput recognosceretur in Diœcesi; Secundò quod datâ negligentiâ inferioris Prælati in ejus munere, Episcopus ratione jurisdictionis universalis habitualiter retentæ, posset jurisdictionem exercere in dicto Territorio Separato; Tertiò quod, mortuo dicto Prælato inferiori, pariter Episcopus posset suam nativam jurisdictionem exercere; Quartò posset appellari ab ipso Prælato inferiori ad Episcopum, ut omnia magistralitèr docet *Abb. in cap. cum contingat num. 19. de for. compet. quem sequitur Lott. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 107.*

Ut autem procedat præscriptio in hac materia sivè agatur de jurisdictione simplici, sivè de jurisdictione cum Territorio, duo sunt neces-
31. saria, factum videlicet circa usum, & exercitium jurisdictionis, & bona fides ex titulo præambulo, ut inquit *Abb. in dict. cap. auditis n. 23. vers. sed alio*, ibi *quæ sunt jurisdictionis sivè spectant ad legem Diœcesanam sivè ad legem jurisdictionis præscribi possunt (& intellige quod requiritur titulus putativus cum Jus commune resistat, vel tantum tempus de cujus initio memoria hominum non existat) Gratian discept. forens. cap. 918. num. 43.*

Respectu igitur usus, & exercitii non suf-
32. ficit non usus Episcopi, & usus Prælati inferioris præscripsisse, nisi constet de contradictione ab initio, indeque sit decursum legitimum tempus ad præscribendum, etiamsi alias id consisteretur ab immemorabili, ut docet *Innocent. in cap. dilectus sub num. 3. verb. possessorium ibique quoque Hostien. sub num. 1. vers. ex prædictis Jo: And. num. 8. Butr. num. 15. Henric. de Boich. n. 11. Rot. decis. 491. num. 8.*
33. *part. 1. recent.* Eo enim ipso quod Episcopus exercet jurisdictionem in una parte suæ Diœcesis, effectus illius possessionis se extendit ad omnes alias partes propter contiguitatem, & continuationem, ut ajunt præcitatæ authoritates, & explicat *Lotter. de re benefic. dict. lib. 1. quæst. 24. num. 210.* Unde inferior Episcopo,
34. qui usus est in aliqua parte jurisdictione, nihil prorsùs egisse intelligitur, non datâ scientiâ cum acquiescentia ipsius Episcopi, eamdem jurisdictionem in aliis partibus exercentem ad *text. in l. quamvis saltus 46. ff. de acquir. poss. & distinguendo firmatum fuit in Gerunden. Juridict. 5. Martii 1692. §. neque est necesse coram Reverendissimo Molines Decan. & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. prout coram eodem,* ubi

ubi, quod Eipscopo habenti juris assistentiam sufficiat exercitium, seù effectuatio unius ex
35. pluribus actibus jurisdictionis, ut ei præservata dicatur omnimoda, & totalis jurisdictio in sua generalitate *Bald. in cap. quærelam n. 23. de election. Canonistæ in cap. cum Ecclesia sutrina de Caus. possess. & propriet. Rot. coram Bich. decis. 290. num. 31. & decis. 287. num. 3. par. 8. decis. 333. num. 14. par. 13. & decis. 375. num. 7. part. 18. recent.* Adeout si mille actus per Prælatum inferiorum essent gesti ad inducendam præscriptionem, unicus actus contrarius illam interrumpit *Rot. coram Zarat. decis. 21. num. 24. Add. ad Greg. decis. 162. num. 15.* ubi explicat an, & quando actus dicantur facultativi, nec nè.

36. Contradictio verò, quæ in subjecta materia necessaria est, debet esse vel explicita, vel implicita, altero de tribus modis, videlicet aut expulsionis, aut non ammissionis, aut positivæ suspicionis repulsæ juxta *Theoric. Innoc. in cap. conquerente num. 3. de Offic. Ordin. Lotter. de re benefic. dict. lib. 1. quæst. 24. n. 212.* ubi affert rationem, quod Incorporalia non ac-
37. quiruntur, nisi prestatione, aut patientiâ, ut inquit *Bald. in dict. cap. quærelam num. 7. de elect.* à qua patientia licèt absit voluntas, non tamen abest electio, & tolerantia *Felin. in cap. cum contingat sub num. 6. vers. ratio quia patientia de for. compet. aliaque plura vide apud Lotter. de re benefic. dict. lib. 1. quæst. 24. ex num. 214. ad 231.*

QUÆSTIO IV.

ARGUMENTUM.

An Episcopus præscribere valeat contra Prælatum inferiorem plenariè exemptum cum Territorio Separato; & quomodo.

SUMMARIUM.

1. *De differentia inter Prælatos inferiores habentes Territorium Separatum per veritatem, & alios habentes per fictam intelligentiam.*
2. *Jurisdictio an possit dari sinè Territorio.*
3. *Jurisdictio tàm ordinaria, quàm delegata potest stare absque Territorio ad universalitatem causarum.*
4. *Prælati inferiores cum qualitate nullius per veritatem non distinguntur ab Episcopis nisi solo nomine, seclusa potestate ordinis.*
5. *Prælatus inferior habens jurisdictionem potest renunciare favori suo, & prorogare jurisdictionem Episcopi.*
6. *Contrarium probatur ex doctrina Abbatis.*
7. *Differentia exemptionis procedentis ab Episcopo, & à Papa.*
8. *Facultas eximendi est de reservatis Pontifici.*
9. *Jus Episcopale pertinet ad Ecclesiam Cathedralem, sicque non potest remitti ab Episcopo.*
10. *Illatio non valet ab exemptione ad subjectionem.*
11. *Jurisdictio quando sit prorogabilis, & n. 12. 13.*
14. *Præscriptio nulla datur contra Pontificem eximentem.*
15. *Favore Episcopi præscribentis sufficit cursus decennis.*
16. *Contrarium asserunt aliqui Doctores.*
17. *Ad tollendam præscriptionem quadragenariam completam requiritur similis consuetudo contraria.*
18. *Termini jurisdictionis non debent confundi.*
19. *Æquiparatorum eadem est disciplina.*
20. *Præscriptio locum habet in iis, quæ sunt intra Diœcesim, seu Parochiam.*

PRo majori hujus quæstionis dilucidatione præmitto, eam posse considerari in duplici statu, primò quoad illos Prælatos inferiores habentes quidem Privilegia exemptiva, quæ
1. supponunt locum exemptum adhuc esse in Diœcesi, sed ob illorum nimiam amplitudinem multi ex nostris Jurisconsultis adhibitâ intellectuali subtilitate affirmant in illis contineri quamdam impropriam Territorii Separationem per speciem nullius per ea, quæ animadvertit distinguendo *Card. de Luc. de jurisdict. disc. 18. num. 7. & in Miscell. Ecclesiast. disc. 1. num. 18. & 99. & dixit Rot. decis. 373. num. 21. & seqq.*
2. *par. 11. recent.* Forsitan ad evitandam quæstionem an possit dari jurisdictio absque Territorio, quod videtur negare *Franc. in cap. cum causam 63. num. 28. de appellat. Surd. cons. 437. num. 18. lib. 3. Mantic. de Tacit. & ambig. lib. 22.*
3. *tit. 20. num. 6.* Cum alioquin ex veriori, & magis recepta opinione possit dari dicta jurisdictio tàm ordinaria, quàm delegata ad universitatem causarum, & personarum, etiam absque Territorio, ut pluribus relatis tradit in subjecta materia *Gratian. discept. forens. cap. 818. num. 58.* quem sequitur *Card. de Luc. de jurisdict. disc. 20. num. 20. ibiq. concordantes.*

Secundò respectu illorum inferiorum Præ-
4. latorum, qui seclusâ potestate ordinis, non nisi solo nomine distinguntur ab Episcopis, cum quibus habent Territorium per veritatem Separatum certis limitibus, ad instar veræ Diœcesis, adeout illi dicantur Diœcesani non solum quoad jurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam supra Clerum, & Populum eis subjectum in Castris, Oppidis, & similibus; sed etiam quoad delegatam supra alios inferiores Prælatos, qui in dicto Territorio, in omnibus Diœcesi æquiparato, existant, prout in præcedenti quæstione notavimus, & animadvertit *Card. de Luc. Miscellan. Eccles. disc. 1. num. 4.*

His præmissis, quod pertinet ad articulum, seu quæstionem, circa facultatem Episcopi in præscribendo contrà exemptum per exercitium
5. suæ ordinariæ jurisdictionis *Federic. de Sen. cons.*

conf. 14. *num.* 5. consuluit, posse exemptum renunciare favori suo, & prorogare jurisdictionem Episcopi; Illius tamen Sententiam
6. contemnat, ac ejus argumenta confutat *Abb. in cap. significasti num.* 10. & 11. *de for. compet. ibiq. Socin. num.* 42. cum aliis congestis per *Hieron. Cened. canon. quæst.* 26. *sub num.* 9. ubi ipse distinguit inter exemptionem proceden-
7. tem ab ipso Episcopo concessam Prælato inferiori, & procedentem à Papa, vultque in illa affirmativam Sententiam procedere, in hac verò negativam, quæ distinctio manifestè confunditur, sivè soli autoritati innitamur, ex quo loquitur in terminis Feder. exēptionis procedētis à Papa, & cum eodem præsupposito illum reprehendit Abbas, sivè innitamur rationi, cum *Lott. de re benefic. in quæst.* 23. *per tot. & in quæst.* 24. *ex n.* 171. *lib.* 1. latè ostendit, nullo modo exemptionē concessam ab Episcopo posse substineri, tùm quia facultas eximendi est de specialiter summo Pontifici reservatis *Jo: And. & post eum Abb. in cap. cum venerabilis num.* 4. *de cens. Franc. post Glos. in cap.* 1. *verbo exemptionis de privileg. in* 6. *Mandos. de signat. Grat. §. exemptiones ab Episcopis*: tùm quia jurisdictio, totum-
9. que Jus Episcopale pertinet ad Ecclesiam Cathedralem, non autem ad Personam Episcopi, qui proinde non potest dare, vel remittere id, quod suum non est *Jo: And. in dict. cap. cum venerabilis sub num.* 7. *de cens. Barbos. de potest. Episcopi part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 7. *sub num.* 7.

10. Hinc duo sunt distinguendi casus, qui diversimodè possunt in exemptione contingere, sivè illa procedat à Papa, sivè ex legis permissione in limine fundationis; prior est quando, vel Papa, vel lex, ex fundationis præscripto, ita eximit, ut locum, vel personas exemptas judicio ipsius Papæ immediatè non reservaverit, sed alium inferiorem Judicem ei dederit, vel conservatorem deputaverit, cum non valeat illatio ab exemptione ad subjectionem immediatam ipsi Papæ *Lotter. de re benefic. dict. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 234. ubi inquit in tali casu procedere opinionem *Fed. de Sen. dict. cons.* 14. ut
11. scilicet Jurisdictio Episcopi prorsus sit prorogabilis non obstante Pontificis privilegio, super exemptione, idque favore ordinariæ, & naturalis jurisdictionis, ad quam facilis est reditus, & ita in his terminis Federicum sequutus est *Felin. in cap. cum omnes sub num.* 8. *vers.* 4. *probatur, & in cap. cum accessissent sub num.* 6. *vers. ad idem de constitut. & Iason. l. si unus §. pactus ne peteret ff. de pact.*

Nihil enim est, quin subjectus ex jure speciali alicui Prælato inferiori Episcopo, possit prorogare jurisdictionem ipsius Episcopi sine consensu, vel scientiā illius, cui talis jurisdictio jure speciali competit, ut plenè consuluit *Abb. cons.* 25. *sub num.* 1. *part.* 1. *Dec. in cap.* 1. *in prim. lectura num.* 85. *de Iudic. Rot. coram Seraph. decis.* 595. *num.* 7. Sed hoc ego intelligerem respectu illius momentanei actus, ac præjudicii ipsius prorogantis, unde non afficeret successores *Ferret. cons.* 102. *num.* 18. *vers. secus, si tractatur, Seraph. dict. decis.* 595. *vers. & hoc quando non redundat.*

Alter casus est quando quis immediatè per Privilegium exemptionis subiicitur Papæ, ut ipse solus censeatur Judex, & Diœcesanus exempti juxta regulam, quam ponit *Glos. in cap. authoritate, verbo Sedis Apostolicæ de privileg. in*
13. 6. *Gemin. cons.* 83. *num.* 8. & in hoc sanè casu dicendum est, Episcopum non posse aliquo modo præscribere jurisdictionem supra exemptos, illamque non esse prorogabilem ob implicitum præjudicium Sedis Apostolicæ ad *text. in cap.* 2. *§. nos igitur de restit. in integr. cap. cum tempore de Arbitr.* & ita procedunt, quæ scribit *Abb. in cap. significasti num.* 10. & 11. *de for. compet. Hieron. Cenod. can. quæst.* 26. *sub num.* 9. cum aliis allegatis per *Lotter. de re benefic. dict. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 239. *Rot. apud Crescent. decis. ultim. de for. compet. Ricc. decis.* 163. *n.* 6.
14. *part.* 1. & ratio est, quia respectu Papæ eximentis nulla datur præscriptio *Glos. in cap. dilectus verbo generetur de Cappell. Monach.* Hincque exemptum semper posse tueri contra objectam præscriptionem, dicendo non esse completam contra Papam, & sic allegando Jus tertii, ut concludit *Abb. in cap. ad audientiam sub. n.* 12. *vers. in contrarium de præscript.* & eum sequitur *Felin.* qui ait hanc opinionem tamquam novam esse benè notandam sub *num.* 17. Idemque repetit in *cap. cum olim sub num.* 3. *eod. titul. Cened. dict. quæst.* 26. *num.* 9. & Lott. *de re benefic. dict. quæst.* 24. *num.* 245. & *seqq.* ubi plura alia adducit distinguendo in Episcopo ordinariam, & delegatam potestatem.

Et quamvis in præcedenti quæstione dixi ultra immemorabilē secumferentem præsumptionem Privilegii Apostolici, posse etiam præscribi à Prælato inferiori, omnimodam Jurisdictionem quasi Episcopalem cum qualitate Territorii Separati etiam cum sola quadragenaria, prævio tamen titulo putativo: Attamen hic non
15. prætermitto adnotare, quod favore Episcopi, multi existimaverint sufficere præscriptionem decennii ad tollendam dictam quadragenariam, ex ratione quod sit reductio ad primævum statum propter Juris Civilis assistentiam militantem pro Episcopo, ut refert *Gratian. discept. for. cap.* 918. *num.* 45. & notat *Gonzal. ad regul.* 8. *glos.* 7. *num.* 9. *ad* 14.

Cœterum opinio illorum dicentium favore
16. Episcopi, sufficere cursum decennii ad destruendam quadragenariam præscriptionem completam favore Prælati inferioris non transit sine difficultate, ut animadvertit *Gonzal. loco mox citato num.* 15. ubi adducit rationem, quod res eodem modo, quo nascitur, dissolvi debet ad *text. in l. nihil est tam naturale ff. de reg. jur. cap.* 1. *eodem tit.* Item quia si præscriptio quadragin-

ginta annorum; est jam completa, & radicata, ipsa facit Jus, itaut agitur econtrà de auferendo jure quæsito, quod æquipollet jure communi, dictaque præscriptio, seu consuetudo completa non tollitur, licet bis aut semel fiat contrarium, & ideo requiritur ad tollendam præ-
17. scriptionem, seu consuetudinem completam, contraria præscriptio, vel consuetudo ejusdem temporis, ut punctualiter docet *Abb. in cap. auditis num.* 11. *de præscript.* & prosequitur ex authoritate Rotæ, ac distinguendo plures casus doctè *Gonzal. ad reg. cancell. dict. Glos.* 7. *n.* 25. *&* 26.

Ubi verò versamur in terminis Prælati inferioris habentis Privilegium Apostolicum clarum, & designans Territorium Separatum certis limitibus adinstar veræ Diœcesis, cum Clero, & Populo, est certum, quod sicuti fines Diœcesum, vel Parochiarum, de quibus constat, præscribi nequeunt, nè confundantur termi-
18. ni Jurisdictionis *per text. in cap. super eo de Paroch. Parlad. rer. quotid. cap.* 1. §. 17. *num.* 3. *Hieron. à monte de finib. regun. cap.* 75. *num.* 3. *& cap.* 107. *num.* 2. *Mart. de Jurisdict. par.* 1. *cap.* 16. *num.* 1. *Barbos. de potest. Episcopi par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. Ita etiam præscribi
19. non possunt limites Territorii Separati æqviparati Diœcesi ex vulgato juris axiomate, quod æquiparatorum eadem est dispositio *l.* 1. *ff. de legat.* 1. *gloss. in l. si quis servo Cod. de furt. Rom. cons.* 129. *cum aliis adductis per Barbos. tract. var. axiom.* 14. *num.* 1. si vero dicti limites non sunt certi, præscribuntur spatio 30. annorum *cap.* 1. *cum seqq.* 12. *quest.* 3. *Barbos. de potest. Episcopi dict. cap.* 7. *sub num.* 10.

Est tamen animadvertendum, quod ea, quæ
20. non cohærent limitibus, sed sunt intra Diœcesum, & Parochiarum fines, possunt præscribi ut explicando docet *Abb. in dict. cap. super eo de Paroch. num* 6. *quem sequitur Hjeron. à Mont. de finib. regund. dict. cap.* 75. *num.* 4. *ubi* quod unus Episcopus cum titulo, vel si tantum tempus effluxerit, quod non sit in contrarium memoria, poterit Jus Episcopale præscribere super Ecclesiis sitis in alterius Diœcesi, & adducit exemplum Episcopi Fesulani, qui in Diœcesi seu Civitate Florentiæ habet Ecclesiam sibi subjectam cum toto illius Parochiæ Pòpulo, sicque salvis remanentibus limitibus certa pars Diœcesis præscribi poterit. Immo si Episcopus locum alterius Diœcesis convertat ad unionem fidei Cattolicæ, illum præscribit spatio trium annorum, nisi intra hunc terminum repetatur *cap.* 1. *de Præscript. Bald. eod. titul.* 1. *par. quest.* 1. *Barbos. de potest. Episcopi dict. par.* 1. *tit.* 1. *cap.* 7. *sub num.* 10. aliaque plura vide apud *Hieron. de Monte de fin. reg. dict. cap.* 75. *ex num.* 6. *ad finem.*

QUÆSTIO V.

ARGUMENTUM.

An, & quæ pertineant ad inferiores Prælatos exemptos cum omnimoda Jurisdictione quasi Episcopali, & cum Territorio Separato, & qualitate nullius.

SUMMARIUM.

1. *Prælati inferiores habentes Territorium Separatum dicuntur veri Ordinarii etiam in materia nova, & præjudiciali.*
2. *Concesso antecedenti dicitur concessum consequens.*
3. *Quod libet causatum regulari debet à sua Causa.*
4. *Causa limitata limitatum producit effectum.*
5. *Nulla differentia est inter Prælatos habentes Territorium Separatum, quocumq. nomine appellentur.*
6. *Jus Episcopale consistit in potestate ordinis, in Jurisdictione, & in dignitate.*
7. *Potestas ordinis non potest convenire Prælatis inferioribus habentibus Territorium Separatum.*
8. *Prælati inferiores acquirere possunt ea, quæ sunt dignitatis Episcopalis non solum privilegio sed etiam præscriptione.*
9. *Jus Episcopale contineri inter utramq. legem Diœcesanam, & Jurisdictionalem nonnulli voluerunt.*
10. *Privilegia consistere valent in dicta lege Diœcesana, & Iurisdictionali.*
11. *Differentia, quæ intercedit inter unam, & alteram legem, nempè Diœcesanam, & Iurisdictionalem.*
12. *Lex Diœcesana, & Lex Iurisdictionalis quæ comprehendit.*
13. *Synodus Diœcesana congregari debet quolibet anno.*
14. *Synodus Diœcesana potest congregari à Prælatis inferioribus habentibus Territorium Separatum.*
15. *Congregatio Synodi Diœcesanæ pertinet ad potestatem Iurisdictionis.*
16. *Concursus ad Ecclesias Parrochiales expleri debet coram Examinatoribus Synodalibus.*
17. *Prælatus habens jura quasi Episcopalia, aliquando venit appellatione Episcopi.*
18. *Prælatus inferior an teneatur sequi consilium sui Cleri, seu Capituli.*
19. *Prælati inferiores cum Territorio Separato fruuntur jure magistratus, sub quo plura continentur.*
20. *Prælati inferiores possunt excommunicare.*
21. *Diœcesis nomen non significat Territorium, sed potius sonat in administrationem.*
22. *Administratores Principis Diœcetæ appellabantur.*
23. *Prælati inferiores cum qualitate nullius plura possunt*

possunt suscipere à quolibet Episcopo sibi bene viso, & habent jus proibendi in suo Territorio.

24. Collatio Beneficiorum, & Ius instituendi ad Beneficia jurispatronatus pertinet ad Prælatos inferiores cum Territorio Separato.

25. Electio Parochorum per concursum pertinet pariter ad illos

26. In Parochiis existentibus in Territorio Separato non potest se ingerere Episcopus.

27. Modus providendi Parochialibus Ecclesiis etiam ex censura Sac. Concilii Tridentini spectat ad Prælatos habentes Territorium Separatum.

28. Alii autem Prælati inferiores non habent tale jus.

29. Prælati inferiores cum Iurisdictione quasi Episcopali possunt habere studia, & lectiones Sac. Scripturæ, ac retinere Seminarium Puerorum.

30. Possunt tamquam veri Ordinarii, & Diœcesani visitare.

31. Ius visitandi potest acquiri etiam consuetudine.

32. Differentia circa modum visitandi inter hos Prælatos inferiores.

33. Iurisdictio per Sac. Concilium delegata Episcopis, intelligitur dumtaxat contrà simpliciter exemptos, non autem in Territorio Separato.

34. Prælatus inferior cum Territorio Separato potest uti eádem jurisdictione delegatâ contra exemptos existentes in dicto Territtorio.

35. Potest demandare executioni ultimam piam voluntatem Testatoris ad instar Episcopi.

36. Cognitio Causarum Criminalium, & Matrimonialium pertinet ad Prælatos cum Territorio Separato, secus aliis inferioribus.

37. Abbates de jure antiquo poterant conferre quatuor minores ordines suis subditis.

38. Hodiè autem non possunt facere talem collationem.

39. Abbates verò cum Territorio Separato, & habentes Iurisdictionem quasi Episcopalem non comprehenduntur sub probibitione Concilii super dictis ordinibus, & referuntur Doctrinæ num. 40.

41. Materia ordinum regulatur ex resolutionibus Sac. Congregationis Concilii ab observantia.

42. Litteræ dimissoriales pro suscipiendis ordinibus possunt dari à Prælatis habentibus Territorium Separatum respectu suorum subditorum.

43. Quid circa dispensationem Interstitiorum.

44. Abbates jure privilegiativo possunt uti insigniis Pontificalibus.

45. Privilegia Apostolica sunt attendenda circa usum Pontificalium concessum Abbatibus inferioribus.

46. Usus Pontificalium potest etiam acquiri consuetudine, & præscriptione.

47. Potestas benedicendi Populum competit ratione ordinis, non Iurisdictionis. Contrarium num. 51.

48. Differentia circa modum benedicendi ostenditur.

49. Episcopus solus potest benedicere solemniter.

50. Facultas benedicendi solemniter competit etiam Prælatis inferioribus cum qualitate nullius, & habentes jura quasi Episcopalia.

52. Collatio Beneficiorum non pertinet ad legem Iurisdictionis.

53. Prælati inferiores æquiparantur Episcopis in Iurisdictionalibus.

Ex poscit hujus meæ propositæ tractationis methodus de Territorio Separato; ut pertranseam ad ea, quæ possunt competere illis inferioribus Prælatis, qui per veritatem, & non per intellectualem abstractionem habent omnimodam Jurisdictionem supra Clerum, & Populum in uno, vel pluribus Castris, Oppidis seu Villis constituentibus quamdam speciem veræ Diœcesis distinctæ ab illa Episcopi, itaut dicta Jurisdictio ad differentiã illus compe-
1. tentis aliis inferioribus Prælatis exemptis dicatur quasi Episcopalis, & illi Prælati eam habentes, proprii, & veri Ordinarii, seu Diœcesani dicantur etiam in materia nova, & præjudiciali secundum *Abb. in Clem. Diœcesanis de vit. & honest. Cleric. glos. in Clem. 1. §. volumus verbo Diœcesanis*, quam ibi sequuntur *Cardin. quest. 4. num. 2. Imol. num. 28. Vitalin. num. 4. Fagn. in cap. accedentibus num. 29. de excess. Prælat.* quibus si fuit (ut dici solet) concessum antecedens, concessum quoque censetur con-
2. sequens *l. 2. & ibi Cyn. ff. de Iurisdict. omn. Iudic. Alex. cons. 110. num. 3. lib. 5. Barbos. axiomat. Iur. 30. num. 1.* cum quolibet causatum
3. regulari debet secundum naturam Causæ causantis *Bald. cons. 84. lib. 4. & cons. 150. lib. 5.*
4. & ubi causa est limitata, limitatũ producit effectum *l. in agris ff. de acquir. rer. domin.* cum aliis allegatis *per Barbos. axiom Iur. 40. n. 28. & 29.*

Hinc præmittendum est, quod nulla est facienda differentia inter hos inferiores Prælatos habentes per veritatem Territoria Separata cum omnimoda jurisdictione quasi Episco-
5. pali, quo cunque nomine ipsi appellentur scilicet, Abbates, Archidiaconi, Archipresbyteri, Præpositi, & similes; cum vis non stet in nomine, sed in Privilegiis illis concedentibus dictam omnimodam quasi Episcopalẽ Jurisdictionem, ut loquendo de Archipresbytero Carpi probat *Ciarlin. controv. forens. cap. 220 num. 60.* & de pluribus aliis Abbatibus regularibus differit. *Tambur. de Iur. Abb. tom. 1. disput. 2. quæst. 4. Card. de Luc. de Iurisdict. dic. 96. sub. num. 19.*

Proindè licèt aliqui Doctores constituerint
6. Jus Episcopale in tribus nimirum quod quædã Episcopo competunt ratione ordinis, quædã ratione simplicis dignitatis, quædã ratione Jurisdictionis ex traditis *per Burr. cons. 19.* Attamen
7. exceptâ potestate ordinis, quæ non potest convenire in hisce Prælatis inferioribus, de quibus loquimur cum Territorio Separato, ut animadvertit *Fagnan. in c. accedentibus n. 5. de excess. Prælat.*

lat.Card.de Luc.mifcell.Eccl. difc.1.fub.num.89.
In ceteris refpicientibus DignitatemEpifcopa-
lem poteft nedum verificari conceffio privile-
giativa, fed etiam præfcriptio, vel confuetu-
do *Butr. in dict. cap. accedentibus num. 2. Mari-
an.Socin.num.3.Fagnan.num.4.de excefſ. Prælat.*
etiam quoad utramque legem Diœcefanam fci-
licet, & Jurisdictionalem, in quibus cum non
9. defuerint Alii firmantes totum quoque Jus,
poteftatemq.Epifcoporum confiftere,ut ex *glof.
in cap.dilectus verb.lege jurifdictionis deOffic.ordi-
nar.tradunt* ibi *Fagn.n.t.Lotter.de re benefi.lib.1.
quæft.21.n.10.Calder. conf. ultim.de Offic. ordin.*
10. Utique dicti Prelati inferiores poffunt fundare
dicta eorumPrivilegia,ut explicat,*Rot.dec.373.
num. 18. par. 11. rec. & melius infrà explica-
bitur*, cum alioquin, quæ nàm differentia fit
11. inter unam, & alteram legem, fivè potiùs una
valeat com prehendere aliam fub fe latè tractat
Lotter de re benefic. dict. lib. 1. queſt. 21 per tot.
ubi reprobat, & conciliat Doctorum opinio-
nes inter fe difcordes; Nifi placeat adhærere
regulæ à gloffa traditæ, & quam fequitur Ho-
ftienfis, quod fcilicet omnia,quæ confiftunt in
12. dando,conferendo, feu in actione, ad legem
Jurifdictionis pertinent, quæve confiftunt in
recipiendo five in paffione dulci fpectant ad
legem Diœcefanam, ut declarat *Fagnan. dict.
cap. dilectus num. 3. de offic. Ordinar.* & diftin-
guendo noviffimè dixit *Rot. in Firmana Iurifdi-
ctionis 13. Martii 1702. §. Patres coram Reve-
rendiſſ. Molines Decan.*

Cum itaque præfatis inferioribus Prælatis
habentibus per fpeciem Diœcefis, ab altera
Epifcopi feparatæ fubfit Clerus, & Populus,
ad mores reformandos ac controverfias com-
13. ponendas, quemadmodum Sacri Canones,&
Sacrofanctum Tridentinum Concilium decre-
verunt, à quolibet Epifcopo in propria Diœ-
cefi femel in anno congregari Diœcefanam
Synodum *Cau. quoniam diftinct. 18 Concil. Tri-
denti. Seſſ. 24. de reformat. cap. 2.* Ità hujufmo-
14. di Sydodum Diœcefanam congregare valent.
omnes illi Abbates tàm Seculares quam Regu-
lares, qui funt locorum Ordinarii *Barbof. de
Iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 17. num. 95.* Nàm cum
15. congregatio Synodi fpectet ad poteftatem
Jurifdictionis, non autem ad poteftatem ordi-
nis, non eft cur, illis debeat denegari talis fa-
cultas congregandi Synodum Diœcefanam, ex
traditis per *Tambur. de Iur. Abb. tom. 1. dif-
put. 24. quæſt. 7. per tot.* ubi refert plura exem-
pla, & concordat *Car. de Luc. Mifcell. Eccleſ.*
16. *difc. 1. num. 100.* ubi quod in illius fequelam
Parochialium concurfus expleri valeant co-
ram propriis examinatoribus in illo deputatis
*Rot. poſt. Tondut. de penſ. decif. 31. num. 4. &
decif. 619. num. 2. par. 4. diverſ.* ubi quod ta-
les actus funt legis Diœcefanæ, feu participant
de utraque fcilicet etiam Juridictionis, & hic
nõ prætermitto adnotare,an Prælatus Inferior,
17. tamquam habens omnia Jura quafi Epifcopa-
lia veniat app ellatione Epifcopi, ad tradita
per *Ciarlin.controv. forenſ.dict.cap.220.num.67.
lib. 2.* Sicque teneatur fequi confilium fui Ca-
pituli, feu Cleri,dum in fua Diœcefana Syno-
do aliquas facit conftitutiones; cujus quæftio-
18. nis refolutionem per fua principia examinata
videre poteris apud *Lotter. de re benefic.dict.lib.
1. quæſt. 21. ex num. 87.* ad finem cum illa fit
extra fpheram noftri Tractatus.

Præterea cum ad differentiam Civitatis,quæ
per Pontificem redditur magis confpicua,
Epifcopali dignitate in illa ordinata non ta-
men, ut ad illius effentiam conftituendam re-
quiratur, quod illi præfit Epifcopus ex fupra
notatis, & tradit *Lotter. de re benefic. lib. 1.
quæſt. 9. ex num. 58. ad 61.* Oppidum con-
ftituatur conjunctione ædificiorum juxta *Cice-
ronis Sententiam in lib. de repub.* quatenùs in
illo moratur Clerus,& Populus, pro cujus mo-
rum reformatione, ut dixi fuprà convocatur
19. Synodus Diœcefana hujufmodi Prælati infe-
riores, non minus ac Epifcopi fruuntur jure
magiftratus in fpiritualibus; unde & jurifdi-
ctionem habent nedum fimplicem, quæ dicitur
notio, & definitio Caufarum competens ma-
giftratui proprio Jure, ut explicat *Cuiac. ad
lib. 1. in 6. de Iurifdict. omn.Iudic.* Verùm etiam
merum imperium quatenus habent poteftatem
20. gladii Ecclefiæ, ideft excomunicandi, & co-
gendi Synodum, ut eleganter docet *Inno-
cent. in cap. tranfmiſſam num. 2. ad finem verſ.
erga, & confirmatus de Elect. Abb. in cap. cum.
contingat num. 7. de for. compet. Lotter. de re be-
nefic. dict. lib. 1. cap. 21. num.* 42. ubi quod in
hac poteftate mucronis Ecclefiæ, ideft cenfu-
rarum, confiftit merum imperium ex doctrina
Innocentii fupra relati *Hoſtien. in eod. cap. traf-
miſſam fub num. 16. verſ. erga electus. de Elect.*

Et confequenter præfatæ duæ leges, Diœ-
cefis fcilicet & Jurifdictionis non confundun-
tur inter fe,ut opinati funt nonnulli Doctores.
Imò cum utramque habeant dicti Prælati infe-
riores ex fupra firmatis, duo in fibi fubjectis
emanant præcepta, alterum jurifdictionis qua-
tenus magiftratum gerunt, & alterum Diœce-
fis, quatenus habent adminiftrationem ali-
quam fejunctam à Jurifdictione ex mandato
Canonum, vox enim ifta Diœcefis ex fua na-
21. turali fignificatione, non denotat Territo-
rium prout vulgò ufurpatur, fed fignificat fim-
plicem adminiftrationem *Tholoſ. Syntagn. Iur.*
23. *lib. 15. cap. 12. num. 3.* Itaut adminiftratores,
Procuratoresque pænoris ipfius Principis
Diœcetæ dicti funt in *l. Archigerontes Cod.
de Epifcop. ut exponit Aleiat. difpunct. lib. 3.
cap. 18. & refert. Lotter. de re benefic. dict. lib. 1.
quæſt. 21. num. 50.*

Igitur Prelatus inferior gaudens omnimoda
Jurifdictione quafi Epifcopali cum Territorio
Separato habet Jus prohibendi cuicumque

Epif.

23. Episcopo, nè ipse sine ejus licentia exerceat in dicto Territorio Separato, etiam ea, quæ competunt illi ratione Dignitatis, seu ordinis Episcopalis, prout sunt consecratio Altarium, confectio Sacri Chrismatis,& Olei Sancti,collatio ordinum sacrorum, & similia; nàm hæc omnia præfati Prælati inferiores possunt exercere facere, seù suscipere à quocumque Episcopo eis benè viso, & ad præcisum casum invitato in dicto Territorio Separato *Rot. decis.* 373. *num.* 8. *par.* 11. *recent.*

Habent jus conferendi Beneficia liberæ col-
24. lationis, atque instituendi ad illa juris patronatus, si quæ reperiuntur fundata in dicto Territorio Separato, prout etiam in iis, quibus spectat cura animarum, cui perpetuò cohæret jurisdictio fori pœnitentialis,prævio con-
25. cursu eligunt Parochos, & hæc dicitur institutio authorizabilis, sinè qua impossibile est curam exerceri *Cap. cum venerabilis de Censib. ibi* 10. *Aud. num.* 7. *Butr. num.* 12. *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quest.* 25. *num.*13. & 14.ubi quod in his Parochiis existentibus in Territorio Separato pertinente ad Prælatum inferiorem, ac plenariè exemptum cum Jurisdictione
26. quasi Episcopali, nullas partes sibi vindicare valet Episcopus *gloss. in cap.* 1. §. *verum verbo exempti de Præben. in* 6. sed de modo providen-
27. di Ecclesiæ parrochiali vacanti ex decreto etiam *Sac. Concil. Trident. Sess.* 24. *cap.* 18. intelligitur quoque in dictoPrælto inferiori ad tradita per *Flores de mena quæst.* 24. *num.* 21.
28. *ad med. Barbos. de potest. & Offic. Paroch. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 38. ubi distinguit inter Prælatos inferiores habentes Jus congregandi Synodum & non habentes tale Jus, etiam si habent Jus conferendi, ut primi possint deputare Vicarios in Ecclesiis Parrochialibus vacantibus, secundi non, & refert plures resolutiones Sac. Congregationis Concilii, & consonat *Gratian. discept. forens. cap.*212.*n.*45.& 46.ubi quod pote-
29. rit habere studia, & lectiones Sac. Scripturæ ad formam dicti *Concil. Trident. Sess.* 5. *cap.* 1. *de reformat.* nec non Seminarium cum decisiones de Seminariis habendis verificentur etiam in talibus Prælatis, ut testatur ita declarasse Sac. Congregationem Concilii *Flores dicta quæst.* 24. *num.* 20.

Insuper hujusmodi Prælati tamquam veri
30. Ordinarii,& Diœcesani possunt subditos suos visitare *Oldr. cons.* 116. *Gemin. in cap.* 1. *in princip. num.* 2. *de Censib. in* 6. *Gratian. dicto cap.* 212. *num.* 40. *Flores de mena dicta quæst.* 24. *num* 23. *lib.* 3. ubi quod Inferior id potest acqui-
31. rere consuetudine, quam Concilium approbat, sed Prælatus habens jurisdictionem quasi Episcopalem, alio modo explet visitationem
32. nimirum Jure Ordinario; Unde ipse non tenetur servare formam Archidiaconis, & aliis inferioribus traditam, cum non sit inferior, nec sub Episcopo, ut declarat *Flores dict. quæst.* 24. *num.* 23. & 24. ubi, quod neque Episcopus in dicto Territorio Separato uti potest adversus dictum Prælatum ita exemptum Jurisdictione sibi delegata, quæ solum competit Epis-
33. copo contrà exemptos existens in Diœcesi, non autem extrà Diœcesim, cum dispositio *Sac. Concil Trident. Sess.* 24. *cap.* 9. *de reformat.* limitetur,nec habeat locum in Prælato habente Jurisdictionem quasi Episcopalem, ut pariter declarat *Gratian. dict. cap.* 212. *num.* 42. *Ciarlin. controv. forens. lib.* 1. *cap.* 67. *num.* 31. & *seqq.* & ratio est, quia ipse est, de quo loquitur Concilium, & potest uti eadem pote-
34. state delegata, si in Territorio suo adessent exempti ex annotatis per *Card. de Luc. ad Sac. Concil. Tridentin. disc.* 6. *num.* 21.& *de Iurisdict. disc.* 1. *num.* 10. & Melius *Fagn. in cap. accedentibus de excess. Prælat. num.* 40. ubi *refert ità*
35. *semper sensisse Sac. Congreg. Concil.* Rursus nota, quod cum *Gregorius IX. in Cap. Ioannes de Testam.* demandaverit, executores Testamentarios posse cogi per Diœcesanum ad explendam voluntatem Testatoris circa opera pia ab illo relicta; Utique officium compellendi præfatos executores testamentarios non tantum pertinet ad Episcopum,sed etiam ad inferiorem Prælatum habentem in loco jurisdictionem quasi Episcopalem. talis enim in his, quæ jurisdictionis sunt, venit Diœcesani appellatione, ut relatis concordantibus tradit *Fagn. in dict. cap. Ioannes de Testam. num.* 7.

Ideoque licet ex dicti Sac. Concil. Trident.
36. decreto in *Cap.*20. §. *ad hæc Sess.* 24. *de reformat.* disertis verbis statuatur, ut Causæ matrimoniales non cognoscantur, nisi a solis Episcopis, penitùs exclusis omnibus aliis Prælatis inferioribus, attamen harum causarum cognitio, non obstante dicto decreto, pertinet æquè benè ad illos Abbates, & alios Prælatos habentes ex privilegio Territorium Separatum cum omnimoda jurisdictione quasi Episcopali supra Clerum, & Populum, ut formiter examinatà materià videre est apud *Fagn. dict. cap. Accedentibus ex num.* 28. *ad fin. de Excess. Prælat.*

Major autem difficultas semper extitit circa interpretationem alterius decreti ejusdem Sac. Concil. Trident. respicientis collationem ordinum, seù traditionem litterarum dimissorialium pro illis suscipiendis, ut legere est in *Cap.* 10. *Sess.* 23. *de reformat.* Itaut quicquid sit in
37. terminis Juris communis, & secundum antiquos Canones, quibus attentis, poterant Abbates certas tamen habentes qualitates conferre nedum suis subditis, sed etiam alienis, quatuor ordines minores per ea, quæ latè disserit *Tambur. de Iur. Abb. disput.* 2. *juxta plura quæsita tom.* 2. & materiam reassumendo. plenè probat *Ciarlin. Controv. forens Cap.* 220. *ex num.* 53.

Superventà tamen dicta Conciliari sanctione, & disputato dubio an eisdem Abbatibus lice-

liceret dicta collatio ordinum minorum, res-
38. ponsum fuit non amplius licere, ut ex voto
*Card. Seraph. inter. ejus Decisiones decis. 985. per
tot.* edito ad requisitionem Sac. Congregatio-
nis Concil. Trident. & comprobat *Barbos. de
potest. Episcop. par. 2. allegat. 7. num.* 8.

Benè verum est, quod sub præfata concilia-
ri dispositione, non censeri comprehænsos il-
39. los Abbates, aliosque inferiores Prelatos ha-
bentes ex privilegio Territorium Separatum,
& gaudentes omnimodâ quasi Episcopali ju-
risdictione supra Clerum, & Populum; Latè ac
doctè differit *Gratian. dict. Cap. 212. per. tot.*
& affirmat *Ciarlin. Controv. forens. dict. Cap. 67.
num. 28. lib. 1. Barbos. dict. par. 2. allegat. 7.
sub. num.* 8. sed dum antiquitùs dubitaretur,
an dicta censura Sac. Concil. Trident. com-
plecteretur nec nè, dictos inferiores Prælatos
cum Territorio Separato, vel potiùs conve-
niret solùm Prælatis simpliciter exemptis, &
spiritualem jurisdictionem habentibus in locis
existentibus intra limites Diœcesis, tunc tem-
poris ad hunc hujus puncti indecisi, pendente
determinatione Sac. Congregatio per mo-
dum provisionis hujusmodi facultatem ordi-
nandi. & concedendi litteras dimissoriales de-
legare solebat alicui Episcopo viciniori, ut te-
statur *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 16. num. 1.*

Donec cum tàm per Rotam, quàm per ipsam
40. Sac. Congregationem declaratum fuerit,
Jurisdictionem ab eodem Sac. Concilio Tri-
dentino Episcopis incertis casibus delegatam
intelligendam esse in locis simpliciter exemptis
ac sub Abbatū aliorumquę inferiorum Prælato-
rū jurisdictione intra limites Diœcesum adhùc
existentibus, non autem in locis, qui extrà
Diœcesim cum formali Separatione Territorii
sunt verè nullius; cumq. super hoc emanaverint
magistrales decisiones coram *Martin. Andr.
inter. ejus impressas decis. 54. & Coram Verospio
ut in decis. 31. post. Tondut. de pension.*

Hinc in earum sequelam nonnulli ex dictis
Prælatis habentibus Territoria Separata cum
omnimoda quasi Episcopali jurisdictione ob-
tinuerunt prædictæ provisionalis delegationis
Episcopi vicinioris revocationem, alii autem
id neglexerunt, ut refert, & prosequitur *Car. de
Luc. de Jurisdict. dict. disc. 16. n. 2. & 3.* ubi quod
in dicta Sac. Congregatione Concilii hodiè
diversa viget sententia, ex quo moderni Patres
opinantur, hujusmodi actum collationis ordi-
num, & confessionis litterarum dimissorialium
quæ à pari procedunt, ut ex dicto voto Sera-
phini, non esse regulandum eodem Jure, quo
regulantur cœteri actus ad delegatam jurisdi-
ctionem pertinentes, quasi quod sit actus pecu-
41. liariter Episcopali ordini commissus. Proin-
deque tota hæc quæstio regulatur ab obser-
vantia, ut melius declarat *Card. de Luc. in an-
not. ad Concil. disc. 14. sub. num. 18. versic.* ubi
vero. quicquid laboriosè scripserit *Ciarlin. dict.
controv. 220. qui sub n. 52.* se quoque remittit de-
clarationi dictæ Sac. Congregationis Concilii.

Quatenus verò attinet ad dimissoriales, cum
istæ sint de lege jurisdictionis respectu subdi-
torum, ad differentiam ordinatonis spectan-
42. tis ad legem Diœcesanam, non dubitarem,
posse Abbatem, seù alium quemcumq. Præla-
tum inferiorem, habentem Territorium
Separatum examinare, & licentiare subdi-
tos, ut per quem maluerint Episcopum va-
leant ordines suscipere cum dictis litteris di-
missorialibus, *Abb. in cap. cum. dilectus 7. in
fine de Offic. Ordin. Flores. de mena dict. quest. 24.
num. 8. Gratian. discep. forens. dict. Cap. 212.
num. 48. & seqq.* ubi *num.* 43. affirmat non
posse Abbatem dispensare in interstitiis, & te-
43. statur ita fuisse resolutum in Sac. Congrega-
tione Concilii ex traditis per *Flores dict. quæst.
24. num. 5.* contrarium tamen affirmat *Barbos.
in Jur. Eccles. par. 1. Cap. 17. num. 69.*

Præterea hujusmodi Prælati inferiores ex ju-
re privilegiativo, non autem ratione Dignita-
tis possunt uti insigniis Pontificalibus servatâ
tamen formâ præscriptâ in decreto generali
Sac. Congregationis Rituum, quod per exten-
sum refert *Monacell. in ejus Formulario Legali
tom. 2. pag. 83. ubi in fine* fit etiam explicitamen-
tio illorum Prælatorum habentium Territo-
rium Separatum, & circa usum, ac exercitum
eorum procedunt à pari cum Episcopis, ut ex-
pressè legitur *in Cap. ut Apostol. de Privileg. in 6.*
ibiq. notanti *Franch. num. 1. Panormitan in Cap.
Clerici il 2. n. 6. de vit. & honest. Cleric. Barbat. in
Cap. volentes Colum. 8. de Offic. legat. Tamburin.
de Jur. Abb. disput. 21. quest. 1. num. 1. & 2.
tom. 1.* ubi quod non omnes Abbates eadem ha-
45. bent insignia, sed alii plura alii pauciora juxtà
tenorem privilegiorum, & prout à S. Sede Apo-
stolica eis indultum fuerit, ideoque si unum-
quodque privilegium legitur, quo pontifica-
lia hæc concessa sunt, invenietur aliquibus ba-
culi usum, aliis verò majora concessa fuisse po-
test etiam usus dictorum Pontificalium acquiri
46. & competere, vel ex consuetudine, vel præ-
scriptione quadraginta annorum cum titulo,
vel si non adest titulus, per spatium tanti tem-
poris, de cujus initio non sit memoria homi-
num in contrarium, & ratio est, quod cum
hæc insignia non sint ordinis Episcopalis, sed
tantum quædam insignia Inferioribus concessa,
denotant exercitium jurisdictionis *per text. in
Cap. Cum sis de auct. & usu pall. ubi gloss.* nihil
obstat, quominùs illa Abbates nomine sua-
rum Ecclesiarum præscriptione acquirere va-
leant ità post *Innoc. Panormitan. Cap. 1. & sequ.
ut lit. pend.* & latiùs differit *Tamburin. dict.
disput. 21. quæst. 1. & sequ. tom. 1.*

Posito ex his usu Pontificalium in dictis
47. Prælatis inferioribus, opportunè quæri po-
test, an eisdem competat facultas benedicen-
di solemniter Populum more Episcopali, &
pri-

prima fronte huic dubio, posset negativè responderi, quia potestas benedicendi solemniter competit ratione ordinis, ut vult *gloss. in Can. Ecce verbo benedicere 95. distinct. Arcbid. in Can. denique 21. distinct. & ibidem Turrecremat.*
48. & distinguendo inter benedictionem privatam solitam dari à Sacerdotibus simplicibus in fine missæ, & solemnem benedictionem, quæ incipit ab illis verbis *sit nomen Domini benedictum &c.* prosequitur *gloss. in dict. Can. Ecce*, cui videtur favere *Concil Aghaten. celebratum anno 506. Can. 30.* ibi *benedictionem in Ecclesia supra plebem fundere Presbytero non licebit*, solemnem scilicet benedictionem interpretatur *Isaacb Habertus in pontifical. Grægor. ad part. 11. liturgiæ ordinum in dissert. de ritu benedic. cap. 6.*
49. & quod solis Episcopis competat Jus benedicendi solemniter, non autem Sacerdotibus, vel Diaconis tenet *gloss. in C. Abb. verb. si Abb. de Privileg. in 6. Silvest. in summa verb. Benedictio in princip. Ugolin. de Offic. Epis. Cap. 32. §. 2. Barbos. de potest. Epis. allegat 72. num. 66.*

His tamen non obstantibus, censeo omnes
50. illos Prælatos Eiscopis inferiores, qui habent in ejus Territorio Separato Jura quasi Episcopalia, posse supra Populum, & Agros solemnem benedictionem impartiri, ut constat ex *c. Abb. de Privileg. in 6.* ubi Canonistæ, *Azar. Justit. moral. par. 1. lib. 12. C. 20. quest. 7. Tambur. de jur. Abb. to. 1. disp. 21. q. 7. per tot. Rodriq. quæst. regul. 18. art. 1.* & latè firmavit *Card. Albic. disc. 1. n. 68. per tot. impress. apud Card. de Luc. de Jurisd. st. juxta Venetam impressionē, & latè discusso articulo Ciarlin. contr. forens C. 67. per tot. lib. 1.*

Nec videtur obstare, quod secundum ali-
51. quos hujusmodi facultas benedicendi solemniter competat ratione ordinis Episcopalis vel saltem Sacerdotalis, quia ex veriori sententia talis solemnis benedictio potiùs dependet à Jurisdictione, ut relatis pluribus canonistis, prosequitur *Card. Albicius in dict. discept. 1. supra allegata Fagn. in cap. ne pro dilatione num. 42. de Pœnitent. & remiss. Gratian. discept. forens. cap. 467. num. 66. & optimè Ciarlin. controv. forens. lib. 1. cap. 67. num 13.* ubi plura alia congerit ad rem nostram facientia, & quod facultas solemniter benedicendi non sit solium ordinis Episcopalis, confirmatur etiam hac ratione, quia illa acquiri potest non solum Privilegio Apostolico, sed etiam consuetudine etiam ab ipsis Prælatis inferioribus, ut etiam materiâ plænè discussâ latè probat *Silvest. in summa verbo benedictio* ubi distinguit quæ sunt ordinis Episcopalis, quæ Jurisdictionis, & quæ dignitatis, atque etiam descendit ad potestatem benedicendi res Ecclesiasticas, & ubi requiritur benedictio verbalis absque unctione sacra, & cum dicta unctione.

Et cum plura alia competentia Cardinalibus in suis titulis etiamsi ipsi sint soli Diaconi, latè, ac abundè firmaverit prefatus *Card. Albicius dict. discept. 2.* quæ congruunt etiam dictis Prælatis inferioribus habentibus Territorium Separatum, ibi benignè Lector poteris recurrere in casibus singulariter sibi contingentibus. Nolo tamen hic omittere quæstionem
52. ultimo loco per Sac. Rotam resolutam in materia collationis beneficii, quæ citra controversiam pertinet ad hujusmod. Prælatos inferiores, de quibus loquimur, & est an dicta collatio spectet ad legem jurisdictionis, & Jure magistratus, vel potiùs connumerari debeat inter majores fructus Episcopatus, & possit stare etiam sine Jurisdictione, in qua quidem quæstione, Rota resolvit. declaratis, & confutatis contrariis authoritatibus, quod Collatio non sit de lege Jurisdictionis, ut videre est in *Segobien. Canonicatus 11. Aprilis 1704. coram Scotto impressa post hunc tractatum.*
53. Corollariè demum hujusmodi Abbates, cæterique inferiores Prælati habentes Territoria Separata regulariter possunt facere, ac explere omnia, quæ sunt Jurisdictionis, quæ possunt Episcopi in eorum Diœcesibus, ut singillatim recensendo actus latè tradit *Barbos. de Jur. Eccles. par. 1. Cap. 17. ex num. 94. ad fin.* & recensuit quoque *Rot. in Marsicen. seu Nullius Jurisdict. super bono Jure. 7. Junii 1700. §. hæcq. omnia coram R. P. D. Muto.*

QUÆSTIO VI.

ARGUMENTUM.

De pluribus Speciebus Territorii Separati, & an & quando illud existit intra aliquam Diœcesim vel in confinibus duarum Diœcesum, cui incumbat onus probandi fuisse, vel non fuisse dismembratum.

SUMMARIUM.

1. *Quid dicendum sit quando controversia versatur circa situationem Oppidorum.*
2. *Episcopus habet intentionem fundatam in Jure, & exillius assistentia ei conceditur manutentio.*
3. *Actus gestus ab Episcopo antecessore suffragatur successori.*
4. *In conflictu testium, semper veniunt attendendi illi pro Episcopo & num. 24.*
5. *Assistentia Juris fauore Episcopi cessat, si Papa constituat Territorium Separatum.*
6. *Prælatus Inferior confovens Jurisdictionem quasi Episcopalem cum immemorabili, ista debet esse canonizata per tres sententias conformes.*
7. *Locum esse intra limites alicujus Diœcesis probari debet per Testes, per enunciativas, & similes probationes.*
8. *Jurisdictio exercita à Prælato inferiori in aliquo loco dicitur cumulativa.*
9. *Visitatio alicujus loci sub denominatione nullius, cui competat.*

10. *Actus*

10. *Actus Jurisdictionales exerciti ab Episcopo semper presumuntur jure ordinario non autem delegato.*

11. *Locus dicitur de illa Diœcesi, in qua existit.*

12. *Locus situatus in confinibus duarum Diœcesum remanet Æquivocus, & ideo demandari solet confectio plantæ.*

13. *Locus non debet esse acephalus, idest sine capite, sed necessariò in aliqua Diœcesi.*

14. *Episcopus clarè probare debet, locum controversum esse intrà suam Diœcesim.*

15. *Prælatus inferior manuteneri debet in exercitio Jurisdictionis in loco prætenso de Territorio Separato.*

16. *Manutentio non datur sine titulo ei, qui habet resistentiam Juris; Sed conclusio declaratur num. 17.*

18. *Possessor non debet privari sua possessione, donec discutiatur titulus in petitorio.*

19. *Possessio in Jurisdictionalibus requirit scientiam & patientiam.*

20. *Actus Jurisdictionales gesti per Episcopum probant situationem loci in ejus Diœcesi. 21. 22. 23.*

25. *Actus Jurisdictionales quando dicuntur æquivoci.*

26. *Arbitrium semper sumendum est pro Episcopo existente in Causa.*

1. Hic non intendimus, unum Territorium speciè differre ab alio, cum omnia Territoria Separata quoad jurisdictionem in Spiritualibus, unam identicè recognoscant causam efficientem, nimirum sedem Apostolicam, sed quia ratione situationis aliquod Castrum, seù Oppidum, ubi prætenditur exerceri dicta Jurisdictio Ecclesiatica, per Prælatos inferiores, privativè quoad Episcopos, modò existit intrà viscera alicujus Diœcesis, à qua undique circumdatur, modò reperitur in confinibus duarum Diœcesum, ut liquidò non appareat cujus sit, propterea multum confert diversitas situationis, prò regulandis controversiis, quæ dietim exoriuntur de novo inter hosce Prælatos inferiores cum Episcopis, vel iterum antiquæ lites restaurantur cum eisdem in hac frequenti jurisdictionali materia, & consequenter ad removenda æquivoca, firmis cæteroquin remanentibus Juris theoricis in præcedentibus capitibus adductis, aliisque inferius subnectendis plures sunt distinguendi Casus.

Primus casus est quando Episcopus contendit jurisdictionem quasi Episcopalem Prælato inferiori, illam prætendenti super uno vel pluribus Castris Oppidis. & similibus non solum intra septa Ecclesiæ exemptæ, sed etiam supra Clerum, & Populum sæcularem in illis commorantem, & in hoc casu, ubi certum est dicta loca existere intra viscera Diœcesis, & ab aliis locis istius illa undique circumdari, itaut alius Episcopus non possit super eis prætendere ordinariam Jurisdictionem, quæ privativè dumtaxat prætendatur ab Abbate regulari, seù alio Prælato inferiori seculari, ut sunt Archidiaconi, Archipresbyteri, & similes, nullo modo ambigendum est, Episcopum habere intentionem fundatam in assistentia Juris prò omnimoda Jurisdictione ordinaria sibi competente, exclusivè quoad Alios illam prætendentes,
2. & ex dicta sola assistentia Juris communis etiam absque ullo exercitio actuum jurisdictionalium Sac. Rota Episcopis concessit etiam manutentionem in judicio possessorio *per text. in cap. cum Personæ de Privileg. in 6. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 2. num. 4. Rot. coram Dunozett. sen. decis. 309. num. 2. & in recent. decis. 501. num. 1. par. 2. recent.*

Maximè si ex parte Episcopi concurrat aliquis actus jurisdictionis, qui sufficiens reputa-
3. tur ad conservandum totum, & integrum Jus in ejus universalitate, etiam si fuerit gestus ab antecessore, ut prosequitur *Rot. dict. decis. 501. num. 2. & 3. par. 2. recent.* Itaut in conflictu Testium vicissim examinatorum super actibus
4. Jurisdictionalibus, semper attendendi veniant illi deponentes favore Episcopi tamquam adminiculati a præfata Juris assistentia. *Jo. Andr. in cap. auditis num. 3. de præscrip. Rot. decis. 41. num. 17. par. 5. recent.*

Nisi ex parte Prælati inferioris illicò doceretur de Privilegio Papæ, cui solum competit facere dismembrationes Diœcesum. & ab istis Separare aliqua Castra etiamsi essent sita intra alienam Diœcesim, cum tunc per hujusmodi
5. dismembrationem constituantur limites, & confinia facientia favore dicti Prælati inferioris ità exempti speciem propriæ Diœcesis diversæ ab illa Episcopi, *Rot. coram Cels. decis. 200. num. 2. & coram Dunozett. Jun. decis. 1001. num. 2.* qui nequit in illam intrare invito dicto Prælato inferiore, ad quem transierunt omnia jura per dictam dismembrationem *Rot. decis. 41. num. 7. par. 5. recent.* & licèt Episcopus post Sac. Concilium Tridentinum possit visitare loca exempta, hoc tamen intelligi debet respectu illorum, quæ habent simplicem exemptionem, non autem in illis ubi Prælati inferiores habent etiam Jurisdictionem quasi Episcopalem *Rot. coram Martin. Andre. decis. 54. num. 4. & 5. cum aliis adductis coram Ottobon. decis. 82. num. 17.*

Cœterum non docto de dicto Privilegio Apostolico claro, & nulla indigente declaratione, seù interpretatione, sed dictus Prælatus inferior vult recurrere pro se confovendo in dicta jurisdictione quasi Episcopali, ad immemorabilem quatenus ista sub se comprehendit præsumptionem dicti Privilegii Apostolici, seù alterius melioris tituli de mundo: tunc donec benè probatur dicta immemorabilis, & donec illa fuerit canonizata per tres Sententias conformes, nunquam interim denegari solet Episcopis manutentio in exercitio

tio ordinariæ jurisdictionis, ut pluries resolvit Sac. Congreg. Concil. Trident. cujus decretum refert *Car. de Luc. de Jurisdict. disc. 3. n. 2. & in Leodien. Jurisdict. 11. Aprilis 1698. §. ulterius coram R. P. D. Molines.*

Sicque in hac materia, principium dependet à situatione loci prętensi de Territorio Separato, & consequenter quicquid sit de illa theorica superius firmata, quod nullus locus possit esse in sui origine acephalus, semper situs in aliqua Diœcesi, attamen quamvis alius Episcopus non sit in causa, præter Illum, cum quo vertitur controversia super Territorio Separato prætenso à Prælato inferiore, non
7. abs re erit, si per libros antiquos, per enuntiativas, per testes deponentes super limitibus Diœcesis, Episcopus probet dictam situationem intra confinia suæ Diœcesis, ut animadvertit *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 138. & seqq.* cum aliis allegatis per *Rot. decis. 405. per tot. par. 5. recent.* Qua probata situatione semper competit dicto Episcopo tamquam Diœcesano manutentio ex sola Juris assistentia, ut ad rem nostram firmavit *Rot. decis. 156. num. 4. part. 1. recent.* ubi quod sufficit Episcopo possessio universalis, quam habet in sua Diœcesi, & si quæ fuerit exercita in
8. dicto loco similis jurisdictio à Prælato inferiore, illa dicitur cumulativa, quæ non impedit, quo minùs Episcopus dicatur verus Diœcesanus *Abb. in cap. nimis num. 1. de Jurejur. & in cap. irrefragabili ibiq. Felin. num. 1. de Offic. Ordinar.* & prosequitur *Rot. dict. decis. 156. num. 7. part. 1. rec.* & non obstante quod lo-
9. cus denominatus fuerit nullius, nàm Sac. Concilium disponit, quod vicinior Episcopus visitet loca nullius Diœcesis, si verò locus nullius sit in aliqua Diœcesi, Sac. Congreg. Concil. Trident. interpretata est, visitationẽ pertinere ad Ordinariũ, in cujus Diœcesi est locus nullius *Rot. decis. 501. n. 5. par. 2. recent.* Ideoque ob assistentiam juris, quam habet Episcopus exercendi jurisdictionem in omnibus Terris intra Diœce-
10. sim, actus jurisdictionales per eum gesti præsumuntur ex jure ordinariæ facultatis non delegatæ *Add. ad Buratt. decis. 578. num. 20. Rot. coram Priol. decis. 338. num. 9. Zarat. decis. 21. num. 31.*

Secundus casus est, ubi cessante circundatione undique, locus prætensus nullius cum Territorio Separato, reperiatur in confinibus seu limitibus duarum Diœcesum, cumque talis locus verè in neutra Diœcesi dici possit, ex quo de Diœcesi id dumtaxat dicitur, quod exi-
11. stit intra illam, ut inquit *Vulpian. in l. fundi 18. in primis ff. de action. empt.* quem refert ad rem nostram *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24.*
12. *num. 145.* itaut situatio remaneat æquivoca, proindeque pluries in his circumstantiis Sac. Rota mandavit confici plantam, ob dubietatem quod locus in una, vel altera Diœcesi esse possit vel in nulla ut testatur *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 12. num. 7. Rot. coram Penting. decis. 12. num. 1. & 2.*

Utique in hoc casu ego, omissa illa generali divisione Diœcesum, vel attributa Divo Petro Apostolo initio nascentis Ecclesiæ cattholicæ, vel Dionisio Papæ, nec non post habita reflexione, An unus, vel alter Episcopus sit in Causa cum Prælato inferiori, cujus favore
13. non potest dari locus acephalus, cum ille oporteat esse in aliqua Diœcesi: Ego inquam distinguerem sic, aut dictus Prælatus inferior in tali loco probat, se exercuisse jurisdictionem Spiritualem privativè quoad Episcopum collitigantem, qui ex sola Juris assistentia pretenderet, manutentionem super exercitio actuum jurisdictionalium, & tunc Episcopus
14. præfatus clarè, & concludenter probare debet illum locum esse situm intra limites suæ Diœcesis, *Abb. in cap. cum olim de Censib. Doctores in cap. cum venerabilis de religios. domib. Anchar. cons. 110. num. 5. Paris cons. 95. lib. 4. Rot. coram Seraph. decis. 1278. num. 4.* & melius coram *Dunozett. sen. decis. 319. num. 8.* ubi quod non sufficiunt præsumptiones, cum probatur possessio inferioris Prælati ibidem exercentis jurisdictionem *Rot. decis. 207. par. 2. divers.* tunc enim ad probandum antiquos fines non suffragantur coniecturæ, duriorique onere probandi gravatur Episcopus *Menoch. de præsumpt. 3. Surd. cons. 429. num. 6. lib. 3.* & hoc est, quod passim tradunt Doctores, confines non includi in venditione, nec in aliquo Territorio, ut refert ad nostrum propositum *Lotter. de re benefic. dict. lib. 1. quest. 24. num. 147. & sequ.* aliàs non factâ per dictum Episcopum hujusmodi dilucidâ probatione dictus Præla-
15. tus inferior debet manuteneri in sua possessione jurisdictionali quasi Episcopali, & ratio est, quia per exercitium jurisdictionis, clarum est, resultare possessionem etiam Territorii, & possidenti Territorium de tempore motæ litis danda est manutentio, ut dixit *Rot. penes Posth. de manut. decis. 422. num. 4. & 5.*

Nec videtur posse obstare dicto Prælato in-
16. feriori resistentia juris, & quod manutentio in Jurisdictione non detur sine titulo *Covarruv. pract. quæst. cap. 17. num. 6. Aegid. decis. 17. ante num. 1. Caputaq. decis. 77. num. 7.* Quia hujusmodi jura procedunt, quando jus resistit
17. possessioni, videlicet quando prætenderetur jurisdictio in Territorio, quod non dubitetur esse alterius, nimirum illius Episcopi, qui est actor, tunc enim Prælatus inferior habet præsumptionem juris contra se, ut dicunt allegati D. D. secùs dicendum videtur, quando locus est inter duas Diœceses, quia tunc jus non resistit, magisque quando nescitur, an pertineat potiùs uni quàm alteri undè defertur possessioni seu consuetudini *Innocent. in cap. cum ad sedem num. 2. de restitut. spoliat. Abb. cons. 62.*

num.

num. 8. & prosequitur *Rot. apud. Posth. de manut. dict. decis.* 422. *num* 7. *&* 8. ubi quod in-
18. spectio in cujus Territorio existat locus controversus, concernit petitorium, quod donec disputatur, non debet Possessor carere commodo suæ possessionis ex *vulgat. text. in §. retinendæ Institut. de Interdict.*

Aut dictus Prælatus inferior non est in dicta possessione jurisdictionali in eodem loco existente in confinibus, seù limitibus duarum Diœcesum privativè quoad Episcopum colligantem, qui fortassè probavit in illo exercuisse actus jurisdictionales, & tunc quidquid firmaverit *Rot. coram Dunozett. sen. in dict. decis.* 309. *num.* 21 videlicet quod ad consti-
19. tuendum Episcopum in quasi possessione jurisdictionis requiratur probatio scientiæ, & patientiæ Prælati inferioris, ex traditis per *D. D. in cap. cum Ecclesia sutrina de Caus. possess. & propriet.*

Attamen verius est, quod concurrentibus
20. dictis actibus jurisdictinnalibus gestis per Episcopum habentem juris assistentiam, ex illis dicatur quoque probata situatio loci in sua Diœcesi juxta doctrinam *Bald. cap. cum causam num. 6. vers. item per exercitia de probat. & cons.* 240. *num.* 1. *lib.* 1. & in puncto *Rot. apud. Posth. de manut. decis.* 310. *num.* 3. *& coram Dunozett. Jun. decis.* 426. *num.* 5. quæ est decisio edita in causa Aprutina jurisdictionis, ubi emanavit decisio *Dunozzett. sen.* & quam plures aliæ, ut refert. *Dunozett. Jun. loco supra citato, ubi num.* 2. firmat, quod cum agitur de probandis antiquis confinibus Diœcesis, intra quos debeat existere locus controversus prætensus extra Diœcesim admittuntur etiam le-
21. viores probationes, immo sola indicia, & conjecturæ sufficiunt, ac etiam sola fama *cap. cum causam ubi gloss. verbo Testes de probat. Natt. cons.* 672. *num.* 15. *Rot. decis.* 285. *num.* 1. *&* 2. *par.* 8. *recent.*

Sufficitque favore Episcopi etiam unicus
22. actus jurisdictionis ab ipso gestus, ex quo sibi conservata dicitur integra, & totalis jurisdictio privativè quoad alios *Surd. cons.* 323. *num.* 45. *& ad rem nostram Rot. in dict. Aprutina Jurisdictionis coram Dunozett. Jun. inter ejus impressas decis.* 457. *num.* 3. ubi optimam
23. adducit rationem, quod in hac materia sufficit causa universalis, quæ magis attenditur, quàm actus exercitus *Rot. decis.* 491. *num.* 3. *&* 11. *par.* 1. *& decis.* 501. *par.* 2. *recent.* ubi quod possessio Episcopi antecessoris juvat successorem *Rot. decis.* 1. *de restitut. spoliat. Guid. Pap. decis.* 629.

Et quamvis hinc inde adducerentur Testes deponentes super actibus jurisdictionalibus promiscuè exercitis in loco controverso, est
24. certum, quod Testes examinati prò Episcopo sunt semper præferendi, cum habeant pro se juris assistentiam, proindeque favorabiliora, & verisimiliora deponere præsumantur *Innocent. in cap. auditis sub num. 4. versic. hinc colligunt.*, *& vers. præferantur de Præscript. Rot. coram Dunozett. Jun. dict. decis.* 457. *num.* 5. *& decis.* 560. *num.* 1. *par.* 3. Et consequenter nec prosunt Prælato inferiori Testes pro eo examinati, nisi deponant actus jurisdictionales fuisse per ipsum gestos cum scientia, & patientia Episcopi, qui econversò non habet opus probandi dictam scientiam, & patientiam, ut alias distinguendo firmavit *Rot. in Leodien. Jurisdictionis* 11. *Aprilis* 1698. *§. prout coram Reverendiss. Molines Decano*, ubi adducitur ratio, quod nempè Ordinarius veluti habens intentionem fundatam in assistentia Juris non agit de acquirenda, sed de conservanda possessione Jurisdictionis *Rip. in c. cum Ecclesia sutrina num. 66. vers. facit cum autem de Caus. poss. & propriet. Rot. apud. Posth. de manut. dict. decis.* 310. *num.* 8. *&* prout observavimus suprà.

Tertius casus est, ubi existerent duo vel plura Castra, seù Oppida ejusdem nominis ad-
25. coùt quatenus ex parte Episcopi afferentur actus jurisdictionales ultra assistentiam juris, illi remanerent æquivoci, an essent gesti potiùs in uno, quam in altero loco, ideoque eidem Episcopo non possent suffragari, ut in puncto firmavit *Rot. coram Dunozett. Jun. decis.* 938. *num.* 7. *& decis.* 1001. *& refert. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 12. *num.* 10. Clariusque convinceretur favore Prælati inferioris negativa situationis in Diœcesi Episcopi collitigantis, si occasione subsidii Charitativi, vel alterius contributionis, non reperiretur descriptus locus, de quo est controversia, ut observet *Card. de Luc. dict. disc.* 12. *num.* 8. *Ottobon. decis.* 114. *num.* 4. *& decis.* 170. *num.* 23.

Hic tamen non est ommittendum, qnod licèt vicinitas, vel distantia non faciat præsumere, locum esse magis unius, quàm alterius Diœcesis, ut observat *Hieron de Monte de finib. regun. cap.* 83. *num.* 1. Tamen regulariter loquendo, quemadmodum Castrum existens inter duas Civitates in dubio præsumitur esse jurisdictionis illius, cui propinquiùs adhæret *argum. l. adeo §. insula ff. de acquir. rer. dom. & §. insula Institut. de rer. divis.* & prosequitur *Hieronym. demont. loco supra citat. num.* 2. ubi quod vicinitas, & aptitudo sunt argumenta dominii *Bald. in cap. causam colum. 3. ibiq. Innoc. de probat.*

Ità in his controversiis jurisdictionalibus
26. non existente altero Episcopo in Causa cum Prælato inferiori, semper favorabile arbitrium capiendum est pro illo Episcopo comparente, cujus favore militat præsumptio, quod ejus Diœcesis ex majori parte, seù vicinitate adhæreat Castris, aliisque locis, quæ prætenduntur de Territorio Separato, & ratio est, ut ponderat benè *Card. de Luc. de jurisdict. disc.* 96. *edito pro veritate sub num.* 5. Quod hujusmodi con-

controversiæ habent notorii speciem; sicque innotescunt omnibus Episcopis adjacentibus in illa Provincia, seu Regione, ubi vertuntur, & valde inverisimile est, quod si locus controversus esset in altera Diœcesi ab illa diversa, cujus Episcopus comparet, & litigat, alter Episcopus negligeret sua quoque jura experiri, accedente etiam hac optima consideratione, quod scilicet in hujusmodi locis Territorii verè Separati, & nullius, citra controversiam per Sac. Concil. Trident. quam plures actus demandantur Episcopo viciniori Sede vacante, occasione ordinum, & similium, quæ demandantur per Constitutiones Apostolicas, illam præsertim Gregor. XIV. super immunitate Ecclesiastica, & per consequens ita certificatum remanet absque alia probationis necessitate, quisnam sit ille Episcopus vicinior, cui magis situatio loci assistat, ob nimium improbabile silentium aliorum Episcoporum adjacentium, qui desuper interesse habere possent, ac propterea admittere favore Prælati inferioris in hisce controversiis jurisdictionalibus genericam propositionem de actore non probante, seu de reo vincente per non jus actoris, videtur continere quamdam subtilitatem Juristarum, non autem est respicere ad veritatem, pro qua detegenda adhærendum est regulæ superiùs firmatæ, quod urgente illa divisione, per quam omnia loca in sui origine præsumi debent esse in aliqua Diœcesi; Utique non comparente alio Episcopo, qui situatione in propria Diœcesi prætendat, dicuntur esse illius Diœcesis Episcopi, cujus finibus magis adhærent, ut benè firmavit *Rot. in Gerunden. Jurisdictionis 5. Martii 1692. coram Molines post disc. 117. Card. de Luc. de Jurisdict. juxta Venetum impressionem*, ubi concordantes.

QUÆSTIO VII.

ARGUMENTUM.

An, & quomodò distinguatur locus exemptus à loco cum Territorio verè Separato, & de pluribus Ecclesiis, seu Monasteriis exemptis, intrà quorum septa Superiores tàm Seculares, quàm Regulares possunt exercere jurisdictionem; aliaque plura peragere.

SUMMARIUM.

1. *Loca de Territorio Separato, distinguuntur ab aliis simpliciter exemptis.*
2. *Privilegium exemptionis respicit solam subjectionem, non autem situationem.*
3. *Quæ per exemptionem expressè non tolluntur Episcopo, censentur ipsi præservata.*
4. *Privilegia simpliciter eximentia loca Ecclesiastica, tribuunt tantùm jurisdictionem in personis intra septa degentibus, non extra.*
5. *Monachi erant prohibiti exercere curam animarum nec ne quæstio agitata.*
6. *Episcopus potest visitare loca exempta, seu Monasteria Regularium jure ordinario in respicientibus curam Animarum.*
7. *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis succedit in jurisdictionalibus Sede Episcopali vacante.*
8. *Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ loci cum Territorio Separato, decedente Prælato inferiori habet in omnibus administrationem jurisdictionis.*
9. *Capitulum in Ecclesiis de Titulo Cardinalitio in Urbe pariter, defuncto Cardinali, succedit in jurisdictione.*
10. *Capitulum Ecclesiæ simpliciter exemptæ, mortuo Prælato inferiori, nihil habet, sed jurisdictio devolvitur jure nativo ad Ordinarium.*
11. *A jurisdictione Capituli Ecclesiæ Cathedralis excipiuntur plura.*
12. *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, tenetur infra octo dies eligere Vicarium, qui sit Doctor; vel idoneus.*
13. *Non factâ electione, fit devolutio ad Metropolitanum.*
14. *Monasteria Regularium distinguuntur.*
15. *Generalis cujusvis ordinis regularis assimilatur Episcopo.*
16. *Exemptio Regularium cui tribuitur.*
17. *Regulares, non possunt visitari, nec corrigi ab Episcopis, licèt habeant Monasteria in Diœcesibus.*
18. *Exemptio generalis Regularium in multis casibus patitur limitationes.*

Ex iis, quæ supra notavimus, dantur alíqui Prælati inferiores, qui vel per clarum Privilegium Apostolicum, vel per probatam immemorabilem illud, aliumque meliorem titulum de mundo præsupponentem, habent verè jurisdictionem quasi Episcopalem in uno, vel pluribus locis cum Territorio Separato,
1. quæ sicuti non dicuntur nec in Diœcesi nec de Diœcesi Episcopi, ex quo constituunt propriam ipsius Prælati inferioris Diœcesim, etiam in concernentibus jurisdictionem delegatam per Sac. Concilium Tridentinum, ita jure merito distinguntur ab aliis locis, quatenùs ista sunt simpliciter exempta à Jurisdictione proprii Ordinarii, quæ sanè simplex exemptio potiùs præsupponit illa existere in Diœcesi, licèt operetur ut non sint de Diœcesi *cap. cum episcopus* & ibi *franc. in 2. notab. Gemin. num. 3. de Offic. Ordin. in 6 Anchar. cap. postulasti num. 45. de for. compet. Abb. in cap. Apostolicæ num. 3. de donat. Federic. de sen. cons. 2. num. 4.* cum aliis allegatis per *Rot. decis. 324. num. 3. par. 1. recent. & in firmana Jurisdict. 10. Maii 1700. §. 18. coram Reverendiss. Molines Decano, & in aliu edita 15. Aprilis 1701. coram eodem* ubi benè distinguentur loca cum Territorio Separato ab illis ex privilegio simpliciter exemptis

redditurque ratio, quia si loca non essent in Diœcesi, frustrà impetraretur privilegium
2. exemptionis, cum tale privilegium solum eximat à subiectione, non autem à situatione *Vitalin. in Clem. 2. num. 44. de Privilèg. Franch. in cap. 2. §. statuto vers. sed adverte de Constitut. in 6. Gratian. discep. forens. cap. 918. num. 9.* Itaut generaliter tradunt Doctores,
3. quod quæ per privilegia exemptionis Episcopo expressè non adimuntur, illi censentur reservata, & remanent sub ejus Jurisdictione *Anchar. dict. cap. postulasti num. 45. vers. quod probo de for. compet. Cochier. de Jurisdict. in exempt. par. 2. quæst. 45. num. 12. Lotter de re bebefic. quæst. 24. num. 96. Rot. in Gerunden. Jurisdict. 13. Junii 1692. §.* ac per consequens coram *Reverendiss. Molines Decano, & in Barren. Jurisdict. 26. Aprilis §. neque* coram *b. m. Ursino, & in Derthusen. Jurisdict. super gravibus 4. Maii 1697. §. cum. ergo coram R. P. D. Pio, & in Valentina Jurisdict. 6. Aprilis 1699. §. & sanè coram dict. Reverendiss. Molines Decano.*

Præterea privilegia eximentia Monasteria, ac alia loca Ecclesiastica, & eorum membra, non eximunt Castra cum Clero, & Populo, ideoque non concludunt Territorium Separa-
4. tum, sed exempti dicuntur habere tantùm jurisdictionem in Personis existentibus intra septa Monasteriorum, non autem in locis *cap. per exemptionem de privileg. in 6. ubi Gemin. num. 5. Franch. num. 3. Rot. dict. decis. 324. num. 6. par. 1. recent.* & novissimè firmatum fuit in dicta *Firmana Jurisdict. 15. Aprilis 1701. §. exemptio 12. coram Reverendiss. Molines Decano.*

Atque hinc opportunè quæri potest, quo jure Episcopus visitare valeat Monasterium, seù aliam Ecclesiam exemptam, quibus anne-
5. xa est cura animarum, & prætermissâ quæstione inter Doctores olim agitatâ, an Monachi de Jure prohibeantur dictam curam animarum exercere, sive in ipsomet Monasterio, sive in alia Ecclesia ab illo seiuncta, quam quæstionem examinavit *Rota in Firmana Jurisdict. 10. Mati 1700. ex §. 19. ad 21. coram Reveredіss. Molines Decano*, est certum, quod dicto Episco-
6. po in respicientibus dictam curam animarum non autem diiscіplinam regularem competit facultas visitandi Monasteria, seu alias Ecclesias exemptas jure ordinario, non autem delegato, vigore scilicèt Sac. Concilii Tridentini, ut latè, discusso hoc puncto, firmatum fuit in mox allegata decisione postmodum confirmata *die 15. Aprilis 1701. §. 12. coram eodem*, ubi quod exemptio indulta Monasteriis non egreditur illorum septa circa ea, quæ respiciunt regularem observantiam, & quoad curam animarum illis incumbentem extat in Jure cõmuni responsum *Bonifacii VIII. in cap. 9.* ibi *per exemptionem Ecclesiæ concessam, ipsa Ecclesia & ipsius Monachi, vel Canonici Clerici etiam, & conversi, perpetuòque oblati (non autem Ecclesiæ ejusdem Presbyter, qui parochianorum curam habet, quoad ea quæ ad curam eamdem pertinent, nec ipsi parochiani etiam) intelligantur exempti* quem textum unà cum aliis Juribus perpensis favore episcopi, iterum per sua principia, examinatâ hac materiâ approbauit Rota in alia decisione confirmatoria præcedentium in dicta Causa Firmana Jurisdictionis 13. *Martii 1702. coram eodem Reverendiss. Molines Decano*, ad quas decisiones tamquam extensas summâ cum doctrina poterit recurrere benignè lector

Præterea magnum discrimen intercedit inter locum exemptum cum Territorio Separato mediante circumscriptione confinium, & mentione Cleri, & Populi, & locum, sive Ecclesiam simpliciter exemptam, cum unus ab altero distinguatur, præcipuè ex eo, quod
7. quemadmodum Capitulum Ecclesiæ Cathedralis succedit in Jurisdictionalibus sede Episcopali vacante *cap. cum olim de major. & obed.* ubi *Abb. num. 2. Federic. de sen. consf. 16. num. 2. vers. item potest Capitulum Pavin. de potest. cap. sed vacan. par. 1. quæst. 7. num. 3. Barbos. de Offic. & potest. Episc. par. 2. allegat. 36. num. 9. & 10. Antonell. de regim. Eccles. lib. 4. cap. ult. §. 2. num. 11. Rot. decis. 346. num. 1. par. 1. recent.*

Ità Prælato inferiore habente per veritatem
8. Territorium Separatum cum qualitate nullius defecto, aut Translato, sequitur ex eadem ratione cujusdam Juris non decrescendi militantis favore Capituli Cathedralis Episcopi, quod Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ existentis in dicto Teritorio Separato habeat in omnibus administrationem Jurisdictionalem suæ Ecclesiæ, itaut succedat etiam in Jure visitandi spectante suo Prælato *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 54. num. 3. Pellegrin. in prax. Vicar. par. 1. sect. 4. & 5. num. 3. fol. 91.* & latè examinata hac quæstione tradit *Fagnan. in cap. hisque ex num. 36. ad 48. de Major. & obed.* & pro absoluta dixit *Rot. dict. decis. 346. num. 3. par. 1. recent.*

Quo verò ad alias Ecclesias, & Monasteria
9. simpliciter exempta, exceptis illis, quæ sunt tituli Cardinalitii, & ob id defuncto Cardinali, jurisdictio transit etiam in Capitulum; præterquam in iis, quæ sibi reservavit summus Pontifex *per text. expressum in cap. his, quæ de Major. & obed.* ubi latè *Fagnan.* in aliis inquam Ecclesiis collegiatis, seu Monasteriis non habentibus Territorium Separatum, licèt sint exempta, mortuo, seù aliàs impedito Prælato inferiori, cum cesset ratio, quod locus, sive Clerus, & Populus remaneat acephalus, hoc est sine proprio capite, & Rectore; Jurisdictio non devolvitur ad Capitulum Monasterii, seù alterius Ecclesiæ collegiatæ existentis intra Diœcesim, sed remanet penès Ordinarium,
10. qui nativam, & habitualem Jurisdictionem inibi

inibi habebat, ut benè, distinctis casibus, explicat *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 54. num. 5.*

11. Cæterùm quia, ut supra dixi, in Capitulum Ecclesiæ Cathædralis, mortuo Episcopo, transit Jurisdictio, ab ista excipiuntur plura, de quibus latè differit *Fagn. dict. cap. his, quæ ex num. 54. ad fin. de Majoritat. & obed.* ubi etiam explicat, an dictum Capitulum coarctari possit eligere Vicarium sede Episcopali vacante, & licèt de Jure communi esset amplectenda sententia negativa ex notatis per *Abb. in cap. irrefragabil. num. 2. de Offic. ordinar. Felin. in dict. cap. cum olim de major. & obed.* Hodiè tamen

12. servatur Jus novissimum. Sac. Concil. Trident. *sess. 24. cap. 16.* quo expressè cavetur, ut Capitulum teneatur infrà octo dies post mortem Episcopi Officialem, seu Vicarium constituere, vel existentem confirmare, qui saltem in Jure Canonico sit Doctor, vel licentiatus, vel aliàs quantum fieri poterit Idoneus, alioquin

13. ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvitur; Immò si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit ad antiquiorem suffraganeum, & ubi est exempta cum Territorio Separato ad propinquiorem Episcopum, ut prosequitur dictus *Fagnan. loco mox citato num. 67.*

Ex prædictis inferri potest, quod retentâ exemptione dumtaxat passivâ, ad differentiam activè includentis jurisdictionem supra Clerum, & Populum, subdistinguendum est inter

14. Monasteria Regularium, quæ singulariter reguntur de perse cum proprio Abbate electo ab illis solis Monachis addictis dicto singulari monasterio, ut consuetum est ultra montes in partibus Germaniæ, & inter monasteria constituentia quamdam Speciem Reipublicæ, seù Universitatis utpote omnia, licèt sint in diversis locis, seù Provinciis sita, pertinent tamen ad unicum corpus Religionis, super quibus supremum gubernium habet Prælatus, qui in comitiis, seu Capitulo generali à toto corpore Religiosorum vocalium eligitur, & exindè deputantur alii Superiores, Provinciales nempè, Diffinitores, Visitatores, qui in omnibus dictis

15. monasteriis supplent eas partes, quæ Locorum Ordinariis seu Diœcesanis per Sacros Canones commissæ sunt; quinimò explorati juris est, Generalem cujusvis religionis assimilari Episcopo in sua Diœcesi, ut aduertunt *Rodriq. quæst. regul. tom. 1. quæst. 22. art. 10. Suarez. de Relig. tom. 4. cap. 12. lib. 2. Mirand. in manual. Prælat. par. 1. quæst. 13. art. 3. & 5. Card. de Luc. de Regul. disc. 54. num. 2.* & consequenter quidquid sit de generica exemptione concessa toti ordini Monastico, de qua in *Canone quam sit necessarium 18. quæst. 2.* quæve ta-

16. lis generalis exemptio tribuitur Divò Gregorio Magno in Synodo ab ipso celebrata, ut refert *Baron. annal. ann. 1001. Passarin. de stat. hom. quæst. 189. num. 10. inspect. 10. num. 974.* cum contrarium sentiat *Barbos. de potest. Episc. par. 3. allegat. 95. num. 12.* ubi refert plures Religiones fuisse diversimodè exemptas à diversis summis Pontificibus, & consonat *Fr. Emman. quæst. regul. tom. 2. quæst. 63. art. 3.*

Hoc unum est certum, quod attentis prefatis Summorum Pontificum specialibus privilegiis directè concessis, sivè indirectè ac implicitè per communicationem, nulla hodie dignoscitur Religio per S. Sedem Apostolicam approbata, cui hoc privilegium exemptionis

17. passivæ non competat, ut proinde Regulares nequeant ab Ordinariis Diœcesanis visitari, corrigi, minusque cogi, ut ad Monasteria, seu ad professionem propriæ regulæ aliquos recipiant, qui non sint benè visi eorum Superioribus, cum isti hodiernis temporibus intrà septa Monasteriorũ gaudeant in suos ea jurisdictione, qua fruuntur Episcopi in subditos *Navar. cons. 23. de Privileg. Sayr. in floribus eod. tit. decis. 25. Cochier. de Jurisdict. in exempt. par. 1. quæst. 17. num. 25.*

Multis autem eadem generalis exemptio

18. subiacet limitationibus per Sac. Concilium Tridentinum, & per Apostolica decreta, sivè qer receptam Doctorum traditionem ex Canonum præsumpta mente resultantibus, in plerisque casibus, in quibus non obstante exemtione, Diæcesanus Episcopus reassumendo nativam, & antiquam ejus potestatem, vel tamquam Sedis Apostolicæ delegatus Regularium Superior, & protector est, & cum longum sit, ac tædiosum omnes huiusmodi Casus particulariter recensere nulla exigente necessitate nostri Instituti respicientis solum Territorium Separatum, de facili inspici possunt apud modernos collectores, qui illos referunt, prout sunt *Barbos. de potest. Epis. dict. allegat. 105. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quæst. 2. Frances in manual. past. par. 2. quæst. 2.*

QUÆSTIO VIII.

ARGUMENTUM.

An, & quando liceat Regularibus facere processiones extra Claustra propriorum Monasteriorum, & utrum eis illas interdicere valeant Parochi, in quorum Parochiis reperiuntur sita Monasteria, & quid inter ipsos Parochos dicendum.

SUMMARIUM.

1. *Constituitur differentia Processionum.*
2. *Regulares cogi valent accedere ad processiones publicas indictas per Episcopum, non obstante exemptione.*
3. *Regulares possunt facere processiones privatas intra septa Monasteriorum absque licentia Episcopi.*
4. *Extra ambitum Ecclesiæ, seu Monasterii non possunt facere processiones Regulares, nisi de licen-*

licentia Parochi, exceptis illis Ecclesiis habentibus particulare indultum.

5. *Processiones facere est actus jurisdictionis.*

6. *Jurisdictio in alieno Territorio exerceri nequit.*

7. *Territorium Regularium dicitur restrictum intra ambitum proprii Conventus.*

8. *Quid dicendum est, ubi per Regulares probatur consuetudo faciendi certas processiones, & num. 9.*

10. *Parochi habent assistentiam Juris.*

11. *In praejudicialibus non sufficit sola acquiescentia, sed etiam requiritur prohibitio ultra scientiam.*

12. *Renunciatio Juris sui non praesumitur.*

13. *Immemorabilis secum fert meliorem titulum de mundo.*

14. *Immemorabilis producit effectum suum etiam in iis, quibus jus commune resistit.*

15. *Regulares extra ambitum propriae Ecclesiae non possunt deferre Stolam, cum ista sit de juribus Parochialibus.*

16. *Delatio Stolae non est simpliciter signum jurisdictionis, sed aequè convenit ad qualitatem Sacerdotis.*

17. *Refertur contraria opinio moderni Authoris.*

18. *Concessa facultate sepeliendi Regularibus, dicitur etiam concessum jus processionaliter deferendi cadaver defuncti.*

19. *Ritus sepeliendi Mortuos laudantur in Ecclesia Catholica.*

20. *Voluntas Defuncti non est mandanda executioni, si disposuerit velle sepeliri absque ulla pompa.*

21. *In sepulcris Majorum tumulari debent, qui non sibi elegerunt sepulturam.*

22. *Electio sepulturae unicuique licita est in quacumque Ecclesia.*

23. *Parochus non potest impedire electionem sepulturae.*

24. *Haeres defuncti potest convocare Confraternitates sibi benevisas, aliosque Regulares pro associando Cadavere ad sepulturam, etiam invito Parocho.*

25. *Praecedentiarum controversiae quomodo componi debent.*

26. *Parocho competit jus convocandi Sacerdotes ad sepeliendum Cadaver, non facta electione ab haerede Defuncti.*

27. *Parochus proprius Defuncti nunquam excluditur à funere associando, etiam invitis haeredibus Defuncti.*

28. *Concurrente consuetudine, possunt Regulares levare Cadavera ex propriis domibus sine consensu Parochi.*

29. *Regulares habent jus liberè sepeliendi Cadavera in eorum Ecclesiis; intellige conclusionem, ut num. 30.*

31. *Jus ducendi processionem, & levandi Cadaver à propria Domo competit proprio Parocho, & refelluntur contrarii.*

32. *Regulares, & confratres convocati ad funus ducendum, debent accedere ad Ecclesiam Parochialem priùs quam deferatur Cadaver; quamvis sepeliendum sit in propriis Ecclesiis.*

33. *Parochus proprius Defuncti potest associare Cadaver usque ad Ecclesiam Regularium, non intra eam peragere reliqua necessaria.*

34. *Quid dicendum quando, quis decedit in aliquo Hospitali habente proprium Rectorem.*

1. PRaescindendo nunc ab illis processionibus, quae dicuntur publicae ad differentiam privatarum; cum de primis superfluum sit discurrere, nec pertineant ad hanc quaestionem respicientem loca exempta, & privata per speciem Territorii Separatam habentia jurisdi-
2. ctionem, & quamvis non obstante exemptione, ad publicas processiones peragendas cum reliquo Clero Seculari cogi valeant Regulares, ut sancitum reperitur per *Sac. Concil. Sess.* 25. *de regular. cap.* 13. ubi refert plures concordantes *Barbos. num.* 17. & 18. *idemq. repetit. de Potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 78. *num.* 8. *Cochier. de jurisdict. ordin. in exempt. par.* 2. *quaest.* 45. *num.* 109. *Fr. Eman. quaest. regul. tom.* 3. *quaest.* 36. *art.* 1.

Nihilominùs iidem Regulares absque licen-
3. tia Episcopi possunt facere processiones, dummodo illas ducant intùs eorum Ecclesias, & Monasteriorum ambitum *Zerol. in prax. Episcop. par.* 1. *verbo. processiones* §. 4. *Barbos. de potest. Episc. dict. par.* 3. *allegat.* 78. *num.* 7.

Caeterùm extra ambitum Ecclesiae, & Claustra Monasterii non licet nequè Regularibus,
4. nequè Confraternitatibus Virorum Saecularium facere processiones, nisi de licentia, consensu, aut cum Cruce Parochi, exceptis tamen illis Ecclesiis, quae haberent speciale privilegium *Lenzan. in summ. quaest. regul. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 51. *Barbos. Apostol. decis. collect.* 605. *num.* 28. *Pignatell. consult. Canon.* 65. *tom.* 6. ubi plura refert decreta Sac. Congregationis Concilii, & Congregationis Epis. & regul. & ratio est, praeter dicta decreta, quia facere
5. processiones est actus jurisdictionis, ut asserit *Ricc. par.* 1. *decis.* 90. *num.* 2. *Card. de Luc. de praem. disc.* 43. *num.* 5. Jurisdictio autem in alieno Territorio exerceri non potest, ideoque nec fieri queunt processiones, ut rectè concludit *Donat. in prax. rer. regul. tom.* 1. *par.* 2. *Tamburin. de jur. Abbat. disput.* 15. *quaest.* 7. *num.* 39. *tom.* 2. Praesertim quia Territorium Regularium dicitur restrictum intra proprii
7. Conventus, seù Monasterii ambitum, vel septa, extra quae jus est Parochi; ut optimè animadvertit *Card. de Luc. Miscell. Eccles. disc.* 15. *n.* 5. *Rot. decis.* 348. *num.* 35. *par.* 11. *recent.*

Quid verò esset dicendum in casibus, ubi per Regulares probaretur consuetudo faciendi dictas processiones, etiam extra propriam
8. Ecclesiam per Parochiam, nec non per Civitatem, signanter in processione Rosarii, quae ex devotione Populi videtur habere aliquod spe-

speciale privilegium, ut refert *Festus in consilit. sui ordin. par. 1. cap. 23. quem allegat. Barbos. de potest. Epis. dict. par. 3. allegat. 78. sub n. 7.*

Et in hoc, quicquid sit de dicta processione Rosarii, quæ nullatenus reperitur specialiter privilegiata, ut ostendit P. Donatus, qui fuit Prædicatorum, & confutat dictum Festum ex animadversis per *Pignatell. consult. 65. num. 10. tom. 6.* Ego distinguerem, aut consuetudo
9 . etiam immemorabilis allegatur per viam præscriptionis, & non posse Regularibus suffragari, luculenter decrevit Sac. Congregatio Concilii cujus verba hæc sunt. Sac. Congreg. censuit: *Regularibus, & Confraternitatibus in Regularium Ecclesiis erectis permissum esse processiones facere intra eorum Ecclesias, & Claustra tantum, & non extra. Si vero Ecclesiæ Claustro careant eisdem Regularibus, & Confratribus licere processiones facere intra ambitum dumtaxat ejusdem Ecclesiæ, sive exeundo ex una janua Ecclesiæ, & intrando per aliam, sive per eamdem, & tunc prope muros Ecclesiæ, & non extra ambitum, nisi de licentia, & consensu, aut cum Cruce Parochi, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, vel præscriptionibus etiam immemorabilibus. Privilegiis Apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus in suo robore permanentibus, quibus per hoc decretum minimè censeatur derogatum die 27. Julii, 2. Augusti, & 19. Septemb. 1629.* quod decretum fuit à Sanctissimo tunc temporis Urbano VIII. approbatum, & confirmatum refert *Pignatell. consul. 122. num. 1. tom. 1. & dict. consul. 65. num. 9. tom. 6.* ubi plura alia
10. adducit favore Parochi, quem dicit habere assistentiam Juris, ideoque ei non adversari *text. in cap. fin. de consuetud. in 6.* cum hujusmodi textus duas exposcat qualitates, primam, quod consuetudo sit legitimè præscripta, secundam quod sit rationabilis, & utramque asserit deficere contra Parochum, ex ratione, quod cum turbetur illius jurisdictio, quando fit processio intra fines suæ Parochiæ, semper consuetudo videtur irrationabilis, & ulterius non sufficit probare acquiescentiam Parochi,
11. cum in hisce actibus facultativis doceri deberet processiones fuisse factas, sine ejus licentia, prævia prohibitione, & subsecutâ ejusdem acquiescentiâ, prout regulariter tradunt in similibus materiis juxta doctrinam *Innocent. in cap. querelam num. 3. de elect. Abb. in cap. Abbate num. 10. de verbor. significat. Posth. de manut. observat. 40. num. 20. Rot. post. eumd. decis. 438. num. 9. & coram Dunozett. jun. decis. 855. n. 10.* & ratio est, quia ad hoc, ut actus inducant consuetudinem, probari debet, quod fuerint facti ex intentione, ut consuetudo inducatur, cum alias ex gratia potuissent fieri, nè detur juris sui renunciatio, quæ in dubio non præsumitur *decis. in cap. cum accessissent col. penult. vers.* & hoc comprobatur de *consilit. glos. notab. in cap. consuetudo distinct. 1. Gratian. discept. forens. cap. 298. num. 8.*

Aut consuetudo immemorabilis allegatur simpliciter, & cum de natura illius sit præseferre quemcumque meliorem titulū de mundo *Menoch. cons. 1023. num. 3. & 4. Gabr. de præscript. concl. 1. num. 44. Card. de Luc. de alien. & contract. prohibit. disc. 2. & 3. Rot. coram Merlin. decis. 593. num. 25.* Ideò ex dicta consuetudine immemorabili allegari potest Privilegium Apostolicum, vel concessio Episcopi, aut Parochi in limine fundationis, ut nimirum Regulares, aut confraternitates possint peragere istas processiones per Parochiam, vel per Civitatem, & sic extra ambitum proprii Monasterii aut Ecclesiæ, ut optimè in subjecta materia ponderat *Card. de Luc. Miscellan. Eccles. disc. 15. num. 3. Panimoll. decis. 1. adnot. 10. num. 27.* & de pluribus effectibus dictæ immemorabilis videndus est *Gabr. comm. concl. titul. de præscrip. dict. concl. 1. num. 1. & per tot. ubi*
14. *num. 9.* asserit conclusionem procedere etiam quoad ea, in quibus jus commune repugnat possidenti, ut est quando quis in alieno Territorio, vel in aliena parochia possidet *per text. in cap. 2. de præscript. in 6. Cardin. cons. 88. colum. 1. & cons. 118. col. 2. Imol. in cap. cum Apostolica col. 6. de his quæ fiunt à Prælat. Felin. in cap. si diligenti colum. penult. vers. nunc etiam de Præscrpt. Curt. Jun. cons. 20. num. 6.*
15. Advertendum tamen est, quod dum Regulares incedunt extra propria claustra per limites Parochiæ, in qua sita est eorum Ecclesia, non potest ab aliquo ex illis deferri stola, cum hujus delatio sit de juribus parochialibus, & proinde privativè pertinet ad Parochum, ut probat *Pignatell. consult. 63. num. 7. tom. 6. & firmavit. Rot. decis. 348. num. 32. par. 11. recent.*

Cæterum cum ad trutinam fuerit revocata quæstio exorta inter Parochum, & Cappellanum cujusdam Confraternitatis aggregatæ Archiconfraternitati mortis Urbis, quæ habet amplissima privilegia sepeliendi Cadavera, an dictus Cappellanus posset incedere cum cotta & stola, etiam præsente proprio Parocho de-
16. functi, firmatum fuit, quod delatio stolæ non sit signum univocum solius Jurisdictionis, sed æquè benè potest referri ad qualitatem Sacerdotalem, ut in Savonen. Aggregationis 15. *Januarii 1700. § atque hinc coram R. P. D. dell' Olmo*, & in eadem Causa edita fuit altera *decisio 13. Junii 1701. §. præmaximè coram Reverendiss. Molines Decano*, cui opinioni Sacræ
17. non adhæret modernus Autor *formularii legalis practici in ejus 2. tomo pagin. 18. num. 78.* ubi prætendit demōstrare in opinionum varietate, esse sequendam illam, quam tenuit *Sac. Congr. Concilii quæ sub die 23. Januarii 1706.* partibus informantibus declararavit Cappellanum extra Oratorium Confraternitatis non posse deferre stolam tamquam signum Jurisdictionis, signanter quia eadem Sac. Rota in pluribus resolutionibus Causarum professa est reverenter

ample

amplecti decreta Sacrarum Congregationum ut in voluminibus recentiorum.

Quia verò Regularibus concessum reperitur jus sepeliendi cadavera in eorum Ecclesiis, uti-
18. que concessâ sepulturâ, conceditur quoque delatio mortui processionaliter *Oldrad. cons. 225. num. 13. Sebast. medic. de sepult. par. 2. quæst. 7. Card. Tusch. litt. A concl. 76. Barbos. in Jus. can. in cap. accessorium num. 3. de regul. jur. in 6. & de Offic. & potest. Paroch. par. 3. cap. 26. num. 56.*

Immò hodiè Ecclesia Catholica obliteratis & proscriptis innumeris superstitiosis, & deridendis Ethnicorum funerum ritibus, nec non ambitiosis, & superfluis expensis, quæ in hanc causam effundebantur, sequens exempla veteris, & novi testamenti, instructaque Beatorum Apostolorum, sanctorũque patrũ regulis pios, ac religiosos constabilivit ritus, in sepe-
19. liendis corporibus mortuorum servandos, instituendo scilicet, ut eorum funus prosequeretur cum piis, precibus, psalmis, & missis, Clericorũ associatione, candelis, & intorstitiis ardẽtibus, aliaque hujus generis pompa, & celebritate; idquæ tamen suffragiũ animarũ, solatiumque vivorum, quàm ad significandum animas à corpore Separatas vivere, & immortalitatis dono gaudere, defunctos Obiisse in fide resurrectionem, ac fruitionem eternæ gloriæ expectare, ut ex divo *Augustino Hieronymo, & Ambrosio sunt Canones in cap. non æstimandum 19. cap. animæ 22. cap. tempus 23. cap. quia 24. & cap. qui divina 28. caus. 13. quæst. 2.* & explicant latè *Card. Bellarm. tom. 1. controv. lib. 2. de funer. Gugliem. de Benedict. cap. Raynutius verbo mortuo testatore il 1. num. 54. de testam. Durand. de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 23. à num. 1. ad 16. Passer. de stat. hom. tom. 2. quæst. 187. art. 4. num. 34. cum. aliis* allegatis in *Rom. funeralium lunæ 15. Junii 1699. §.* Sed etiam coram *Reverendiss. Molines Decano* ubi latè agitur, quod funeralia pro Mortuis fieri debent, nec executioni est demandanda ultima Defunctorum voluntas in ea parte, ubi illi præscriberent eorum corpora humari sinè ulla honorificientia ab Ecclesia instituta, ut etiam probant *Lauor. var. elucubr. tit. 2. cap. 16. num. 18. Ventrigl. in prax rer. notab. for. Eccles. annot. 52. §. unico num. 16. Amostaz. de caus. piis lib. 6. cap. 5. num. 13.*

Non obstante quod Sanctus Augustinus de Civitate Dei dicat *Sepulchrorum memoriam sumptusque funeris magis vivorum esse conso-*
20. *lationem, quàm defunctorum utilitatem*, & Diuus Ambrosius sermone inquit *quid profuit sepulchrorum Superbia, damna sunt potius viventium, quam subsidia mortuorum*, & S. Gregori. *in dict. cap. animæ* ait, *curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum magis sunt vivorum solatia, quàm subsidia mortuorum*. Quia ex laudabili consuetudine hodiè servatur, pro cujusque personæ qualitate, fieri processiones in deferendis Defunctis ad Ecclesias, ubi exi-
21. stunt sepulchra majorum, in quibis sepeliendi sunt illi, qui sibi non elegerunt sepulturam *cap. Hebron. cap. placuit 13. quæst. 2. cap. fraternitatem de sepult. Spin. in speculo testam. glos. 2. Garz. de expens. cap. 8. num. 4. Vgolin. de offic. & potest. Episc. cap. 7. num. 3. Barbos. de offic. & potest. Paroch. par. 3. cap. 26. num. 31.*

Cum de cætero omnibus adultis libera sit
22. electio sepulturæ in qualibet Ecclesia, dummodo non prohibeantur à jure, cum sit actus propriæ voluntatis *cap. cum liberum 6. de sepult. Natt. cons. 432. num. 6 Zecch. de republic. Eccles. cap. 28. de Parocho num. 17. fallent.* 2. etiam in Ecclesis Regularium, ut probatur in *Clement. dubium §. hujusmodi de sepult. Roderic. quæst. re-*
23. *gul. resolut. 128. num. 28.* itaut non possit à Parocho impediri, ut ex resolutione Sac. Congregationis rituum tradit *Barbos. de offic. & potest. Paroch. dict. cap. 26. num 21. & sequ.* ubi plura alia latè in subiecta materia perbellè explicat.

Ex quibus sequitur, quod Defuncti hære-
24. des pro associando illius cadavere ad sepulturam numerum confraternitatum sæcularium, nec non Religiosorum regularium, aliorumque Sacerdotum sibi benevisum convocare possunt, & numerum ceræ sibi quoquè benèvisum subministrare valent quolibet contrario pretextu per Parochum deducto non obstante, ut ex resolutionibus Sac. Congregationis tradit *Barbos. dict. cap. 26. num. 57.* quia verò in hisce processionibus funerum contingunt quæstiones circa præcedentiam, & signanter, ubi
25. vocantur Capitula tàm Cathedralis, quàm Collegiatæ Ecclesiæ absque eo quod me extendam longiori calamo super illis, recurrendum est ad ea, quæ tradunt *Barbos. de offic. & Potest. Paroch. cap. 9. per tot. Panimoll. decis. 1. annot. 9. per tot. aliaq.* quæ altius, ac eruditè exornatâ materia probat *Theodos. Rub. inter. discept. Gratian. cap. 298, ex num. 17. & per tot.*

Si verò dicti heredes defuncti nullos desti-
26. naverint, tunc, & eo casu jus convocandi alios Sacerdotes pro obeundis funeribus Parocho
27. competit *Rot. decis. 402. num. 12. par. 5. recent.* nec proprius Parochus excludendus umquam est, quamuis ad sepeliendum cadaver Regulares dumtaxat à defuncto vocari jubeatur, ut fuisse resolutum à Sac. Congregatione Episc. & Regul. testatur *Barbos. de Offic. & potest. Paroch. dict. par. 3. cap. 26. num. 62.* & quamuis vigore *Bullæ Pii V ex ordin. bullar. vet. 140. §. necnon fratres*, concedatur facultas Regularibus deferendi corpora defunctorum ad suas Ecclesias, & illa levandi ex eorum domibus absque interventu aliorum, tamẽ dicta constitutio fuit revocata, & redacta ad terminos juris communis per *Gregor. XIII. constitut. 15. eodem Bullar. ut testantur Gratian. discept. forens.*

cap.

cap. 492. *num.* 17. *Panimoll. decis.* 1. *annot.* 10. *num.* 11. & in subiectâ materia nuperrimè fu-
28. it excitata controversia, & Sac. Rot. firmavit, quod ubi concurreret consuetudo immemorabilis favore Regularium levandi corpora defunctorum, e propriis Domibus, illaque ducendi ad proprias Ecclesias etiam sine interventu, & licentia Parochi, talis consuetudo sit servanda, non obstante assistentia Juris Communis militante pro Parocho, ut in *Oveten. funeralium* 7. *Aprilis* 1704. *coram. Reverendiss. Molines Decano*. in qua decisione alioquin firmatur, quod Jus commune assistit Parochis, sub quorum cruce, & interventu debent associari cadavera illorum, qui elegerunt sepulturam usque ad Januã Ecclesiæ regularis, non attentâ contrariâ consuetudine *Roder. in compend. quæst. regul. resolut.* 109. *num.* 7. *Passer. de stat. hom. tom.* 2, *quæst.* 167. *art.* 4. *Romagu. ad constitut. Synod. Gerunden. dict. lib.* 3. *tit.* 9. *cap.* 3. *num.* 30.

In nihilo refragante quod Fratres, & Regulares habeant jus liberæ sepulturæ juxtà constitututionem clausam in corpore juris canonici *per text. in Clemen. dudum de sepult.* & consequenter censeantur etiam habere omne jus quoad funus judicio Defuncti, qui in eorum Ecclesia elegit sepulturam, ita quod proprius Parochus in funere jus etiam minimum sibi vindicare nequeat, aliàs non haberent jus liberæ sepulturæ cum verbum *liberè* excludat omne impedimentum *Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 4. *de Constitut.*

Quandoquidem hujusmodi jus liberæ sepul-
30. turæ restringitur solùm, ut Fratres regulares valeant in eorum Ecclesiis recipere mortuorum Cadavera, qui sepeliri in eorum Ecclesiis elegerunt, sicque exercitium talis juris solùm sibi locum uindicat post quam Cadaver delatum fuerit intùs Ecclesias Regularium, cum tunc dictum sepulturæ jus plenè devolvatur ad eosdem Religiosos regulares privativè quoad Parochum, & ratione quod Cadaver non amplius dicatur existere in jurisdictione Parochi, sed in loco exempto, & jurisdictione fratrum, cum Ecclesia, Clausura, & ambitus monasterii sit Territorium Monachorum, & Abbatis *Card. in Clem.* 1. *num.* 1. *de stat. Monach. Tamb. de Jur. Abb. tom.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 7. *num.* 39. *Barbos. de potest. Episc. allegat.* 73. *num.* 7. *Panimoll. decis.* 1. *annot.* 10. *num.* 13. *Rot. coram Zaræ. decis.* 45. *num.* 44.

Cœterum irrequisito Parocho defuncti, de jure communi non possunt Featres accipere de domo illius Cadaver, sub prætextu, quod statim, ac mortuus est aliquis Parrochianus, sit dissolutum omne jus Parochi, unde illicò pertineat funus ad fratres judicio defuncti, qui apud eos elegit sepeliri ex authoritate *Anchar. cons.* 56.

Quoniam præter plures resolutiones Sac.
31. Congregationis Rituum relatas per *Barbos. de offic. & potest. Paroch. dict. cap.* 26. *num.* 66. ut non possint levari Cadavera mortuorum de domo tàm a Presbyteris Sæcularibus, quàm à Regularibus absque consensu, & licentia proprii Parochi est certum; quod processio funeris super Cadavere deferendo ad Ecclesiam alienam de Jure competit proprio Parocho defuncti, qui indutus Cottâ, & Stolâ nigri coloris ingreditur locum, ubi jacet Cadaver, quod prius aquâ benedictâ aspergit, deindè linteo involutum defertur ad feretrum, ordinatur processio, præcedunt confraternitates Sæculares quatenus fuerint vocatæ, sequitur Clerus Regularis, & Sæcularis, & ultimo loco dictus Parochus, qui incipit antiphonam *Subveuite Sancti Dei*, ut refert *Barbos. de offic. & potest. Paroch. par.* 3. *cap.* 26. *sub num.* 56. *Oldr. cons.* 82. *num.* 2. *& benè Gratian. discept. forens. cap.* 492. *ex num.* 28. *usq. ad finem*, ubi reprobat Ancheranum supra allegatum, & firmatur per *Panimoll. decis.* 1. *annot* 10. *num.* 15. ubi quod Curatus, & non regulares debet deferre Sto-
32. lam, & ulterius ad Parochum quoque spectat officium facere supra corpus defuncti Domi, & per viam, & non ad Regulares, quamvis in eorum Ecclesia sepeliri debeat; Immò Regulares vocati ad sepeliendum moetuos in propria Ecclesia, omnesque alii funus comitantes tenentur accedere, & convenire in Parochiali Ecclesia, & ex eadem discedere cum Clero Sæculari unà cum Parocho, & ritualiter pee ordinem procedere ad Domum defuncti, & nullo modo permittendum est, ipsos Regulares permanere per vias, vel expectare ad dictam Domum defuncti non obstante contraria consuetudine, ut prosequitur *Panimoll. dict. dec.* 1. *annot.* 10. *num.* 16. *&* 17. & relatis pluribus decretis Sac. Congregationis tradit *Barbos. de offic. & potestat. Paroch. dict. cap.* 26. *num.* 63. *& sequ.*

Benè verum est, quod Parochus possit dum-
33. taxat funus ducere, & prosequi usque ad Ecclesiam Regularium, in cujus foribus defuncti cadaver dimittere, benedicere, & dare ultimum vale tenetur, reliqua verò officia, aliaque munia, quæ in hujusmodi ministeriis adhiberi solent, ab ipsis solùm Regularibus peragenda sunt: ut secundum diversas resolutiones Sac. Congregationis pariter tradit *Barbos. & Panimoll. locis supr. citat.*

Hinc si contingeret, aliquem fuisse receptum in Hospitali privilegiato, ibique lucis usuram amitteret, cum dispositione, quod in
34. alia Ecclesia, quàm in Cemeterio, seu illa ejusdem Hospitalis sepeliretur, tunc Rector dicti Hospitalis associare nequit cum Cotta, & Stola Cadaver taliter defuncti, sed in ejus foribus debet dare ultimum vale, & quamvis Parochus Monachus, seu Regularis ad cujus Ecclesiam deferri debet defunctus incedere va-

leat

leat cum proprio Parocho, ambobus indutis Cottâ, & Stolâ, ex quadam reciproca regula, quod Parochus Monachus potest ingredi Parochiam Sæcularium, sicut Sæcularis Parochiam Monachorum ex deductis per *Panimoll. dict. decis. 1. annot. 9. ex num. 32. ad finem*, non tamen servandum est eum Rectore Hospitalis ex ratione, quod non est verè Parochus, & solùm privilegium Hospitali concessum limitari debet intrà limites, & continentiam illius, ut dixit *Rot. coram Zarat. dict. decis. 45. num. 39.* Exemplo Regularium, qui cum non habeant Territorium nisi intrà claustra ex supra firmatis non possunt Religiosum defunctum portare per Civitatem, & per alienas Parochias, ut refert *Barbos. de offic. & potest. Paroch. cap. 26. num. 62. Lenzan. in summ. quæst. regul. cap. 12. num. 41. Panimoll. decis. 5. annot. 5. num. 15.*

QUÆSTIO IX.

ARGUMENTUM.

Parochia ex quibus constituatur, & Parochianus ex quibus efficiatur, & quid statuendum sit inter Ecclesias non parochiales sitas intra limites alicujus Parochiæ.

SUMMARIUM.

1. *Parochias divisit Dyonisius Papa.*
2. *Episcoas in aliquibus regionibus. & præsertim in Hispania dicitur Parochus universalis in tota Diœcesi.*
3. *Ecclesia qualibet præsumitur potiùs simplex quàm Parochialis.*
4. *Ecclesia Parochialis ad instar Diœcesis debet habere limites circumscriptos, ac proprium Teritorium cum Populo, & foro pœnitentiali.*
5. *Cura animarum sola non probat Parrochialitatem Ecclesiæ.*
6. *Testes non deponentes super necessitate ministrandi, & recipiendi sacramenta non probant Ecclesiæ parochialitatem.*
7. *Ecclesiæ Parochiali non conveniunt duo Rectores, sicuti corpus non potest habere duo capita.*
8. *Rota Romana in hoc variavit, & dixit non repugnare juri Communi, duos Rectores esse in una Ecclesia Parrochiali.*
9. *Parochiani dicuntur omnes habitatores intra limites Parochialis Ecclesiæ.*
10. *Sola habitatio efficit, quem esse Parochianum, dummodo concurrat animus in ea permanendi.*
11. *Parochianus non efficitur ille, qui accidentaliter permanet habitando putà ratione infirmitatis, alicujus negotii, & similium.*
12. *Parochiani accidentaliter recipientes sacramenta in aliena Parochia, non efficiuntur de ista.*
13. *Domus existens in confinibus duarum Parochiarum, Incola censetur Parochianus illius, in qua domus habet aditum.*
14. *Domus habens duas portas, attenditur illa major.*
15. *Multi tenuerunt talem domum habentes duas portas esse communis utrique Parochiæ.*
16. *Quando Episcopus potest erigere novam Ecclesiam Parochialem.*
17. *Arbitrio Episcopi remittitur considerare causas, pro facienda dismembratione, seu nova Erectione Parochiæ.*
18. *Ecclesia major Totius Territorii dicitur habere jus parochialitatis, quando cæteræ Ecclesiæ non probant qualitatem, licèt in eis subministrentur Sacramenta.*
19. *Ecclesia matrix, seu ejus Archipresbyter potest prohibere ne intra limites edificentur, aliæ Ecclesiæ, seu Cappellæ.*
20. *Conceditur nihilominus facultas edificandi salvis Juribus Parochialibus.*

PRæmittendum est in hac quæstione, Rotam Romanam variasse in opinione, cui esset
1. abscribenda Diœcesum divisio, quæ primò tribuit Dionysio Papæ, sed postea ab hujusmodi sententia recessit, censuitque potiùs Ecclesiarum, & Parochiarum divisionem fuisse ab eodem Pontifice factam, ut Ostendimus in prima quæstione hujus nostri tractatus, & expressè colligitur ex *gloss. in verbo divisimus in cap. Ecclesias 13. quæst. 1. & dixit in terminis Parochiæ Rot. decis. 380. num. 5. par. 5. recent. Jo. Andr. Abb. & alii in rubrica de Parochis.*

Secundò notandum est, in diversis Mundi partibus, & signanter in Hispania nullam in
2. pluribus Diœcesibus adesse divisionem Parochiarum, sed Episcopus dicitur Parochus universalis, & exercet curam animarum per subalternos Rectores abipso deputatos, *ut colligitur ex decis. 942. Seraphini, & dictam fuit in Calagaritana decimarum de O. con sub die 5. Maii 1685. coram Paulutio & in Calagaritana decimarum 23. Januarii 1694. §. detecta coram Molines, & latè probat Gonzal. ad regul. 8. cancell. gloss. 6. num. 65. & seqq.*

Tertiò animadvertendum venit, quod quæ-
3. libet Ecclesia præsumitur potiùs simplex, quàm parochialis *Staphil. in tit. de stat. & qualit. benefic Gabr. cons. 191. num. 1. lib. 1. Garz. de Benefic. par. 1. Cap. 6. num. 8. Barbos. de Offic. & potest. Paroch. Cap. 1. num. 36. Aegid. decis. 676. Rot. coram Gregor. decis. 387. num. 4. & in recent. decis. 233. num. 4. & decis. 258. num. 5. par. 1.*

Ideòque Ecclesia Parochialis, seù Parochia
4. ad instar Diœcesis debet habere fines circumscriptos, & proprium Territorium Separatum in quo regatur Populus, qui saltem constituitur ex decem domibus, seu familiis, super quibus exerceatur potestas fori pœnitentialis à proprio Rectore, nomine suo, & non alieno; per ea, quæ tradunt *Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 95. num. 1. & 2. Mascard. de probat. con.* cl.

cl. 469. Gonzal. ad reg. 8. *Cancell. gloss. 6. ex num.* 34. *ad* 40. *Panimoll. decis.* 5. *annot.* 1. *num.* 1. *& 2. Rot. decis.* 52. *par.* 2. *divers. & decis.* 380. *per tot. par.* 5. *recent.*

5. Sola autem cura animarum non probat Parochialitatem, quia illa sinè ista potest esse, sicque copulativè concurrere debet reciproca, & vicissitudinaria necessitas ministrandi, & recipiendi Sacramenta, inter Curatum, & ejus
6. Populum; Unde Testes non deponentes super tali necessitate, & potestate cogendi, non concludunt Parochialitatem *Abb. in cap. de multa num.* 24. *de Præben. Barbos. de Offic. & potest. Paroch. cap.* 1. *num.* 28. *Gonzal. ad regul.* 8. *dict. gloss.* 6. *num.* 36. *&* 92. *Rot. coram Gregor. dict. decis.* 387. *num.* 7. *&* 10. *coram. Coccin. decis.* 454. *num.* 6. *&* 7. *coram Caval. decis.* 144. *num.* 4. *& in recent. decis.* 380. *num.* 14. *par.* 5. cum aliis allegatis per *Panimoll. dict. decis.* 5. *annot.* 1. *num* 10. *&* 11.

Et multò magis excluditur Parrochialitas, si
7. Ecclesia regeretur à pluribus exercentibus curam, & administrationem Sacramentorum, cum hoc repugnet statui Parochiali, quia quemadmodum una mulier non potest duos, vel plures sponsos habere, nec unum corpus duo capita, dum esset monstruosum; Ita Ecclesiæ Parochiali non conveniunt duo, aut plures Curati *Cap. cum non ignores de Præben. cap. in apibus* 7. *quæst.* 1. *Can. sicut una.* 22. *quæst.* 2. *Oldr. cons.* 67. *Mascard. de probat. concl.* 469. *num.* 5. *& sequ. Gratian. discept. forens. cap.* 865. *num.* 24. *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 141. *Gonzal. ad regul.* 8. *dict. gloss.* 6. *num.* 45. *Rot. coram Coccin. decis.* 238. *num.* 7. & dictum fuit in Novarien. *Portionum parochialium* 4. *Julii* 1696. *§. præterea coram R. P. D. Molines*. Be-
8. neverum est quod Sacra *Rota in una Mediolanen. jurium Parochialium* 3. *Junii* 1673. *coram R. P. D. Matthejo §. tantoque.* Declarando aliam decisionem coram R.P.D. Dunozzetto emanatã in eadẽ causa, firmavit per hæc verba. Quia juri non repugnat, quod duo, vel plures non possint esse in solidum Curati *in Cap. Non ignores Jo. Andr. sub. num.* 2. *vers. sed contra de Præben. & Dignitat. ibidem Hostiens. num.* 60. *Butr. parit. num.* 6. quæ sanè decisio impressa reperitur post *Monacell. In ejus formulario legal. pract. tom.* 2. *decis.* 5.

Parochiani verò dicuntur omnes habitato-
9. res intrà limites Ecclesiæ parochialis, ibique domicilium habent *Cap. final. ubi Abbas de Paroch. Hostien. in summa §. qui intelligatur parochianus num.* 7. *Petr. de Ubald. tract. de Canon. part. cap.* 7. *num.* 2. *Pignatell. consult.* 145. *tom.* 1. Immò non requiri domicilium ad contrahendam qualitatem Parochiani, solum-
10. que sufficere simplicem habitationem cum animo permanendi ad notabile, tempus tenuerunt *Gratian. discept. forens cap.* 94. *num.* 74. *Marescott. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 1. *Rot. coram Zarat. decis.* 45. *num.* 7. *& relatis hinc indè Doctoribus refert Panimoll. decis.* 5. *annot.* 1. *num.* 64. *&* 65.

Hinc est quod ad hoc ut quis Parochianus efficiatur, & Parochia acquiratur, animus permanendi in ea requiritur, sicque Parochia-
11. ni non efficiuntur illi, qui intrà alicujus parochiæ limites ex accidenti existunt, putà causa alicujus negotii, infirmitatis, & similium, quo casu prima Parochia non mutatur, & alia de novo non acquiritur *cap. is qui de sepult. in* 6. *& facit text. in l. nihil* 23. *ff. de captiv. l. ejus qui* 17. *§. final. l. domicilium* 20. *de municip. Silvestr. in summa verbo Canonica portio num.* 15. *Rodriq. quæst. regul. tom.* 3. *quæst.* 46. *art.* 3. *Parlad. rer. quotid. diffin.* 66. *§.* 3. *num.* 3. *Panimoll. dicta decis.* 5. *annot.* 1. *num.* 54. *& Rot. coram Zarat. decis.* 45. *num.* 5.

Et quamvis Parochiani Sacramenta in alie-
12. na Parochia recipiant, & divina audiant, ac proindè proprius Parochus nullus sustineat laborem, non propterea efficiuntur de Parochia, in qua Sacramenta percipiunt, nisi animo perpetuæ habitationis, cum rerum substantia ibi fiant Incolæ, & sic Parochiani juxtà *Clement. Dudum §. hujusmodi de sepult. Doctores in dict. cap. Is qui eodem titul. in* 6. *Marescott. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 95. *n.* 5. *Sperell. decis.* 87. *n.* 2. *par.* 1.

Si autem Domus existeret in confinio dua-
13. rum Ecclesiarum Parochialium, Habitator censetur Parochianus illius, in qua domus habet aditum ex doctrin. *Bart. in l.* 6. *num.* 6. *in fine ff. de damno infecto Barbos. de Potest. Episcop. allegat.* 32. *num.* 71. *par* 2. ubi quod etiam si domus habeat duas portas, quarum una tendat ad unam, & altera ad aliã Parochiam, dici-
14. tur illius, in qua residet porta principalis, & aditus magis frequentatus *Aloys. Ricc. in prax. for. Eccles. decis.* 333. *in prima edit. & resolut.* 510. *in* 2. *edit. Panimoll. decis.* 5. *annot.* 1.
15. *n.* 57. quod vero hujusmodi Domus sit communis utrique Parochiæ, sicuti dicitur de arbore *per text. in l. arbor. ff. commun. divid. §. insulam Instit. de rer. divis. tenet. Marc. decis. Delphin.* 353. *sub. num.* 1. *par.* 2.

Quando propter locorum distantiam, aut difficultatem itineris, & viarum Parochiani non nisi cum magno incommodo ad propriam Parochiam, pro percipiendis Sacramentis, & divinis Officiis, ac missis audiendis accedere
16. coguntur, quia Ecclesiasticæ Sanctiones non obligant cum magno incommodo, tunc potest Episcopus etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, fidelium commoditai consulendo, devenire ad constitutionem novarum Ecclesiarum Parochialium, cum congrua fructuum assignatione retrahen ex redditibus Ecclesiæ matricis, & si opus fuerit ex coactione Populi ad contribuendum, & supplendum arbitrio ipsius Episcopi pro novi rectoris substentatione, *cap. ad audientiam de Eccles. edifican, & etiam statuit.*

Sac. Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 4. Mandos. in prax signat. titul. erectiones Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 12. quæst. 7. Franc. Leo in thesau. for. Eccl. par. 2. cap. 2. num. 68. Barbos. de Offic. & potest. Episc. allegat. 68. num. 1. par. 3. Panimoll. decis. 5. annot. 1. num. 38.

Non tamen quælibet distantia suffragatur
17. dismembrationi, & erectioni novæ Parochialis, sed ea dumtaxat, quæ præbet magnam incommoditatem, & prout à providentia Episcopi consentaneum judicabitur, cujus arbitrio totum hoc negotiū relinquitur, prout resolvunt *Rebuff. in prax. benefic. par. 1. titul. de erect. in curat. num. 9. Menoch. de arbitr. cas. 497. per tot. Ricc. in prax. for. Eccles. resolut. 476. num. 5. Barbos. de offic. & potest. Ep. dict. allegat. 68. num. 2.* ubi latè hanc materiam examinat.

Præterea Parochialitas alicujus Ecclesiæ,
18. ubi non probatur cum suis requisitis, cura animarum totius Territorii Parochialis, censetur existere penes Ecclesiam matricem, licèt per Ecclesias viciniores tamquam auxiliatrices subministrentur sacramenta, & habeatur cura certarum personarum, & familiarum *Abbat. cons. 58. col. fin. vers. 2. possunt intelligi par. 1. Cuman. cons. 149. num. 2. Panimoll. dict. decis. 5. annot. 1. num. 47. Rot. decis. 258. num. 7. par. 1. recent.* Ideoque cum Ecclesia Archipresbyteralis dicatur Parochialis matrix, gaudet
19. privilegio, ut intra suos fines alias Ecclesias, vel Capellas non possit quisque ædificare invito illius Rectore, seu Parocho ad *text. in Can. quicumque 16. quæst. 1.* & prosequitur *Panimoll. loco mox citato* ubi quod in facultatibus, seu
20. licentiis extruendi Oratoria, inolevit stylus Romanæ Curiæ, apponendi favore Parochialium Ecclesiarum, ut concessio intelligatur sine illarum præjudicio *Barbos. de offic. & potest. Paroch. cap. 1. num. 26.*

QUÆSTIO X.

ARGUMENTUM.

An, & quæ competent Ecclesiæ Parochiali, & quid statuendum sit in illarum provisionibus.

SUMMARIUM.

1. *Decimæ pertinent ad Ecclesiam Parochialem.*
2. *Oblationum appellatione quid continetur, & quomodo illæ à decimis differant num. 3.*
4. *Oblationes pertinent ad Rectorem Ecclesiæ Parochialis, sivè fiant in Ecclesia, sivè extra alicui Imagini existenti intra limites Parochiæ.*
5. *Parochus habet de jure intentionem fundatam in oblationibus factis in Parochia.*
6. *Episcopus potest uti oblationibus in magna copia factis alicui Imagini, pro ibi edificando Templum in ejus honorem.*
7. *Assistentia Juris pro Parocho respectu perceptionis oblationum plures patitur limitationes, & num. 8.*
9. *Oblationes à quibus administrari debent, quando in magna quantitate fiunt alicui Sancto.*
10. *Distinctio oblationum, quæ pertinent ad Parochum.*
11. *Imago alicujus Sancti existens in aliqua Ecclesia, ubi adest concursus Populi, & fiunt oblationes, non debet transferri ad aliam Ecclesiam, contradicente Rectore.*
12. *Parrochiales Ecclesiæ provideri debent per concursum.*
13. *Concursus in Parochialibus requiritur prò forma.*
14. *Ad concursum omnes comparentes describi debent pro examine.*
15. *Non servatâ formâ concursus, obtinentur impetrationes à Sede Apostolica super Parrochialibus Ecclesiis.*
16. *Quid servari debet, vacante Ecclesia Parrocchiali.*
17. *Appellatione Ordinarii pro concursu faciendo non solum venit Episcopus, sed quilibet Prælatus inferior habens Territorium Separatum.*
18. *Deficientibus examinatoribus Synodalibus, facultas judicandi concursum Spectat ad Episcopum viciniorem.*
19. *Prælati inferiores simpliciter exempti, atque habentes solum Jus conferendi, non veniunt appellatione Ordinarii pro faciendo concursu in Parochialibus.*
20. *Concursus quando dici possit invalidus.*

1. Plura possunt competere Ecclesiæ Parrochiali, sed ego perstringam dumtaxat ea, quæ pertinent ad loca, ut pote referibilia ad nostrum institutum Territorii, de quo sermonem facere assumpsi, & primo præsciendum est, quod unum ex principalioribus emolumentis consistit in decimis, quarum materia passim tractatur tàm à nostris Jurisconsultis, quàm à Theologis, quos omnes citat *Barbos. in Collectan. Juris Canon. ad rubr. de decim. in decretal.* dictamque materiam magis ad rem ego intendo inferiùs meliùs pertractare in Quæstione XXI. & proinde prætermissis decimis.

Remanet nunc videre, quid dicendum sit de
2. oblationibus, & cum de hac materia plures doctores ad diversos juris effectus plenè tractaverint, quos refert *Ventrigl. in praxi annot. 26. §. unic. num. 1. par. 2.* Ego strictè, dico oblationem duobus modis accipi posse primò modo, quatenùs continet omnes actiones, per quas quæcumque res ad Diviniū cultum exhibentur, & omnia illa, quæ Deo optimo maximo offeruntur, & hoc modo sumpta oblatio, continet etiam in se decimam, & primitiam, prout optimè probat *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. c. 3. num. 1. Ventrigl. dict. annot. 26. §. unic. num. 3. lib. 2.*
3. Secundo modo accipitur oblatio pro rebus illis

lis, quæ intuitu religionis immediatè Deo offeruntur ab hominibus absque immolatione juxta illud *Matth. cap. 5. si offers munus tuum ad Altare &c. docet Sot. de Iustit. & Iur. lib. 9. quæst. 3. art. 1.* & hoc stricto modo sumpta oblatio differt à decimis, quia oblationes offeruntur in cultum, & honorem Dei; Decimæ verò offeruntur in sustentationem Ministrorum Ecclesiæ tamquam ipsis debitæ *S. Thom. 2. 2. quæst. 85. art. 3. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 38. quæst. 6. & 9. Bonacin. tom. 2. titul. de præcept. Eccles. disput. ultim. quæst. 5. punct. ultim. num. 3. Ventrigl. dict. annot. 26. ex num. 4. ad 11.* ubi plura alia circa oblationes extranea à nostro Instituto adducit, & signanter circa illarum originem.

In cujus Beneficium cedant oblationes se-
4. cundo modo consideratæ, ac factæ in Ecclesia, seu alteri Devotæ Immagini, dicendum est de Jure communi regulariter loquendo, oblationes pertinere ad Rectorem, seu Parochum Ecclesiæ Parochialis, sivè offerantur intrà dictã Ecclesiam Parochialẽ, sivè alteri Imagini, sivè Cappellæ extrà Ecclesiam parochialem, sed intrà fines Parochiæ *Cap. quia Cap. Sanctorum, & Cap. hanc 10. quæst. 1. Cap. nulli 12. quæst. 2. pleuè Rot. decis. 37. num. 3. par. 5. recent.* quæ
5. reputatur magistralis, ubi quod Parochus habet intentionem fundatam super oblationibus quæ fiunt intra Parochiam *Cap. Pastoralis de his quæ fiunt à Prælat. Bellett. disquisit. Cleric. par. 1. titul. de bon. Cler. §. 3. num. 4.* qui multos citat *Ventrigl. in prax. dict. annot. 26. §. unic. num. 11. lib. 2. Card. de Luc. de Paroch. disc. 32. num. 4. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 42. num. 2.*

Quod tamen, neque certam, ac determinatam, regulam generalem habet, quoniam ut patet ex pluribus Doctoribus materiã pertractan-
6. tibus, quoties oblationes fiunt magnæ, magnusque est Populi concursus, præclusum non est Ordinarii arbitrium, ità benè regulatum, ut in eodem loco Ecclesia ad Immaginis honorem edificetur, ut de pluribus Ecclesiis edificatis à principio cum hujusmodi oblationibus intrà fines Parochiarũ existentium in orbe Catholicô testatur *Card. de Luc. de Paroc. disc. 32. n. 5.*

Hinc præscindendo à generali natura om-
7. nium aliarum quæstionum, quæ apud antiquiores nimium involutæ, & controversæ fuerunt, regula assistit Parocho, quæ tamen patitur plures limitationes, præsertim duas, primò nempè ubi expræssè, vel etiam adminiculativè, & conjecturaliter constet de voluntate facientium hujusmodi oblationes, & eleemosynas, ut ipsi Ecclesiæ seu certis usibus applicari debeant, non autem, ut ipse Rector, seu Parochus impinguaretur, atque in privatos usus, privatamque utilitatem convertat, cum absque dubio debeat ista voluntas servari, atque cuicumque Juris dispositioni prævaleat, ut pluribus relatis concordantibus firmavit *Rot. dict. decis. 37. num. 8. par. 5. recent.*

Secundò quatenus versemur in ambiguo,
8. ubi scilicèt ipsarum oblationum qualitas vel quantitas, earundem verisimilem voluntatem præseferre videatur, quia nempè oblationes ac eleemosynæ essent magnæ, vel etiã minutæ, sed ob nimiam illarum frequentiam magnæ quoque dici mererentur, atque verisimilem præseferrent voluntatem Devotorum Christifidelium, ut pro Fabrica, aut ornatu, seu dote illius Cappellæ, vel Imaginis ubique existentis deservirent. Hinc prò congrua decisione procedendum videtur cum distinctione, quod aut agitur de Imagine noviter reporta, seu de antiqua, ad quam ob aliquas contingentias, sivè Miracula vera, vel opinata Populus cum eleemosynis, & oblationibus confluat, & tunc qualescumque illæ sint, receditur à regula supra firmata, cum sub una ex limitationibus traditis à Doctoribus cadere debeant; omninò enim probabile videtur, quod Populus pro gratiis acceptis, aut speratis, ad illum alicujus Sancti Imaginem recurrendo cum eleemosynis, & oblationibus, id agat, animo donandi ipsi Imagini, & frequentius, ut sumptuosa Ecclesia, seu Oratorium publicum in loco construatur, ac dotetur, seu ornetur, non autem ad donandum Parocho, vel Episcopo, seù alteri inferiori Prælato propter privatam utilitatem solum-
9. que isto in casu intrat quæstio super administratione, in qua pro veriori magisque recepta opinione regula assistit Parocho, quando certum sit de situatione intra limites Parochiæ, & è converso assistit Episcopo, quando locus sit extra omnem Parochiam, & quamvis regulariter pura, ac simplex administratio pertineat ad Parochum, ad huc tamen prohibendus non est Episcopus, sivè ex dispositione Juris, cum dicatur Parochus Parochorum, sivè ex dispositione *Sac. Conc. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 8. & 9.* ut rationes administrationis debeant ei reddi ex deductis per *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 40. & in annot. ad Concil. locis supra citatis.*

Aut verò agitur de antiquis Ecclesiis, seu
10. Imaginibus, ad quas singulis annis, vel statutis temporibus Populus ex devotione, vel consuetudine, cum oblationibus, & eleemosynis confluere soleat, & tunc istæ oblationes, & eleemosinæ pertinent ad Parochum, seu Rectorem tamquam fructus, ut prosequitur *Car. de Luc. de Decim. disc. 19. num. 13. Carol. Anton. de Luc. annot. ad. Ventrigl. observat. 26. num. 7.*

Hinc advertendum est, quod Imago existens
11. in aliqua Ecclesia, ad quam habetur concursus, & oblationes offeruntur, non debet per Episcopum ad aliam Ecclesiam, aut Cappellam transferri, contradicente Rectore Ecclesiæ, ut probat *Ventrigl. in prax. dict annot. 26. §. unic. num. 26.* ubi firmat, ita decisum fuisse per *Rot. in una Hispalen. translationis Imaginis 9. Martii 1598. coram Pamphilio.*

 Quod

Quod autem attinet ad provifiones Eccle-
12. fiarum Parochialium, ftatuendum eft requi-
ricõcurfum,ut exprefsè cavetur per *Sac.Concil.
Trident.cap.*18.*fefs.*24.*de ref.*& Sancitur *in Con-
ftitut.Pii V.la* 33.*in ordine,*& notant cõmuniter
Ricc. in prax.par. 7.*refolut.* 518.*num.* 2. *&* 3.
Ventrigl. in prax. annot. 5. *num.* 2. §. 1. *de col-
lat. Parroch. tom.* 2. *Pignatell. confult.* 1. *num.*
13. 28. *tom.*1. Idque requiritur pro forma *Thefau.
for. Ecclef. par.* 2. *Cap.* 5. *num.* 23. *&* 31. *Bar-
bof. de offic. & poteft. Epifc.allegat.*7. *num.* 120.
ubi dicit ita declaraffe Sac. Congregationem
& profequitur *Pignatell.dict.confult.*1. *num.*29.
tom. 1. ubi afferit examen per concurfum debe-
re effe de omnibus concurrentibus defcriptis,
14. venientibus, comparentibus, petentibus, feu
proteftantibus fe velle examinari, ut luculen-
ter patet ex lectura præcitati *Sac. Concilii dict.
cap.* 18. *& ex dict. Apoftolica Piana Conftit.*&
profequuntur *Maffobr. in prax. facien' Concurf.
req.* 3. *dub. num.* 4. *Barbof. de poteft. & Offic.
Paroch. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 46. *Rot. coram fera-
ph. decif.* 1148. *num.* 2. *&* 6.

Qamobrem mirum videri non debeat, ut
15. practicè experitur, quod adverfus jam pro-
vifos de parochialibus, reportentur ab Aliis
provifiones Apoftolicæ, quæ dicuntur impe-
trationes certo modo, ob non fervatam for-
mam Conftitutionis B. Pii V. ut notat *Card. de
Luc. in annot. ad Sac. Conciil. Trident. difc.* 32.
num. 1. & alter *de Luc. ad Ventrigl. obfervat. ad
dict. annot.* 5. §. 1. *num.* 1. *tom.* 2.

Sequutâ igitur vacatione Parochialis Ec-
16. clefiæ, illicò Ordinarius Vicarium provifio-
nalem Parochiæ præficere debet, congruâ ei
affignatâ, nè interim animarum Cura detri-
mentum patiatur, five in Menfe ordinario, fi-
vè in Apoftolico fequuta fit vacatio, aut quod
aliàs Apoftolica refervatio,vel affectio intret,
fẽper debet indici concurfus mediante affixione
edictorum in ipfa Ecclefia Parochiali, & in lo-
co folito refidentiæ Epifcopi ejufquæ Tribu-
nalis, in quibus ftatuto competenti termino,
qui non poteft effe minus decem dierum, licèt
plures prorogari valeat, dummodo non exce-
datur terminus viginti dierum, quod intelli-
gitur quoties prorogatio concernet præjudi-
cium illorum, qui jam in termino Comparue-
runt, nam fi nemo comparuerit, tunc non
prohibetur, Epifcopus edicta renovare to-
ties quoties fibi videbitur durante termino fex
Menfium ei competente ad providendum *Card.
de Luc. loco fupra citato num.* 28.

Ordinarii autem nomine, non folum venit
17. Epifcopus, feu ex ejus delagatione Vicarius
vel alter Officialis, fed etiam quicumque in-
ferior Prælatus, quia ex fupradictis in præce-
dentibus quæftionibus habet Territorium vere
& materialiter Separatum, adeout fit nullius,
cum plena quafi Epifcopali Jurifdictione
independenter à quocumque Epifcopo, vel
Diœcefano, dummodo tamen tàm de Jure
quàm de facto habeat Jus indicendi Synodum
ut verificetur exiftentia examinatorum Syno-
dalium, qui hujufmodi concurfus peragendi de
forma, conftituti funt Judices à Sac. Concilio
18. Tridentino: Sin minus ad viciniorem Epif-
copum id pertinet, deficientibus propriis Exa-
minatoribus *Barbof. ad Sac. Concil. Trident.
Cap.* 18. *Card. Ant. de Luc. ad Ventrigl. obfervat.
ad annot.* 5. §. 1. *num.* 3. *tom.* 2.

Nullatenus autem veniunt inferiores Præla-
19. ti quantumvis exempti, atque Jus conferendi
aliamque Ecclefiafticam Jurifdictionem ordi-
nariam habentes, cum eis Diœcefani, vel Or-
dinarii attributum non congruàt, in quibus
exemptio quantumvis ampla reftringitur circa
ipfam Ecclafiam materialem, ipfofquæ Reli-
giofos, aliofque fervientes, & Miniftros, non
autem quoad Jus Parochiale in Territorio
Epifcopi viventes, & ex ea clara ratione quod
oves iftæ funt Epifcopo commiffæ, ideoque ad
ipfum tamquam primum, & majorem Pafto-
rem inquirere fpectat, an Parrochi paftores in-
feriores præponendi, vel præpofiti rectè oves
cuftodiant, vel habiles fint, ut benè examinat
*Carol. Ant. de Luca loco fupra citato. num.*5. ubi
plura alia una cum *Ventriglia* annotantur, quæ
funt extra fpheram noftri tractatus,illofque po-
20. teris confulere, prout etiam, an omiffio exa-
minis unius alteriufque, qui comparuerat de-
fcriptus in concurfu Parrochialis vacantis,
& proteftatus fuerat, fit contra formam fub-
ftantialem difpofitionis à Sac. Concil. Tri-
dentino præfcriptæ; Itaut ex hoc capite con-
curfus vitietur, poffitque alter tertius Paro-
chialem impetrare confule *Pignatell. conful.* 1.
per tot. tom. 1. ubi etiam plura notatu digna
21. refert. Pro coronide demum adverto qnod
Ecclefiæ Parochiali competit Jus fepeliendi
fuos Parochianos non electâ ab eis fepulturâ
verùm quia fuper hac materia fepeliendi aliqua
fupra annotavimus Quæftione VIII. adeft par-
ticularis tractatus compilatus à *Marchetto de
fepulturis, plerumq. etiam doctè fcripfit Anto-
nell. de Regimine Ecclefiæ lib.*1. *cap.*12. qui fuit
concivis meus; Ideo ad hos authores te re-
mitto.

QUÆSTIO XI.

ARGUMENTUM.

An, & quomodo Ecclefia privilegio immunitatis gaudeat quoad confines intra circuitum paffuum 40. fi fit major putà Cathedralis, vel 30. fi fit minor putà quælibet Ecclefia fi exiftat extra mœnia civitatis, & an de confuetudine idem fervandum veniat intra mœnia, & an Domus adiacentes Ecclefiis, Campanile, Seminarium, Palatium Epifcopale, Monafteria Religioforum eâdem immunitate gaudeant,

quo-

quoad confines, & partes exteriores plenè discutitur.

SUMMARIUM.

1. *Immunitas Ecclesiarum an sit de jure Divino, vel positivo.*
2. *Episcopo competit judicare, an sit locus immunitati, in contingentia casuum.*
3. *Episcopus habet privativam jurisdictionem in causis criminalibus, itaut Prælato inferiori nihil super eis competit.*
4. *Ecclesia gaudet privilegio immunitatis etiam quo ad confines intra 30. seu 40. passus juxta illius qualitatem, & prout ejus circuitus se extendit.*
5. *Explicatur opinio contraria Doctorum, & traditur vera Sententia.*
6. *Consuetudo servari debet in immunitate respectu domorum Parochi, & Canonicorum juxta unam Sententiam.*
7. *Immunitas ex veriori Sententia servanda est in domibus Parochi, & Canonicorum, quæ existunt propè triginta passus Ecclesiæ, licèt Laicis locentur.*
8. *Immunitas ob reverentiam dicitur concessa locis, non autem Personis.*
9. *Consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam reprobatur.*
10. *Monasteria Religiosorum tàm secularium, quàm Regularium gaudent immunitate Ecclesiastica, si fuerint authoritate Apostolica fundata, quoad partem interiorem tantùm.*
11. *Parietes exteriores Ecclesiæ gaudent immunitate, non autem Parietes Monasteriorum.*
12. *Confines domus Canonicorum, & Episcopi non gaudent immunitate Ecclesiastica.*
13. *Exterior pars domus est quid diversum ab interiori parte, sicque ad illam non extenditur immunitas.*
14. *Differentia inter Parietes Ecclesiæ, & Monasteriorum, seu domorum constituitur.*
15. *Quis debet ingredi in Ecclesiam, ut exinde fruatur immunitate intra 30. vel 40. passus, juxta aliquorum opinionem.*
16. *Contraria Sententia est verior, & probatur.*
17. *Campanile Ecclesiæ quamvis ab ea disjunctum gaudet immunitate.*
18. *Palatium Episcopi etiam gaudet immunitate.*
19. *Immunitas concessa Palatio Episcopi dicitur potius mixta.*
20. *Opinio Authoris circa immunitatem Palatio Episcopi Titularis concessam.*
21. *Hospitale authoritate Episcopi erectum, gaudet immunitate Ecclesiæ.*
22. *Nomine Ecclesiæ respectu immunitatis venit quilibet locus sacer, seu religiosus.*
23. *Ampliatur conclusio etiam si locus sacer, vel religiosus non habeat campanile, & vide n. 24.*

1. EX eadem scribendi occasione restricta ad loca, prætermitto inutiles Quæstiones, super quibus inter Canonistas, & Morales ex una, & Civilistas, seù laicos ex altera, adeo certari solet, utrum Ecclesiarum, aliorumque Sacrorum, vel immunium Locorum immunitas, prò asylo delinquentium ad ea confugientium sivè in eis commorantium, sit de Jure Divino, sivè potius positivo, ex quo resultat quantum desuper se extendere valeat Pontificia potestas, sivè illa Episcoporum, aliorumque Prælatorum, ac etiam qualis desuper potestas Principibus aliisque Magistratibus sæcularibus competat, sivè an Ecclesiæ, aliaque Sacra Loca hanc immunitantem habeant in sola ratione privilegii, vel reverentiæ, aut potiùs in ratione Territoriali, sicque an dicantur esse in, vel de Territorio Principis sæcularis, vel potiùs redoleant quamdam speciem Territorii Separati, juxta nostrum Institutum.

Præsupposità itaque tamquam indubitabili, ac absolutâ Ecclesiarum, aliorumque locorum immunitate, meum non est indagare casus exceptos, quique non debeant illâ frui, tàm ad terminos sacrorum Canonum in corpore Juris inclusorum, quàm ad limites notissimæ Constitutionis Gregorii XIV. editæ in hac materia; prout mea nunc non interest differere, post dictam Apostolicam Constitutionem, quod Laicalis potestas sibi in hoc Jus dicere non
2. valeat, cum ad Episcopum judicare pertineat, an quis confugiens ad prædicta loca, sivè in illis commorans gaudere debeat, nec ne dicta immunitate; Immò taliter id Episcopo commissum est, ut non solùm ista sit ejus privativa jurisdictio in Ecclesiis, vel locis quantumvis exemptis, existentibus intra limites suæ
3. Diœcesis, non obstante quod Prælatus inferior inibi jurisdictionem habeat, sed etiam in illis locis, quæ sunt verè nullius, cum actuali Separatione Territorii, ubi inferior Prælatus plænâ quasi Episcopali Jurisdictione potiatur, quoniam hujusmodi Causarum Criminalium cognitio specialiter delegata videtur Episcopo viciniori per ea quæ optimè observat *Card. de Luc. Miscell. Eccles. disc. 2. num. 13.*

Quatenus nunc attinet ad nostram subjectam materiam presentis quæstionis, ratione
4. loci, Ecclesia eodem immunitatis privilegio gaudet etiam quoad confines intrà Circuitum quadraginta passuum si sit major, seu Cathedralis, & intrà triginta si sit minor, seu inferior vel plus, & minus prout Ecclesiæ circuitus se extendit, aut restringitur ad *text. in Cap. sicut antiquitus 17. quæst. 4. ibi* statuimus ut major *Cap. quisquis, & Cap. definivit ead. Caus. & quæst. ibi* in quibus triginta passus. *Archid. Bellam. Turrecrem. & Alber. in l. 2. num. 1. Cod. de his qui ad Eccles. Confugiunt gloss. in dict. Cap. definivit Abb. in Cap. Ecclesiæ num. 10. de immunit. Eccles. Hostien. in Summ. de Immunit. Eccles. num. 8.* De-

Decian. tract. Crimin. lib. 6. Cap. 24. num. 29. Thom. del Bene de Immunit. & Jurisd. Eccles. Cap. 6. dub. 9. sect. 8. num. 1. 2. & 3. tom. 2. Panimoll. decis. 88. num. 6. & sequ. ubi respondet
5. opinioni aliquorum ex nostris Doctoribus, qui tenuerunt immunitatem respectu circuitus Ecclesiarum triginta, vel quadraginta passuum non servari de consuetudine, seù posse procedere in Ecclesiis extra mœnia Civitatum existentibus, cum ex veriori sententia promanante à Jure expresso in supra relatis textibus Immunitas passuum servari debet, immò somniasse Doctores, qui docuerunt Ecclesias constructas intra muros Civitatum, non gaudere passuum immunitate, ut explicet *Marius Italia de immunit. Eccles. lib. 1. Cap. 4. §. 6. num. 3. del Beve eod. tract. Cap. 16. dub. 11. sect. 8. num. 6. tom. 1. Diana resolut. moral. par. 6. tract. 1. de Immunit. resolut. 2.*

6. Benè verum est, quod magna controversia est inter Doctores, an Domus Parochorum, Canonicorum, aliorumque Ecclesiasticorum existentes prope 30. passus Ecclesiæ etiam gaudere debeant ejus Immunitate; Alii dicunt esse servandam consuetudinem, ut non debeant gaudere dicta Immunitate, quoties habitentur à Laicis Ecclesiæ non inservientibus, ut refert *Panimol. dict. decis. 88. num. 17. & 18.*

Non desunt tamen alii Doctores quibus ego adhæreo, docentes Domus Parochorum, Canonicorum, aliorumque Ecclesiasticorum exi-
7. stentes propè triginta passus Ecclesię frui debere immunitate, licèt habitentur à Laicis, ut inter alios tenent *Decian. tract. Crim. lib. 6. Cap. 25. num. 16. Ambrosin. de Immunit. Cap. 10. num. 8. Bonacin. tom. 3. disput. 2. quæst. 3. punct. 16. §. 4. num. 7. Dian. resolut. moral. par. 3. tract. 1. de Immunit. resolut. 71. Giurb. Cons. 50. num. 12. Chartar. decis. Crim. 46. num. 20. del Bene de Immunit. Cap. 16. dub. 11. sect. 8. num. 12. tom. 2. Leo thesau. for. Eccles. par. 1. Cap. 13. num. 5. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 18. num. 4. Guazzin. ad defens. reor. lib. 1. Cap. 37. num. 24.* cum aliis adductis per Concivem meum *Antonell. de regim. Eccles. lib. 1. Cap. 9. n. 22.*

Et ratio est evidens, quia locatio videtur
8. actio extrinseca loco, & immunitas conceditur ob reverentiam loco, & non Personis, in quorum potestate esse non debet auferre locale privilegium locis sacris concessum, tùm quia loca sacra immunitate gaudent, exceptis casibus in Bulla Gregorii XIV. expressis, in qua hic casus non exprimitur, nec excipitur non obstante consuetudine in contrarium deducta, cum omnes consuetudines contra libertatem Ecclesiasticā in dicta Gregoriana Constitutione damnentur, ut benè, relatis pluribus ex congestis doctoribus probat *Panimoll. dict. decis. 88.*
9. *num. 22.* sed hic advertendum est, quod si Domus non sit de pertinentiis Parochiæ, sed habitatur à Parocho pro sui majori usu, & commoditate, in hoc casu non gaudet dicta immunitate, ut declaravit *Sac. Congr. Immunitatis die 5. Maii 1699. in una Alatrina.*

Monasteria Religiosorum tàm sæcularium, quàm regularium gaudent Immunitate Ecclesiastica, si Apostolica, vel ordinaria authoritate erecta sint quoad partem interiorem, secùs quod exteriorem juxta *text. in l. pateant Cod. de his qui ad Eccl. confug. del Bene de Immun. Ecclesi. cap. 16. dub. 9. sect. 9. num. 1. Decian. tract. Crim. lib. 6. cap. 24. num. 30. Alex. cons. 145. num. 12. Conciol. resolut. Crim. verbo* Immunitas Eccl-*resolut. 1. num. 10. Farinac. in append. de Immunit. Cap. 17. num. 268. Ricc. in prax par. 3. resolut. 412. Novar. quæst. forens. par. 1. quæst. 31. num. 3. Ciarlin. controv. forens. Cap. 12.*
11. *num. 44.* & in specie quod solum parietes exteriores Ecclesię gaudeant privilegio immunitatis, & non exteriores Monasterii, tradit *Pilaja decis. Pontific. tom. 1. lib. 2. decis. 4. num. 29. Barbat. cons. 33. num. 8. in fin. vol. 3.* ubi in
12. simili, quod confugientes ad confines Domus Canonicorum, & Episcopi, non gaudeant immunitate Ecclesiis concessa, utpote quia Jura concedentia hanc immunitatem eorum domibus non faciunt mentionem de confinibus, non est igitur extendenda talis immunitas, ultra ipsam domum ad ejus confines, sicque ultra Ostium, *ut subdit. num. 11.* quod etiam comprobatur perpensis verbis *Concilii Aurelianensis primi Cap. 3. & 5.* loquentis de Domo Episcopi relati *in Cap. id Constituimus 36. 17. quæst. 4.*
13. dum dicit Canones Ecclesiasticos, & legem Romanam decrevisse, ut à Domo Episcopi reos extrahere minimè liceat, undè apertè innuit, non posse illis immunitatem trahi ad partem exteriorem, cum dici nequeat extractus à Domo, qui intus non permanebat ad tradita per *Bart. in l. 1. num. 1. vers. sed licet de Cloac.* ubi docet, quod licèt ostium, & alia, quæ sunt ædibus affixa, contineantur appellatione Domus, non tamen inde sequitur, quod sint in Domo, quem sequuti sunt *Jason in l. plæriq. 17. num. 20. ff. de in Jus vocan. & in l. contra 43. §. hoc senatus num. 11. ff. de leg. 2. Franc. dec. 402. num. 1. Sperell. decis. 62. num. 26. vers. aliam distinctionem tom. 1.*

Differentiæ autem ratio inter parietes exte-
14. riores Ecclesiæ, ac Cœmeterii, & Monasteriorum Religiosorum ea esse videtur, quia Parietes Ecclesiarū circui solent, & benedici in actu Consecrationis, secùs autem parietes exteriores claudentes Cænobia, Cœmeteria Viridaria, & similia Religiosorum Monasteriorum, quamvis ista compræhensa in Clausura dicantur *Cortiad. decis. 55. num. 1. par. 2. Panimoll. dict. decis. 88. num. 33. & sequ.*

Ex prædictis notandum est, quod nonnulli
15. tenuerunt esse necessarium, ut confugiens ad Ecclesiam, primò in eam ingrediatur, ut postea valeat immunis permanere intra 30. vel 40. pas-

40. passus ex relatis per del *Bene de Immunit. Eccles. dict. Cap. 16. dub. 11. sect. 8. num. 7. Castro Palaus tom. 3. tract. 11. disput. unic. punct. 6. num.* 14. sed hujusmodi sententia non est
16. vera, nec amplectenda, & communiter reprobatur, nam confugiens ad locum immunem habetur perinde ac si confugeret ad eamdem Ecclesiam, cujus circuitus cum gaudeat eadem locali immunitate, qua fruitur ipsa Ecclesia confugiens debet esse tutus *Dian. resolut. moral. par. 6. tract. 1. de Immunit. Eccles. resolut. 2. Panimoll. dict. decis.* 88. *num.* 37.

17. Campanile Ecclesiæ quamvis ab ea disiunctum, si tamen existat intrà spatium 30. passuum gaudeat etiam immunitate *Antonell. de regim. Eccles. lib. 1. Cap. 9. num.* 18. Idem dicendum est de Palatio Episcopi dummodo sit
18. intra circuitum 40. passuum, qui competunt Ecclesiæ cathedrali, ut distinguitur in *annotat. ad decis. Panimoll.* 88. *annot. 2. num. 2. & 3.* ubi concordantes, qui faciunt differentiam quando Palatium Episcopi habet oratorium, vel non habet, mortuo autem Episcopo, aut ipso absente, si dictum Palatium Laicis locaretur, seu ab eisdem inhabitaretur non gauderet immunitate, licèt existeret intra circuitum 40. passuum *Mar. Italia de Immunit. Ecclesiæ lib. 1. Cap. 4. §. 9. num 8. Farinac. in append. de Immun. Cap. 16. num. 270. del Bene cod. tract. tom. 2. cap. 17. dub. 9. sect. 14. num. 2.*

Insuper si Palatium Episcopi existeret extra Diœcensi, neque tunc gauderet Immunitate; prerogativæ namque, quæ competunt Episcopo ratione suæ dignitatis, limitationem, & restrictionem recipiunt ab ipsius Diœcesis limitibus, cum hoc privilegium non possit dici
19. simpliciter personale, ut sequatur Personam ubicumque reperiatur, sed mixtum, personale scilicet, & locale, itaut non sufficiat habere dignitatem Episcopalem, nisi etiam concurrat residentia in Diœcesi *Peregrin. de Immunit. Cap. 4. num. 73. Ciarlin. Controv. forens lib. 1. Cap. 10. num. 10. Anton. de Marin. quotid. resolut. Cap. 180. num. 12.*

Pariter ego adhæreo sententiæ illorum, qui asserunt Palatium Episcopi titularis, cujus Diœcesis reperitur occupata ab infedel bus, ne-
20. quaquam posse gaudere dicta immunitate, non solum ex ratione, quod sit extra Diœcesim, sed etiam quia privilegium immunitatis conceditur Palatio Episcopali habita relatione ad Ecclesiam ejus propinquam sponsam, & nè Domus Sponsi sit minùs privilegiata, quàm Domus Sponsæ, ita colligitur *ex Cap. constituimus 17. quæst. 4. Peregrin. de immunit. Cap. 4. num. 69. vers. sed respondetur. Ciarlin. dicto lib. 1. Cap. 10. num. 10. Panimoll. dict. decis. 88. annot. 2. num. 9.* quidquid contrarium firmet *Dian. resolut. moral. par. 6. sect. 1. de immunit. Eccles. resolut. 5. sed. pro affirmativa.*

Hospitale Episcopi auctoritate fundatum
21. gaudet eodem privilegio immunitatis Ecclesię, quia illud sic erectum reputatur locus Sacer, & religiosus, itaut ad prophanos usus converti non possit, ac proindè omnia privilegia, quæ conceduntur Ecclesiis per communicationem censentur concessa etiam hujsmodi hospitalibus, nomine enim immunitatis Ecclsiæ non solùm venit ipsa Ecclesia, verùm etiam omnis
22. alius locus Sacer, aut religiosus, ut colligitur in *Cap. ad hæc de relig. Dom. & in Cap. definivit. 17. quæst. 4. l. omnia Cod. de Sac. Eccles. Innoc. & Abb. in Cap. penult. de Immun. Eccles. Covar. var. resolut. lib. 2. Cap. 20. num. 4. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 2. Cap. 3. num. 67. & sequ. Farinac. in prax. Crimin. quest. 28. num. 36. & 37. Riterbus. de Jure Asylor. Cap. 12. Sperell. decis. 51. num. 19. Panimoll. decis. 88. annot. 3. num. 2.* ubi refert resolutionem Sac. Congregationis Immunitatis.

23. Amplia dictam conclusionem procedere etiamsi in Hospitali non sit Campanile, Altare, vel Ecclesia, si tamen ex aliis signis colligatur esse fundatum auctoritate Episcopi, ut si institutum sit sub nomine alicujus Sancti, & visitetur ab eodem Episcopo per ea, quæ in puncto latè differit *Ciarlin. contrv. forens. Cap. 116. per tot. Dian. resolut. moral. par. 6. tract. 1. de Imm. Eccles. resolut. 6. vers.* dicendum est *del Bene eod. tract. tom. 2. Cap. 16. dub. 9. sect. 10. num. 4. Panimoll. dict. decis. 88. annot. 3. num. 4.*
24. ubi alias ampliationes adducit quoad apothecam dicto Hospitali cohęrentem, vel cum aditu in illius interiori parte, seu ad viam publicam, dummodo hæc deserviat pro majori Populi commoditate, & retineretur pro servitio ipsius Hospitalis *Genuen. in prax. Archiep. Neapol. Cap. 22. num. 10. Giurb. cons. Crim. 10. num. 12.*

QUÆSTIO XII.

ARGUMENTUM;

An, & quando possunt fundari novi Conventus Religiosorum, & quod spatium sit necessarium, qualisque consensus requiratur, & de aliis pluribus requisitis ad id necessariis plenè discutitur.

SUMMARIUM.

1. *Novi conventus an, & quando possint fundari.*
2. *Mensuratio pro regulanda distantia quomodo facienda est attentâ differentiâ locorum.*
3. *Milliare quid sit, & passus quantum capere debeat.*
4. *Mensuratio per aerem, seu per terram ubi fieri debeat.*
5. *Judex quid attendere debeat in regulanda mensura.*
6. *Mensuratio quando facienda est per aerem, & quan-*

quando per vias usitatas num. 7.

8. *Pro fundatione novi Conventus plura requiruntur, & vide remissivè.*

IN subjecta materia fundationis novi Conventus faciendæ in parvis, seu magnis Ci-
1. vitatibus, Castris, Oppidis, Villis, & Pagis non potest assignari certa regula generalis, cum totum dependeat à singulorum casuum particularibus circumstantiis, nec non ab Indultis per S. Sedem Apostolicam concessis diversis Religionibus; Ideoque quatenùs attinet ad decretum Clementis VIII. super novis Conventibus non fundandis sine consensu aliorum Regularium existentium intrà distantiam quatuor milliarium ex relatis per *Card. de Luc. de Regular. disc. 31. sub num. 1. §. verum.*

Sæpissimè accidit controversia, quomodo
2. hujusmodi mensuratio facienda sit, prætendentes interdum Partes collitigantes, illam regulari debere juxta usum propriæ Regionis, ex qua difformis, ut plurimum resultat qualitas passus, ut insuper an mensuratio facienda sit per aerem, vel per terram cujus diversus est modus, scilicèt per vias publicas, & ab omnibus usitatas, seu potius per lineam rectam, nimirum per Campos, vel per scortos; ut prosequitur idem *Card. de Luc. dicto disc. 31. num. 2. & 8.*

Verùm in hisce controversiis crederem esse
3. procedendum cum usu communi, dum omnes concordant, ut unum milliare constituatur ex mille passibus ad *text. in l. mille passus ff. de verbor. significat.* qualitas autem passus est quoque invariabilis, cum dicatur illud spatium quod importat extensio, seu dilatatio Hominis manibus, & pedibus, ut per *Alciat. in dict. l. mille passus Fenz. ad statut. Urb. Cap. 197. num.* 140. quare in Urbe, cujus stilus, seu mensura magis justa, & adaptata est antiquæ mensuræ, qua utebantur Romani, & alii juxta lapidem existentem in foro capitolino cum delineatione pedis latini contradistincti à Græco, passus constituitur ex quinque pedibus, pes autem constituitur ex sexdecim digitis, quorum quilibet efformatur ex quatuor granis hordeaceis, ut patet ex *Isidor. lib. 15. originum Cap. 15. & 16. & per gloss. in Cap. sicut. antiquitus 17. quæst. 4. & communiter DD. in l. 1. ff. si quis Cautionibus Alciatus, & Budeus in dict. l. mille passus Rot. decis. 289. num. 23. cum. sequ. par. 12. recent.*

4. Quatenus attinet ad mensuram faciendam per aerem, seu per terram, licèt secundum subjectam materiam communior opinio est, ut fieri debeat per vias usitatas ad notata per *D. D. in dict. l. 1. ff. si quis cautionibus* ubi presertim *Castrens. & Jason.* advertunt, quod sub nomine viæ non veniunt scorti, sed viæ frequentatæ, atque cæteris relatis habetur apud *Rovit. in pragm. 1. de salar. eor. qui mittuntur.*

5. Attamen Judex spectare debet finem, ob quem distantia præscripta est, nec non attendere debet ad qualitatem Loci, ubi mensura cadit, ad effectum dignoscendi quomodo practicari possit; Ideoque, ubi ageretur de mensura distantiæ inter unam Ecclesiam, & alteram construendam intùs eamdem Civitatem, prout contingit inter duas ejusdem Artis apothecas ad formam præscriptam in illarum statutis,
6. & tunc veriùs videtur, ut mensuratio fieri debeat per aerem, cum ob ædificiorum intersecationem nulla adaptatior mensura practicabilis sit, ut ratiocinatur de more *Card. de Luc. de Regul. disc. 33. num. 15.*

Aut agitur de mensura facienda, ad finem regulandi commercium de loco ad locum pro quæstuatione, vel pro aliis effectibus, in idem
7. tendentibus, & in hoc casu verius videtur, ut mensura fieri debeat per vias usitatas, prout determinavit Sac. Congregatio Episcoporum & Regularium, & testatur *Card. de Luc. de Regular. dict. disc. 31. num. 13.* Cœterum quia occurrunt aliæ controversiæ super modo mensurandi in aliis materiis, ad effectum illas regulandi, recurrere poteris ad integrum, & absolutum Tractatum de distantiis, quem compilavit *Pacichell.* in quo insertus reperitur copiosus, & arditus discursus *R. P. D. Marcelli Severol.* qui ob ejus omnigenam litteraturam Nemini secundus videtur.

8. Quia verò ultra spatium loci pro fundatione novi Conventus concurrere debent plura alia requisita, nempè Beneplaciti Apostolici copulativè cum licentia Ordinarii, consensus omnium Incolarum illius loci, ubi fieri debet nova fundatio, nec non Parochi, & aliorum Religiosorum, quæ non conferunt ad nostrum Institutum, sed cum illa reperiantur plenè discussa per *Card. de Luc. de Regul. disc. 29. per tot. & per Rot. decis. 289. pariter per tot. par. 12. recent.* Ideo ad illos te remitto,

QUÆSTIO XIII.

ARGUMENTUM.

An, & quando unum Monasterium, seù unus conventus dicatur membrum Alterius ad plures effectus exindè resultantes in Jure, & adhæsive de Titulis Cardinalium.

SUMMARIUM.

Non indiget Summario, cum illud veniat regulandum ex tractatibus inserendis hic, & aliàs impressis.

IN hac quæstione utor laboribus aliorum, & hoc ipsum fuisse observatum à pluribus Juris consultis, qui sub prælo ediderunt diversos tractatus, Nemo non ignorat, sicque cum celeberrimus Canonista R.P.D. Fagnanus(olim à secretis duarum principalium Congregationum. sac. nempè Concilii Tridentini, & Episcoporum, & Regularium, ultrà alias de quibus in Epistola ad studiosas Jurisprudentiæ inserta in primo tomo suorum commentariorum ad libros Decretalium, juxta impressionem Venetam,) exaraverit doctissimam disceptationem de Grangiis, valdè congruentem nostro tractatui, ut illam benignè lector obviam possis habere, de verbo ad verbum hic inserere curavi.

DE CENSIBUS, EXACTIONIBUS, & Procuratoribus.

Cap. Auctoritate.

DISCEPTATIO DE GRANGIIS, & earum Oratoriis.

SUMMARIUM.

1. *Grangiæ, & earum privata Oratoria an ab Episcopo visitari possint, si pertineant ad aliquod Monasterium jurisdictioni Episcopi subiectum, in vim Decreti Innoc. X. & num. seqq. usque ad num. 27.*
2. *Grangiarum duæ sunt species, & num. 18.*
3. *Et de quibus Grangiis intelligatur Constitutio, & Decretum Innocentii X. & Litteræ Circulares Congregationis, & num. 18. & 20.*
4. Cap. Auctoritate de censibus *refertur, & expenditur, & num. 5. & 6. & num. 15.*
5. *Procuratio ratione visitationis propter privatum Oratorium non debetur, & num. 15.*
6. *Visitationi annexa est procuratio.*
7. *Episcopus potest tantummodò visitare Ecclesias, loca Religiosa, & loca pia, & num. 24.*
8. *Grangiæ primæ speciei sunt loca merè temporalia, & prophana & num. 15.*
9. *Oratorium privatum non est Ecclesia, nec locus Religiosus, nec pius, & num. seqq. usque ad num. 16.*
   Licèt in eo quandoque celebretur, num. 12. & num. 15.
10. *Ecclesia quæ dicatur, & in quo differat ab Oratorio.*
11. *Hospitale non fundatum auctoritate Episcopi visitari non potest, licèt in eo sit Oratorium privatum, & num. 15.*
14. *Visitatio instituta est ad correctionem, & num. seq.*
15. *Referantur verba Authorum dicentium, Grangias & earum privata Oratoria ab Episcopo visitari non posse, licèt quandoque in iis celebretur.*
16. *Argumenta contraria proponuntur, & solauntur & num. seqq. usque ad num. 27.*
17. *Monasteria de jure subsunt Episcopo: sed illorum Grangiæ, & privata Oratoria non visitantur. Visitationi Episcopi subsunt parvi Conventus non suppressi ex Decreto Innocentii X. non autem illorum Grangiæ, & privata Oratoria, & quæ sit ratio diversitatis, ibidem, & num. 18.*
19. *Declarationes Congregationis de Capellis Grangiarum ab Episcopo visitandis quomodo sint intelligendæ, & num. seqq. usque ad num. 21.*
21. *Cappellæ idem sunt quod Domus Religiosæ.*
22. *Oratoria publica quæ sint.*
23. *Grangiæ, & earum privata Oratoria an expediat statuere, ut ab Episcopo visitetur, & n. 24.*
25. *Episcopus an possit accedere ad privatum Oratorium, ut videat an teneatur honestè.*
26. *Conversi, & Monachi in Grangiis degentes qualiter, & quando subsint jurisdictioni, ac visitationi Episcopi.*
27. *Constitutio Innoc. X. super extinctione parvorum Conventuum, eorumque redactione ad statum sæcularem refertur.*
28. *Literæ Circulares Congregationis super statu Regularium circa suppressionem, & applicationem parvorum Conventuum referuntur.*
29. *Literæ Circulares ejusdem Congreg. circa Grangias Monasteriorum referuntur.*
30. *Decretum Innoc. X. super subjectione nonnallorum Conventuum Jurisdictioni Ordinarii loci, refertur.*
31. *Declarationes Congregationis super statu Regularium ad dictum Decretum, referantur.*
23. *Decretum Alex. VII. prohibens Episcopis visitantibus parvos Conventus, ne procurationem accipiant, refertur.*
33. *Decretum Congregat. super statu Regularium circa Vicarias Parochialium in Grangiis Monasteriorum, refertur.*

1. UTrum Grangiæ, in quibus non degunt Monachi, sed Conversi pro agrorum cultura, earumque privata Oratoria visitari

 pos-

possint ab Episcopo Diœcesano, si pertineat ad aliquem Conventum jurisdictioni Episcopi subjectum in vim Decreti fel. rec. Innocentii X. quod incipit. *Ut in parvis.*

2. Ad evidentiam præmittendum est duas esse species Grangiarum ad Monasteria pertinentium. Quædam enim sunt Grangiæ strictè, & propriè sumptæ, & de quibus intelliguntur Canones, cùm simpliciter de Grangiis loquuntur, *ut cap. ult. de cens. cap. Patentibus de privileg. Extravag. unica de decimis inter communes cum similibus*, & tales Grangiæ nihil sunt aliud, quàm domus rurales, seù prædia rustica sub proprietate, & dominio alicujus Monasterii, in quibus non consueverunt morari Monachi, sed Conversi tantum pro agris colendis, nec in eis ulla est Ecclesia, aut publicum Oratorium auctoritate Episcopi constructum, sed tantummodò Oratorium privatum ad orandum, licèt ibi quadoque aliqui Monachi celebrent de licentia Episcopi. Et hujusmodi Grangiæ non sunt loca publica, nec sacra, nec religiosa, quinimò nec pia, sed privata, temporalia, & prophana, ut infrà uberiùs explicabitur. Et in multis Hispaniæ locis vocantur *Rura*, ut notat *Covarr.* qui etiam ponit vocabuli etymologiam, seù allusionem *cum Glos. marginali in d. cap. ult. de censib.* & in Regno Neapolitano dicuntur *Massariæ*, & in Agro Romano *Casalia*: & prædia, seù possessiones appellantur *à Federico de Senis*, qui de his Grangiis plenè tractat in *cons.* 151. Thema tale est Monasterii S. Galgani, nec tales tenentur lege Diœcesana, ut notat *Innoc. in cap.* 1. *num.* 5. *de stat. Monach.* & post eum *Hostiensis ibidem numer.* 4. *post medium vers. Excipiuntur.* Nec de his Grangiis loquuntur Constitutio Innocentii X. quæ incipit, *Instauranda* nec ejus decretum initio citatum, quod incipit. *Ut in parvis*, ut mox dicemus. Et de Grangiis hujus primæ speciei propriè, & strictè sumptis proponitur præsens quæstio.

Aliæ verò sunt Grangiæ impropriè, & largè sumptæ, quæ in summa nihil aliud sunt, quàm Conventus, seu domus regulares dependentes ab aliquo Monasterio principali, quæ latiori significatione appellantur istius Grangiæ, vel quia sunt illi unitæ perpetuò, & accessoriè, & sic sunt veluti illius prædia, seu membra, ut per *Oldrad. cons.* 257. *factum tale est, num.* 15. *vers. fundata igitur*, Rota *decis.* 370. *aliàs* 11. *de rebus Eccles. non alien. in Antiq.* Et tales sunt Prioratus dependentes à Monasteriis, de quibus loquitur textus *in Cap. final. de Capell. Monachor.* & de his loquuntur Constit. *Instaurandæ*, & Decretum, *Ut in parvis*, Innoc. X. ut statim patebit.

3. Sed observandum est Grangias hujus secundæ speciei esse in dupplici differentia.

Quædam enim sunt suppressæ in præcitata Constitutione Innocentii, cùm enim in Ordinibus Regularium plurimi essent Conventus, in quibus ob redditum tenuitatem sustentari non poterant Religiosi in numero sufficienti ad observantiam Regularis disciplinæ, Pontifex ex causis expressis in prœmio Constitutionis operæpretium duxit, illos supprimere, & sæcularizare, etiam si essent Grangiæ, idest etiam si tales Conventus dependerent ab aliquo Manasterio, & essent illius membra, quemadmodum fecit verbis infrascriptis: *motu proprio &c. omnes, & singulos Conventus quorumcumque Monachorum, ac Regularium virorum &c. cujuscumque Ordinis Mendicantium, vel non mendicantium etiam si illis Animarum cura personarum Sæcularium incumbat, sintve hospitia, vel Grangiæ, seu alterius Monasterii membra &c. in litteris ab eadem Congregatione propediem expediendis nominatim exprimendos, in quibus ob parvum numerum Religiosorum regularis disciplina juxta peculiaria cujusvis Ordinis Instituta servari non potest, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò extinguimus, supprimimus, & abolemus &c. illosque ab omni proprietate, dominio, superioritate, jurisdictione, ac alio quocumque jure Regularium eximimus, & totaliter liberamus, & omnem conventualitatem, titulum, essentiam, ac denominationem regularem in eis penitus extinguêtes, illos ad statũ separato statum sæcularẽ reducimus.* Hactenus verba Cõstitutionis. Ex quibus liquidò constat, Pontificem suppressisse hos parvos Conventus, & illos ad statum sæcularem reduxisse, etiam si sint Grangiæ, vel alterius Monasterii membra. Atque ita ut locum habeat suppressio, & sæcularizatio Grangiarum, necessariò requiritur, ut sint Conventus, qui sint Grangiæ, seu membra alicujus monasterii, & ab illo dependeant, juxta textum *in dict. cap. fin. de Capell. Monach.*

Idemque patet evidenter ex litteris circularibus ad præscriptum memoratæ Constitutionis à Sacra Congregatione datis ad singulos Procuratores Generales cujusque Religionis sub die 10. Decemb. 1652. & in specie ad Procuratorem generalem Congregationis Cassinensis in hæc verba: *Nella Bolla di N. S. novamente publicata sopra l'estintione, e suppressione de piccoli Conventi sono anche compresi li membri, e le Grangie di cotesta Congregatione Cassinense, dove per il poco numero de' Religiosi non può secondo il suo instituto osservarsi la disciplina regolare ancorche habbiano annessa la cura delle Anime, ò siano Parochiali, e specialmente l'infrascritte, cioè S. Maria di Nazaro di nuna Diocese, S. Maria di Civitella, e S. Angelo di Liprignano, S. Maria di Fonte vivo della Diœcese di Parma S. Barbara nella Città di Ravenna unite à S. Paolo di Roma &c.*

Quod ipsum constat ex aliis litteris circularibus sub eadem forma datis ad alios Procuratores Ordinum. Nam Grangiæ omnes in illis nominatim expressæ nihil sunt aliud, quàm parvi

parvi Conventus suppressi cũ sua Ecclesia uniti alicui Monasterio principali, seu ab illo dependentes, ut habetur in Registris S.C. Quo fit, ut nec Bulla Innoc. nec Litteræ Circulares adaptari possint ad Grangias strictè, & propriè sumptas primæ speciei: non enim in illis potuisset supprimi, & extingui regularitas, quam numquam habuerunt, cùm privatio supponat habitum, nec reduci potuissent ad statum sæcularem, cum semper fuerint loca Sæcularia, & prophana. Nec Superiores Regulares in illis ullam habuerunt jurisdictionem, à qua oportuisset illas eximere, nec eas Pontifex censendus est voluisse abdicare à dominio & proprietate Regularium, nec talibus congruunt verba illa: *etiam si illis Animarum cura personarum sæcularium incumbat*, cùm non habeant Populum, nec Ecclesiam, sed privatum Oratorium dumtaxat, minusque illis conveniunt sequentia verba: *in quibus ob parvum numerum Religiosorum regularis disciplina servari non potest*, cùm in eis non consueverint morari Presbyteri, vel Clerici professi, sed solùm Conversi pro cultura agrorum sine aliqua observantia regularis disciplinæ, ut dictum est supra in prima specie harum Grangiarum *n.* 3. Unde jure optimo S. Congregatio super statu Regularium jam censuit in his Grangiis primæ speciei Constitutionem Innocentianam nihil novi juris induxisse.

Aliæ verò Grangiæ hujus secundæ speciei nõ sunt suppressæ, eò quòd tempore, quo edita fuit Constitutio, habebant redditus sufficientes ad sustentandos, & re ipsa sustentabant sex saltem Religiosos, & ideò Papa noluit eas supprimere, sed tamen quia multi erant Conventus, in quibus, & si præfixus fuisset numerus Religiosorum sufficiens ad observantiam regularis disciplinæ, & idcircò in suppressione antedicta non fuerint comprehensi: nihilominus sive ob redditirum diminutionem, sive ob Superiorum incuriam, vel malam admnistrationem, sive ob carentiam Religiosorum, aut aeris intemperiem, vel quamcumqe aliam ob causam prædictus numerus cum effectu in eis non alebatur cum gravi detrimento regularis observantiæ: Pontifex Innocentius intendens huic malo remedium adhibere, omnes, & singulos ejusmodi Conventus, ut præfertur, non suppressos cujuscumque sint Ordinis &c. aut Grangiæ, seu membra alterius Monasterii existentes intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium, in quibus tunc non alebantur, vel quandocumque actu non alentur, saltem sex Religiosi probatæ vitæ, quorum ad minus quatuor sint Sacerdotes maturæ ætatis, visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci, ut Sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus subiectos esse statuit, decrevit, & declaravit. Quæ sunt formalia verba Decreti, *Ut in parvis* ab Innocentio editi die decima Februarii 1654. §. *Insuper*. Ex quibus constat evidenter decretum loqui de illis tantùm Grangiis, quæ sunt Conventus regulares cum sua Ecclesia alicui Monasterio uniti, & ab eo dependentes, seu illius membra: unde nullatenus adaptari possunt ad Grangias strictè, & propriè sumptas primæ speciei, quæ nec sunt, nec unquam fuerunt Conventus Regulares, nec habent Ecclesiam, sed tantummodò privatum Oratorium, nec in eis aluntur Monachi pro observantia regularis disciplinæ, sed solum Conversi pro agrorum cultura.

4. Cùm igitur in grangiis istis primæ speciei nec locum habeat Constitutio Innocentii, nec litteræ circulares Congregationis, nec decretum, *Ut in parvis*, de his proponitur præsens quæstio, videlicèt.

Utrùm Grangiæ, in quibus non degunt Monachi, sed Conversi pro agrorum cultura, earumque privata Oratoria visitari possint ab Episcopo Diœcesano, si pertineant ad aliquem Conventum jurisdictioni Episcopi subiectum in vim Decreti fel. rec. Innocentii X. quod incipit, *Ut in parvis*.

Hanc quæstionem decidit textus *in cap. Auctoritate*, quod est *cap. ultimum de censibus*, ubi Gregorius Nonus, *Auctoritate*, inquit, *præsentium inhibemus, ne quis pro eo, quòd in Oratoriis, quæ in Grangiis vestris habetis, interdum aliqui vestrum celebrant, procurationes, quæ ratione visitationis debentur, à vobis exigere, vel extorquere præsumat*.

5. Quem textum sic summant Joan. Andr. Butr. Anchar. & Joan. de Anan. *Propter privatum Oratorium procuratio non debetur*. Cardin. verò, & Abbas summant sic. *Propter Privatum Oratorium procuratio ratione visitationis non debetur*. Sed secundùm Glossam in figuratione casus hoc dicit *Religiosi, licèt aliquando celebrant in Oratoriis, quæ in Grangiis suis habent, propter hoc ratione visitationis procurationes exhibere non debent*.

Hoc ipsum inhibuerat Honorius Tertius in sua compilatione *de Capel. Monach. cap.* 2. ut referunt Joan. Andr. & Cardin. *in d. cap. ult. in princ. in ver. Inhibemus*.

6. Dum autem Gregorius Nonus in eadem Decretali prohibet, ne Prælatus propter privatum Oratorium Grangiarum, in quo aliqui Religiosi interdum celebrant, exigat procurationem ratione visitationis, in necessariam consequentiam prohibet, ne Prælatus ibi faciat visitationem, quia de jure communi non est dari visitationem sine procuratione, cum procuratio sit visitationi annexa, & unum sine altero esse non possit, ut *Cap. Cùm venerabilis §. quia ergo de Censibus*. Quod adeò verum est, ut contra procurationem nec valeat præscriptio, ut est textus *in Cap. Cùm ex officii de præscript.* ubi de Archiepiscopo Senonen Monasterium Monachorum visitante sic legitur: *Cùm procurationem sibi debitam postularet, ipsi*

eam inhumaniter negaverunt, ad sui negationis defensionem hoc solùm allegantes, quod non meminerint se procurationem hujusmodi Prædecessoribus ejusdem Archiepiscopi exolvisse, nec ab eis aliquando fuisse petitam: Nos igitur præmissam allegationem eorum nullam penitus reputantes, cùm contra procurationem, quæ ratione visitationis debetur, præscribi nequiverit, quemadmodum nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo præscribi, &c. mandamus, &c. quia secundum Apostolum, Qui spirtualia seminat, non est magnum si metat carnalia, cum nemo cogatur suis stipendiis militare, &c. Hactenus verba textus.

Quibus stantibus ad rem nostram sic formatur argumentum. Quicumque potest visitare, potest etiam exigere procurationem, quæ ratione visitationis debetur, *ut in d. §. Quia ergo, & in d. cap. Cum ex officii*. Sed Episcopus propter privatum Oratorium, quod habent Religiosi in suis Grangiis, non potest exigere procurationem, quæ ratione visitationis deberur ut est casus literalis *in d. cap. Ult. de censibus*. Ergo Episcopus non potest Grangias, & illarum privatum Oratorium visitare. Vel aliter sic: Si Episcopus posset visitare Grangias, & illarum privatum Oratorium, sequeretur, ut etiam posset exigere procuratione͂ debitam ratione visitationis, cùm de jure communi non possit dari visitatio sine procuratione, ut in præcitato §. *Quia ergo, & cap. Cùm ex officii*. Sed consequens est falsum, quia Episcopus propter privatum Oratorium Grangiarum non potest exigere procurationem debitam ratione visitationis, ut deciditur *in d. Cap. Ult. de cens.* Ergo, & antecedens. Unde præallegata Decretalis Gregorii inevitabiliter probat, Grangias Regularium, & illarum privata Oratoria, licèt Religiosi interdum in eis celebrent, ab Episcopo visitari non posse.

Quæ conclusio duplicem habet rationem.

7. Prima ratio est, quia Episcopus in sua Diœcesi potest tantummodò visitare Ecclesias, loca religiosa, & loca pia, ut legitur *in cap. 1. de censib. lib. 6.* & in Concil. Trident. *cap. 8. sess. 22.* & notant *in d. cap. Ult. de censib.* Cardin. *ante numerum primum vers. visitantur enim*, &

8. Abb. *in 1. not.* Grangiæ autem & illarum privata Oratoria nec sunt Ecclesiæ, nec loca religiosa, nec loca pia.

De Grangiis hoc est manifestum, quia sunt loca merè temporalia, & prophana, nihil spiritualitatis habentia, secundùm Collectarium *in d. cap. ult. post principium*, & fusiùs explicabitur *infra num. 15. vers. Io: Gaufredus, & num. 17.*

9. De privato autem Oratorio similiter patet, quia neque est Ecclesia, neque locus religiosus, nec locus pius

10. Quòd non sit Ecclesia, pater evidenter, quia inquit Host. *in d. cap. ult. de cens. num. 4.* (Ecclesia dicitur ubi certa dos statuta est pro Sacerdote, & Clericis, qui ibi serviant, & pro aliis Ecclesiæ necessitatibus, *Cap. Nemo, de consecr. dist. 1. cap. Cum sicut de consecr. Ecclesiæ vel altar.* Oratorium verò dicitur, quod non est dotatum, nec est ædificatum ad missam celebrandam, sed ad orandum tantùm, *Cap. Unicuique de consecr. dist. 1.*) ita Host. *in d. cap. ult. de cens. num. 4.* qui ferè ad calmum transtulit verba Innocentii, & concordat ibi Joan. Andr. *num. 4.* & quod tale Oratorium non sit Ecclesia, nec veniat Ecclesiæ appellatione per text. *in d. Cap. ult.* tradunt Decius *cons. 148. num. 1 vol. 1.* Paulus Fusc. *de visitatione lib. 2. Cap. 12.* Sanchez. *de matrim. lib. 9. disput. 15. numer. 39.* & Stephanus Costa *in Cap. Is cui num. 19. de sent. excomm lib. 6. Repeten. tom. 5. pag. 445.* qui ad hoc alleget textum *in Cap. Patentibus de privileg.*

11. Quòd autem Oratorium non sit locus religiosus similiter patet, quia non est erectum auctoritate Episcopi, prout requiritur, ad hoc ut locus sit Religiosus, *cap. de Xenodochiis de Relig. domib.* Unde nec gaudet immunitate, secundum Innoc. *in Cap. Inter dilectos num. 2. de donat.* & Host. *in d. cap. ult. sub num. 2. vers. & est ratio*, (quia, inquit, non intelligitur dedicatum Deo, nec censetur locus religiosus, vel sacer, unde, & si hodie est Oratorium, cras fieri poterit Camera.) Et sequuntur ibidem

12. Joan. Andr. *n. 2.* & plerique alii; Et quamvis jure communi inspecto, possit in eo quandoque celebrari de licentia Episcopi, *cap. Clericos, & Cap. Si quis extra Parochias de consecr. dist. 1.* ex hoc tamen non concluditur perneceste, ut locus sit publicus, & religiosus, ut probatur *in d. Cap. ult. de censib.* & ibi notant Joan. de Anan. *num. 2.* & Abb. *in 1. notab. vers. Item nota*, quorum verba inferiùs ad literam referemus *sub num. 15.* quo fit, ut missam ibi audientes diebus festis, præcepto Ecclesiæ non satisfaciant, *Cap. in his eum ibi notatis de privileg.* nec possit ibi teneri Campana publica, ut est casus *in Cap. Patentibus eodem tit.* & notat Roch. de Curte *in tract. de Jurepatr. in ver. construxit. quæst. 19. num. 27. tract. com. tom. 15. fol. 364.*

13. Demum quod hujusmodi Oratorium non sit locus pius, probatur *in Cap. 1. de censibus lib. 6. juncto d. cap. ult.* ut ibi declarat Abbas *in 1. notab.*

Et est simile in Hospitali, quod non est fundarum auctoritate Episcopi, non enim potest Episcopus illud visitare, licèt in eo sit Oratorium privatum, ut probat textus *in Cap. Ad hæc de Relig. domib.* ubi hoc firmat Innoc. Host. Joan. Andr. Butr. Cardin. Abb. & alii communiter, & nos plenius ibi scripsimus *num. 51. & 52.*

Secunda ratio est quia visitatio instituta est ad correctionem, *Cap. Procurationes, §. Porrò de*

de censib. In privato autem Oratorio nullus est Clericus ordinatus ad celebrandum, qui possit corrigi, ut dicunt *in dict. cap. ult.* Gloss. Innoc. & alii inferiùs citandi *num.* 15. Ergo tale Oratorium, cùm deficiat finis visitationis, visitari non potest.

Sensus igitur Gregorii Noni in prædicta
15. Decretali ultima de censibus talis est: quia in his Grangiis, & earum privatis Oratoriis nulla fit visitatio, idcircò prohibemus ne Prælatus ab illis exigat, vel extorqueat procurationem, quæ ratione visitationis debetur. Et ita intelligunt illum textum Canonistæ omnes, quorum verba hic ad litteram fideliter referemus.

Glossa ibidem *in verbo Ratione visitationis*, sic ait: (Talis procuratio non præstatur, nisi quando personaliter visitant locum causa correctionis. Sed in grangiis istis nulla fit visitatio, licèt ibi quandoque Monachi celebrent, sed ad caput acceditPrælatus causa visitationis, & infrà: Et ibi non consueverunt morari Monachi, sed Conversi, causa colendi agros suos, & ita eùm nulla fiat visitatio, nulla propter hoc, quod ibi aliquando celebrant, debet præstari procuratio.)

Innocentius *in principio*, (Nullus, inquit ordinatus est ibi ad celebrandum, nec est ordinatum, ut ibi celebretur ordinatè, sed tantùm ordinatum erat, ut esset ibi locus,ubi quilibet posset orare; nam tunc cùm nullus esset Ordinarius, vel Vicarius Clericus hujus Oratorii, nec esset qui visitari posset ratione Oratorii.)

Abbas Antiq. *num.* 2. [scire debes, quod quandoque aliqua fiunt Oratoria, nou ut ibi regulariter celebretur, sed tantùm ut quandoque possint ibi aliqui celebrare, sicut faciunt scholares Parisiis, multi milites in Francia, & aliis Terris,] & infra: (Et quia nullus est ibi, qui visitari possit, numquam est procuratio exigenda.)

Hostiensis *in princip. in ver. In Oratoriis*. (Cùm Populum non habeant, neque Curam, & ideò non sunt visitanda, ut hìc dicit, cùm ibi non sint Clerici constituti. Cùm igitur non sit ibi Populus, nec Clerici esse debeant, non est ibi visitatio facienda, per consequens, nec procuratio exigenda, quia visitatio fit causa correctionis, cui annexa est procuratio. Cùm igitur ibi nihil sit visitandū, nihil est procurationis nomine exigendum secundū Vincentium,& Goffredum, *& infra n.* 4. *in ver. Visitationis*. Quia non fit ibi visitatio, sed cultura tantùm, & fructuum congregatio: visitatio autem fiet in capite, scilicèt in Monasterio, cui subest.)

Joannes Andr. *num.* 3. (Nullus est ibi ordinatus ad continuam celebrationem, licèt sit locus ordinatus ad orandū,& sic non est ibi Rector, qui ratione hujus Oratorii debeat visitari.

Joannes Gaufredus, aliàs Collectarius *in principio*. (Oratoria non tenentur ad procurationem, quæ quisque in domo sua erigere potest: & intelligitur secundùm Abbatem (*idest Antiquum*)de Oratoriis,quæ non habent certum Ministrum, & in quibus regulariter non celebratur; si enim haberent certnm Ministrum,non video quare Episcopus non teneatur visitare,) & infrà: (Aliqui Religiosi, maximè Monachi albi habent aliquas Grangias, in quibus nihil spiritualitatis est, sed omnino temporale; & licèt forsan aliquas Capellas, vel Oratoria habeant, tamen sunt ibi per modum accessorii.)

Antonius de Butrio *num.* 2. (Nota 2. quod Oratoria privata non sunt Episcopo subjecta, ut habeat potestatem de his circa illa ad libitum disponendi. Et similiter dixi vobis de Hospitalibus privatis. Unde ad hoc, ut Oratorium, & Hospitale subiiciantur Episcopi potestati, exigitur, quod sint publica.)

Cardinalis *num.* 2. *vers. Quinto quæro*. (Innocentius intelligit, quod nullus ordinatus erat, nec ordinatum erat, quod ibi ordinatè celebraretur, sed tantùm, quod ibi esset locus, in quo quilibet posset orare: quo casu cùm nullus sit Ordinarius, vel Vicarius Clericus hujus Ordinarii, non debet visitari.)

Petrus de Ancharano *num.* 1. (Nota primò, quod licet in Oratoriis quandoque celebretur, non per hoc tamen procuratio per Episcopum exigetur,) & infra *numer.* 5. (Ultimò intelligit Innocentius hunc textum de Oratorio, in quo non est aliquis Rector constitutus, sed quandoque Abbas mittit unum, quandoque alium. Et hoc importat, quod dicit textus, *aliqui vestrum*. Si verò ibi esset deputatus aliquis, qui perpetuò deserviret, non videt Innocentius quare non posset Episcopus visitare, & procurationem suam exigere.)

Joannes de Anan. *num.* 2. (Nota quod licèt aliquando in Oratoriis celebretur, non tamen propter hoc exigitur procuratio per Episcopum. Et sic tantùm ab Ecclesiis publicis intitulatis, & consecratis procuratio ratione visitationis exigi potest. Et ex hoc collige, quod Oratoria non sunt Episcopo subjecta, ut habeat circa illa ad libitum potestatem disponendi. Simile dicimus de Hospitalibus. Unde ad hoc, ut Hispitalia, & Cantoria sint subjecta Episcopo, necesse est, ut sint publica; & ut sint subjecta Episcopis non sufficit docere aliquando Divina celebrari, & sic actus celebrandi non est signum necessariò cocludens Ecclesiam fore publicam.)

Abbas Panormitanus *in principio*. (Nota primò, quod Oratoria privata non sunt sub potestare Episcopi, saltem quoad jus visitandi, & procurationem exigendi. Et ex hoc, & ex textu nota, quod loca publica, vel reli-

gio-

giosa sunt visitanda dumtaxat ad hoc *cap.* 1. §. 1. *de cens. lib.* 6. ubi bonus textus, nam ibi dicitur, quod loca pia Episcopus potest visitare. Ex illo textu unito isti infertur, quod appellatione pii loci non venit Oratotium privatum. Item nota ibi, celebrant interdum, quod actus celebrationis necessariò non concludit locum esse publicum; quod nota, nam facit pro istis hospitalibus, in quibus interdum celebratur, ut ex hoc solo non concludatur hospitale esse religiosum, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, quod intelligo, nisi actus celebrandi sit publicus, & omnes indifferenter admittantur, ut notat Archidiaconus *in cap. Nemo de censecrat. dist.* 1.)

Vivianus *in Rationale Juris Pontificii in d. cap. ult. de censibus*. (Quia, inquit, hujusmodi procuratio non præstatur, nisi cum Prælatus visitat locum causa cotrectionis. Et quoniam in Grangiis istis, sive Oratoriis nulla fit visitatio, licèt ibi quandoque Monachi celebrent, sed ad caput accedit Prælatus causa visitationis; & ibi non consueverunt morari Monachi, sed Conversi causa eolendi agros suos: ideò cùm nulla fiat visitatio, nulla propter hoc, quod ibi aliquando celebratur, debet præstari procuratio, *ut in textu*.)

Quibus addimus Thomam Sanchez *de Matrim. lib.* 9. *disput* 15. *num.* 39. cujus hæc sunt verba: (Gravius autem dubium est de Oratoriis, & quidem si de Oratoriis strictè loquamur, & quæ propriè talia dicuntur, qualia sunt Hospitalium, & Eremitotiorum quædam Ecclesiæ privata auctoritate absque Episcopi licentia erectæ, & alia in domibus privatis fundata, constat apud omnes ea minimè esse loca religiosa, nec Ecclesiæ nomine comprehendi, quia possunt ad nutum fundatoris ad prophanos usus redire, quamquam ex Episcopi licentia in eis celebretur. Et ita colligitur *ex cap. final. de cens.* ubi deciditur Oratoria privata non subesse Episcopi potestati, quoad jus visitandi, procurationemque exigendi.)

Patet igitur ex præmissis juxta unanimem Canonistarum sententiam in præallegato *cap. ultimo de censibus* efficaciter probari Grangias, & illarum privata Oratoria non esse ab Episcopo visitanda.

16. Sed contra prædicta opponitur primò, quod Doctores præallegati loquuntur in puris terminis juris communis, nec vindicant sibi locum in nostro speciali casu; nam præsens quæstio proponitur de Oratoriis Grangiarum dependentium ab aliquo Conventu subjecto Episcopo in vim Decreti Innocentii X. incipientis, *Ut in parvis*. Hoc autem Decretum verbis prægnantibus, & geminatis supponit parvos Conventus plenè in omnibus visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Episcopi, ut Sedis Apostolicæ delegati. Si igitur Episcopus plenam habet facultatem visitandi principalem Conventum, & caput, cur non non habet pariter facultatem visitandi Grangias, & earum Oratoria, quæ sunt illius membra, cùm omnia membra caput sequantur? *ad Ephes.* 4. *Cap. Non decet.* 12. *dist.* & accessorium sequatur naturam sui principalis, *ut in Regula Sexti Accessorium*.

Huic oppositioni respondet Glossa *in d. Cap.*
17. *ult. de cens.* dum ait: (In istis Grangiis nulla fit visitatio, sed Prælatus visitationis causa accedit ad caput, idest ad Conventum, cui subsunt,) secundum Host. *ibi d. num.* 4. & sic Episcopus visitat caput, sed non visitat membra. Idque probatur efficaciter *in eodem. cap. ult.* Nam Monasterium, de quo ille textus loquitur, erat omninò subjectum Episcopo, sicut sunt Monasteria omnia de jure communi, ut est casus *in Cap. Cùm dilectus de Relig. Domibus*, & ibi notant *in Summario*, Joan. Andr. Butr. Cardin. & omnes, & resolvit Rota *decis.* 78. *num.* 1. *par.* 1. *divers.* atque ita Episcopus absque dubio poterat illum visitare, & tamen visitare non poterat Grangias, & privata Oratoria illius membra, ut ex communi Scribentium sententia abundè probatum est suprà. Non est igitur bona consequentia, Episcopus potest visitare principalem Conventum, & caput ex præallegato Decreto Innocentii, ergo & Grangias, & carum Oratoria ejusdem Conventus membra; inter hæc enim magna est ratio diversitatis, quia Conventus est locus sacer, & Religiosus cum Ecclesia, Campanili, & publicis campanis, & sunt ibi Monachi, seu Religiosi, qui possint corrigi; unde nil mirum, si subest visitationi, correctioni, & jurisdictioni Episcopi, ut in memorato Decreto Innocentii, & probatur *in cap.* 1. §. 1. *de cens. lib.* 6. At Grangiæ, & illarum privata Oratoria non sunt loca sacra, nec religiosa, imò nec pia, ut supra est ostensum, præsertim *num.* 8. *& seq.* nec sunt ibi personæ ordinatæ, quæ possint corrigi, secundùm Innoc. & omnes supra citatos *num.* 15. ideòque nec sunt in potestate Episcopi, ut dicunt Anton. de Butr. Joan. de Anan. & Abbas relati *sub. eod. num.* 15. Non igitur mirum, si tamquam loca merè temporalia, & prophana à Prælato visitari non possint; nec est novum in jure, ut caput, & membra diverso jure, censeantur, quoad jus visitandi, ut patet *in cap. Ex ore de privileg.* ubi Prælatus visitat caput, & non membra. Quapropter quoad jurisdictionem in Conventibus Regulatium, & illorum Grangiis pari passu ambulant Jus commune, & Decretum Innocentii, nisi quod de jure communi Episcopus in Conventibus habet jurisdictionem ordinariam, & ex decreto Innocentii delegatam. Nec refert, quod in Decreto hujusmodi jurisdictio sit collata Episcopo verbis prægnantibus, & geminatis, quia nihilominus est cumulativa cum

Su-

Superioribus Regularibus,ut respondit S.Congreg. super statu Regularium in declarationibus impressis ad dictum Decretum, *Vt in parvis*, *in 11. declaratione*, & tamen etiam si esset privativa, & major, quàm competat Episcopo de jure communi, numquam extenderetur ad Grangias, & illarum privata Oratoria per supradicta.

18. Opponitur secundò in Constitut. Innoc.X. quæ incipit, *Instaurandæ*, disertis verbis exprimuntur Grangiæ, seu alterius Monasterii membra. Et tales eximuntur ab omni superioritate, jurisdictione, ac alio quocumque jure Regularium, & ad statum sæcularium reducuntur sublatis exemptionibus; & consequenter constituuntur sub jurisdictione ordinaria Episcopi, juxta text. *in cap. Omnes Basilicæ 16. q. 7. cum. multis similibus*, de quibus ibi *in gloss. unica*. Et in Decreto ejusdem Pontificis incipien. *Vt in parvis*, similiter sunt expressæ Grangiæ, seu membra alterius Monasterii, & tales apertis verbis plenè in omnibus subiiciuntur visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci. Frustra ergo nunc disputamus, an Grangiæ, & illarum Oratoria visitari possint ab Episcopo, cùm habeamus legem apertè, & clarè hoc disponentem, quæ non obstante contraria Constitutione Gregorii Noni *in d. Cap. ult. de censib.* tamquam posterior omninò servanda est, *ut Cap. 1. de Constitut. lib. 6. cum concordantibus* de quibus ibi per glossam *in ver. Revocare*.

Respondetur breviter Constitutionem Innocentii, & Decretum *Vt in parvis*, loqui tantùm de Grangiis secundæ speciei, nempè de Prioratibus, & parvis Conventibus unitis alicui Monasterio principali, seu ab eo dependentibus juxta textum *in d. Cap.final. de Capell. Monachor.* qui propter hujusmodi unionem, ac dependentiam largè sumpto vocabulo dicuntur illius Grangiæ, seu membra, ut plenissimè probatum est supra in evidentibus *num. 2. vers. Aliæ verò sunt Grangiæ*. Tales enim cùm sint loca sacra, & religiosa, cum Ecclesia, Claustro, & Campanili, proculdubio visitari possunt, ac debent ab Episcopo, *ut in c. 1. §. 1. de censib. lib. 6.* & in Concil. Trid. *Cap. 3. sess. 22.* Et quidem si sint suppressæ, cum ex Bulla Innocentii exemptæ fuerint à jurisdictione, & superioritate Regularium, & ad statum sæcularem redactæ, visitari possint ab Episcopo jure Ordinario; si verò non sint suppressæ, jure delegato ex præcitato Decreto; *Vt in parvis*. Sed quæstio nostra non proponitur de his Grangiis secundæ speciei, sed de Grangiis, quæ sunt loca ruralia, & merè temporalia, & prophana, de quibus abundè actum est supra in evidentialibus *n. 2.* unde objectum non obstat.

19. Opponitur tertiò inter declarationes dicti Decreti Innocentii X. à Sacra Congregatione super statu Regularium editas, atque ab Alexandro VII. approbatas, extant quinta, sexta, & septima tenoris infrascripti, videlicèt: Quintò an Ecclesiæ dictorum Conventuum. & Capellæ Grangiarum, in quibus degunt Conversi pro agrorum cultura, ab Episcopo visitari possint. Sextò an ipsæ Grangiæ, & Conversi in eis degentes subsint visitationi Episcopi. Septimò quid in Ecclesiis, seu Capellis Grangiarum, in quibus nullus degit Conversus, an similiter subsint Episcopi visitationi. Ad suprascripta dubia Sacra Congregatio respondit ut sequitur, videlicet, *Ad quintam. Posse. Ad sextum, Subesse. Ad septimam, itidem Subesse*; Cùm igitur præsens quæstio in præmissis declarationibus à Pontifice approbatis appareat decisa, non videtur de illa ulteriùs disputandum.

20. At respondetur, prædictas declarationes esse intelligendas de Ecclesiis, & Capellis publicis dumtaxat, non autem de Oratoriis privatis quod clarè ostenditur triplici motivo.

Primum est, & quidem meo judicio fortissimum, quia declarationes illæ emanarunt ad decidendas dubitationes exortas super intelligentia memorati Decreti, ut demonstrat illarum titulus, seu Rubrica, quæ sic inscribitur. *Declarationes Decreti sanctæ memoriæ Innocentii Papæ X. super subjectione nonnullorum Conventuum jurisdictioni Ordinarii loci, à Sacra Congregatione super statu Regularium editæ, atque à Sanctissimo Domino Nostro Alexandro Papa Septimo approbatæ*. Idemq; patet ex initio earumdem declarationum in hæc verba: *Posito Decreto fel. rec. Innocentii Papæ X. super subjectione nonnullorum Conventuum correctioni, visitationi, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci tamquam Sedis Apostolicæ delegati, contingit dubitari de infrascriptis*. Hoc autem Decretum nusquam loquitur de Grangiis primæ speciei, quæ sunt loca ruralia, & merè temporalia cum privato Oratorio, nec de his ullum facit verbum; sed loquitur solùm de Grangiis secundæ speciei, nempè de Conventibus non suppressis, in quibus non habitant sex saltemReligiosi,& hos subiicit jurisdictioni Ordinarii loci, etiam si sint Grangiæ,seu membra alterius Monasterii.Et sic loquitur de Grangiis, quæ sunt Conventus formales cum Ecclesia, & Campanili. ut fusè ostensum est supra in evidentialibus *num. 2. §. Aliæ verò Grangiæ*, nullus enim est ex his Conventibus non suppressis, qui non habeat Ecclesiam, seu Capellam publicam. Dum ergo Sacra Congregatio declarat Ecclesias Conventuum, & Capellas Grangiarum subesse visitationi Episcopi, necessariò intelligi debet de Ecclesiis, & Capellis publicis, quæ reperiuntur in istis Grangiis secundæ speciei, de quibus Decretum loquitur. Rubrica enim declarat materiam nigri esse illius naturæ,cujus est rubrum,Gloss. *in cap. 1. in verbo Conservatores, in princ. & in cap. Si super gratia in ver.*

Priu-

Principalis vers. sed executor, de offic. deleg. lib. 6. Cum præsertim non solùm in Rubrica, sed etiam in nigro ipsarum declarationum fiat restrictio illarum ad parvos Conventus jurisdictioni Episcopi subjectos in vim Decreti Innocentii.

Nec refragatur, quòd quinta declaratio loquatur de Capellis Grangiarum, in quibus degunt Conversi pro agrorum cultura; & septima de Grangiis, in quibus nullus degit Conversus. Quoniam ex hoc non sequitur, ut hæ duæ declarationes intelligi debeant de Grangiis ruralibus primæ speciei. Observandum est enim multos esse Conventus non suppressos, qui sunt Grangiæ, seu membra alicujus Monasterii, quive in dies rediguntur ad inopiam propter bella, inundationes aquarum, terræmotus, sterilitates, vel alios casus fortuitos, & Superiores Regulares minuunt in illis numerum Religiosorum, & relinquunt unum, vel duos Cnnversos pro agrorum cultura, & aliquando etiam hujusmodi Conventus claudunt in totum, vel ob aëris intemperiem, vel per aliquot annos ad augendos redditus, vel pro fabrica perficienda, prout sunt aliqui in Congregatione Monachorum Cœlestinorum, & in aliis Religionibus: & tales Conventus, qui largè appellantur Grangiæ, non propterea desinunt esse Conventus, & loca sacra, & Regiosa cum suis Ecclesiis, seu Capellis, sicut erant ab initio, licèt in eis degant aliqui Conversi tantùm pro agris colendis, aut nullus etiam remaneat Conversus. Unde absque dubio tales Conventus subsunt visitationi Episcopi vigore Decreti Papæ Innoaentii, & de talibus Grangiis secundæ speciei, & earum Ecclesiis, & Capellis debent intelligi declarationes Congregationis cùm de illis tantùm loquatur ipsum Decretum, ad cujus declarationem emanarunt Resolutiones, non autem de Grangiis ruralibus primæ speciei quæ, non sunt, nec unquam fuerunt Conventus, & de quibus decretum non loquitur.

21. Secundum motiuum est, quia Capellæ idem sunt, quòd domus religiosæ, ut notat Abbas *in Rubrica de Capell. Monach.* quinimò Ecclesiæ ipsæ appellantur Capellæ, *ut in Cap. Cùm Capella, & in Cap. ex ore de privileg. cum multis similibus*: atque ita cùm hujusmodi Capellæ sint loca sacra, & religiosa, proculdubio ab Episcopo sunt visitandæ, *ut in cap. 1. §. 1. de censib. lib. 6.* & in Concilio Tridentino *cap. 8. sess. 22.* & de talibus intelligi debent declarationes Congregationis, non autem de Oratoriis privatis Grangiarum, quæ non sunt loca sacra, nec religiosa, nec pia, ut suprà dictum est. Et confirmatur ponderando verba septimi dubii superiùs relati, ibi: *Quid in Ecclesiis, seu Capellis Grangiarum, in quibus nullus degit Conversus*, nam dictio, *seu*, ponitur inter synonyma, & idem importantia, Clem. *si Romanis de præben.* Clem. 2. *de vita, & honest. Cleric.* Clem. 1. *de censib.* Gemin. *cons.* 115. *incipien. super dubio num.* 7. unde patet, Congregationem pro eodem habuisse Ecclesias, & Capellas, seu publica Oratoria, & meritò, quia talia passim nuncupantur Ecclesiæ, nec differunt nisi respectu consecrationis, *cap. omnes Basilicæ*
22. *de consecrat. dist.* 1. sunt enim publica Oratoria, quæ auctoritate Episcopi sunt erecta, in quibus est Rector, vel persona ibi ordinata ad celebrandum, & publicè celebratur, secundùm *Innoc. Hostien & alios in d. cap. ult. de cens.* quorum verba superius retulimus *num.* 15. & quæ habent ostium immeditatè respondens in viam publicam, & nullum aditum, vel prospectum in locum privatum, ex sententia Sacræ Congregationis Concilii, & in talibus Oratoriis publicis verificari potest verbum, *Capellæ*, de quo loquuntur declarationes antedictæ, hæc enim dumtaxat, non autem privata Oratoria possunt ab Episcopo visitari, ut tenent omnes *in d. c. ultimo suprà citati num.* 15. & patet ex Decreto Concilii Tridentini *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ sess. 22. vers. Neve patiantur*, ibi *& ad divinum tantùm cultum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinariis designanda, & visitanda*.

Tertium motivum est, quia si declarationes hujusmodi, quòd Episcopus posset visitare Cappellas Grangiarum, intelligerentur de Oratoriis privatis, pugnarent de directo cum decretali Gregorii Noni *in d. Cap. ultimo de censib.* & illam corrigerent, cùm in ea interdicatur Episcopo talis visitatio, ut plenissimè in superioribus probatum est, hoc autem esset absonum, cùm correctio hujusmodi sit vitanda, & expediat jura juribus concordare, *Cap. Cùm expediat, de elect. lib. 6. cum similibus*, ut per Romanum *cons.* 104. *num. 1. post medium, vers. Hoc autem probatur*.

23. Opponitur quartò, quòd quamuis rurales Grangiæ, & illarum privata Oratoria visitari non possint, videtur tamen expedire, ut sedes Apostolica statuat suo peculiari decreto, ut visitentur, ut per Hostiensem *in d. C. ult. num.* 4. *de censib.* ubi post quam dixit (in Grangiis non fieri visitationem, sed culturam tantùm,) mox subjungit: (sed quis habet curam ibi inhabitantium? Respondeo de fratribus professis planum est, quia Abbas, vel cui hoc cōmittit, & Episcopus, sub quo habitant, nisi forsan sint exempti, *Cap. volentes, §. in eos autem de privileg. lib. 6.* Quid igitur de familia, scilicèt sæcularibus, & laicis bubulcis, servientibus, & similibus? Utique timeo, ne multi periclitentur, quia nec proprio Sacerdoti, nec illi, sub quo habitant, de licentia proprii Episcopi confitentur, sed quandoque Monachis, qui in tales nullam habent penitùs potestatem. Ergo in his per Sedem Apostolicam aliter providendum, ex quo non vult, quòd loca talia visiten-

tur,

tur, per hoc tamen poteſt colligi argumentum efficax, quod viſitanda eſſent.) Hactenus verba Hoſtienſis.

24. Sed reſpondetur opinionem Hoſtienſis non placere Joan. Andreę ibidem in fine, quia, inquit, ſecundùm hoc idem poſſet dici de omnibus privatis, & ipſorum familia. Concordat Butrius *num.* 13. dicens: quia ſi per hoc tales eſſent viſitandi, ſequeretur, quod quilibet Laicus cum familia ſua eſſet viſitandus, quod non eſt dicendum, quia iſta non convertuntur, debet quis accipere ſacramenta, ergo & viſitari debet. Et ſequitur Cardinalis ante numerum primum, ubi ſic ait: (dicit Joan. Andr. quod ſecundùm hoc ultimum (loquitur de verbis Hoſtienſis) poſſet argui de omnibus privatis, & ipſorum familia, quod viſitari deberent, quod eſt abſonum, nec placet; viſitentur enim per Prælatos Eccleſiaſticos ſolùm loca Eccleſiaſtica, & familiæ Eccleſiaſticæ; mercenarii enim non cenſentur de familia *Cap. Per exemptionem*, *& Cap. Licet*, *verſ. Non ſic*, *de privileg. lib. 6.*)

25. Opponitur quintò, quidquid ſit de viſitatione privati Oratorii, ſaltem non videtur dubitandum quominus Epiſcopus poſſit ad illud accedere, ut videat, an teneatur honeſtè, & providere, ut opus fuerit: ita enim docuit Innocentius *in d. Cap. ult. de cenſib. poſt principium*, cujus hæc ſunt verba: (Fatemur tamen, quod ſi ii, quorum ſunt Oratoria, non teneant ea honeſtè, nec faciant ibi celebrari, poterit Epiſcopus ea deſtruere, *de conſecr. diſtin.* 1. *Cap. Omnes Baſilicæ*, *& C. ſeqq.*) & ſequitur ibidem Abb. Antiquus *num.* 2. & Abbas Siculus in fine, ubi ſic ait: (Et credo, quòd licèt Epiſcopus non poſſit viſitari hujuſmodi Oratoria, ut hic, tamen poſſet ad illa accedere, ut videat quomodo ſe habeant, & ſi præter formam juris conſtructa ſint, & an honeſtè tractentur, ut ſuprà, ſecundùm Innocentium.)

Reſpondetur opinionem Innocentii habere locum in illis tantùm Oratoriis, quæ ſunt dicata, & auctoritate Pontificis ædificata ad celebrandum: alias contra: ita formaliter declarat ibidem Hoſt. *num.* 2. *circa finem*, cum quo tranſeunt Joan. Andr. *num.* 3. *verſ. Dicit tamen* Anton. de Butrio *num.* 8. & Card. *num.* 2. *in* 5. *quæſt. verſ. Si tamen habentes*. Ad privata ergo Oratoria non conſtructa auctoritate Epiſcopi ad celebrandum non poteſt Epiſcopus accedere, ut videat, an teneantur honeſtè, ſecundùm opinionem Hoſtienſis, & ſequacium, quæ fortè eſt de jure verior.

Sed pro concordia dici poſſet opinionem Innocentii, & Abbatis procedere quando præcedit accuſatio, vel denunciatio, aut fama publica, quòd Oratorium inhoneſtè teneatur: tunc enim Prælatus poteſt procedere ſuper crimine in judicio accuſationis, vel denunciationis, aut inquiſitionis, ſecundùm ea, quæ leguntur, & notantur *in Cap. Qualiter*, *& quando*, *il ſecondo de accuſat.* & ſic poteſt accedere ad Oratorium, ut videat, an conſtet de corpore delicti, ſicut ex hac cauſa accedere poteſt ad domum cujuslibet privati: opinionem verò Hoſtien. & ſequacium vendicare ſibi locum, quando Epiſcopus ſine ullo præcedente judicio vult accedere ad Oratorium, ut videat, an teneatur honeſtè, vel non: tunc enim accedere non poteſt, quia locus non eſt erectus auctoritate Epiſcopi, neque eſt ſacer, neque religioſus, neque pius, ac proindè poteſtati Epiſcopi minimè eſt ſubjectus, ut ſæpiùs repetitum eſt.

Verùm quicquid ſit de veritate prædictarum opinionum, explorati juris eſt hujuſmodi acceſſum Epiſcopi ad privatum Oratorium non fieri ex cauſa viſitationis: Innocentius enim, & Abbas, qui concedunt acceſſum, abſolutè excludunt viſitationem: unde illorum ſententia impedire non debet, quominus reſolvendum ſit Grangias, & illarum privata Oratoria ab Epiſcopo viſitari non poſſe.

26. Opponitur ſextò, & ultimò, Grangiæ Rurales primæ ſpeciei, de quibus nunc agimus, ſaltem videntur viſitari poſſe propter Converſos, qui in eis habitant pro agrorum cultura ex decreto Sacri Concilii Tridentini *cap.* 3. *ſeſſ.* 6.

Reſpondetur non valere conſequentiam, Converſi in Grangiis degentes viſitari poſſunt, ergo & ipſæ Grangiæ. Inter hæc enim maxima eſt ratio diverſitatis, nam Converſi ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ gloſſ. 1. *in Cap. Duo ſunt*, 12. *q.* 3. & gloſſ. 2. *in Cap. Ut lex*, 27. *q.* 1. & ex toto tranſlati in forum Eccleſiæ, habent que immunitatem Eccleſiaſticam, & qui eos percutiunt, incidunt in excommunicationem Canonis, *ſi quis ſuadente*, *ut Cap. Non dubium* & ibi gloſſ 1. *&* 2. & Doctores communiter *de ſent. excomm.* Unde nil mirum ſi à Prælato viſitari, & corrigi poſſunt, ac debent *Cap. Irrefragabili*, *& Cap. Licèt de offic. Ordinar.* At Grangiæ rurales, de quibus eſt quæſtio, non ſunt loca Eccleſiaſtica, ſed merè temporalia, & prophana, ut pluribus oſtenſum eſt ſuprà in evidentialibus in principio, *& num.* 8. *&* 15. ac propterea mirum non eſt ſi viſitari non poſſunt. Et hanc differentiam poſuerunt Hoſt. & alii ſuperiùs relati *in* 4. *oppoſitione*, dum dixerunt planum eſſe, quod fratres profeſſi in Grangiis degentes ſunt ſub cura Abbatis, & Epiſcopi; ſed loca talia, & eorum familia, Bubulci, & ſervientes viſitari non poſſunt, quia poteſtati Epiſcopi in Converſos ad rem præſentem non pertinet.

Sed nihilominus, ut ſciatur, an & quando Converſi, & Monachi degentes in Grangiis ſubſint juriſdictioni Epiſcopi, duo caſus ſunt diſtinguendi.

Primus caſus eſt de Converſis degentibus

in Grangiis secundæ speciei, id est in Conventibus, seu Prioratibus dependentibus ab aliquo Monasterio, & hoc primo casu subdistingue, nam aut Conventus, & Prioratus hujusmodi sunt suppressi ex Bulla, *Instaurandæ* Innocentii Decimi, aut non. Si sunt suppressi, proculdubio Conversi in eis degentes subsunt jurisdictioni Episcopi, quia tales Conventus licèt sint Grangiæ alterius Monasterii, in Bulla separantur ab omni superioritate, jurisdictione, & alio quocumque jure Regularium, & extinctâ in eis regularitate, ad statum sæcularem reducuntur, ut fusiùs dictum est suprà *n.* 3. unde cùm Conversi in eis degentes habitent extra claustra; proculdubio si delinquant, visitari, puniri, & corrigi possunt ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato in vim præcitati decreti Concilii Tridentini *c.3.sess.6.* Nec refragantur litteræ circulares S. Congregationis, quia tales Conventus anteà suppressi, & sæcularizati, per hujusmodi litteras non fuerunt redacti ad statum regularem, ut aliàs probavimus, & novissimè, ut audio, declaravit S. Congregatio Concilii.

Si verò hujusmodi Conventus ex prædicta Bulla non sunt suppressi, tunc Monachi, & Conversi in eis degentes, jure communi inspecto, visitari, & corrigi non possunt ab Episcopo Diœcesano, nisi in defectum Abbatis, ut probatur *in Cap. final. de Capell. Monach.* Nam ibi est casus, quod Episcopus compellit Abbatem, ut revocet Monachos ad claustrum Monasterii à Prioratibus ab eo dependentibus, vel eis socios adjungat; & ibidem notat Abbas *num.* 1. *in hac verba.* (Nota quod correctio Monachorum primo loco spectat ad Abbatem, non autem concurrit Episcopus cum Abbate, ut fit locus præventioni: nam, ut hic vides, Papa mandat Archiepiscopo, non, ut ipse compellat Monachos, sed Abbates, ut per eos Monachi revocentur: sed in defectum Abbatis poterit Episcopus supplere *in Cap. Quantò, de off. ordin.*) hactenus verba Abbatis, Unde patet ex dispositione Juris communis jurisdictionem Episcopi in Monachos, & Conversos degentes in his Prioratibus, & Grangiis non esse cumulativam cum Prælatis Regularibus, sed subsidiariam in defectum Abbatis.

Cæterùm quicquid sit de jure communi, hodie secus dicendum est, quia in prædicto Decreto Innocentii X. incipien. *Ut in parvis*, subjiciuntur visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ delegati omnes parvi Conventus non suppressi, etiam si sint Grangiæ, vel alterius Monasterii membra, non obstantibus exemptionibus, & privilegiis, quibus in eo decreto amplissimè derogatur, & jurisdictio Episcopi in hujusmodi Conventibus est cumulativa cum Superioribus Regularibus, & est locus præventioni, ut censuit hæc Sacra Congregatio in declarationibus impressis in responsione ad 11. & 12. *dubium*. Atque ita jurisdictio, quam habet Episcopus jure delegato in Regulares degentes in hujusmodi parvis Conventibus, & Grangiis non suppressis ex Bulla Innocentii, non est ampliùs subsidiaria, sed cumulativa cum jurisdictione Ordinaria Prælatorum Regularium, & remanet correcta dispositio juris communis *in d. Cap. final. de Capell. Monach.*

Secundus casus est in Grangiis merè laicalibus, de quibus instituta est præsens disputatio. Et hoc casu cùm hujusmodi Grangiæ non sint loca regularia, & claustralia, sed merè sæcularia, & prophana, planum est Conversos in eis commorantes uti degentes extra claustra, nullius privilegii prætextu tutos censeri, quominus, si deliquerint, ab Ordinario loci tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato, secundùm Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeant, quæ sunt formalia verba Concilii Tridentini *in d. Cap. 3. sess. 6.*

Itaque ex omnibus, ut supra deductis, ac ponderatis ad propositam quæstionem, salvo saniori judicio, credimus posse responderi.

Grangias, in quibus non degunt Monachi, sed Conversi pro agrorum cultura, earumque privata Oratoria ab Episcopo Diœcesano visitari non posse, licèt pertineant ad aliquem Conventum jurisdictioni Episcopi subjectum in vim prædicti Decreti, *ut in parvis*. Cæterùm Conversos in ipsis degentes, si delinquant, visitari, puniri, & corrigi posse ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini *dicto cap. 3. sess. 6.*

P. Fagnanus.

27. *Constitutio fel. rec. Innocentii Papæ Decimi super extinctione, & suppressione parvorum Conventuum, eorumque ad statum sæcularem reductione, & bonorum applicatione, ac prohibitione erigendi nova loca Regularia in Italia, & Insulis adiacentibus.*

INNOCENTIUS
EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

INstaurandæ regularis disciplinæ opus multis laboribus, ac vigiliis à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris jampridē assumptum, nobis in die magis, magisque cogitantibus, cur ad optatum finem hucusque perduci non potuerit, totque saluberrima decreta, & ordinationes ferè in irritum ciciderint: illa tandem præ-

præcipua ſeſe obtulit originis cauſa, quòd Religiones quamplures ex parvis Conventibus, ac domibus magna ex parte conſtant, in quibus ſive ob redditutum, & eleemoſynarum tenuitatem, ſive ob aeris intemperiem, ſive aliã ob cauſam non aluntur, nec ali poſſunt tot Religioſi, quot ad peragendum ritè divinum cultum, & regularia munia ex cujuſque Ordinis præſcripto ſunt neceſſarii. Etenim in tam exiguo numero ibi degentes, nec divinum officium nocturnum pariter, & diurnum in Choro celebrare, nec orationi mentali, ac ſpiritualibus collationibus, & exercitiis, ac ſtudiis in commune vacare, ac ſilentium, clauſuram, vitam communem, cœteraſque inſtitutiones ſervare poſſunt, quæ ad tria principalia vota ordinantur, & ſine quibus conſiſtere vix poſſunt regularis vitę baſes, & fundamenta. Quamobrem otio immerſi nullum Religioſæ vitæ ſpecimen præſeferunt, ſoli incedunt per Urbes, & loca, cùm ſæcularibus vagantur, ac mundanis negotiis ſe involvunt. Indeque fit, ut ibi collocari renuant Religioſi probatæ vitæ, ac diſciplinæ, & Superiores cogantur illic familiam conſtituere ex fratribus vitę laxioris, qui loci licentia pejores fiunt: & ſi quando ad Cœnobia, ſeu Monaſteria regularis obſervantiæ revocantur, à clauſtro, *quaſi à ſqualore carceris* abhortentes vix adduci poſſunt, ut communem ſervent in moribus diſciplinam, atque aliorum inſtitutionibus ſe conforment, quin potius cœteros avertunt, vel certè reddunt ſuo exemplo ſegniores. Unde relaxationes derivantur in Ordines, & ſenſim invaleſcunt in ipſarum Religionum dedecus, & ruinam. Præterea (quod dolentes referimus) ad hujuſmodi Conventus, præſertim in locis infreqnentibus, & ſolitariis tanquam ad Aſylum facinoroſi homines, & Curiæ contumaces, vel proſcripti in dies confugiunt, ibique loci immunitate freti turpiter, ac diſſolutè viventes, atque inde in tempore exeuntes, graviora pe rpetrant flagitia cum maximo Populi ſcandolo. Cùmque Conventus, ſive loca parva hujuſmodi in effrænatam quaſi excreverint multitudinem, hinc licet omnibus intelligere quæcumque reformationis remedia caſſa fore, & irrita, quandiu non fuerint à Religionibus abſciſſa. Quæ poteſt enim ſpes eſſe corpus languidum, & infirmum ad ſalutem reducendi, ſi magna illius pars eſt curationis incapax? quin potius reliquam partem inficit, atque contaminat. Hæc quippè ſunt zizania, quæ cùm jam creverint uſque ad meſſem, ſunt in faſciculos alliganda, & à Religionum tritico ſeparanda. Hæ ſunt vulpes parvulæ, quæ demoliuntur vineas. Hoc eſt fermentum, quod totam maſſam corrumpit. Quæ omnia, atque alia plura pro Paſtorali noſtra ſolecitudine diù, multùmque animo revolventes, ut ſacræ Religiones in multitudinem latiùs incremento fecùnditatis per univerſam Eccleſiam diffusè à vepribus, & ſpinis emundatæ uberes germinent fructus: Nos etiam ab ipſiſmet Religionum Superioribus reformationẽ zelantibus crebris precibus interpellati, & frequentibus Populorum querimoniis permoti ſalutare remedium adhibere conſulta ordinatione decrevimus. Itaque de voto Congregationis aliquorum Venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum ſuper ſtatu Regularium à nobis deputatæ, cui hoc negocium ſedulò, ac maturè examinandum commiſimus, motu proprio, certâ ſcientiâ, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos Conventus quorumcumque Monachorum, ac Regularium virorum bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium cujuſcumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & cujuſvis alterius Inſtituti, etiam Societatis Jeſu, etiam ſi illis animarum cura perſonarum ſæcularium incumbat, ſintve Hoſpitalia, vel Grangiæ, ſeu alterius Monaſterii membra, exiſtentes intra fines Italiæ, & Inſularum adjacentium in litteris ab eadem Congregatione propediem expediendis nominatim exprimendos, in quibus ob parvum numerum Religioſorum regularis diſciplina juxta peculiaria cujuſque Ordinis Inſtituta ſervari non poteſt, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò extinguimus, ſupprimimus, & abolemus unà cum omnibus eorum dignitatibus, officiis, ac miniſteriis, illoſque ab omni proprietate, dominio, ſuperioritate, juriſdictione, ac alio quocumque jure regularium eximimus, & totaliter liberamus, omnemque Conventualitatem, titulum, eſſentiam, ac denominationem regularem in eis penitus extinguentes, illos ad ſtatum ſæcularem reducimus. Reſervatâ tamen ipſi Congregationi facultate conſervandi Religionibus aliquem ex Conventibus expreſſis in memoratis litteris, ſi hoc ex aliqua rationabili cauſa expedire judicaverit: ſalvis etiam juribus, quæ Fundatoribus Conventuum ſic ſuppreſſorum, vel aliis ex ſacrorum Canonum præſcripto, vel ex privilegio Apoſtolico quomodolibet competunt. Quocirca dilectis filiis quorumcumque Regularium Superioribus, tam Generalibus, quàm Provincialibus, & Localibus, quocumque nomine, ac titulo nuncupentur, in virtute ſanctę obedientię diſtrictè præcipimus, & mandamus, ut ſinguli, ad quos pertinet, intra terminum ſex menſium inchoandum, à die præſentationis litterarum à prædicta Congregatione, ut præmittitur, expediendarum faciendæ in Romana Curia Procuratori Generali cujuſque Ordinis, vel Congregationis, aut Societatis dimittant realiter, & cum effectu coram Ordinariis locorum ſub teſtimonio publico ei-

dem Congregationi per eosdem Superiores Regulares exhibendo possessionem corporalem Conventuum in eisdem litteris expressorum; & reservata eis facultate secum asportandi prophanam tantùm, non autem sacram supellectilem, Religiosos inde amoveant, atque in aliis Monasteriis ejusdem Ordinis, vel Congregationis, aut Societatis collocent: alioquin pœnas privationis vocis activæ, & passivæ, necnon dignitatum, & officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, & perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda ipso facto absque alia declaratione incurrant. Eòque termino elapso non liceat Regularibus in Ecclesiis dictorum Conventuum Missas, & divina officia celebrare, confessiones sacramentales audire, vel alia Sacramenta administrare, ac functiones Parochiales exercere, aut verbum Dei prædicare, vel mortuos sepellire. Quod si secus egerint, eo ipso Ecclesiæ remaneant suppositæ Ecclesiastico interdicto. Et nihilominus locorum Ordinarii, ubi per litteras ipsius Congregationis fuerint requisiti Religiosos rebelles, & refractarios à prædictis Conventibus ejiciant, etiam invocato, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio: & exinde Ecclesiarum, Domorum, bonorumque omnium ad Conventus sic suppressos quomodolibet pertinentium regimen curam, custodiam, & administrationem suscipiant; curentque, ut ex eorum redditibus, & proventibus universis in primis, & ante omnia impleantur onera Missarum, tam hucusque non celebratarum, quàm imposterum celebrandarum, & alia quæcumque ex lege fundationis, aut largitione fidelium, vel aliàs quomodolibet eis incumbentia, quibus nullo modo derogare intendimus, & cura animarum, si qua illis immineat, per Præsbyteros sæculares idoneos ab ipsis Ordinariis approbandos laudabiliter exerceatur, Ecclesiæque debito non fraudentur servitio. Cæterùm intendentes de prædictis bonis, quotquot super fuerint oneribus, ut supra detractis, salubriter providere, eorundem tenore præsentium bona hujusmodi applicamus, & applicata esse decernimus, & declaramus piis usibus in eisdemmet locis, ubi siti sunt Conventus, iisque non indigentibus, in aliis locis ejusdem Diœcesis juxta designationem, & partitionem, quam eadem Congregatio singulorum Episcoporum cum suis Capitulis sententiâ prius auditâ, & plenâ totius negotii relatione habitâ, de mandato nostro faciet in suis litteris ad eosdem Episcopos scribendis, & in Cancellaria Episcopali registrandis ad perpetuam rei memoriam. Verùm quia parum est mala præcidere, nisi etiam malorum causa, & radix evellatur, Constitutiones fel. record. Bonifacii VIII. que incipit, *Cùm ex eo*, necnon Clementis VIII. incipien. *Quoniam ad Institutam*, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum super erectione novorum Conventuum editas earumdem tenore innovantes, illisque addentes, hoc perpetuò prohibemus edicto, nè deinceps aliqua Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregationis, Societatis, & cujusvis alterius Instituti, etiam Societatis Jesu in aliqua Civitate, Castro, Villa, seu loco ad habitandum Domos, vel loca quæcumque de novo recipere, seu Monasteria, Conventus, vel Collegia incipere, vel fundare præsumat absque Sedis Apostolicæ licentia speciali plenam, & expressam faciente de prohibitione hujusmodi mentionem in scriptis, & gratis concedenda prævia examinatione Congregationis negotiis Episcoporum, ac Regularium præpositæ, si secus egerint, eo ipso incurrant pœnas privationis, & inhabilitatis, ut supra inflictas: & nihilominus receptiones, & fundationes, & erectiones sint ipso jure nullæ, & invalidæ; & Domus, ac loca ipsa, & personæ in eis degentes omnimodæ jurisdictioni, visitationi, correctioni Ordinarii loci plenè in omnibus subjaceant. Intendimus autem in præmissis etiam ultra Italiam, & Insulas adjacentes, prout expedire viderimus, providere. Decernentes præsentes litteras etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis nullitatis, aut invaliditatis vitio seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno inexcogitato, ac substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite à jure, vel facto, & statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut quocumque alio colore etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa quantumuis justa, rationabili, & privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, hujusmodi, & aliis superiùs expressis, seu relatis nihil ulli bi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, & impetrato quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro

pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuòque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Sacri Palatii Apostolici Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes in quavis causa, & instantia, sublata, eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, facultate judicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane decernentes si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Regula nostra de non tollendo jure quæsito, aliisque Cancellariæ Apostolicæ regulis, cæterisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, etiam specialiter in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cujusvis alterius Instituti, etiam Societatis Jesu, & Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque indultis, & privilegiis etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine fundationis, & in Mari magno, seu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & personarum quacumque Ecclesiastica, vel sæculari dignitate fulgentium, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quævis exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis, habentes illis aliàs in suo robore premansuris, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus specialiter, expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentes litteræ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de eadem Urbe publicentur, & affigantur, quæ postquam affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perindè arctent, & afficiant, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent. Quodque earumdem præsentiam transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, extinctionis, suppressionis, abolitionis, exemptionis, liberationis, reductionis, præcepti, mandati intentionis, reservationis, applicationis, declarationis, prohibitionis, derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicę millesimo sexcẽtesimo quinquagesimo secundo, Idib. Octobris, Pontificatus Nostri Anno Nono.

Hi. Datarius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Visa de Curia N. Humbretus.

G. Gualterius. C. Bailly.

Anno à Nativitate D. N. JESU Christi 1652. Indictione quinta, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papa. X. Anno ejus nono, die verò 22. mensis Octobris, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit in Ecclesiæ Lateranen. ac Basilicę Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ Valvis, ac in acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis, & Consuetis Urbis per me Hjeronymum Mascellam S. D. N. PP. Curs.

Pro Mag. Curs. Laurentius Barbigionus.

28. *Lettera circolare della Sacra Congregatione sopra lo stato de Regolari scritta a' Vescovi d' Italia, e dell' Isole adiacenti intorno alla suppressione, & applicatione de piccoli Conventi.*

IN

IN essecutione della Constitutione di Nostro Signore, che viene quì aggiunta, la Sac. Congregatione deputata da Sua Santità sopra lo stato de Regolari hà dichiarato, che in cotesta Diocese rimangono suppressi li Conventi infrascritti, cioè, &c. & intendendo appresso di ripartire i loro beni in usi pii nell' istessi luoghi, ove i Conventi sono situati, & non havendo quelli di bisogno, in altri luoghi dell' istessa Diocese con la relatione, e parere di V. S. e del Capitolo di cotesta sua Catedrale, come si ordina nella medesima Constitutione. Dourà perciò V. S. consultare con il detto suo Capitolo, & unitamente esaminare con ogni più esquisita diligenza in quali usi pii sia bene di fare il sudetto ripartimento, con haver particolar riguardo alla tenuità delle Chiese Parochiali, alla deputatione de'Coadiutori per la cura dell' Anime, e de Capellani per la celebratione delle Messe, al mantenimento del Seminario, degl'Hospetali, de'Monasterii di Monache, & altri, che stimassero di maggior gloria di Dio, beneficio spirtuale dell'Anime, con esprimere distintamente à Convento per Convento la forma del ripartimento, e distributione, che giudicheranno doversi fare in ciascheduno delli usi pii sopraccennati, e ne trasmetta poi quanto prima la relatione in scrittura fermata da lei, e dal medesimo suo Capitolo, che à questo effetto, e per maggior suo lume se le mandano quì uniti li stati di detti Conventi già trasmessi à questa Sacra Congregatione da i Regolari medesimi, della verità, e sussistenza de' quali sarà ancor bene, che V. S. s'informi extragiudizialmente per poter dar la sua relatione più sicura, & aggiustata alla santa mente di Sua Beatitudine, con avvisar ancora se costì vi siano altri Conventi oltre li sopranominati, ne' quali attualmente non si mantengono, nè si possano mantenere tanti Religiosi, che bastano per l'osservanza della disciplina Regolare. Eseguisca il tutto cô quella pontualità &accuratezza,che richiede l'importanza di un tanto affare, e che la Sacra Congregatione si promette del suo buon zelo, e singolar divotione à questa Santa Sede. E Dio la prosperi.

Di Roma a' 10. di Decembre 1652.

29. *Lettera circolare della Sacra Congregatione sopra lo stato de' Regolari scritta a'Vescovi d'Italia, e dell' Isole adiacenti intorno a' Membri, e Grangie de' Monasterii.*

NElla Bolla di Nostro Signore novamente publicata sopra l' estintione, e suppressione de piccoli Conventi sono anche compresi li Membri de' Monasteri, e le Grangie esistenti in cotesta Diocese, dove per il poco numero de Religiosi non può secondo i proprii Instituti delle Religioni osservarsi la disciplina Regolare, ancorche habbiano annessa la cura dell'Anime, ò siano Parochiali, e specialmente l'infrascritte, cioè, &c. e però dovendo i Superiori Regolari rimovere dalli Membri, Grangie, e Parochiali tanto espresse di sopra, quanto da ogn' altra simile non espressa liReligiosi,che vi dimorano,e collocarli ne'Monasterii di osservanza. La Sacra Congregatione deputata da Sua Beatitudine sopra lo stato de'Regolari hà ordinato, che io scriva à V. S. che per l'auvenire non permette, che in detti Membri, Grangie, e Parochiali habiti alcun Sacerdote, ò Chierico professo, permettendo solo la Santità Sua, che i Superiori Regolari,quando non habbiano persone secolari idonee, e fedeli di loro sodisfatione, delle quali possano servirsi per la cura, & amministratione di quei beni, liberamente possano in ciò valersi dell' opera de' loro Conversi, ò Laici professi di buon esempio fino ad altr'ordine di Sua Beatitudine, e con questo, che nelle Chiese, ò Capelle di detti Membri, e Grangie, dove fin' hora è stato solito celebrarsi la Messa, vi facciano celebrare anche per l'auvenire almeno le Domeniche, e feste di Precetto da Sacerdoti Secolari, & anche da Regolari purche non pernottino fuori de' Monasterii. Parimente nelle Grangie, e Membri, che in qualunque modo hanno annessa la cura dell'anime, e sono Parochiali, non vuole la Santità di Nostro Signore, che detta Cura si eserciti in modo alcuno da Regolari, mà, che V. S. deputi à tal effetto Sacerdoti Secolari idonei in Vicarij amovibili, ò perpetui, come a lei parerà più espediente per il buon governo delle Chiese da nominarsi da'Superiori de'Monasterii, a'quali le dette Grangie, e Membri s'appartengano, e da approvarsi da V. S. con l'assegnamento di una congrua portione à suo arbitrio sopra i frutti de gl' istessi Membri, ò Grangie, conforme alla dispositione del Sacro Concilio di Trento. Non intende però Sua Santità, che dalla detta estintione, e suppressione nel possesso, e proprietà de'. beni, & altre ragioni di essi Membri, e Grangie sia generato alcun pregiudicio à i loro Monasterii principali, a' quali di ragione si devino, mà, che detratta la detta congrua, e sodisfatto a' pesi delle Messe, & altri oblighi, che vi saranno,il rimanente resti à commodo, & utilità de' Monasterii sudetti. Significo il tutto à V. S. perche non manchi di adempire le sue parti in essecutione dell' ordine, e santa mente di Sua Beatitudine. E Dio la prosperi.

Di Roma a' 30. di Maggio 1653.

30. *Decretum fel. rec. Innocentii Papæ Decimi super subjectione nonullorum Conventuum Iurisdictioni Ordinarii Loci, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati.*

UT

UT in parvis Regularium Virorum Conventibus à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Papa X. in Constitutione, quæ incipit, *Instaurandæ*, primum suppressis, ac deindè ad ipsius Constitutionis limites ob rationabiles causas in pristinum statum regularem restitutis,& ipsis Religionibus denuò concessis, piè, & religiosè vivatur,ac regularia instituta, quò exactiùs fieri potest, observentur: Sanctitas sua ex sententia Sacræ Congregationis super statu Regularium omnes, & singulos Conventus hujusmodi sic, ut præfertur, restitutos, & concessos in litteris ab eadem Sacra Congregatione expediendis nominatim exprimendos, ac personas tam Regulares, quàm sæculares in eis degentes, visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegati, præsentis Decreti tenore plenè in omnibus subjecit, ac subjectos esse declaravit, donec ipsorum redditus eousque adaucti fuerint, ut in eis commodè sustentari valeant, & cum effectu sustententur duodecim Religiosi ad Apostolicorum Decretorum præscriptum, idque eidem Sacræ Congregationi legitimè constiterit, & ejus Decreto in singulis contingentibus casibus declaratum fuerit, & non aliter. Intereà verò voluit Sanctitas Sua, ut in eorum singulis ali debeant, & re ipsa alantur sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ ætatis: alioquin gratia restitutionis, & concessionis hujusmodi nulla sit, & invalida, & Ordinarii locorum in illis exequi possint, ac debeant ea omnia, que in aliis Conventibus itidem suppressis per eamdem constitutionem ipsis demandantur,perinde ac si gratia prædictæ restitutionis, concessionis non emanasset. Insuper quia multi Conventus, in quibus, & si præfixus fuerit numerus Religiosorum sufficiens ad observantiam regularis disciplinæ, & idcircò in suppressione antedicta non fuerint comprehensi;nihilominus sive ob redditũum diminutionẽ, sive ob Superiorũ incuriam,vel malam administrationẽ, sive ob carentiam Religiosorum, aut aeris intemperiem, vel quamcumque aliam ob causam prędictus numerus cum effectu in eis non alitur cum gravi detrimento regularis observantiæ.Sanctitas Sua intẽdens huic malo remedium adhibere, omnes, & singulos ejusmodi Conventus, ut præfertur, non suppressis, cujuscumque sint Ordinis tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationis, & Instituti, etiam Societatis JESU, aut Grangiæ;seu membra alterius Monasterii, existentes intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, in quibus non aluntur, vel quandocumque actu non alentur saltem sex Religiosi itidem probatæ vitæ, quorum ad minus quatuor, ut supra sint Sacerdotes maturæ ætatis, eidem visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci similiter, ut Sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus præsentis pariter Decreti vigore subjectos esse statuit, decrevit, & declaravit. Cæterùm quoad Conventus cùm pauciori numero, quàm duodecim Religiosorum, erectos post diem 21. Junii 1625. & illorum subjectionem loci Ordinario, Sanctitas Sua voluit in suo robore permanere Decretum sanct.mem. Urbani Octavi jussu editum, cui per præmissa aliquatenus derogari non intendit. Et prædicta omnia, & singula in præsenti Decreto statuta, & ordinata voluit plenarium sortiri effectum, & executioni mandari non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in antedicta Constitutione voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ die 10. Febr. 1654.

B. Card. Spada.

Loco ✠ Sigilli.

Prosper. Fagnanus S. Congr. Secr.

Anno à Nativitate D. N. JESV Cristi 1654. Indictione septima, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ X. die verò 21. mensis Februarii. Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit in Ecclesiæ Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ valvis, ac in acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis, & consuetis Vrbis per me PetrumPaulum Desiderium Apost. Cursorum.

Pro D.Mag.Curs. Joseph Marcheratus Curs.

30. *Declarationes Decreti fel. rec. Innocentii Papæ Decimi super subjectione nunnullorum Conventuum JurisdictioneOrdinariiLoci à Sacra Congregatione super statu Regularium editæ, atque à sanct. mem. Alexandro Papa Septimo approbatæ.*

POsito Decreto fel. rec. Innocentii Papæ Decimi super subjectione nonnullorum Conventuum correctioni, visitationi, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci tanquam Sedis Apostolicæ Delegati: contigit dubitari de infrascriptis.

1. An Episcopus in Conventibus suæ jurisdictioni subjectis possit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam constituere.

2. An possit Episcopus à prędictis Convetibus Religiosos amovere.

3. An Regulares eorumdem Conventuum compelli possint ab Episcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes administrationis.

4. An Episcopus in eisdem Conventibus se ingerere possit in his, quæ regularem disciplinam concernunt.

5. An Ecclæsiæ dictorum Conventvum, & Capellæ Grangiarum, in quibus degunt Conver-

versi pro agrorum cultura, ab Episcopo visitari possint.

6. An ipsæ Grangiæ, & Conversi in eis degentes subsint visitationi Episcopi.

7. Quid in Ecclesiis, seu Capellis Grangiarum, in quibus nullus degit Conversus, an similiter subsint Episcopi visitationi.

8. An liceat Episcopo visitare Conventus tam suppressos, & posteà restitutos, quàm non suppressos ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi.

9. An Episcopus visitans hujusmodi Conventus suæ jurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia.

10. An jurisdictio Ordinariis locorum tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis attributa in supradicto Decreto competat Vicariis generalibus Episcoporum, necnon Abbatibus, & aliis inferioribus Prælatis proprium Territorium, ac jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

11. An Provinciales, & alii Superiores Regulares possint ejusmodi Conventus jurisdictioni Ordinarii subjectos, & Religiosos in illis degentes visitare, corrigere, & punire, omnemque jurisdictionem in eos exercere, sicut poterant ante dictum Decretum.

12. Si Superior Regularis in causa prævenerit contra subditum degentem in aliquo ex eisdem Conventibus Ordinario subjectis fabricando processum, vel eum carceri mancipando, ac Episcopus possit hujusmodi causam reassumere, ac Superiori inhibere.

13. Si è converso Episcopus prævenerit in causa contra Religiosum in tali Conventu commorantem, an Superiori Regulari eo casu liceat illum amovere, & in alio Conventu collocare, & si de facto collocaverit, an nihilominus Episcopus possit causam prosequi, ac Religiosum sic amotum revocare ad primum Conventum.

14. Si Provincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus à tali Conventu removere, an Episcopus prohibere possit.

15. Si à Conventu primum suppresso, ac deindè Religioni restituto absint ex aliqua rationabili causa, & ad breve tempus unus, vel plures ex numero sex Religiosorum ibi degentium, an gratia restitutionis sit nulla, & Conventus remaneat suppressus ut prius.

16. Quid si à Conventu non suppresso similiter ex causa rationabili, & ad modicum tempus absit aliquis è sex Religiosis ibi existentibus, an durante tali absentia, Conventus subjaceat jurisdictioni Ordinarii.

17. An Religioso illo redeunte, vel aliàs impleto numero sex Religiosorum, Conventus recuperet pristinam exemptionem.

18. Si gratia restitutionis Conventus suppressi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur sex Religiosi, & posteà contingat, ut ejusmodi numerus impleatur, an gratia restitutionis Conventus reviviscat.

19. Ad hoc, ut gratia restitutionis sit nulla, & Conventus denuò remaneat suppressus, propterea quod in eo non sustententur sex Religiosi, an debeat præcedere declaratoria Episcopi super facto prævia causæ cognitione.

20. An ab hujusmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare ad effectum tam devolutivum, quàm suspensivum.

21. Cùm ex Decreti præscripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes debeant esse maturæ ætatis, quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura.

Sacra Congregatio super statu Regularium ad singula dubia superiùs proposita hunc in modum respondit, videlicet.

AD 1. Non posse.

Ad 2. Posse ex rationabili causa, commonito tamen prius Superiori Regulari, ad quem pertinet, ut eosdem Religiosos assignet in aliis Conventibus.

Ad 3. Posse compelli.

Ad 4. Posse.

Ad 5. Posse.

Ad 6. Subesse.

Ad 7. Itidem subesse.

Ad 8. Minimè licere antequam aliundè constet de fundamento intentionis Episcopi in deficientia numeri constituto.

Ad 9. Expedire, ut Sanctissimus Dominus Noster decernat, & declaret non licere Episcopo tales Conventus visitanti quicquam accipere procurationis nomine.

Ad. 10. Competere.

Ad 11. Posse sicut prius, non tamen privativè ad Episcopum.

Ad 12. Non posse, nisi ex juxta causa, veluti cùm videt Superiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia severitate, vel indulgentia quid duriùs, aut remissiùs constituere, quàm causa deposcit, in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur.

Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religiosum ab Episcopo inquisitum à loco amovere, & si amotus fuerit, posse Episcopum causam prosequi, & illum quibuscumque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & brachio seculari, si opus fuerit cujuscumque loci, in quo Religiosus ille reperiatur.

Ad 14. Non posse.

Ad 15. Gratiam ob id non esse nullam, cessante omni fraude, nec Conventum remanere suppressum.

Ad 16. Subjacere durante absentia.

Ad 17. Recuperare.

Ad 18.

Ad 18. Non reviviscere.

Ad 19. Debere ita præcedere, nec ante declaratoriam licere Episcopo Conventus possessionem apprehendere, aut Religiosos inde expellere.

Ad 20. Licere ad effectum devolutivum tantùm, non autem suspensivum.

Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadragesimo.

Declarationes suprascriptas Sanctissimus Dominus Noster ad se relatas approbavit, & ab omnibus, ad quos pertinet, observari præcepit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romæ die 17. Julii 1655.

B. Card. Spada.

Loco ✠ Sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congr. Secr.

Anno à Nativitate D. N. JESU Christi 1655. Indictione octava, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papæ Septimi anno ejus primo, die verò sexta mensis Augusti, supradictas Declarationes affixas, & publicatas fuisse in Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ Valvis, ac in acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Laurentium Lazzonium Apostolicum Cursorem.

Pro D. Mag. Cursorum A. Castruccius.

32. *Decretum sanct. mem. Alexandri VII. prohibens Episcopis Visitantibus parvos Regularium Conventus ne aliquid accipiant procurationis nomine.*

Cum Sacra Congregatio super statu Regularium aliàs consulta, An Episcopus visitans parvos Conventus suæ jurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes ad præscriptum Decreti sanct. mem. Innocentii X. quod incipit, *Ut in parvis*, possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia, dixerit expedire, ut Sanctissimus Dominus Noster decernat, & declaret non licere Episcopo tales Conventus visitanti quicquam accipere procurationis nomine: Sanctitas Sua, Congregationis sententiâ auditâ, eam expresse approbavit, noluitque licere Episcopis hujusmodi Conventus visitantibus aliquid accipere procurationis nomine, seu in pecunia, seu in victualibus, & ita observari præcepit, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in corpore Juris clausis, cæterisque contraiis quibuscumque. Datum Romæ die 25. Junii 1664.

M. A. Card. Franciottus.

Loco ✠ Sigilli.

Prosper Fagnanus Secr.

33 *Decretum Sacræ Congregationis super statu Regularium circa Vicarias Parochialium in Grangiis Monasteriorum.*

Ad dirimendas controversias, quæ circa Vicarios curam animarum exercentes in suppressis Grangiis Monasteriorum, & circa cogruam ipsis Vicariis assignandam, inter Superiores Regulares, & locorum ordinarios in dies oriuntur occasione Constitutionis fel. rec. Innocentii X. incipien *Instaurandæ*, & litterarum circularium desuper emanatarum sub die 30. Maii 1653. Sacra Congregatio super statu Regularium Sanctissimo Domino Nostro approbante, præsenti Decreto statuit, ut in posterum minimè licet ipsis Ordinariis locorum ex quavis causa, vel prætextu, aut quæsito colore Vicarias perpetuas ab eis, vel eorum Prædecessoribus in prædictis suppressis Grangiis constitutas facere amovibiles, nec viceversa constitutas amovibiles facere perpetuas, absque licentia ipsius Sacræ Congregationis: Nec congruam portionem, quam semel Vicariis perpetuis, vel amovibilibus earumdem Grangiarum, sive in quantitate, aut quota fructuum, sive in pecunia numerata, sive alia re stabili ipsi Ordinarii, vel eorum Prædecessores semel constituerint, seu assignaverint, quoquo modo augere, vel minuere, aut immutare Sacra ipsa Congregatione inconsulta: decernens irritum, & inane, si secus ab iis scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Ac similiter Superioribus Regularibus minimè fas sit cum ipsis Vicariis jam deputatis, seu deinceps deputandis, publicas, aut secretas pactiones, seu conventiones inire super diminutione, aut alteratione, seu variatione dictæ congruæ, easque pactiones, seu conventiones, tanquam de simoniaca labe, atque avaritia suspectas, Sacra Congregatio omninò rejicit, atque interdicit, eosque, qui contrafecerint, pœnis adversus simoniacos editis teneri decernit, contrariis quibuscumque non obstnatibus. Datum Romæ die 8. Octobris 1670.

V. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

Prsoper Fagnanus Sec:

Die 25. Octobris 1670. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ, & in acie Campi Floræ, in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Francischinum Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Joseph. Pizzardus Mag. Cursorum.

DECLARATIONES

Sacræ Congregationis super statu Regularum circa jurisdictionem Ordinarii in Grangiis Monasteriorum, illarumque Ecclesiis, & publicis Oratoriis.

POsita Constitutione fel. rec. Innocentii Decimi, quæ incipit, *Instaurandæ*, nec non illius Decreto incipiente, *Vt in parvis*, contigit dubitari de infrascriptis.

Primò. An Grangiæ ex dicta Constitutione Innocentii suppressæ, & ad statum sæcularem reductæ, illarumque Ecclesiæ, & publica Oratoria possint ab Ordinario visitari.

II. Et quatenus possint, an hoc jus Ordinario competat privativè quoad Superiores Regulares, an verò cumulativè cum ipsis.

III. Et quid si prædictis Ecclesiis cura animarum incumbat.

IV. An Superiores Regulares possint in dictis Ecclesiis curam animarum habentibus nominare Vicarios ad curam animarum exercendam, eosque ad nutum amovere.

V. An Grangiæ, seu membra alicujus Monasterii nunquam suppressa, in quibus non degunt saltem sex Religiosi, subsint Jurisdictioni, ac Visitationi Ordinarii loci privativè, an cumulativè cum Superioribus Regularibus.

Die 11. Septembris 1670. Sacra Congregatio super Statu Regularium ad singula dubia superius proposita in hunc modum respondit, videlicèt.

Ad primum Grangias, ut præfertur, suppressas, & ad Statum Sæcularem reductas, illarumque Ecclesias, & Publiica Oratoria posse ab Ordinario visitari, dummodo in iis Grangiis, quarum proprietas fuit reservata, vel restituta principalibus Monasteriis, idem Ordinarius nullo modo se ingerat in temporalibus.

Ad secundum Quoad Ecclesias, & Oratoria Publica jus visitandi competere Ordinario privativè; quoad Conversos autem in eis degentes cumulativè, Ordinario scilicèt jure delegato ab formam S. Concilii Tridentini, Regularibus verò jure ordinario.

Ad tertium. Itidem quoad Ecclesias dictarum Grangiarum curam animarum habentes jus visitandi Ordinario competere privativè; sed quoad Conversos in eis degentes hoc jus competere cumulativè, nempè Ordinario tamquam Sedis Apostolicæ delegato, Regularibus verò Auctoritate ordinaria.

Ad quartum Superiores Regulares posse hujusmodi Vicarios nominare, & illos ad nutum amovere, si Ordinarius loci ab initio illos deputaverit amovibiles.

Ad quintum. Grangias, seu Membra alicujus Monasterii numquam suppressa, in quibus non degunt saltem sex Religiosi, subesse jurisdictioni, ac Visitationi Ordinarii loci, ac Superiorum Regularium cumulativè, videlicet Ordinario tamquam Sedis Apostolicæ Delegato ex prædicto Decreto, *Vt in parvis*, Regularibus autem Jure ordinario.

V. Card. Carpinius.

P. Fagnanus Secr.

DECLARATIONES

Sacræ Congregationis super statu Regularium circa jurisdictionem Episcopi in parvis Conventibus.

EPiscopus visitavit Conventum suæ jurisdictioni subjectum in vim Decreti fel. rec. Innocentii Decimi incipientis, *Vt in parvis*, propterea quòd tunc temporis ibi non erant de familia, nec re ipsa alebantur sex Religiosi. Sed post absolutam visitationem sine ulla fraude à Superioribus Regularibus in eodem Conventu adaucta est familia, & impletus numerus sex Religiosorum, sicque Conventus exemptionem recuperavit juxta declarationes Sac. Congregationis super statu Regularium, nempè decimam sextam, & decimam septimam inter impressas.

Hoc posito, consulitur Sac. Congregatio de infrascriptis.

Primò. An post exemptionem, ut præfertur recuperatam Episcopus possit hujusmodi Conventum visitare ad effectum, ut videat an ordinationes, & decreta ab ipso edita in visitatione præcedenti fuerint adimpleta, nec ne.

II. Anve possit decreta non adimpleta exequi, & pro illornm executione pœnas adjicere, & aggravare.

III. Et quatenus possit, an hæc facultas, quæ ex dicto Decreto, *Vt in parvis*, competit Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ delegato, expiret lapso integro anno à die publicationis Decretorum.

IV. An Episcopus post exemptionem à Conventu recuperatam possit condemnare, & punire etiam pœnâ corporis afflictivâ Religiosum, qui pro delicto in curia Episcopali fuerat inquisitus, & carceri mancipatus eo tempore, quo Conventus erat jurisdictioni Episcopi subjectus.

Die 19. Novembris 1671. S. Congregatio super statu Regularium ad singula dubia superius proposita respondit, ut sequitur, videlicet.

Ad primum. Posteaquàm Conventus exemptionem recuperavit, Episcopum nequaquam posse illum visitare etiam ad effectum, ut videat, an decreta edita in præcedenti visitatione fuerint executioni mandata.

Ad secundum. Itidem non posse post hujusmodi exemptionem decreta non adimpleta exe-

exequi, minusque pœnas adjicere, & aggravare pro illorum executione.

Ad tertium. Jurisdictionem ex dicto Decreto, *Vt in parvis*, Episcopo attributam in Conventu non habente Religiosorum numerum ibi præscriptum expirare eo ipso, quòd Conventus ob familiam sine fraude adauctam, & impletum numerum Religiosorum præfixum exemptionem recuperavit.

Ad quartum. Cùm contra dictum Religiosum non solum causa, sed etiam persona sit præventa eo tempore, quo Conventus erat subjectus jurisdictioni Episcopi, & exemptio superveniens non iuvenerit eum liberum, utique Episcopū tanquam Sedis Apostolicæ delegatū posse hujusmodi causam tempore habili inchoatam prosequi etiam post exemptionem, & eumdem Religiosum condemnare, & punire etiam pœnâ corporis afflictivâ.

V. Card. Carpineus.

P. Fagnanus Sec.

QUemadmodum etiam cum cl. me. Cardinalis Albitius de Juris prudentia valde benemeritus, neminique secundus multum elaboraverit pro Jurisdictione competenti Eminentiss. Cardinalibus in eorum Titulis, quibus in diversis Ecclesiis sitis in Urbe fruuntur, compilaverit longam disceptationem Juris, distributam in plures quæstiones, quarum aliquæ conferunt etiam ratione nostræ subjectæ materiæ Territorii Separati, ideo illas selegi à Corpore totius disceptationis, quæ ex integro typis mandata fuit inter Opera *Card. de Luca juxta venetam impressionem*, noviter, & summo labore absolutam à Paulo Balleonio pro commodo omnium Curialium Urbis, & Orbis.

DE JURISDICTIONE
QUAM HABENT
S. R. E. CARDINALES
In Ecclesiis suorum Titulorum.
DISCEPTATIO
FRANCISCI CARDINALIS ALBITII

Novis allegationibus aucta, & addita Quæstiuncula. An Cardinales Diaconi in suis Diaconiis possint solemnem Benedictionem impartiri.

Unà cum responsione ad ea, quæ pro parte Fratrum in Conventus Sanctæ Mariæ in Via degentiū, & eidem Ecclesiæ Titulari inservientium latè fuerunt adversus dictam Disceptationem adducta.

SUMMARIUM.

1. *Domus in sacrorum usum conversæ, seu Ecclesiæ, quare dicebantur Tituli, & num. 12.*
2. *Crux apponebatur in Titulum in erectione dictarum Domorum, seu Ecclesiarum.*
3. *Ecclesiæ ædificari non poßunt, nisi Episcopus Crucem prius apponat.*
4. *Vela cum imaginibus, seu nominibus martyrum in Titulum apponebantur.*
5. *Tabellæ etiam cum descriptione nominis Sanctorum affixæ dicebantur Tituli.*
6. *Domus Deo dicatæ, quæ tituli vocantur, à fiscalibus titulis nomen desumunt.*
7. *Bonorum fisco applicandorum tabellæ apponi non poßunt nisi ab eodem fisco.*
8. *Tituli appositio quare prohibita à Justiniano Imperatore.*
9. *Memoriæ in Sanctorum honorem erectæ vocantur tituli.*
10. *Absalon erexit sibi in titulum nomen suum.*
11. *Jacob in titulum erexit lapidem, quem capiti suo supposuit.*
12. *De eadem conclusione, de qua num. 1. quod Ecclesiæ dictæ sunt tituli ab initio nascentis Ecclesiæ.*
13. *Tituli nomen secundum aliquorum opinionem à tutando derivat.*

14. *Reprobatur dicta opinio, & firmatur, quod honorem significat.*
15. *Refertur alia opinio volentium titulos idem esse ac redditus, & proventus Ecclesiæ relictos, & num. 17.*
16. *Reprobatur etiam dicta opinio, & referuntur casus, in quibus tituli nomen non redditibus, & bonis applicatum fuit, sed Ecclesiis, vel domibus ad divinum cultum destinatis.*
17. *De eadem conclusione, de qua num. 15. quod scilicèt prædia, & bona Clericis assignata dicantur tituli.*
18. *Quodque vocentur tituli ordinationum.*
19. *In Clerum antiquitus non admittebantur, qui certæ Ecclesiæ adscripti non erant.*
20. *Presbyteri plures uni titulo addicti, & ex eodem titulo denominati fuerunt.*
21. *De ratione, ob quam plures Presbyteri fuerunt uni titulo addicti.*
22. *Tituli prædicti à quonam fuerunt in Urbe Presbyteris assignati.*
23. *Quare Fabianus Pontifex constituit septem Diaconos per septem Urbis Regiones.*
24. *Diaconi cum nomine Regionum subscribere se solebant in decretis Pontificum.*
25. *Presbiteri titulis adscripti sacramēta ministrare tenentur adinstar Parochorum animarum curam gerentium.*
26. *Diaconi officia erant circa fidem conservandam, & propagandam.*
27. *Declaratur conclusio, de qua num. 24. quare hodie Diaconi non subscribant amplius cum nomine Regionum, sed Diaconiæ.*
28. *Cardinales attento eorum dignitatis, & auctoritatis augmento in titulis non jure simplicis Parochi, seu Plebani, sed pinguiori se gerunt.*
29. *Cardinales tenentur residere in titulis.*
30. *Et non residentes deponi possunt à dignitate Cardinalitia, facta prius monitione.*
31. *Cardinales in suis titulis jus Episcopale habere declaravit Bonifacius VIII.*
32. *Referuntur dicentes contrarium, sed reprobantur.*
33. *Declaratur conclusio de qua num. 31. ut Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum loco Episcoporum habeantur quoad jurisdictionalia, quoverò ad Episcopalia si sunt Episcopi.*
34. *Quod ampliatur etiam si non sint Episcopi.*
35. *De eadem conclusione, de qua num. 33. ut qui non sunt Episcopi non habeant ex sui natura jurisdictionem Episcopalem, sed quasi Episcopalem.*
36. *Prout neque habeant ea, quæ sunt ordinis.*
37. *Quia nempè non possunt conferre Sacramentum confirmationis, ordines sacros, & alia similia jura Episcopalia.*
38. *De eadem distinctione, de qua numeris præcedentibus inter Cardinales habentes jura Episcopalia, & ea, quæ sunt jurisdictionis.*
39. *Declaratur opinio Cardinalis Bellarmini volentis Cardinales Presbyteros, & Diaconos in suis Titulis, & Diaconiis esse subjectos Episcopo adinstar Parochi.*
40. *Cardinales Titulares de jure communi majorem habent auctoritatem, & jurisdictionem in suis titulis, quàm Parochi in eorum Ecclesiis.*
41. *Cardinales Diaconi habent jus Episcopale, seu quasi in suis Diaconiis sicut Presbyteri in eorum titulis.*
42. *Quod ampliatur procedere sive tituli, vel Diaconiæ sint in Ecclesiis sæcularibus, sive regularibus.*
43. *Cardinales Titulares leges obligantes in conscientia in suis titulis ferre possunt.*
44. *Habent in suis titulis jus corigendi, excommunicandi, & suspendendi, ac interdicti sententiam ferendi.*
45. *Visitandi jus habent in suis Titulis sicuti Episcopi in eorum Diœcesibus.*
46. *Ecclesiæ Titulares dicuntur parvæ Diœceses intra fines Episcopatus Romani.*
47. *De Conciliis mandantibus Cardinales posse per se, vel per Vicarium visitare Ecclesias suorum Titulorum eorumque subditos.*
48. *Cardinales Titulares possunt per se ipsos, vel eis absentibus per Vicarium visitare Clericos, & populos Ecclesiæ Titulari subjectos circa Ecclesiarum bona, & cultum divinum, ac etiam circa eorum mores, & vitam.*
49. *In visitatione unum ex inservientibus Ecclesiæ titulari adhibere tenentur.*
50. *Instituendi, ac destituendi jus habent in Ecclesiis suorum titulorum, & num. 63.*
51. *Beneficia dictis titulis annexa conferre possunt.*
52. *Canonicatus etiam, ac præbendas, seu benficia Curam animarum habentia.*
53. *De privilegio concesso per Sixtum IV. dictis Cardinalibus conferendi omnia suorum Titulorum beneficia.*
54. *Pontifex beneficia prædicta conferre non debet nisi quatenus vacent in Curia, vel de expresso Commendatarii, aut ordinarii consensu.*
55. *Facultas prædicta conferendi beneficia Ecclesiarum Titularium non cadit sub revocatione Indultorum Cardinalium Gregorii XIV. & Pauli V. circa beneficiorum collationem.*
56. *Declaratur dictam facultatem competere quatenus Cardinales sint præsentes in Curia.*
57. *Præsentes quando dicantur moram trahentes in Urbis districtu.*
58. *Referuntur resolutiones, & casus in quibus declaratum fuit optionem competere Cardinalibus absentibus ab Urbe intra duas dietas,*
59. *Juris assistentiam habent in collatione beneficiorum suorum Titulorum, vel Commendarum.*
60. *Assistentia prædicta non suffragatur ad effectum manutentionis, si cōstat alium esse in quasi possessione conferendi eadem beneficia.*
61. *Declaratur conclusio de qua num. 51. & seq. ut procedat in beneficiis liberæ collationis, secus in illis de jurepatronatus, in quibus Titularibus competit solum institutio.*

62. *Am-*

62. *Ampliatur eadem conclusio, ut etiam in beneficiis de jurepatronatus si Patroni sint discordes, collatio Titularibus competat, sicut Episcopis in eorum Ecclesiis.*

63. *De eadem conclusione, de qua num. 50. quod Titulares possunt etiam cum minori solemnitate beneficiatos destituere sicut instituere.*

64. *Cardinales Titulares curam animarum habent in suis Titulis.*

65. *Confessiones subditorum audire possunt quatenus sint Sacerdotes.*

66. *Matrimoniis interesse possunt, vel licentiam interessendi aliis concedere.*

67. *Jura Parochialia exercere possunt sicut Parochi.*

68. *Jurisdictionibus Pontificalibus in Ecclesiis Titularibus uti possunt, ac solemnem benedictionem impartiri more Episcoporum.*

Examinatur quæstio an prædictæ, ac aliæ præeminentiæ competant Cardinalibus Diaconis in eorum Ecclesiis.

69. *Primam tonsuram, ac minores Ordenes suis subditis in eorum titulis conferre possunt dummodo sint Sacerdotes, & num. 71.*

70. *Reprobatur opinio Sanchez volentis hujusmodi Privilegium Cardinales habere ex consuetudine, illudque fuisse sublatum per Conc. Trid. & firmatur contrarium.*

71. *De eadem conclusione, de qua num. 69. quod Cardinales possunt in his titulis conferre ordines, & primam tonsuram subditis.*

72. *Cum suorum titulorum subditis dispensare possunt in omnibus casibus sicut de jure possunt Episcopi.*

73. *Reprobatur opinio volentium Cardinales in suis titulis non posse dispensare in voto, & declaratur quando procedat eorum opinio.*

74. *Facultas dispensandi irregularitatibus concessa Episcopis per Sac. Concil. Trid. non competit Cardinalibus in Ecclesiis suorum Titulorum & refertur opinio Titularibus favorabilis.*

75. *Idem dicendum est de Prælatis inferioribus quasi Episcopalem jurisdictionem habentibus.*

76. *Contraria opinio prædictis Cardinalibus favorabilis non est improbabilis ex eadem ratione de qua num. 46.*

77. *Indulgentias centum dierum concedere possunt Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum.*

78. *Vltimas voluntates commutare possunt in suis titulis seclusa Pontificis reservatione.*

79. *Fideicommissis ad prædict. Ecclesias spectantibus derogare possunt.*

80. *De legatis Ecclesiæ suorum titulorum relictis disponere possunt.*

81. *Regimen, & curam habent bonorum spiritualium suorum Titulorum.*

82. *Reprobatur distinctio Pasqualigi circa titulos antiquos, & novos circa dictum regimen, & curam.*

83. *Clausula* sine præjudicio *intelligitur præterquam quoad expressos.*

84. *Subsidium charitativum Cardinales prædicti exigere possunt à subditis suorum titulorum?*

85. *Canonicum unum suorum titulorum possunt ad sui servitium retinere, & de ampliatione etiam ad duos canonicos.*

86. *Canonicus prædictus lucratur fructus suæ præbendæ, non autem distributiones quotidianas.*

87. *Vicarium deputare possunt Cardinales in suis titulis, & de eadem conclusione, de qua n. 47. & seqq.*

88. *Jurisdictio, quam habent Cardinales in suis titulis, est ordinaria, & tanquam in jure fundata latè interpretanda.*

89. *Consuetudo contra Ecclesiæ utilitatem non valet.*

90. *Et contra Ecclesiæ utilitatem non valet.*

91. *Imo uti contra Ecclesiasticam disciplinam recipienda tanquam irrationabilis, & à jure improbata.*

92. *Adversus actus jurisdictionales tanquam facultativos consuetudo indici non potest.*

93. *Negatur adesse consuetudinem in contrarium, & firmatur conclusio, quod exercitium unius actus etiam minimi conservat jurisdictionem in omnibus, quodque usus alicujus rei privilegiatæ sufficiat pro retentione privilegii.*

94. *Reprobatur Mandosius ad reg. 7. Cancellariæ quæst. 2. num. 7.*

95. *Cardinales in suis Titulis, & in causis hujusmodi titulo concernentibus absolutam jurisdicendi potestatem habent, illasque audire possunt.*

96. *Consuetudo contraria jurisdictioni, quam Cardinales habent in suis titulis, sublata fuit per Sixtum V.*

97. *Decretum irritans tollit omnem præscriptionem, & consuetudinem; omnemque usum, & contrarium usum.*

98. *Refertur opinio Mandosii, & sequacium volentium Cardinales Titulares non habere jurisdictionem in monachos, & regulares degentes in Monasteriis suis titulis annexis, ne dentur uni Ecclesiæ duo sponsi.*

99. *Nullum Monasterium Regularium præsertim monialium in Vrbe subjectum est Titularibus ex cap. dilectus de Capell. Monach.*

100. *Cardinales Titulares auctoritatem non habent super Regulares quamvis habentes domicilium in Ecclesiis suorum Titulorum.*

101. *Regulares, qui deserviunt Ecclesiis Titularibus Cardinalium, habentur loco canonicorum dictarum Ecclesiarum.*

102. *Reprobatur conclusio, de qua num. 98. & firmatur, quod Cardinales Titulares jurisdictionem habent in Regulares deservientes suis titulis, exceptis iis, quæ regularem observantiam concernunt.*

103. *Dictamque jurisdictionem habent privativè ad Superiores Religionum.*

104. *Reprobatur eadem Mandosii opinio de qua dicto num. 98. & declaratur procedere posse in iis quæ respiciunt regularem observantiam, secus autem in concernentibus servitium Ecclesiæ.*

siæ, & sic dare uni Ecclesiæ duos sponsos diversis respectibus non esset monstrum.

105. *Tex. in cap. dilectus de capel. Monach. de quo num. 99. declaratur habere locum in titulo simplicis Plebani, non autem in Cardinali Titulari prout non habet locum in Episcopis.*

106. *Item locum habere in Monasteriis Monialium, secus in illis Monachorum.*

107. *Quod amplia, etiam si adsit dictio* nullum, *quia hæc non est semper universalis negativa.*

108. *Item, ut illius dispositio non egrediatur ea, quæ regularem observantiam concernunt.*

109. *Jurisdictio Cardinalibus Titularibus super sæculares suis titulis inservientes concessa fuit per Sixtum V.*

110. *Cleri appellatione veniunt etiam Regulares.*

111. *Jurisdictio in diplomate tituli clarissimè datur Cardinali Titulari in Conventum, & Superiores Regulares.*

112. *Cardinales habentes regimen, & curam in duas Ecclesias regulares titulares earumque Superiores, omnem autoritatem, & ac merum, & mixtum imperium habere censentur.*

113. *Maximè ubi Pontifex usus fuerit dictione* plenariè, *quæ omnem jurisdictionem, & in quoscumque comprehendit.*

114. *Prout quando usus est verbo* aliis, *quod relatum ad personas facit illas ejusdem qualitatis.*

115. *Facultas concessa per Pontificem Cardinalibus Titularibus in Conventum, & Superiores procedendi tanquam in ribelles si non pareant, ex jurisdictione provenit.*

116. *Monachi, & Regulares de jure communi subjecti erant Episcopis.*

117. *Privilegium jurisdictionis Cardinalium Titularium latè interpretandum.*

118. *Monachi, & Regulares conqueri non possunt de privilegiis super jurisdictione Cardinalibus Titularibus concessis.*

119. *Regularis non prohibetur esse Vicarius Episcopi.*

120. *Reprobatur limitatio volentium Regulares de Ordine Mendicantium non posse deputari in Vicarium.*

121. *Vicarius Regularis in Ecclesia regulari Titulari potest per Cardinales deputari absque consensu Superioris Regularis.*

122. *In titulo Cardinalitio regulari deputari in Vicarium non potest nisi Regularis.*

123. *Beneficium regulare habens, si potest de servire per substitutum, hic pariter esse debet Regularis.*

124. *Parochus deputari potest à Cardinali Titulari.*

125. *Cardinales titulares Curam Animarum habentes, illam per Vicarium amovibilem exercere possunt.*

126. *Vicarius amovibilis in Curæ Animarum exercitio dicitur Episcopi coadjutor, non autem Parochus.*

127. *De eadem conclusione, de qua numero 98. quod Ecclesia una, duos habere non possit sponsos, seu capita.*

128. *Declaratur in quibus casibus procedat conclusio quod in Ecclesiis curatis Regularibus Episcopus deputare debeat Parochum de consilio Superioris Regularis.*

129. *De eadem conclusione, de qua num. præcedenti, quod Cardinales Titulares in deputatione Vicarii requirere teneantur consilium Superioris Regularis, sed quod non teneantur illud sequi.*

130. *Parochus, seu alius minister Regularis deputatus à Cardinali in sua Ecclesia titulari amoveri non potest à Superiore regulari, quia destituere non potest, nisi qui instituit.*

131. *Concionatorem, Confessarios, Sacbristam, aliosque Ecclesiæ ministros in Ecclesia sui tituli Cardinalis deputare potest.*

132. *De distinctione quando Ministri Regulares deputati à Cardinali in Ecclesia Regulari Titulari exempti sint ab obedientia eorum Superioris Regularis.*

133. *Officio terminato, redire tenentur ad obedientiam Prælati Regularis.*

134. *Exempta censetur Ecclesia Regularis titularis à jurisdictione Prælatorum Regularium si per Pontifices data fuit facultas in spiritualibus, & temporalibus, quia tunc censetur concessa pleno jure.*

135. *Ecclesiæ Titulorum Cardinalium sunt plenariè subjectæ in spiritualibus, & temporalibus ipsismet Cardinalibus.*

136. *De Concilio Basiliense disponente circa Titulos Cardinalium eorumque conservationibus.*

137. *De Concilio Lateranense sub Leone X. pariter disponente circa Titulos Cardinalium, & reformante in parte Concilium Basiliense.*

138. *De Constitutione Sixti V. in §. 12. super præfinitione Titulorum. & Diaconiarum Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus.*

139. *De Bulla, seu Diplomate Collationis Tituli S. Mariæ in Via factæ Cardinali Albitio.*

1. DOmus Fidelium in Sacrorũ usum conver-
sæ, quas nos Ecclesias dicimus à majori-
bus nostris Tituli appellabantur, sive quia in ea-
rum consecratione, & erectione Crux pone-
batur in Titulum, ut censet *Baron. tom. 2. ad*
2. *annum 112. num. 5. & 6. & in notis ad Mar-*
tyrologium die 26. Julii ver. Titulus Bimius in
vita Evaristi vers. Hic Titulos; quo ex more
emanarunt Constitutiones, ne quis ædificaret
Ecclesiam, nisi prius Civitatis Episcopus ve-
3. niat, & ibi Crucem figat, ut patet *ex Concilio*
Aurelian. registr. in cap. Nemo 9. de consecr. di-
stinct. 1. & in l. Decernimus, C. de Sacr. Eccles.
& in Auth. ut nullus, Fabric. *col. 5. titul. 17.*
in capitul. Franciæ lib. 5. cap. 239. & in Ritual.
Rom. de Divinis Officiis cap. de edific. Eccles. sive
quia ad fores Ecclesiarum in honorem Marty-
4. rum erectarum, Vela quædam suspendebantur,
in quibus depingebatur ipsius Martyris Imago,
aut nomen, quæ Tituli dicebantur, ut ex Gre-
gor. *Turonen. lib. 4. Mirac. Beati Martini*, &
ex

ex B. Paulino Natali sexto, qui sic canit.

Qui pulchra tegentis.
Vela ferant foribus, seu plura splendida lino.
Sive coloratis textus fucata figuris
Hi leves Titulos lento poliant argento.
Sanctaque præfixis obducant limina lamnis.

Quæ Vela D. Ambrosius Cortinas Regias appellat. *lib.* 5. *Epist.* 33.

Sive quia in Ædibus in honorem Sanctorum
5. erectis affigebantur Tabellæ quædam cum inscriptione nominis illius Sancti, quo ædes Deo erat dedicata, quæ Tituli vocabuntur; de-
6. sumpta nomenclatura à Fiscalibus Titulis, de quibus *in l. si quando la seconda, C. de bonis vacant. lib.* 10.

Cùm enim bona vacantia Fisco incorporanda essent, hujusmodi incorporatio per Tabel-
7. læ, sive Tituli impositionem fiebat, quæ nonnisi à Fisco poterat apponi, *ut in C. Ut nemo Privatus Titulos, & in l.* 1. *C. de Navibus non excusan. lib.* 10. ex Cassiodoro *lib.* 4. *Epist.* 14. *& lib.* 5. *Epist.* 6. *& lib.* 9. *Epist.* 18. ex Symmacho *lib.* 2. *Epist.* 27. *& lib.* 5. *Epist.* 54.

Ideo Imperator Justinianus *in Novell.* 28.
8. *cap.* 5. vetuit, ne aliquis imponat Titulum prædiis, vel alienis ædibus siquidem hoc Fisci proprium est, & Regiarum Domorum, ut ipse ait, quam Pientissimæ Augustæ. Si verò sub alterius appellatione Tabulas, sive Titulos impositos deprehendat &c. Quod repetit *in Novel.* 29. *seu Auth. de Prætore Paphlagoniæ cap.* 4. §. *certè, & Novell.* 30. *sive de Prætore Capadociæ cap.* 8. *in fin.* concordat Text. *in l.* 2. *C. Ut nemo Privatus Titulos, & in l. fin. ff. Quod vi, aut clam.* in illo enim statuitur, ne
9. quis Vela Regia suspendere, vel Titulum audeat, in isto autem habetur, si ad januam meam Tabulas affixeris. Sive denique quia cùm Domus Fidelium in Sanctorum Hominum memoriam ædificarentur, memoria illa Titulus vocabatur, desumpto argumento à sacris litteris. Nam *lib.* 2. *Regum cap.* 18. *habetur.* Porrò Ab-
10. salon erexit sibi, cum adhuc viveret, Titulum, qui est in Valle Regis, dixerat enim, non habeo filium, & hoc est monumentum nominis mei, vocavitque Titulum nomine suo; Sic
11. etiam Jacob Genes. *cap.* 18. Lapidem, quem supposuit capiti suo, cùm in somnis vidit, scalam erexit in Titulum.

Utcumque sit, Ecclesiæ in honorem Sancto-
12. rum ædificatæ ab initio nascentis Ecclesiæ, Tituli vocatæ sunt. Sic ex Prudentio *Hymno* 5. *de Sancto Vincentio.*

Jam nunc, & ossa extinxero,
Ne sit sepulcrum funeris:
Quod Plebs gregalis excolat,
Titulumque figat Martyris.

Et Hymno 12.

Parte alia Titulum Pauli via servat Ostiensis.

Et illius sunt sententiæ ultra Baronium *locis citat. Onophrius Panninus de septem Urbis Ecclesiis c.* 2. *in princ.* Azor. *instit. moral. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *vers. Ego vero.* Mauclerus *de Monarchia Divina Ecclesiast. & Sæculari tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 4. *pag.* 582. Martin. Roa *lib. singul. cap.* 10. *in fin. & de die Natali cap.* 21. Juret. ad Symmachum *Epist.* 23. Amaya *ad l. si vacanti à n.* 3. *usque ad* 9. *C. de bonis vancant. lib.* 10. Jo: Ferrand. Anicien. *in disquit. Reliquiaria lib.* 1. *c.* 6. *art.* 2.

Et hoc nomen Tituli à tutando derivasse, eo
13. quod ubi essent affixæ Tabulæ pro suo vendicarent, atque tuerentur, voluit Cujaccius, Juret. & alii citati ab Amaya *d. l. si vacanti num.* 6.

Quod tamen non placet Julio Cœsari Sca-
14. ligero *lib.* 1. *poet. cap.* 9. quem referunt Ludovic. à Cerda *lib.* 3. *Ænead. vers.* 545. *num.* 10. Theodor Heoping. *in Tractat. de Insigniis cap.* 22. §. 1. *num.* 15. Nam credidit Scaliger, verbum Tituli derivare à verbo Græco Τιμὴ, quod honorem significat, ut idem si honor, ac Titulus.

15. Et ex his assentire non possum Ciacconio in vita S. Hyginii Papæ in discursu de origine Cardinalium: quem sequutus est Casalius *de Veter. sacr. Christianor. Ritib cap.* 83. Et novissimè Fr. Petrus Maria Passarinus *de Statibus, & officiis Hominum tom.* 1. *qu.* 185. *num.* 20. *vers. His verò Titulis.* Existimantibus Titulos nil aliud esse, quam redditus, vel proventus ex Villis, Prædiis, Fundis, aut Agris à piis, sive viris, sive fœminis ad alendos Ecclesiæ Ministros relicti, & hinc ortos esse Titulos Equitii, Vestinæ, Pammachii, Lucinæ, Julii, Callisti, Damasi, Pastoris, Eudoxiæ, Æmilianæ, Crescentiæ, Fasciolæ, Tygridæ.

16. Nam nomen Tituli, non bonis, & redditibus applicatum fuit, sed Ædibus, & Ecclesiis ad Divinum Cultum destinatis, ut colligitur ex Baronio *in notis ad Martyrologium die* 19. *Junii*, ubi de Titulo Vestinæ *& die* 26. *Julii*, ubi de Titulo Pastoris, *& die* 1. *Augusti*, ubi de Titulo Eudoxiæ, & de Titulo Equitii Damasus in Silvestro hæc habet. Hic fecit in Urbe Romana Ecclesiam in Prædio cujusdam Presbyteri sui, qui vocabatur Equitius, quam Titulum Romanum constituit juxta Thermas Diocletianas, qui usque in hodiernum diem appellatur Titulus Equitii.

Et de titulo Vestinæ Anastas. *in Innocen. I.* Eodem tempore dedicavit Basilicam Sanctorum Gervasii, & Protasii, & infra, titulum Romanum constituit.

Et opinionem Ciacconi reprobat Victorell. ad eundem Ciacconum *loc. citat. verb. Tituli autem pag.* 46. dum ait, Evaristus Pontifex dum titulos in Urbe divisit, nullam de redditibus mentionem fecit.

17. Verùm est, quod successivis temporibus Prædia Clericis assignata ad victum, & Ecclesiis relicta tituli nomine vocata sunt, ut appa-

ret

ret *ex lib. 1. feudor. tit. 6. §. 1.* ibi.

Si Episcopus, vel Abbas, vel Abbatissa, vel Dominus Plebis feudum dederit de Rebus Ecclesiarum, quæ iis subjecta sunt, & tituli vocantur.

Quod nomen transfusum est ab Ecclesiis in bona, ut ex nostris notat Calvinus *in Lexicon Juris verb. Tituli primum*, ubi. Quod tituli primum erant certæ Sedes Clericis attributæ, in quibus munus suum exercerent; Postea verò eo nomine Prædia iis ad victum, cultumque assignata.

Et hoc etiam prius tradidit *Quintana Duenias lib. 3. Ecclesiasticon. in explicatione Canonis IV. Concilii Calcedonensis num.* 13. Nam hoc titull verbum ponimus in certo quodam loco, & Sede certa, quæ in Ecclesia Clericis attributa erat, ut munus suum exercerent, quo nomine Prædia etiam his ad victum, cultumque assignabantur.

18. Hinc orti sunt postea tituli Ordinationum, de quibus *in dicto cap. 4. Concilii Calcedonensis registrat. in c. Neminem 70. distinct.*

19. Non enim antiquitus admittebatur quis in Clerum, nisi qui certæ Ecclesiæ esset adscriptus Petr Gregor. *in Instit. Rei benefic. cap.8.n.1.* Tondut. *qu. Canonic. part. 2. cap. 1. §. 11. numer.* 2. Unde ejus Ecclesiæ, & tituli dicebatur in cujus Albo erat descriptus Baronius *ad annum* 112.*numero* 5. *&* 6. Bimius *ad vitam Evaristus vers. Hic Titulos*.

Nec eum Casalio possum sentire, qui loco superius citato existimat, quod si redditus Ecclesiarum essent opulenti, non unus, sed duo, & plures singulis titulis præficiebantur.

20. Licèt enim verum sit, plures Presbyteros uni titulo fuisse addictos, & ex eodem titulo plures denominari, ut constat ex subscriptionibus Concilii Romani primi sub Symmacho, cui subscripsere plures Presbyteri ejusdem tituli, & Synodi Romanæ sub Gregorio Magno, de qua *lib. 4. Epistolarum ejusdem Gregorii Indictione* 13.*cap.* 88. cui subscripsere Presbyteri S.Balbinæ tres, S.Damasi duo, Sanctorum Apostolorum tres.

21. Non tamen hoc evenit propter reddituum opulentiam, sed quia Fidelium crescente numero oportuit crescere Ministros in titulis, qui Sacramenta ministrarent, ut ait Cardinalis Turrecremata *in Summa de Ecclesia lib.1.cap.83. vers. Quod verò*.

22. Porrò hujusmodi tituli ab Evaristo fuerunt in Urbe Presbyteris assignati *ut ex lib. Pontificali Damasi Papæ* ex Anastasio Bibliothecario *in ejus vita*, & Baronio *ad annum* 112. *num.* 6.

23. Sed quia in Urbe Fidelium numerus crescebat in dies; Fabianus Pontifex constituit in ea septem Diaconos per septem Urbis Regiones, qui Regionarii sunt dicti, ut ex Michaele Medina *lib. de continentia*, asserit Vasquez *in 3. parte disp.* 326. *num.*79. quod innuit Sixtus V. in Bulla, qua præfinivit Titulos Cardinalium, quæ Incipit, *Religiosa in 2. to. Bullarii novi constit.* 55. *in princ.*

24. Et proterea in Conciliis, & Decretis Pontificum subscribebant Diaconi cum nomine Regionum ut patet in Decretis Symacchi, quibus ita subscripti reperiuntur, nempè.

Cyprianus Diaconus S. R. E. Regionis septimæ his subscripsi, & consensi.

Anastasius Diaconus Regionis primæ subscripsi.

Joannes Diaconus Regionis secundæ subscripsi.

Tertullius Regionis quartæ subscripsi.

25. Porrò officium Præsbyterorum, qui dictis Titulis adscripti erant, fuit administrare Christifidelibus Sacramenta, & ad instar Parocorum, animarum curam gerere, Panuinus *de septem Urbis Ecclesiis cap.* 2. Baronius *ad anum* 112. *num.*5.*&* 6.Azor.*Instit. moral. tom.* 2.*lib.* 4.*c.*1. Petrus Andreas Gamma *in repetit. Extravag. Julii II. de Simoniaca Papæ electione num.* 127. *vers. Ideo*, Germonius *de Indult. Cardinal.* §. *alt. num.* 3.

26. Officium verò Diaconorum Regionum non erat, ut assisterent Pontifici, ut statuit Euaristus, sed ut Cristianam Religionem propagarent, & conservarent Vasquez *d. disput.* 236. *num.* 79. & expresè *Sixtus V. præcitata Constitutione in princip.*.

27. Assignatis postea tractu temporis Diaconis Ecclesiis Regionum, non eum nomine Regionis Decretis, seu Conciliis Summorum Pontificum subscripsere, sed cum nomine Ecclesiæ sibi assignatæ, non tanquam Titulus, qui solum Ecclesiis Presbyteralibus datus erat, sed tanquam Diaconia; qui mos usque ad hæc tempora servatur. Talis enim est Diaconorum subscriptio.

Ego N. Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis.

Ego N. Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis.

28. Crescente verò Dignitate Cardinalium, quia functionibus Papæ assistebant, crevit, & in Titulis Auctoritas; Ideo non, ut simplices Parochi seu Plebani, sed pinguiori jure administrarunt, ut notat Felinus *in c. His quæ de majorit. & obedien. in princip.* Joan. Andrea *in c. Dilectas num.* 9. & ibi Hostien. *num.* 3. Abbas *num.* 12. *de Capellis Monachorum*.

29. Non sublata illis obligatione residendi in dictis Titulis, ita ut Leo IV. & non III. ut in Decretali Anastasium Presbyterum Cardinalem Sancti Marcelli, cum suum Titulum deservisset, & monitus residere neglexisset a sua Dignitate deposuit, ut constat *ex c. Exgestis de Cleric. non resident.* ubi Abbas, & cœteri, R. P. D. Fagnanus *ibid. num.* 10. cujus depositionis Historiam latè prosequitur Cardinalis Baronius *ad annum.* 853. *num.* 45. *ubi num.* 55. sen-

ten-

tentiam depositionis apposuit, & ex nostris Lothærius *de re benef. lib. 3. q. 27. num. 53.* eruditus P. Franciscus Macedo *in tract. de Clavibus lib. 4. tract. 5. Cap. 8. vers. nonnullæ quæstiones*, qui eandem Leonis IV. Historiam refert.

30. Hoc autem pinguius jus, quod habent Cardinales in suis Titulis declaravit Bonifacius Octavus Jo. Monacho Cardinali, & ejus Vicecancellario, ut ipse testatur *in cap. unic. de majorit. & obed. in 6.*

31. Dicit enim Jo. Monachus, quod Papa sibi respondit, quod Cardinales in suis Ecclesiis habent jus Episcopale, quod dictum referunt, & sequuntur plerique ex DD. infra citand. & præsertim Jo. Andr. *dict. c. unic. num. 3.* Mart.
32. Laudens. *de Cardinal. quæst. 60. in princ.* Cassaneus *ad Consuetud. Burgundiæ tit. des Justices rubr. 1. §. 4. pag. 136. vers. Item etiam*, Redina *in Promptuario recept. sentent tit. 11. de Cardinalib. num. 5.*

Et quamvis hujusmodi dictum tanquam incertum non approbetur à Suarez *de Relig. tom. 2. tractat. de Voto lib. 6. cap. 10. num. 10.* & à Sanchez *in Summa lib. 4. capit. 38. num. 2.*

Nihilominus tanquam certissimum habendum est, non solum quia sic sentiunt quotquot super hac materia scripserunt, sed quia Paulus IV. in sua Constitutione, quæ incipit *cum Venerabiles, in Bullario novo tom. 1. const. 5.* sic declaravit, & statuit, ibi.

Ac diversæ Almæ Urbis nostræ Parochialibus Ecclesiis pro eorum Cardinalatus Titulo, sive denominatione præficiuntur, & in eis *Episcopalem Jurisdictionem habeant*, quam Jurisdictionem agnoverunt etiam ipsemet Suarez, & Sanchez locis infra citandis.

33. Statuenda est igitur tanquam certissima, & indubitata conclusio, quod S. R. E. Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum Jurisdictionem Episcopalem habent, quæ desumitur à sententia Honorii Tertii registr. *in c. His quæ de majorit. & obedien.* ubi Abbas *nu. 1. dicit.* & tenementi, quod Cardinales habent, Titulo suo, & in Ecclesiis subjectis Titulo Jurisdictionem Episcopalem, Felin. *ibidem in princ.* dixit ex mente, Imolæ *in Clement. ne Romani, de elect.* quòd Cardinales in suis Titulis habentur loco Episcoporum, quoad Jurisdictionalia, & quoad Episcopalia si sunt Episcopi. Jo. Andr. *ibid. n. 11.* ait in suis Ecclesiis habent (Cardinales) Jus Episcopale. His consentiunt, Bellam. *nu. 11. in fin. Cardinalis in 5. oppositione, R. P. P. Fagnanus num. 15.* ibi.

Quintò nota Cardinales in suo Titulo, & in Ecclesiis Titulo subjectis habere Episcopalem Jurisdictionem.

Et subjungit.

Hic est Textus, qui ad hoc consuevit quotidiè allegari, & non reperitur alibi, quem omnes extollunt.

Et hanc sententiam sequuntur DD. tam antiqui, quàm moderni, nempè *Cardinalis in Clement. Ne Romani, §. Irritum num. 4. in fin. de elect.* Abbas *in c. Dilectus de Capellis Monach.* Romanus *in sermone habito in Concilio Basilien. registr. in fine suorum consiliorum num. 19.* Jacobat. *de Concilio lib. 2. art. 12. n. 11. Falcon. de Reserv. q. 2. princ. n. 10.* Villadiego *de orig. Cardinal. num. 7.* Manfred. *de Cardinal. dec. 106.* Paris. *de Resignat. lib. 2. quæst. 12. num. 10.* Alban. *de Cardinal. quæst. 46.* Mandos. *ad Reg. 7. Cancellariæ quæst. 2.* Grillenzon. *consil. 63. num. 1.* Germon. *de Indult. Cardinal. §. Tam ratione num. 10.* Leo in Tesahur. *for. Eccles. part. 2. cap. 1. num. 17.* Azor. *Instit. moral. tomo 2. lib. 4. cap. 3. qu. 3.* Squillant. *de privileg. Cleric. cap. 2. num. 2.* Rubeus *in Aphorismis Episcop. ver. Cardinalis*, Tuscus *littera C. conclus. 100. nu. 49. subjungit.*

34. Imò Cardinales etiam non Episcopi in Ecclesiis sui Tituli utuntur pleno Jure Episcopali, Alterius *de Censuris disp. 17. lib. 5. cap. 1. vers. Archiepiscopos, Episcopos*, Lother. *de re benefic. lib. 1. quæst. 8. nu. 50. & lib 2. quæst. 2. num. 7. & eod. lib. quæst. 35. num. 11.* Barbos. *in tract. Juris univ. Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 33.* idem Barbos. *in c. His quæ de Majorit. & obedien.* Moneta *de Commut. ultim. volunt. cap. 5. numer 340.* Diana *part. 5. tract. 2. resolut. 12.* Pilaja *dec. 5. num. 9. lib. 1.* Didacus Frances *in Pastorali interno tract. 3. quæst. 2. num. 11.* Gabriel. à S. Vincentio *de Censur. disp. 9. quæst. 7. num. 117.* Scipio Redina *in promptuar. Juris tom. 1. tit. 11. numer. 5.* ubi latè Petr. Andr. Gamma. *in d. Extravag. Julii II. num. 126. vers. Tum quia* Franc. Marcus *dec. 1286. num. 4. tom. 2.* inferens ex hoc quod debent postulari secundum Abbatem *in c. fin. de Postul. Prælatorum*, Victorell. *in vita S. Higinii de origine S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, vers. Cardinales in suis Titulis*, Bottiglier. *de successión. ab intest. tit. de Renunc. successión. cap. 2. num. 2.* Morell. *in Theolog. moral. disp. 1. de volunt. & Involunt. 5. diff. num. 525.*

35. Et quamuis nonnulli ex prædictis DD. dicant Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum habere Jurisdictionem non Episcopalem, sed quasi Episcopalem, quod etiam asserit *Sixtus V. in citata Constit. 55. in princ.* Hoc tamen intelligendum est non habere ex sua na-
36. tura Jurisdictionem Episcopalem, qui non sunt Episcopi; Non enim habent isti ea, quæ
37. sunt Ordinis, ut conferre Sacramentum Confirmationis, & Ordines sacros, habent tamen
38. ea, quæ sunt Jurisdictionis, ut benè distinguit Moneta *de Conservat. cap. 5. num. 34.*

Hinc declaranda est opinio Cardinalis Bel-
39. larmini *dum in tom. 2. Controvers. lib. 1. cap. 16. de Clericis. vers. Pari ratione*, dicit, quod Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum sunt veluti Parochi Episcopo subjecti, & nihil possunt, nisi quantum

eis Epiſcopus permiſerit, cujus opinionem
ſequuntur Gironda de Epiſcopis lib. 1. diſp. 2.
cap. 5. num. 3, Sebaſtian. Cæſar. de Eccleſiaſt.
Hjerarchia part. 1. diſp. 2. num. 9. Zaccharias Bo-
ver. tom. 2. demonſt. ſymbolorum vera, & fal-
ſæ Religioris art. 4. ſexto ſymbolo de Cardinalium
ſucceſſione, Vaſq. in 3 par. diſp. 242. q. 5.
Ut ſcilicet intelligatur de antiquo ſtatu, &
juriſdictione ante tempora Bonifacii VIII. &
ſententiam Honorii III. in d. cap. His quæ de
40. Majorit. & Obedien. Alias ſi eorum opinio ad
noſtra tempora amandaretur, eſſet non ſolum
contra Juris communis diſpoſitionem, ſed etiam
contra Conſtitutiones Summorum Pontificum
Pauli IV. & Sixti V. & Diplomata eorundem
Titulorum; Nam de jure communi Cardina-
les in Eccleſiis ſuorum Titulorum poſſunt
exercere, quæ non poſſunt Parochi, nempè
excommunicare, ſuſpendere, inſtituere, &
deſtituere, ut dicunt ſupra citati DD. & præ-
ſertim Zabarell. in d. c. His quæ in fin. & Felin.
in princ. Nam Plebani in ſuis Eccleſiis non ha-
bent ita pingue jus ſicut habent Cardinales in
ſuis Titulis, Archid. in cap. Nullus 16. quæſt. 7.
num. 5. Præpoſit. in cap. 1. 21. diſtinct. num. 6.
verſ. Nam Plebani.
Et opinionem hanc Boverii, & aliorum,
benè reprobat Victorellus in addit. ad Ciacc. in
Vita S. Hygini, de origine S. R. E. Cardinalium,
verſ. Zaccharias.
Et hoc jus Epiſcopale, ſeu quaſi, non ſo-
lum habent Cardinales Presbyteri in dictis Ec-
cleſiis ſuorum Titulorum, ſed etiam Cardina-
41. les Diaconi in ſuis Diaconiis, Pariſ. de Reſig.
dict. lib. 2. q. 12. num. 10. verſ. ſive ſint Diaco-
ni, Barboſ. d. tract. juris univerſi c. 4. num. 33.
verſ. ubi ampliat, quod etiam ſtatuit Sixtus V.
d. ſua Conſtit. 55. & ex ea R. P. D. Fagnanus d.
c. His quæ, n. 18. & 19.
Et hoc procedit, ſive Tituli, vel Diaconiæ
ſint Clericorum ſecularium, ſive Regularium,
cùm Sixtus V. in dicta ſua Conſtitutione pari-
42. formiter loquatur de Eccleſiis ſæcularibus, &
Regularibus, & ſummi Pontifices in Diploma-
tibus Titulorum Eccleſias Regulares plenariè
ſubiiciant Cardinalibus, ut cuique legenti pa-
tet, & videbimus infra.
Hiſce ſic firmatis. Primò infertur Cardina-
les in Eccleſiis ſuorum Titulorum poſſe pro-
mulgare, & ferre leges obligantes in Conſcien-
43. tia, Caſtropalao tom. 1. tract. 3. diſp. 1.
punct. 23. num. 12. Acugna in cap. 1. diſt. 2.
num. 4. Alii à Diana d. part. 5. tract. 2. reſol. 7.
Baldell. tom. 1. Theolog. de Poteſt. Legiſlativa
q. 50. ſect. 9. Suarez de legib. lib. 4. c. 5. num. 4.
Cottonius celebr. controverſ. lib. 3. de Cleric.
controv. 8. cap. 3. num. 55.
Secundò infertur Cardinales in prædictis
44. Eccleſiis habere jus corrigendi, Excommuni-
cationis, Suſpenſionis, & interdicti ſenten-
tiam ferendi, d. c. His quæ de Majorit. & obe-
dien. & ibi Canoniſti R. P. D. Fagnanus ibid.
num. 19. Et in cap. Ne pro dilatione num. 4. de
Pœnit. & Remiſſion. ubi quod habent auctori-
tatem cætera faciendi quæ ſunt juriſdictionis
Epiſcopalis Germon. de indult. Cardinal. §. Tam
ratione num. 18. Barboſ. d. c. 4. n. 38. alios ad-
ducit Diana d. par. 3. tr. 2. reſol. 12. Cottonius
loc. cit. num. 55.
45. Tertiò infertur, Cardinales in præfatis Ec-
cleſiis habere jus viſitandi, ſicut habent Epiſco-
pi in ſuis Diœceſibus, Felin in c. His quæ, in
princip. verſ. & iſtis adde, Pavin. de Viſitation.
par. 2. q. 2. num. 26. Fagnan. loc. cit. num. 20.
ſunt enim dictæ Eccleſiæ quaſi eorum parvæ
46. Diœceſes intra fines Epiſcopatus Romani,
Monet. de Commut. ult. vol. cap. 5. n. 452. Cot-
tonius loc. cit. num. 55. verſ. Commutare.
Quod expreſsè conceſſum fuit, imò man-
datum à Concilio Baſilien. seſſ. 23. & repeti-
tum in Concilio Lateranen. ſub Leone X. ut
47. apparet ex ſua Conſtitutione 7. in ordine in
t. 10m. Bullar. novi, in qua cavetur, quod Car-
dinales, ſi præſentes ſint in Curia perſonaliter,
ſi verò abſentes per Vicarium idoneum ſemel
ſaltem ſingulis annis viſitent Clericos, & Po-
pulos Eccleſiarum Titulo ſuo ſubjectarum,
48. cum diligentia inquirant circa Cultum Divi-
num, & Bona dictarum Eccleſiarum, moreſ-
que in primis, & vitam Clericorum, & Paro-
chiarum, ſolerter explorent, quod refert Fuſ-
cus de Viſit. lib. 1. c. 2. n. 5.
49. Viſitatio autem fiet per Cardinalem adhi-
bito ad minus uno ex Regularibus dicto Titu-
lo inſervientibus, juxta tex. in cap. Debent ſu-
perioribus ſuis, in Extravag. inter. commun. de
officio Judicis Ordinarii, & ibi Barboſ. in Sum-
mar. Idem Barboſ. de Canonicis, & Dignitat.
cap. 1. n. 17.
50. Quartò infertur, Cardinales in Eccleſiis ſuo-
rum Titulorum habere jus inſtituendi, & de-
ſtituendi, cap. Querelam de Election. ibi: A.
Cardinali S. Suſannæ, cui dicta Eccleſia tam-
quam Capella ſuo Titulo in ſpiritualibus eſt
ſubjecta canonicè fuerat inſtitutos. Et ſic do-
cet Innocent. in d. cap. dilectus nu. 4. de Capel-
lis Monach. dicens, inſtitutionem, & deſtitu-
tionem ſpectare ad Cardinales in ſuis Titulis,
Felin d. cap. His quæ in princ. Mandoſ. d. Reg.
7. quæſt. 3. num. 15. Germon. de Indult. Card.
§. Tam ratione nu. 19. Barboſ. d. c. 4. nu. 36.
Fagnanus d. cap. His. quæ n. 21.
51. Ideò poſſunt conferre Beneficia ſita in di-
ctis Eccleſiis, Felin. d. c. His quæ n. 1. Sarnen.
Reg. de Trienn. quæſt. 31. num. 16. Barboſ. d. c.
4. nu. 36. & ex Panvino; Fagnanus loc. cit.
nu. 22. Grillenzon. conſ. 63. per tot. ſive ſint
52. Canonicatus, ſive Præbendæ, ſive Beneficia
curam animarum habentia, ſive non, Azor.
Inſtit. moral. d. cap. 3. q. 2. verſ. ex quo fit; Nam
Sixtus IV. teſtibus Felin. Azor. Fagnano, &
Barboſa loc. ſuperius citatis, conceſſit Privi-
le-

legium Cardinalibus, ut conferre possint omnia Beneficia sita in Ecclesiis, quas ratione tituli, vel Cōmendationis, vel Administrationis habent, non obstantibus expectativis, vel reservationibus, nisi vacent in Curia, & Summus Pontifex
54. dicta beneficia, nisi de expresso Ordinarii, vel Commendatarii consensu conferre non debeat.

55. Quæ facultas non cadit sub revocatione Indultorum Cardinalium circa collationem Beneficiorum facta à Gregorio XIV. & Paulo V. In eorum enim Decretis prædicti Pontifices declarant nihil velle innovare circa collationes Beneficiorum, quæ ad Cardinales spectant ratione Ecclesiarum Titularium, ut patet ex Decreto, sive Constitut. Gregorii XIV. *in 2. volumin. Bullarii novi sub. num. 19. & in Constitution. Pauli V. Bullar. nov. tom. 3. Constit. 58.*

56. Advertendum tamen est, quod hujusmodi facultate possunt uti Cardinales, dummodo sint præsentes in Curia, Gonzalez *ad Reg. 8.* Gloss. 13. *num. 20* Tondut *quæst. benef. par. 2. cap. 3. §. 8. n. 8.*

57. An autem possint dici Cardinales præsentes in Curia ad hunc effectum si moram trahant in districtu Urbis, non tamen ultra duas dietas; Scio in materia optionis Decanatus Sacri Collegii fuisse resolutum competere optionem Cardinali absenti ab Urbe per duas dietas, ut
58. tempore Clementis VII. die 26. Septembris 1533. accidit in persona Cardinalis Senen. qui cum abesset ab Urbe per duas dietas admissus fuit ad optionem Decanatus vacantis per obitum Cardinalis de Monte, non obstante contradictione Cardinalis Tranen. qui cùm esset præsens in Curia, prætendebat optionem ad se spectare.

Ita etiam fuit observatum sub Paulo V. in persona Cardinalis Giojosæ, qui cum moraretur in Abbatia Sublacensi, optavit nihilominus Decanatum vacatum per obitum Cardinalis Pinelli, quos casus refert Cherubinus *in addit. ad Constit. Pauli IV. 5. in ordine in tom. 2. Bullar.*

59. Advertendum secundò; quod licèt Cardinalis Titularis habeat Juris assistentiam in collatione Beneficiorum existentium in Ecclesia sui Tituli, vel Commendæ, illa tamen non sufficit, ut ei possit concedi mandatum de ma-
60. nutenendo, si probetur alium esse in quasi possessione conferendi eadem Beneficia, ut resolvit Rota *decis. 423. num. 3. par. 1. recentior.* & post eam Diana *d. tract. 2. resol. 97. num. 27.*

61. Adverte tertiò: Quod facultas cōferendi hujusmodi Beneficia intelligitur secundū qualitates Beneficiorū, quia si Beneficia sint liberę collationis, liberè poterūt conferre, si verò sint subjecta Juripatronatus, & Jurispræsentandi, habebunt tantum institutionem, seu confirmationē, *c. Decernimus, c. Piæ mentis 18. quæst. 7.* Gloss. *in c. Quanquam de elect. in 6. & in c. Querelam*
62. *eod. tit.* Grillenzon. *d. cons. 63. n. 7. & 8. qui nu. 9. subjungit*, quod si Patroni discordent in præsentando, Cardinales sicut Episcopi provident Ecclesiis *c. Si verò, c. In quibusdam de Jurepatronatus.*

63. E contrario poterunt Beneficiatos destituere, hoc est deponere, ut ex *Mandos. Gomez. & Paris.* tenet *Barbos. d. c. 4. num. 36. vers. Et destituendi*, Grillenzon. *d. cons. 63. num. 2.* Paris. *de resignat. Benefic. lib. 7. quæst. 10. num. 11. & quæst. 14. num. 5.* Imò in destituendo minor solemnitas requiritur, quàm in constituendo, Gonzalez *ad Reg. 8. Gloss. 7. nu. 12.* Barbos. *in cap. 1. de Capellis Monach. nu. 6.*

64. Quintò infertur ad Cardinales Titulares curam animarum Parochianorum suis Titulis subjectorum spectare; Sunt enim suæ oves, & de eis in districto Dei Judicio rationem reddituri sunt, ut benè loquitur Concilium Basilien. *sess. 23.* & asserit Gratian. *discept. 298. num. 76* Aversa *quæst. 16. de Ministro Sacramenti Pœnitentiæ sect. 7. pag. 789 vers. Atta-*
65. *men Cardinales.* Ubi quod Cardinales ratione Tituli suarum Ecclesiarum, in Urbe habent
66. curam, & regimen Animarum; suntque Superiores Parochis. Et propterea si sint Sacerdotes possunt audire Confessiones Subditorum, Aversa *loc. cit.*

Possunt interesse Matrimoniis, & aliis interessendi licentiam concedere, Azor. *d. lib. 4. cap. 3. num. 7.* Sanchez. *lib. 3. de Matrim. quæst. 28. n. 7.* Basil. Ponce *eod. tract. lib. 5. cap. 10.* Guttierez. *eod. tract. cap. 66. nu. 9.* Boss. *eod. tract. cap. 4. §. 23. num. 61.*

67. Et denique omnia, quæ ad Parochum spectent poterunt per se, vel per Vicarium exercere, Gratian. *d. disc. 298. n. 77.* Cotton. *loc. cit. n. 55.*

68. Sextò infertur posse Cardinales in præfatis Ecclesiis uti insignibus Pontificalibus, & solemnem benedictionem impartiri more Episcoporum, licèt Episcopi non sint, Hostien. & Jo. Andr. *in cap. 1. de supplen. neglig. Prælat.* Felin. *in c. Inter Monasterium n. 2. de re Judic.* Moneta *de conservat. c. 5. numer. 34.* Barbos. *d. cap. 4. nu. 35.* Cotton. *loc. citat. vers. Uti insignibus*, Fagnan. *in d. c. ne pro Dilatione numer. 42.* ubi allegat Extravagantem Clementis VII. quæ incipit Sanctissimus in Christo Pater. Bottiglier. *loc. cit. numer. 8. vers. Imò possunt.*

Sed quia Doctores in hoc numero allegati loquuntur de Presbyteris Cardinalibus; Meritò dubitari potest, An hujusmodi benedicendi solemniter privilegium competat Cardinali Diacono in sua Diaconia.

Et quod non competat suaderi potest ex eo, quod inter officia, quæ Diaconis assignata sunt, non connumeratur solemnis benedictio; Si enim ad Ecclesiam Apostolorum aspiciamus, munus eorum erat, oblationes colligere, etiam opes Ecclesiæ administrare, ut colligi-

tur, ex *Actib. Apostolor. cap. 6. ex Sermone S. Leonis Papæ de S. Laurentio*. Sequentibus verò temporibus Officium eorum fuit Sacerdoti Sacrificanti assistere, ac ministrare Populo, Eucharistiam distribuere, Evangelium legere, Baptizare, Prædicare, publicos Pœnitentes reconciliare, de quibus latè Cardin. Bellarmin. *lib. 1. de Cleric. cap. 13. vers. sextus Ordo Diaccnorum, usque ad finem* Marchin. *de Sacram. Ordin. tract. 2. p. 7. de Diaconatu cap. 3. per. tot.* Fermosin. *ad Rubr. de Offic. Archid. quæst. 1. à n. 6.*

Hodie verò nonnulla ex iis abrogata sunt; Nam à Concilio Nicæno registr. *in c. Provenit, 1. distinct. 93.* Potestas distribuendi sacram Eucharistiam sublata est Diaconis.

Similiter sublato usu, & potestate à fidelibus communicandi sub utraque specie, & facultas dispensandi Populo Sanguinem Christi à Diaconis sublata est. Quamvis aliquis usus ejus in Pontificio Sacello, persistat; quia dum Pontifex solemniter celebrat post datam Pacem, ad Sedem suam pergit, & tunc Diaconus post sumptionem corporis, consecratum Calicem, ei propinandum porrigit.

Pariter, & si Diaconi in Ecclesiæ Primordiis ob Sacerdotum inopiam, & credentium copiam, solemniter sæpè baptizare solebant, nunc autem ob sacerdotum numerum usus iste in Ecclesia Dei sublatus fuit, In tantum quod si hodie Diaconus solemniter baptizaret, Irregularitatem non effugeret. Navar. *de Cleric. ordinat. ministran. lib. 5. conf. 1. & 2.* Henriquez. *de Sacram. Baptismi lib. 2. cap. 29. num. 1.* Ugolin. *de Offic. Episc. cap. 15. §. 6. n. 6.* & alii quos refert Marchin. *loc. cit. n. 15. Quamvis ille n. 16. dicat*, tunc effici irregularem si baptizet solemniter sine jussu sacerdotis, secus si ex sacerdotis delegatione, opinionem tamen Navarri, & aliorum tenet Fermosin. *loc. cit. n. 16.*

Sublata est etiam à Diaconis potestas præessendi opibus Ecclesiæ, & Eleemosynis fidelium, easque à fidelibus colligendi, & collectas inter Pauperes distribuendi, quia cum tanto officio intumescerent adversus Presbyteros, & iniquè insolescerent, & ob id reprehensi à S. Cypriano *lib. 3. Epist. 9. à S. Hjeronymo Epist. 85. ad Evagrium, & à S. Bernardo lib. 4. de Consid. ad Eugenium, & prius à D. Augustino qu. 101. in lib. quæst. utriusque testamenti.* Ideo sublata fuit illis hæc Potestas Marchin. *loc. cit. n. 26.* Bimius *ad vitam Anastasii I. vers. Constituit.* Cùm ergo inter officia, & munia Diaconorum non legatur potestas benedicendi solemniter, non est, cur ea Cardinalibus Diaconis concedatur.

Secundò, quia potestas benedicendi solemniter competit ratione Ordinis, ut vult Gloss. *in c. Ecce in verb. Benedicere 95 distinct.* Archid. *in c. Denique 21. distinct.* & ibidem etiam *Turrecremata*. Et quidem Ordinis sacerdotalis, ut notat Isaac Habertus *in Pontificali Græcor. ad part. 11. Liturgiæ Ordinum in dissert. de Ritu benedicendi c. 6. in fin.*

Et propterea *in cap. 28. lib. 8. Constit. Apostol.* dicitur Diaconus non benedicit, neque benedictionem dat, accipit verò ab Episcopo, & Presbytero, quem locum interpretatur Gretserus *de Benedictione lib. 1. c. 7.*

Tertiò, quia quicquid sit de benedictione, quæ datur à Sacerdotibus in fine Missæ, quam privatam appellat ex nostris Præposit. *in c. Ecce 95. distinct.* & minorem *Collector Apostolicarum Constitution. lib. 3. cap. 10.*

Certè quod attinet ad solemnem benedictionem, quæ datur incipiendo ab illis verbis: Sit nomen Domini benedictum, &c. solus Episcopus illam dat, non Sacerdos, neque Diaconus, Gloss. *in d. c. Ecce verbo Benedicere i! secondo*, & ibi Præposit. *vers. Alia est benedictio non privata, sed solemnis*, cui videtur favere Concilium Agathen. celebratum *anno 506. can. 30.* Ibi: Benedictionem in Ecclesia super plebem fundere Presbytero penitus non licebit; Solemnem scilicèt Benedictionem interpretatur Isaach Habertus *loc. cit. pag. mihi 298.*

Et quod solis Episcopis competat jus benedicendi solemniter, non autem Sacerdotibus, vel Diaconis, tenet. Glos. *in c. Abbates, verb. si Abbas, de Privileg. in 6.* Silvester. *in sum. verb. Benedictio in princ.* & alii Summistæ *in d. verb.* DD. *in d. c. Abbates.* Ugolin. *de offic. Episcop. cap. 32. §. 2.* Barbos. *eod. tract. alleg. 72. numer. 63. & 66.* Ferdinand. Pacz *in repet. c. Missas de consec. distinct. 1. numer. 124. vers. Dicitur autem solemnis benedictio*, Sanchez. *cons. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 17. n. 10.* Quartus *de Benedict. Eccles. titul. 1. dub. 5. vers. Dico quarto.*

Quocircà si Sacerdos, & Diaconus solemniter benedicerent cum illis verbis, Sit nomen Domini benidictum, &c. Irregularitatem non effugerent, *ut ex c. Ministrare, juncta* Gloss. *26. qu. 6.* notat Majol. *de Irregul. lib. 4. cap. 13. num. 4.*

Quartò, quia sic usus invaluit in Urbe, ut Cardinales Diaconi, dum assistunt Missæ decantatæ in suis Diaconiis, non fundant solemnem benedictionem, ut testati sunt mihi Magistri Cæremoniarum.

Cœterum his non obstantibus, intrepidè sentio, Cardinales Diaconos habere potestatem solemniter benedicendi Populum in suis Diaconiis, non quidem Jure proprio, sed ex Apostolico Privilegio. Cùm enim Cardinales Diaconi in suis Diaconiis habeant Jura Episcopalia, vel quasi, ut latè firmavi supra *n. 41.* Non est dubitandum, quin stante hujusmodi Privilegio possint solemniter benedicere, ut ultra allegatos tenet Fagnan. *in cap. Ne pro dilatione de Pœniten. & Remiss. num. 42.* ubi nulla facta distinctione inter Presbyteros, & Diaconos ait, quod, cùm Cardinales in Ec-

clesiis suorum Titulorum habeant facultatem corrigendi, Censuras Ecclesiasticas fulminandi, & cœtera faciendi, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis, conferunt Minores Ordines, utuntur Episcopalibus insigniis, & benedicunt solemniter, licèt non habeant Consecrationem aliquam, sed nudos Ordines sacros Jacobat. *de Concil. lib.* 10. *num.* 204. *vers. Item aliud Privilegium*, dicit, quod Cardinalis etiamsi non sit Episcopus potest facere solemnem benedictionem.

Idem voluit P. Diana *par.* 5. *tract.* 6. *resol.* 12. Ibi, possunt Pontificiis insignibus uti, & Benedictionis solemnem Ritum more Episcoporum exercere; etiamsi Episcopi non sint Azorius *instit. moral. par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 2. *in fin.* Ibi; & benedicendi solemnem ritum more Episcoporum, Fragos. *de Regim. Reip. par.* 2. *lib.* 6. *disp.* 15. §. 2. *nu.* 2. *vers. Praterea*, ubi dicit quod possunt solemniter benedicere instar Episcoporum, quamvis Episcopi non sint Sebastian. Cœsar. *de Ecclesiast. Hjerarch. par.* 1. *disp.* 2. *de Cardinal.* §. 5. *n.* 8. ubi ait, possunt etiam non Episcopi solemniter benedicere; Plures alii possent adduci ex allegatis *num.* 41. Sed in puncto, quod Cardinales Diaconi solemnem benedictionem largiri possint tenet S. Antonin. *in summa* 3. *par.* 2. *tit.* 14. *cap.* 16. §. 9. *vers. de Presbytero*, & post eum Hjeronymus Manfredus *de Card. tit. de S. Collegio dec.* 88. ubi habet hæc verba.

Cardinalis non Episcopus solemnem benedictionem largiri potest, quia Præsbyter Cardinalis, vel Diaconus, etiamsi nullum Sacerdotis Ordinem reciperet, tamen solemniter benedicit, ut notant Canonistæ *in cap. licèt de Elect. & in cap. In nomine Domini* 23. *distinct.* cum aliis ibi per eum allegatis, & Manfredū sequitur Cohelius *de notitia Cardinal. cap.* 7. *de Cardin. Diaconis. vers. interim nosse ne pigeat ibi, & Cardinalem Diaconum.*

Ratio autem potissima est, quia qui jura Episcopalia, vel quasi Episcopalia habet, solemnem benedictionem impartiri potest, ut constat *ex c. Abbates de privileg. in* 6. ubi canonistæ Rodriquez *quæst. regul. quæst.* 18. *art.* 1. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 20. *quæst.* 7. Tambur. *de jure Abbat. tom.* 2. *disp.* 21. *quæst.* 7. cum aliis per Barbos. *ad d. c. Abbates nu.* 3. *& de potest. Episc. alleg.* 3. *n.* 3.

Qui textus licèt loquatur de Abbatibus, habet tamen locum in aliis Prælatis etiam inferioribus habentibus jura Episcopalia ex privilegio, ut notat Gloss. *in d. c. Abbates in verb. Abbates*, & ibi Archidiac. *vers. eis Abbatibus*, ubi dicit, quod non est vis, quod textus loquatur de Abbatibus nam idem dicendum est de his, qui super hoc privilegiati sunt, sicut sunt plures inferiores, quia eadem est ratio, Anchar. *ibid. num.* 1. ubi dicit, quod *Glos.* intelligit de Præpositis, & aliis inferioribus Prælatis, Præposit. *in c. Licèt* 95. *distinct.* ubi dicit, quod licèt benedictio solemnis in forma sit nomen Domini benedictum &c. non possit dari nisi ab Episcopo, nihilominus potest dari ab inferiore Episcopo, si habeat ex privilegio, Pac. Jordan. *to.* 1. *lib.* 5. *tit.* 15. *nu.* 18. & de Archipresbytero Carpi dicit Ciarlin. *controvers. forens. cap.* 67. *num.* 13. *&* 14. Et si hoc privilegium competit inferiori Prælato ab Abbate habenti jura Episcopalia, vel quasi, multò magis competere debet Cardinali Diacono, qui major est Episcopo.

Non obstant modo in contrarium adducta:

Non primum, quod inter officia, & ministeria Diaconatus non connumeretur facultas benedicendi solemniter. Quia cum Cardinalis Diaconus non habet istud jus benedicendi ex natura, & officio ipsius Diaconatus, sed ex privilegio, mirum non est, si inter ejus ordinaria ministeria, & officia non connumeretur; quemadmodum dicimus de Sacerdote inter cujus ministeria, & officia non connumeratur ministratio Chrismatis, quæ ad solum Episcopum jure ordinario spectat, ut statuit Concilium Florentinum sub Eugenio IV. & Tridentinum in canone 3. de Sacramento Confirmationis, & tamen ex privilegio Summi Pontificis potest Chrisma ministrare, ut de magis communi tenent innumeri relati à Barbos. *ibid. d. can.* 3. *de Sacram Confirmat.* quibus addo Basilium Pontium *de confirmat. par.* 4. *cap.* 3. *per totum*, Verricell. *de Apostol. mission. tit.* 7. *quæst.* 129. *numer.* 2. ubi infinitos novissimè Fermosin. qui, & multos allegat *de Offic. & Sacris Eccles. to.* 2. *de Sacram. Confirmat. quæst.* 7. *num.* 22.

Non obstat secundum, quod scilicet facultas benedicendi solemniter competat ratione Ordinis Episcopalis, vel Sacerdotalis, quia imò hæc facultas ab Ordine non dependet, sed à jurisdictione, ut notat egregiè Prepofit. *in c. Ecce* 95. *distinct.* ubi dicit, quod talis benedictio solemnis non est Ordinis, sed jurisdict. Episcopalis, & reddit rationem, quia si esset Ordinis Episcopalis non concederetur inferiori, & per eandem rationem idem tenet Villadiego de Legato *q.* 6. *n.* 8. Gratian. *post Abbatem, & Cardinalem discept.* 467. *num.* 66. Ciarlinus *d. c.* 67. *n.* 13. Fagnan. *in c. Ne pro dilatione n.* 42. *de Pænitent. & Remission.* Sed quamvis esset Ordinis, ejus tamen exercitium est jurisdictionis, ut notat Præposit. *in cap. deniquè* 21. *distinct.* & non est taliter annexa Ordini Episcopali, ut non possit inferiori Episcopo concedi, ut constat *ex c.* Abbates *de privileg. in* 6.

Præterea aliqua benedictio etiam solemnis in Ecclesia non denegatur Ordini Diaconali, cum benedictio Cerei Paschalis publicè Diacono concedatur, ut notat Gavant. *in Rubr. Missal. par.* 4. *tit.* 10. *sect.* 7. *&* post eum Hal-

lier.

lier. *de Ordinibus Hjerarchicis lib. 3. sect. 2. cap. 2. art. 3. §. 3. vers. Primum*, saltem de mandato Sacerdotis, ipsoque præsente, ut not. Andreas de Saussay *in Panoplia sacerdotali par. 2. lib. 2. de munere benedicendi art. 9. in fine*.

Conceditur etiam ei, quod est commune Episcopo, & Sacerdoti, ut in recitatione Horarum Canonicarum dicat verba ista: *Dominus vobiscum*, quæ salutationis populi, & benedictionis rationem obtinent, ut notant idem Hallier. *loc. cit.* & ratio esse potest quia; ut inquit D. Thomas *3. par. quæst. 82. art. 3. Ad primum*: Diaconus tamquam propinquus Ordini Sacerdotali participat aliquid de ejus officio, & D. Thomam sequitur Aversa *quæst. 10. de Ministro Eucharistiæ sect. 3. vers. 4.* & Card. de Lugo *de Sacram Eucharistiæ disp. 18. n. 7.*

Ad locum Constitutionum Apostolicarum respondet Hallier. *loc. cit.* ut debeat intelligi, quod Diaconus non benedicat propria auctoritate, sed ministeriali accepta ab Episcopo, vel Presbytero; Nam sicuti Diaconi ab aliis consecrata ministrare possunt, ita, & benedictionem Episcopi, vel Sacerdotis nunciare, & tamquam Ministri superiorum Ordinum proferre possunt, ita Hallier. *loc. cit. vers. Quia vero Diaconi*.

Ex his tollitur tertium objectum, quod facultas benedicendi solemniter sit soliusOrdinis Episcopalis, quia non solùm privilegio, sed consuetudine etiam ab inferioribus acquiri potest, ut notat Isaach Habertus *in Pontifical. Eccles. Græcæ ad part. 11. Liturgiæ Ordinis, de Ritu Benedictionis*, ubi habet, quod in Ecclesia Parisiensi Presbyteri etiam Parochiales solemni benedictione post Missarum celebrationem iisdem omninò verbis, quibus Episcopus, triplicique consignatione populo benedicunt, ubi subdit; quod in Ecclesia Græca nullum discrimen est inter benedictionem solemnem, quam dat Episcopus, & illam, quam dat Sacerdos; Nam in Liturgia sanctorum Basilii, & Chrysostomi, Presbyter iisdem verbis populo benedicit, quibus Episcopus.

Non obstant, quod sic usus in Urbe invaluerit, quia hoc eveniri potuerit, eò quia non consideratum fuerit privilegium à summis Pontificibus concessum Cardinalibus Diaconis, qui tamen usus non per hoc potest illud auferre; sicuti videmus, quod Cardinalibus Diaconis conceditur à Jure privilegium deferendi compages, hoc est sandalia, & mappulas, ut notant Canonistæ *in c. Nonnulli §. Compages, & in c. Illud 93. distinct.* & præsertim Præpositus, & Turrecremata, Joannes Dartis *distinct. 96. Decret.* Gratiani *pag. mihi 170. 2. colum. vers. Excipitur secundo Cardinalis Diaconus*.

Quæ Sandalia omnino restitui debent, ut tàm in ministrando Summo Pontifici, quàm in funere uti possint, quià illis competunt ratione Dignitatis amplissimæ Cardinalatus. De quibus latè idem Saussay in Panoplia Episcopali *lib. 7. cap. 9.* atque juxta hanc opinionem post hæc scripta Ita determinavit S. Congregatio Rituum, quod scilicèt etiam Cardinalibus Diaconis competunt hujusmodi præeminentiæ, illa præsertim dandi benedictionem, atque ita servatur.

69. Septimò infertur posse Cardinales in dictis Ecclesiis, suis Subditis, & familiaribus primam Tonsuram, & minores Ordines conferre, Hostien. & Jo. Andr. *in d. cap. 1. de supplen. neglig. Prælat.* Idem Jo. Andr. *in c. Cum contingat de Ætat. & Qualit. & in d. c. Ne pro dilatione numer. 42.* Maja *observat. 12. n. 40.* post Majol. *de irregul. lib. 4. cap. 20. num. 3.* Lezana *in summa. verb. Cardinalis n. 5.* Bottiglier. *loc. cit. vers. Imo*, Jacobat. *de Concil. lib. 1. art. 12. vers. Item Cardinales*, Lauden. *de Cardin. quæst. 20.* Rota *dec. 751. numero decimo par. 1. divers.* multos alios refert Barbos. *dicto capitulo quarto, num. 40.* ubi reprobat Azorium, & Germon. de hujusmodi facultate dubitantes, Fagnan. *d. c. His quæ n. 25. & in c. Cum contingat de Ætat. & Qualit.* Monet. *de Conservat. d. c. 5. nu. 35.* Dummodo tamen sint Sacerdotes, aliàs secus per ea, quæ not. *in c. Quoniam. 69. distinct.* Fagnan *d. c. His quæ n. 35. in fin.*

Et quamvis Sanchez *tom. 3. consil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 19. n. 21.* dicat Concilium Tridentinum *cap. 10. sess. 23. de reform.* sustulisse hujusmodi Privilegium Cardinalibus, quia illud habent ex consuetudine, ut ait idem Sanchez *ibid. num. 4.* Marchin. *de Sacram. par. 2. de legitimo Ordin. Ministro cap. 10. n. 1.* Consuetudinem verò etiam immemorabilem fuisse super hoc à Concilio sublatam,

70. Ejus tamen opinio non est amplectenda, quia nec Concilium *d. c. 10.* loquitur de Cardinalibus, sed de Abbatibus; & quatenus comprehenderet Cardinales præservat facultatem conferendi primam Tonsuram, & Ordines minores suis Subditis. Hinc est quod DD. qui post Concilium scripserunt, quos longa serie enumerat Diana *d. par. 5. tract. 2. resol. 5. vers. Notandum est*, de hujusmodi Privilegio mentionem faciunt, de revocatione verò nullum verbum; Et in puncto hoc Privilegium Cardinalibus Titularibus non esse revocatum à Concilio, tenet Bonacin. *de suspens. in particulari disc. 3. quæst. 1. punct. 11. nu. 4. in fin.* novissimè Fermosin. *ad Rubr. & Tit. de Tempor. Ordinat. quæst. 5. nu. 19. & 20.* ubi plures allegat Lezana *loc. cit. num. 4.* ubi dicit contraria consuetudine hoc esse introductum, quæ dat potestatem, vel arguit illam habere à Papa. Bottiglier *loc. cit.* qui plures Doctores allegat, & dicit: In Cardinalibus Presbyteris contrarium procedere.

Rursus quæstionem hanc, an scilicet Cardinalis in Ecclesia sui Tituli possint conferre pri-

primam Tonsuram, & Ordines minores suis
Subditis, examinat Diana *in par.* 8. *tract.* 1.
71. *resol.* 33. adversus Adrian. *in* 4. *de Sacram.
confirmat. art.* 3. §. 2. *in princ.* & concludit ad
favorem Cardinalium, quem sequitur Fermosin *loc. cit. quæst.* 4. *nu.* 5. ubi & respondet
ad contraria.
72. Octavò infertur, posse Cardinales cum
suorum Titulorum Subditis dispensare in
omnibus casibus, in quibus possunt Episcopi
dispensare de Jure, ut vult Didacus Antonius
Frances *in Pastorali interno tract.* 3. *quæst.* 2.
num. 11. *vers. At supradicta resolutio.*
73. Et licèt Sanchez *in Summa lib.* 4. *cap.* 38.
n. 2. & ante eum Suarez *de Relig. to.* 2. *lib.* 6. *c.* 10.
num. 10. dicant Cardinales in suis Titulis non
posse dispensare in voto, eorum tamen opinio
minimè vera est, quia illis in locis negant, vel
saltem dubitant de jurisdictione Episcopali,
seu quasi, Cardinalium in dictis Titulis, quam
tamen alibi fatentur; nempè Sanchez *lib.* 3. *de
Matrim. disp.* 28. *n.* 7. & Saurez *de Legibus
lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 4. Vel intelligenda est, ut
non possint dispensare in his, quæ conceduntur Episcopo contemplatione propriæ Diœcesis, secus tamen in his, quæ possunt Episcopi
in vim Jurisdictionis Episcopalis, ut benè distinguit Monet *de Commut. d. c.* 5. *n.* 452. *&*
453. & post eum Diana *d. tract.* 2. *resol.* 58.
Diacus Frances *loc. cit. num.* 13. Et posse relaxare juramenta dicit Morell. *disp.* 1. *de Voluntat. & Involuntat.* 5. *difficult. nu.* 526. *vers.
Quarto infertur*, licèt. Billot. *de Absolut. à Juramen. lib.* 1. *c.* 7. asserat, quod ex communi
observantia in Romana Curia non dispensant,
quia à Præsentia majoris Prælati nempe Summi Pontificis, & majoris Pœnitentiarii impediuntur; Sed hæc ratio nihil valet, quia de honestate Cardinales cessant à dispensatione &
relaxatione Juramenti, non autē ex necessitate.
74. Hinc deducitur non posse Cardinales in
Ecclesiis suorum Titulorum uti facultate concessa Episcopis à Concilio Tridentino *sess.* 24.
cap. 6. *de reform.* dispensandi in irregularitatibus occultis, præterquam homicidii voluntarii. Licèt enim Henriquez *in Summa lib.* 6.
cap. 26. §. 1. & alii plures, quos citat Barbos.
75. *ad d. c.* 6. *versic. Contra*, teneant, illam facultatem competere etiam Prælatis habentibus
jurisdictionem quasi Episcopalem; Contrarium tamen putant verius. Arag. 2. 2. *quæst.* 88.
art. 21. & alii citati ab eodem Barbos. *adducto
loco n.* 7. & ita fuisse decisum à Sacra Congregatione Concilii refert Garzias *de benef. par.* 7.
cap. 11. *numer.* 13. *&* 17. & eam declarationem refert, Armendariz *ad leges Navarr. lib.* 1.
tit. 18. *l.* 7. *de Irregul. num.* 10. Fagn. *in d. c.
His quæ n.* 16. ubi ait, quod Gregorius XIII.
dixit, se nolle, ut ea, quæ concessa sunt Episcopis à Concilio Tridentino, competant Cardinalibus in suis Titulis, & latius *in d. c. Ne*
pro dilatione numer. 42. ubi refert, sic declaratum fuisse à Sacra Congregatione Concilii,
quam declarationem Gregorius XIII. approbavit *& in c. Dilectus n.* 27. *de Tempor. Ordinat.*
ubi quod in reliquis salva manet jurisdictio
Cardinalium in suis Titulis.
Et ratio esse potest, quia cùm hæc facultas sit jure speciali, & exorbitante à communi
concessa Episcopis, intelligi debet de verè
Episcopis, & non de aliis, qui non sunt Episcopi; Fagnan. *in d. c. His quæ, numer.* 16. *& in
d. c. Ne pro Dilatione nu.* 45. & in terminis,
Cardinales non posse uti hac facultate in suis
Titulis, tenet Didacus Frances in Pastorali
interno *loc. cit. num.* 13. Tolet. *in summa lib.* 1.
cap. 89. *n.* 5. Baldell. *de fide, & infidelit. lib.* 1.
disp. 48. *numer.* 24. Monet. *de commut. d. c.* 5.
num. 453. quamvis dicat contrariam opinionem in favorem Cardinalium defendi posse,
76. quod, etiam tenet Diana *dict. tractat.* 2.
resol. 59. *vers. Verum liceat mihi.* Quæ opinio non est certè improbabilis, cùm hæc facultas concessa sit Episcopis contemplatione Diœcesis, ut volunt Sanchez, & Henriquez ab eodem Diana citati. At ut supra diximus Ecclesiæ Cardinalium Romæ sunt veluti eorum
Diœceses: ergo non videtur deneganda Cardinalibus in suis Titulis hujusmodi facultas.
77. Nonò infertur posse Cardinales in Ecclesiis
prædictis Indulgentias centum dierum concedere, cùm id habeant à consuetudine, etiam
quod non sint Episcopi. Navarr. *de Jubilæo
not.* 21. Duvallius *de Indulgent. par.* 2. *quæst.
unic. art.* 9. Cotton. *d. controv.* 8. *cap.* 3. *n.* 55.
Lavor. *de Indulgent. par.* 2. *cap.* 11. *n.* 15.
78. Decimò infertur, seclusa Summi Pontificis
prohibitione, seu reservatione posse Cardinales in prædictis Ecclesiis ultimas commutare
79. voluntates, Monet. *d. c.* 5. *n.* 440. Diana *d.
tract.* 2. *resolut.* 57. Cotton. *loc. cit.* & derogare fideicommissis ad eam Ecclesiam spectantibus, Monet. *d. tract. cap.* 9. *conclus.* 22. *n.* 634.
Diana *loc. cit. resol.* 61. Cotton. *loc. cit. num.* 65.
vers. Derogare, Lezana *in summa tom.* 3. *verb.
Cardinalis nu.* 8. *in fin.*
80. Multo magis posse disponere de Legatis
relictis Ecclesiæ sui Tituli, quia tam vigore
Bullæ Sixti V., quàm Diplomatum Titularium
concessa est illis cura, & regimen bonorum
tàm spiritualium, quàm temporalium dicti Ti-
81. tuli, quorum appellatione veniunt prædicta
Legata, Pasqualig. *in Selectis quæstion. moral.
juridicis quæst.* 127. *numer.* 10. qui tamen malè distinguit inter Titulos antiquos, & noviter erectos à Sixto V. Nam in antiquis dicit curam, & administrationem Legatorum spe-
82. ctare ad Titularem, in novis verò, ad eos,
ad quos ante erectionem, cura, & administratio dictorum Legatorum spectabat, ex quo
erectio novorum Titulorum facta fuit cum
clausula sine alicujus præjudicio; Quia non
be-

benè advertit, Vir alioqui doctus, & clausulam illam intelligi de præjudicio non expresso

83. Oldrad. *cons.* 330. Paris. *cons.* 70. *nu.* 12. *lib.* 1. Rot. *dec.* 192. *par.* 1. *rec.* & meliùs ad propositum *dec.* 720. *n.* 6. *par.* 3. *rec.* Ideo cum Cura, & regimen rerum spiritualium, & temporalium Titulorum noviter erectorum fuerit demandata Cardinalibus Titularibus, illa clausula sine præjudicio, non præservat hoc præjudicium expressum; non enim cura, & regimen dictarum rerum potest esse penès Cardinales, si remanere debet penès alium; Debet ergo verificari in casu non expresso, verbi gratia, si in dicta Ecclesia essent Capellæ de jure patronatus, quarum Patronis non censetur factum præjudicium, ut benè Grillez. *dict. cons.* 63. *per tot.*

84. Undecimò infertur, Cardinales à subditis suorum Titulorum posse exigere charitativum subsidium, Remig. Gondii *de charit. subsid. quæst.* 21. Diana, *qui alios refert. d. tract.* 2. *resol.* 55. Cotton. *loc. cit.* Lezana *loc. cit.* Ventriglia *in prax. lib.* 2. *annot.* 25. §. 1. *num.* 20. Cassaneus *loc. cit. pag.* 136. *vers. Item etiam dic. quod Cardinales.*

85. Duodecimò infertur, posse Cardinalem Titularem Ecclesiæ Collegiatæ saltem unum Canonicum ad sui servitium, sive obsequium tenere, ut puta pro Capellano, Secretario &c.

86. ut consuluit Navarr. *cons.* 2. *de Cleric. non resident. per totum*, quem sequitur Lother. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 27. *numer.* 184. qui extendit etiam ad duos Canonicos; Qui Canonicus lucrabitur fructus suæ prebendæ, non autem distributiones quotidianas, ut consuluit idem Navarr. *d. cons.* 2.

87. Hæc omnia cùm possint Cardinales exercere per se ipsos, poterunt etiam exercere per eorum Vicarios; Nam certum est posse in eorum Titulis Vicarium deputare, ut colligitur *ex d. constit. Leonis X. in ordine* 7. *in* 1. *to. Bullar. novi*, quod dixit Abbas *in d. c. His quæ n.* 1. Bursat. *cons.* 107. *n.* 7. *vol.* 1. Fuscus *de Visitat. cap.* 2. *nu.* 5. *lib.* 1. Sbrozz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 3. *nu.* 23. Barbos. *d. cap.* 4. *n.* 39. Novissimè Carolus Pellegrinus in praxi Vicariorum *par.* 1. *sect.* 1. *subsect.* 1. *num.* 8. *vers. quarto loco.*

An autem in Titulis Regularium possint deputare in Vicarium unum ex prædictis Regularibus, videbimus infra.

88. Et cùm jurisdictio, quam habent Cardinales in prædictis Ecclesiis suorum Titulorum sit Ordinaria, ut notat Innocent. *in c. Dilectus, in verb. de jure communi de Capellis Monach.* Zabarell. *in Clement. Ne Romani*, § *Irritum quæst.* 3. *de elect.* Felin. *d. c. His quæ*, *in princ.* Rota *dec.* 28. *n.* 20. *par.* 6. *recen.* Fragos. *de Regim. Reip. to.* 1. *quæst.* 5. *disput.* 13. *nu.* 67. Et in jure fundata latè est interpretanda, ad tradita per Cassador. *dec.* 8. *nu.* 6. *de præben.* Caputaqu. *dec.* 88. *nu.* 6. *par.* 2. in terminis Monoa *d. c.* 5. *n.* 442. Et propterea non expirare Sede vacante dixit Cardinalis *in Clement. Ne Romani*, § *Irritum*, *quæst.* 3. *de Elect.* Fagnan. *in c. cum olim.*, *n.* 68. *de majorit. & Obedien. qui subjungit n.* 84. Quam tamen (Jurisdictionem) non per se ipsos, dum manet in Conclavi, sed per suos Vicarios, & Ministros exercere possunt.

Non obstat, quod si hæc omnia de jure procedant; contrarium tamen de consuetudine servari, Hinc enim motivo plures adaptantur responsiones,

89. Et primò: Cùm Jurisdictio Cardinalis Titularis sit Jurisdictio Episcopalis, nulla consuetudo introduci potest, quæ præstet impedimentum exercitio prædictæ jurisdictionis, *c. Irrefragabili de offic. ordinarii*, *c. cum ex officii de præscript.* Caputaqu. *dec.* 306. *par.* 1. *nu.* 5. & 6. Posthius *de manutent. obs.* 44. *n.* 36.

90. Secundò, quod cùm asserta consuetudo sit contra utilitatem Ecclesiæ valere non debet, *c.* 1. *de consuet.* & ibi Gloss. & Abbas, Rota *decis.* 265. *numer.* 14. *par.* 1. *recent. tom.* 1.

91. Imò contra nervum Ecclesiasticæ disciplinæ tamquam irrationabilis est rejicienda, utpotè à Jure improbata, Rota *dicta dec.* 265. *n.* 23. Et præsertim cùm jurisdictio Cardinalis Titularis pendeat ferè ab Auctoritate visitandi Ecclesiam sui Tituli, & cùm jus visitandi sit publicum Auctoritate, & utilitate, nunquam præscribi potest, *c. Cum ex officii*, *de Præscript.* Fagnan. *in c. Venerabili n.* 23. *de Censib.* Nec consuetudo in hoc est toleranda *c. Nos Consuetudinem* 12. *distinct.* Innoc. *d. c. Venerabili n.* 6. Fagnan. *ibid. n.* 23. *in fin.*

92. Tertiò, cum plures ex actibus Jurisdictionalibus supra narratis sint facultativi, adversus eos consuetudo aliqua introduci non potest, Verall. *dec.* 306. *n.* 7. *par.* 1. Rota coram Penia *dec.* 734. *n.* 6.

Quartò, negatur adesse hujusmodi consuetudinem, quia in dies Cardinales in eorum Titulis exercent actus jurisdictionales; Nam, &

93. conferunt Beneficia vacantia, & solemnem benedictionem impertiuntur, ut notum est; Certum est autem exercitium unius actus jurisdictionalis conservare jurisdictionem in omnibus aliis actibus. DD. *in d. c. Dilectus de Capell. Monach.* & præsertim Innocen. *num.* 3. Jo. Andr. *nu.* 8. Butr. *num.* 15. Boich. *num.* 11. Felin. *in c. Auditis n.* 19. *in* 3. *declarat. de præscript.* Menoch. *de retinen. remed.* 3. *n.* 158. & pluries resolvit Rota, ut in decisionibus allegat. à Barbos. *d. c. Dilectus n.* 6. & rursus *dec.* 24. *n.* 35. *par.* 10. *rec.* ubi dicitur, quod pro conservatione universalis jurisdictionis sufficit Episcopo etiam minimum illius actum exercuisse, & ibi plures aliæ allegantur decisiones. Ad retinendum enim usum Privilegii sufficit illius usus, respectu alicujus rei, vel actu Se-

ra-

raphin *dec.* 1043.*n.*4. Adden. *ad dec.* 557. Gregorii XV. *nu.* 9. Pœnia *dec.*734. *nu.*12.& 13. & prius *dec.* 11. *num.* 8.

94. Hinc popterea cautè legendus est Mandosius *in Reg.* 7. *Cancel. quæst.* 2. *nu.* 7. qui cum ex Speculatore, & Alvarotto dixisset, Cardinales ratione suorum Titulorũ posse audire causas concernentes suam Ecclesiam Titularem, & Ecclesias suo Titulo subjectas, quod etiam voluit Manfred. de Card. *cap.* 9. *vers. Habent*
95. *enim,* ubi quod Cardinales io suis Titulis habent absolutam jurisdicendi potestatem Civilium contractuum, actionum, atque obligationum, jurium, possessionum suorum Titulorum, & cœterorum, quæ ab hujusmodi Ecclesiis pendent, sequuntur Paris. *de resignat. dicto lib.*7. *qu.*12. *num.*11. Barbos. *dicto cap.*4.*nu.*37. *d. c. His quæ num.* 7.

Subjungit, quod talis jurisdictio non est usu recepta, vel tempore succedente eveniat, quia si conservata fuit per exercitium aliorum jurisdictionalium, evanescere non potuit saltem de jure. Imò modernis temporibus hanc Cardinalium Jurisdictionem agnovisse Summum san. mem. Pontificem Urbanuum VIII. ex eo apparet. Cum in sua Constitutione moderatoria facultatum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Archipresbyterorum, ac Protectorum, & Titularium Ecclesiarum, ac Locorum Piorum Urbis, quæ Constitutio, ut in appendice novissima ad Bullarium Romanum Viterbii impressum anno 1659. est in ordine 158. limitando facultates Cardinalium Archipresbyterorum Sancti Joannis in Laterano, Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Majoris, ac Cardinalium Protectorum Monasteriorum, ac aliorum Locorum Piorum easdem limitationes voluit servari à Cardinalibus Titularibus, ex quo datur intelligi, non obstante prætensa consuetudine, Summum Pontificem agnovisse etiam his temporibus, Cardinales habere Jurisdictionem in causis Ecclesiarum suorum Titulorum, & illis subditorum.

96. Sed quatenus adesset consuetudo illa, sublata fuit non solùm per Constitutionem Sixti V. sed in specie per diplomata collationis Titulorum, in quibus habentur hæc verba.

Ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare, prout alii Presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore præfuerunt, regere, & gubernare potuerunt, sive etiam debuerunt. Ex quibus verbis clarè patet Summos Pontifices voluisse tollere ea omnia, quæ ex negligentia Antecessorum emanere potuerunt: Rota *dec.*240. *num.*4. *par.*4. *divers.* & *dec.*332.*n.*26. *part.*10. *rec.* ubi quod per novam concessionem omnia prædecentia reviviscunt, & in pristinum sta-
97. tum reducuntur, à quibusvis ante actis præjudiciis vindicata. Cui Constitutioni, & Diplomatibus annexum est Decretum irritans, quod tollit omnem præscriptionem, & consuetudinem, & omnem usum, vel contrarium usum, Gabr. *de clausul. conclus.*3. *n.* 40. Gonz. *ad Reg.* 8.*gloss.*67 *.n.*50. cũ aliis apud Barbos. *claus.*40. *n.*30.& 35.Rot.in pluribus *dec. relat.in dec.*20. *n.*24.*par.*9.& *dec.*337.*n.*22.*par.*10.*rec.* & alibi sæpè.

Nullum ergo fundamentum fieri potest in asserta consuetudine; Sed dicendum est omnia privilegia Cardinalium in Ecclesiis suorum Titulorum inconcussa, & illibata manere, quibus si ipsi non utantur, cum ferè omnia tendant ad Divinum reparandum, & augendum, & in utilitatem Ecclesiarum sint concessa, vereor ne strictam de omissis rationem Deo omnipotenti reddere teneantur.

Firmata sic Jurisdictione Eminentissimorum Dominorum Cardinalium suorum Titulorum. Videndum est, quam Jurisdictionem habent in Monachos, & alios Regulares degentes in Monasteriis dictis Titulis annexis, & inservientes eisdem Ecclesiis Titularibus.

Mandosius *in Reg.* 7. *Cancellariæ qu.*2. *n.* 10. *in fin.* dicit, advertendum esse, quod cum aliqui ex Titulis Cardinalium sint Monasteria, satis dubitabile videtur, decidere, quam potestatem in his Titulis, Monasteriis, & Monachis habeant, ut ipse dicebat Titularem S. Eusebii Ordinis Cœlestinorum, quorum ille erat Advocatus, non habere jurisdictinem su-
98. per Monachos S. Eusebii, & Religionis hujusmodi, aliàs essent plura capita, videlicet P. Abbas Generalis, & Cardinalis Titularis. quorũ uterque in solidũ, & principaliter haberet jurisdictionem, quod non est dicendum, Mandosii doctrinam referunt Azor. *dict. cap.* 3. *quæst.* 3. *vers. quæret aliquis,* Moneta *de commut. ult. volunt. dict.c.*5. *n.*443. Diana *d.tract.*2.*resolut.*60. novissimè eam sequitur Cotton. *controv. celebr. lib.*3.*de Cleric.controv.*8.*capit.*3.*n.*56. Lezana *in summa to.* 3. *verbo Cardinalis n.* 2. qui ait, non videre, quod in Ecclesiis Titularibus, quales sunt sanctorum Silvestri, & Martini io montibus, sancti Chrysogoni, & sanctæ Mariæ Transpontinæ Cardinales, exerceant aliquod jus, quod idem credit de aliis Mooasteriis.

99. Augetur difficultas *ex c. Dilectus de Cappellis Monach.* ibi, Cùm autem Monasterium Monialium fuerit, & generaliter in Urbe servetur, ut nullum Monasterium sit Titulo subjectum.

100. Ex quo textu infert Nicolius *lucubrat. utriusque juris tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 33. *pag.* 76. quod Cardinalis Titularis non habet auctoritatem super Regulares, licet habeant domicilium in Ecclesia sui Tituli.

101. Sed si hæc res metienda sit à jure communi, non incongruè dici potest, quod Monachi, & Regulares, qui morantur, & deserviunt Ecclesiis Titularibus Cardinalium, instar se habeant Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiate, ut tradunt DD. *in c. causam*

sam il primo de judiciis, & ibi Hostien. *n.* 1. Jo. Andr. *n.* 3. Abbas Antiquus *n.* 2. Bellam. *nu.* 1. Butr. *n.* 4. & 8. Decius *numer.* 38. Panormitan. *numer.* 8. Gratian. *discept.* 270. *num.* 19. Saravia *de adjunctis quæst.* 12. *numer.* 18. Michael. Frances *de Eccles. Cathedralibus capit.* 31. *numer.* 17.

Omnem jurisdictionem Cardinalis Titularis habebit in eos, exceptis iis, quæ Regularem observantiam concernunt, *cap.* 1. *Ne Sede va-*
102. *cante*, Gloss. *in c. Nullus, verb. Regularis, vers. ut Episcopus etiam sæcularis de elect. in 6.* & ibi Ancharan. *n.* 3. *vers. sed adverte*, Jo. Andr. *nu.* 3. *in gloss. ult.* Geminian. *nu.* 7. *vers. in gloss. fin.* & ita resolvit Rota *in Montis Regalis Jurisdictionis coram bon. mem. Coccino*, *quæ est decis.* 157. *in ejus impres. & decis.* 69. *par.* 1. *rec.* Barbos. *de Canonicis*, *& Dignitatibus cap.* 1. *n.* 12.
103. Quæ jurisdictio competit Cardinali privativè quoad Superiorem Religionis, & non cumulativè, Abbas, *in d. c. causam de judic. num.* 10. Francus *in d. c. Nullus num.* 3. *de elect. in 6.* Michael Frances *d. cap.* 31. *num.* 56. Lother. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 18. & plures resolvisse Rotam, dicit Gratian. *d. c.* 270. *num.* 11. præsertim *in Montis Regalis Jurisdictionis*, *quæ est decis.* 121. *par.* 1. *recent.* Valenzuel. *cons.* 43. *num.* 5. & 12. *vol.* 1. Barbos. *loc. cit. nu.* 27. *versic. unde provenit.*
104. Neque obstat auctoritas Mandosii *d. Reg.* 7. *quæst.* 2. *in fin.* quia ejus auctoritas non est tanti facienda, quanti eam æstimant scribentes in contrarium in suis allegationibus: Nam Rota *decis.* 43. *num.* 9. *par.* 1. *recent.* eum vocat Doctorem, qui nimium se involvit, nec considerat ea, quæ faciunt ad rem, sicuti in casu nostro non consideravit; Voluit enim nimium indulgere Monachis sancti Eusebii suis clientibus; Non enim ratio per eum adducta subsistit, cùm non sit monstrum, quod in una Ecclesia duo sint capita diversis tamen respectibus, ut consideravit Rota *in dictis decisionibus Montis Regalis Jurisdictionis* 69. & 121. *part.* 1. *recent.* & ex textu *in l. fin. ff. de jurisd. omnium Judic.* voluit Saravia *de adjunct. q.* 12. *num.* 29. & propterea illius opinio declaranda est, ut Cardinalis Titularis nullam habeat jurisdictionem in Monachos in iis, quæ respiciunt Regularem observantiam, secus tamen in aliis concernentibus servitium Ecclesiæ Titularis, ut voluit Azor. *d. lib.* 4. *cap.* 3. *vers. quæret aliquis in fine*, & Mandosium reprobat Cohell. *in notitia Cardinalatus cap. sexto privil.* 4. *littera A. vers. verum pace tanti viri*.

Neque obstat Textus *in cap. Dilectus de Cappellis Monach.* Quia huic textui plures applicantur responsiones.
105. Primò, ut non habeat locum in Cardin. Titulari, sicut non habet locum in Episcopo, ut notat Gloss. *in d. c. Dilectus in verbo Titulus*, sed tantummodo procedit in Titulo simplicis Plebani.

Secundò respondetur, Textum loqui de Monasteriis Monialium, ut apertè habetur, ibi.
106. Cum enim Monasterium Monialium fuerit; in quo jus instituendi non pertinet ad simplicem Plebanum, ut notat ibi Anchar. *nu.* 24. *vers. vel dic*, Anan. *nu.* 13. *vers. est speciale*, Abbas *nu.* 12. *vers. nec obstat*; sed melius omnium Butrius *nu.* 2.
107. Neque obstat verbum, *nullum*, quod est universale, & aptum comprehendere omne Monasterium tàm virorum, quàm Mulierum, quia hujusmodi dictio non est semper universalis negativa, ut patet ex Textu juncta Gloss. *in cap.* 1. *de cap. contrad. & in cap. Abbas, ibi, nullæ Ecclesiæ subiiciantur* 18. *quæst.* 2. & tradunt Abbas *in cap. fin. n.* 35. *de præscript.* Cened. *singul.* 76. *num.* 2. *relat.* per Barbos. *dict.* 229. *num.* 5. sufficit enim, quod illa dictio possit verificari in aliquo, ut sentit Abbas *loc. cit.*

Tertiò respondetur, illum Textum debere intelligi circa ea, quæ concernunt regularem observantiam, *argum. Text. in c. Nullam* 18.
108. *quæst.* 2. ubi etsi Summus Pontifex omnimodam jurisdictionem tribuat Abbati, non egreditur tamen ea, quæ respiciunt Regularem observantiam, ut tenet Valenzuela *cons.* 43. *à num.* 17. *usque ad* 30. Rota *decis.* 15. *nu.* 11. *par.* 1. *recentior.* Ulterius non obstat, quod ea, quæ dicta sunt de Regularibus inservientibus Ecclesiæ sæculari, non procedant nisi quando Ecclesiæ sunt Cathedrales, vel Collegiatæ; Nam limitatio à nullo Auctore legitur probata; Etenim ratio, quare subsunt Monachi Episcopo in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata est, quia Episcopus in dictis Ecclesiis est loco Abbatis, ut in illa Montis Regalis jurisdictionis *decis.* 157. *nu.* 1. coram Coccino; Quæ ratio militat in Cardinali Titulari, quia in Ecclesia sui Tituli est loco superioris Religiosorum ei inservientium.

Non enim est differentia inter Episcopum, & Cardinalem Titularem, sed sufficit, quod Religiosi sint Cardinali pleno Jure subjecti, ut notat Gloss. *in cap.* Volentes, *verb.* Nisi illi Monachi *de privil. in 6.* Campanil. *divers. Juris rubr.* 12. *cap.* 13. *nu.* 116.

Non enim Cathedralitas, vel Collegium faciunt, ut Monachi, qui inserviunt tamquam Canonici in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, distinguntur ab aliis qui inserviunt Ecclesiis inferioribus Ordinario subjectis, Trull. *de Canonic. Regul. lib.* 5. *c.* 2. relat. à Rodriquez *quæst. Regular. to.* 1. *q.* 1. *art.* 3. *vers.* Magnum autem.

Sed idem in omnibus Ecclesiis servari debet, cùm in materia jurisdictionis Episcopi, nulla detur differentia inter Canonicos Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & Religiosos inservientes aliis Ecclesiis, ut patet ex text. *in cap. Sanè de Regular.* Et ita notarunt in terminis Saravia *de Adiunct. q.* 12. *num.* 19.

Fran-

Frances *de Eccles. Cathedral. cap.* 31. *num.* 52. Et hæc secundum dispositionem Juris communis; sed quia in casu, de quo agitur, res definienda est juxta Constitutiones Apostolicas, indubitanter tenendum est, Cardinalem Titularem omnimodam Jurisdictionem habere in Monachos, sive Regulares, qui inserviunt Ecclesiis suorum Titulorum.

Nam omisso Privilegio Joannis Octavi, de quo meminit Baronius ad annum 882. quod refert etiam Cohel. *in not. Cardinalatus cap. 6. Privileg.* 14.

Clara sunt verba Constitutionis Sixti V. de qua supra; Nam postquam ille Summus Pontifex erexit, & præfinivit Ecclesias Titulares Cardinalium nullâ, ut dictum est, factâ distinctione inter Ecclesias Sæculares, & Regulares *in §. sic igitur*, ait.

109. Sic igitur ipsi Cardinales, quibus hujusmodi Ecclesiarum regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erunt, eas in spiritualibus, & temporalibus solicitè, fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac juxta Constitutionem piæ memoriæ Leonis Papæ X. Prædecessoris Nostri in Concilio Lateranensi novissimè celebrato editam, frequenter visitent, circa Cultum Divinum invigilent, mores, & vitam Cleri, & Populi ei subjecti diligenter explorent, eosque ad rectè, & honestè vivendum paterno moneant affectu, bonorum, ac temporalium redditum curam gerant.

110. Et non est dubium, quin appellatione Cleri veniant etiam Regulares, *cap. Cleros* 21. *distinct. cap. duo sunt genera* 12. *quæst.* 1. Paul. de Eleazar. *in Clement. t. de elect.* Abbas *in cap. de juramen. calumniæ in ult. notab.* Joan. Baptista Caccialupus inter consil. Zabarell. *cons.* 4. *num.* 20. Mar. Anton. *lib.* 1. *resol. fin. cas.* 50. *vers.* 1. Tambur. *de jure Abb. disp.* 25. *q.* 1. *num.* 225. & 226.

Sed clarissima sunt verba inserta in Diplomatibus Titulorum, in quibus habetur.

Tibi pro tuo Cardinalatus Titulo concedimus, & assignamus &c. Teque illi in Presbyterum Cardinalem præficimus, curam, & regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ Tibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè comittendo, Ita quod liceat Tibi, regiminis, & administrationis ejusdem Ecclesiæ, ac membrorum, jurium, & pertinentiarum hujusmodi possessionem. sive quasi, per Te, vel per alium, sive alios propria auctoritate liberè apprehendere, & de illorum fructibus, redditibus, & proventibus, & emolumentis universis disponere, & ordinare, ac eamdem Ecclesiam regere, & gubernare, prout alii Presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore præfuerunt de illis disponere, & ordinare, ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare potuerunt, seu etiam debueruut. Quo circa circumspectioni Tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus curam, & administrationem prædictas sic exercere studeas, solicitè, fideliter, & prudenter, quod dicta Ecclesia Gubernatori provido, & fructuoso Administratori gaudeat se commissam, Tuque valeas exindè apud Nos non immeritò commendari.

111. *Ac Superiori, ac Conventui dictæ Ecclesiæ, aliisque illius ratione Tibi subditis personis, ut Tibi pareant, & obediant alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in Rebelles ratam habebimus, & faciemus Auctore Domino usque ad condignam satisfactionem inviolabiliter observari.*

Ex quibus verbis apparet luce meridiana clarius, Cardinales non solum Ecclesiam Regularem Titular em; sed etiam in Conventum, & illius Superiorem, omnem auctoritatem habere,

112. cui enim commissum est regimen, merum, & mixtum imperium tributum esse censetur, argum. Text. *in l. unica in princ.* ibi.

Regimentis Reipublicæ in Imperatorem translatis, *ff. de Offic. Prætor.* Paul. de Castro *cons.* 187. *num.* 2. *vol.* 2. Borell. de Magistr. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 155. & 156.

113. Præsertim quia Summus Pontifex utitur verbo *Plenariè*, quod omnem Jurisdictionem, & in quoscumque comprehendit, Inocen. *in cap. Præterea, super verb. Plenariè de Offic. Delegat.* Paul. de Castro *dicto consil.* 187. *num.* 1. *vers. maximè.*

Et Superiorem, & Conventum subditos facit Cardinali Titulari, æquiparando eos aliis

114. subditis; Nam dictio, *Aliis*, relata ad personas facit illas ejusdem qualitatis, Roman. *consil.* 485. *nu.* 5. Barbat. *cons.* 33. *num.* 26. *vol.* 2. cum aliis per Barbos. *diction.* 26. *num.* 1. & 3.

115. Datque illi expressam facultatem in Conventum, & Superiorem, si ei non pareant, tamquam in Rebelles procedendi, eosque puniendi, quæ facultas ex Jurisdictione dimanat. DD. *in l. omnes Populi, ff. de justit. & jur. & in l.* 1. *ff. si quis, & jus dicenti non obtemperaverit.* & ibi Cagnol. *nu.* 46. Jas. *num.* 17. Decius *in cap. Quæ in Ecclesiarum num.* 12. *de constit.* Roland. *cons.* 99. *num.* 3. *vol.* 4.

Quæ tantò magis locum habere debent, cùm ex ista subjectione res reducatur ad terminos juris communis, secundum quod Mo-

116. nachi, & Regulares erant subjecti Episcopis, *cap. cum persona de privil. in* 6. &c. *cùm contingat*, & ibi DD. *de for. compet. c.* 1. 18. *quæst.* 2. cum aliis per Rotam *decis.* 15. *à num.* 2. *usque ad* 7. *par.* 1. *in rec.* Tambur. *de jur. Abbat. disput.* 16. *qu.* 2. *per totam.*

117. Et propterea hujusmodi Privilegium latè est interpretandum, Rota *decis.* 400. *num.* 33. *par.* 9. *rec. tom.* 2. Nec possunt conqueri Mo-

118. nachi, vel Regulares, etiamsi ab eo sentiant damnum, Gloss. *in l. si unus, §. Pactus ne peteret,*

teret, *ff. de pact. cap. Ab exordio* 35. *distinct.* Rot. *cit. dec.* 400. *num.* 42.

Sed quia suprà dictum est, quod ea, quæ potest exercere Cardinalis Titularis per se ipsum, potest etiam exercere per Vicarium. Quæri potest, an Cardinalis possit deputare in Vicarium unum ex Religiosis Conventus, qui deserviunt Ecclesiæ Titulari.

119. Et proculdubio dicendum est posse, quia Regularis non prohibetur esse Vicarius Episcopi, cum id nullo Jure contradicatur. Abbas *in fin. de Cler. Aegrot.* Cardin. *in Clemen.* 2. *num.* 17. *quæst.* 16. *de rescript.* & ibi Imola *num.* 25. Anchar. *num.* 9. Rebuff. *in Prax. benefic. tit. de Vicariis Episcoporum num.* 30. Navarr. & alii relat. à Sbrozzio *de Vicar. Episc. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 4. Sanchez *ad præcept. Decal. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 8. Pellizar. *de Regular. tract.* 8. *cap.* 6. *sect.* 4. *num.* 247. Tambur. *de jure Abb. tom.* 3. *disp.* 17. *q.* 5. *num.* 7. cum aliis per eum allegat.

120. Et quamvis nonnulli limitent in Regulari ex Ordine Mendicantium ducti ex Clementin. 1. *in §. Ad Prioratus de Regul.* Limitatio tamen non est admittenda, quia Clementina solùm prohibet, ne Mendicantes, qui ad non Mendicantes transierunt, possint assumi ad Dignitates; Non autem loquitur de puris Mendicantibus, ut bene Sanchez *loc. cit. num.* 88. *in fin.* & Pellizar. *loc. cit.* Acunna *in cap. si quis alterius dist.* 58. *num.* 17. ubi reprobat contrarium tenentes.

121. Nec isto casu erit necessarius consensus, sive licentia Superioris Religionis, quia cùm Cardinalis Titularis habet superioritatem in Regulares, qui inserviunt Titulo, ut suprà dictum est, sufficit illius deputatio, cùm circa hoc non sint exempti, Gloss. *in cap. cum Pastoris* 2. *q.* 1. Dominicus *in cap. si Religiosi in fin. princ. de elect. in* 6. & ibi Francus *num.* 3. Sanchez *ad Præcept. d. lib.* 6. *cap.* 13. *in fin. & nu.* 99. Præsertim quia Regularis iste non avocatur à Claustro, nec ei judicia forensia committuntur.

Quæ est causa, quare Mendicantes non assumuntur ad Vicariatum, ut dicit Rebuff. *loc. cit. num.* 32. sed solùm committuntur ea, quæ spectant ad Cultum Divinum, & præficiuntur ad alia spiritualia in Ecclesia Titulari, & Conventuali peragenda. Barbos. *in cap.* 1. *de Capellis Monachor. num.* 2.

122. Imò debet Cardinalis Vicarium Regularē in dicta Ecclesia sui Tituli deputare, cùm non debeant homines diversæ professionis in eodem officio sociari *cap. In nova* 16, *q.* 7. ne ex dispari observantia in eodem loco scandalum generetur, *cap. Deus qui de vita, & honestate Cler. cap. cum causam, & cap. cùm in Magistrum, de elect. cap. intelleximus, de ætat. & qualit. Clement.* 1. *de elect.* Calderin. *conf.* 28.

123. *de Regular.* Decius *conf.* 640. ubi quod habens beneficium Regulare, posito quod possit deservire per substitutum, talis substitutus debet esse Regularis, & eum sequitur Cravet. *conf.* 96. *num. ult.* latè Rota, quæ loquitur in Sacrista *decis.* 238. *coram Coccino*.

124. Successivè poterit Cardinalis Titularis deputare Parochum in dicta Ecclesia; Cùm enim cura animarum penès ipsum resideat,

125. illam per Vicarium amovibilem exercere poterit, Oldrad. *conf.* 67. *in princ.* Gonzal. *ad Reg.* 8. *gloss.* 6. *num.* 67. ubi de Episcopo Calaguritano, apud quem cū cura totius Diœcesis resideat, per Clericos deputatos curam exerceri mandat, Cassad. *decis.* 11. *de præbend.* Seraph. *decis.* 492. *in princ.* Rota *decis.* 17. *num.* 1. *p.* 1. *divers.*

126. Et talis deputatus non appellatur Parochus, sed Coadjutor Episcopi in officio curæ, *cap. fin. de offic. Archidiac.* Imol. *in Clement. fin. num.* 14. *de privil.* Caputaq. *dec.* 340. *part.* 3. cum aliis per Gonz. *d. gloss.* 6. *num.* 62.

127. Et ratio est, quia una Ecclesia non potest habere duos sponsos *cap. quoniam de offic. Ordin. cap. cùm non ignores de præbend.* Rota in pluribus decisionibus relatis à Tonduto *resol. benefic. cap.* 1. *num.* 1.

128. Neque hic intrat dispositio Textus *in cap. sanè* 16. *quæst.* 2. *& in cap.* 1. *de Cappellis Monach.* quibus statuitur, quod in Ecclesiis Curatis Regularibus Episcopus deputet Parochum de consilio Superioris Regularis, quia illi Textus procedunt, vel quando Ecclesia est de jure patronatus Regularium, ut notat Abbas *in d. cap.* 1. *num.* 6. vel quando Ecclesia sit unita Monasterio, vel quando spectat pleno jure ad Monasterium, ut declaravit Rota coram Durano *decis.* 92. *num.* 19. Barbos. *vot. decisiv. lib.* 2. *vot.* 50. *num.* 27. secus autem si spectet pleno jure ad Cardinalem Titularem.

129. Sed quatenus observanda esset dispositio dictorum Textuum, nihilominus Cardinalis Titularis habet liberam deputationem dicti Vicarii, quia etsi debeat requirere consilium Superioris Regularis, non tamen tenetur illud sequi, *l. cum Pater* 79. *§. mando*, & ibi Bart. *ff. de legat.* 2. *cap. cùm olim de arbitris*, & ideò deputatio spectat ad solum Cardinalem, Rota *dec.* 79. *de rescript.* Put. *dec.* 494. *lib.* 2. *in correct.* Anan. & Butr. *in d. cap.* 1. *num.* 5. & Abbas *num.* 3. *de Capellis Monach.* Gonz. *ad Reg.* 8. *gloss.* 96. *num.* 23. *&* 24. Barbos. *d. vot.* 50. *num.* 24. *&* 25.

130. Itaut talis Regularis sic deputatus nō poterit amoveri à Superiori Regulari, quia cùm institutio spectet ad Cardinalem, ita etiam destitutio, ut dicit expressè idem Tex. *in d. cap* 1. ibi.

Ut ex solius Episcopi arbitrio tàm ordinatio, quàm depositio, & totius vitæ pendeat conversatio. Et ibi Gloss. *in verb. solius*, & omnes Canonistæ cum Barbos. *cit. num.* 25.

131. Poterit etiam Sacristam, Concionatorem, Confessarios, & alios Ecclesiæ Ministros de-

pu-

putare; cùm ad Cardinalem Titularem ea omnia spectent, quæ tendunt ad Cultum Divinum, & ad salutem animarum procurandam, *cap. inter cætera*, §. *Præcipimus*, *de offic. Ordin.* Silvester *in Summa verb. Episcopus num.* 11. Tabien. *eodem verb. num.* 17. Merlin. *dec.* 743. *num* 1.

132. An autem Vicarius Parochus, & alii supra dicti Ministri sint exempti ab obedientia sui Prælati; DD. omnes transeunt cum distinctione. Aut Ecclesia nullatenus subiicitur Prælatis Monasterii, & tunc illi Religiosi eximuntur ab obedientia Prælati & remanent subjecti Episcopo, qui deinceps erit eorum Abbas.

Aut Ecclesia subiicitur Prælatis Religionis quoad sola temporalia, & tunc eximuntur ab obedientia quoad spiritualia.

Si vero eis erit Subjecta quoad spiritualia, erunt exempti quoad temporalia.

Si verò sit subjecta Prælato regulari quoad omnia, pariter Ministri erunt in omnibus Prælato Regulari subjecti, sic habetur *in cap. in Parochia* 16. *quæst.* 1. *& cap. sanè eadem causa, quæst.* 2. Henric. Boich. *in cap. quod Dei timorem num.* 8. *de statu Monach.* & ibi Hostien. *num.* 9. Jo. Andr. *num.* 14. Cardinal. *num.* 5. *quæst.* 2. Summistæ ferè omnes, quos adducit Sanchez. *ad præcept. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 36. Pellizar. *de Regul. tract.* 8. *cap.* 4. *sect.* 4. *nu.* 115.

133. Finito tamen officio tenentur redire ad obedientiam Prælati si sint in Monasterio; & ad Monasterium, si eam exerceant extra Monasterium, sic Sanchez *loc. cit. num.* 36. *in fin.*

Superest ultima, & non quidem levis difficultas, an Summi Pontifices in collatione Titulorum eximant Ecclesias prædictorum Titulorum à jurisdictione Prælatorum Regularium.

Sciendum est exemptiones nullis esse alligatas formulis, sed quovis verborum modo, & genere concedi posse, *cap. si Papa*, §. *licet autem de privileg. in* 6. *cap.* 1. §. *Declarationem de verbor. signif. in* 6. Cocchier. *de Jurisdict. in exempt. part* 1. *qu.* 9. *in princ.*

Inter alias formulas concedendi exemptionem illa est, quando concessa est pleno jure. Abbas *d. cap. cum inter*, *num.* 3. Gloss. *in cap. cum & plantare*, *verb. pleno jure*, ubi Abbas *num.* 5. *de privileg.* Hostien. *in cap. quoniam eod. tit.* & Abbas *num.* 3. Cocchier. latè *de jurisdict. in Exempt. par.* 1. *quæst.* 9. *num.* 6. 7. *&* 8. plures Barbos. *d. cap. quoniam num.* 2.

134. Tunc dicitur facta exemptio pleno Jure, quando Papa concedit facultatem in spiritualibus, & temporalibus. Gloss. *in dicto cap. Quoniam*, *verb. utroque jure*, *& in cap. cùm & plantare*, §. *in Ecclesiis*, §. *Pleno jure*, ubi Zabarell. *num.* 1. Butrius *num.* 26. Decius *num.* 12. *&* 16. Barbos. *d. cap. Quoniam num.* 2. *& de potest. Episc. alleg.* 88. *num.* 15. Fagnan. *in cap. Tuæ num.* 7. *de Cleric. non resident.*

135. Cardinalibus autem non solum Papa concessit auctoritatem in spiritualibus, & temporalibus in eorum Ecclesiis Titularibus, verùm & ipsas plenariè illis subjecit; Quare de exemptione à Superioritate Monachorum, & Regularium non est dubitandum; sed quia nulla est adeò ampla potestas, quæ onera admixta non habeat, addam hic obligationes, & onera, quæ habent Cardinales erga Ecclesias suorum Titulorum.

Et primo offert se Concilium Basiliense, quod in sess. 23. hæc habet.

136. Pro conservandis Cardinalium Titulis, quorum aliqui tam in divino Cultu, quàm in Ædificiis, nimirum (Proh dolor) in opprobrium Sedis Apostolicæ, & ipsorum Cardinalium, collapsi sunt, statuit hæc sancta Synodus, ut de redditibus, & proventibus Terrarum Romanæ Ecclesiæ, quorum medietas juxta Constitutionem Nicolai Papæ ad Cardinales (ut prædictum est) pertineat, Decima pars ejus, quod spectat ad quemlibet Cardinalium proprio Titulo singulis annis applicetur; & nihilominus, vel in vita, vel in morte tantum proprio Titulo quilibet Cardinalis relinquat, unde communiter una persona sustentari possit; Quod si non fecit, tam pro hoc, quam pro dicta decima parte bona omnia ipsius Cardinalis obligata sint usque ad debitam satisfactionem, & ad executionem hujus oneramus primum Cardinalem illius Ordinis, de quo ille defunctus erat: Visitet per se quilibet Cardinalis præsens in Curia, absens verò per Vicarium idoneum singulis annis Titulum suum, Clericosque, & Populum Ecclesiarum subjectarum, & cum diligentia inquirat, & salubriter provideat super Cultu Divino, bonisque ipsarum Ecclesiarum, ac vita, & moribus Clericorum, & Parochianorum, de quibus, cum suæ sint oves, in districto Dei judicio rationem redditurus est, & tam quoad tempus visitandi, quàm quoad alia, servet, quæ instituta sunt in Decreto nostro da Conciliis Synodalibus.

137. Addamus, & Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 9. quod aliqua in parte reformavit Decretum Concilii Basilien.

Tituli sui loca, si præsentes in Curia fuerint, personaliter, si verò absentes per Vicarium idoneum semel saltem singulis annis visitent, Clericos, & Populos Ecclesiarum Titulo suo subjectarum cum diligentia inquirant, vigilentque circa Divinum Cultum, & bona dictarum Ecclesiarum, moresque in primis, & vitam Clericorum, & Parochianorum solerter explorent, eosque omnes, & singulos ad rectè, & honestè vivendum paterno moneant affectu. Pro augmento autem Divini Cultus, & salute animæ suæ quilibet Cardinalis, vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat suo Titulo quantum sit satis ad Presbyterum unum

unum commodè ibi substentandum, vel si Ecclesia indigeat reparatione, vel alia subventione, tantum illi relinquat, vel donet, quantum conscientiæ suæ videbitur.

138. Tertio loco accedat Constitutio Sixti V. de Præfinitione Titulorum, & Diaconiarum pro S. R. E. Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, in qua §. 12. hæc habentur.

Sic igitur ipsi Cardinales, quibus hujusmodi Ecclesiarum regimen, cura, & administratio pro tempore commissa erunt, eas in spiritualibus solicitè, fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac juxta Constitutionem piæ memoriæ Leonis Papæ X. prædecessoris nostri in Concilio Lateranensi novissimè celebrato editam, frequenter visitent, circa cultum Divinum invigilent, mores, ac vitam Cleri, & Populi eis subjecti diligenter explorent, eosque ad rectè, & honestè vivendum paterno moneant affectu; Bonorum, ac temporalium redditaum curam gerant; Sic ad Dei gloriam, & fidelis Populi ædificationem pia, & magnifica structura, & fabrica suas quisque Ecclesias instaurare studeant, & exornare, & tam in vita, quàm in mortis articulo pro Divini Cultus augumento, & salute animarum suarum ad congruè substentandum aliquem Presbyterum, qui inibi in Divinis deserviat, seu aliàs erga ipsas Ecclesias, si reparatione indigeant, vel alia subventione de bonis sibi à Deo collatis, prout cuique pro modo facultatum conscientia dictaverit, munificos se exhibeant, & liberales, ut earumdem Ecclesiarum decora, & ornamenta tantorum Præsulum respondeat Dignitati, ac ipsæ Ecclesiæ tam sublimibus personis gaudeant se commissas, & eorum amplitudine illustratas. Iidemque Cardinales exindè ipsius S. R. E. cujus nobilissima membra sunt, Majestatem, sua pietate, solicitudine, & prudentia in dies magis extollant, reverentiam omnium Gentium erga illam exemplis bonorum operum insigniter augeant, ac denique præter æternæ retributionis præmia, digna quoque laudum præconia à Nobis, & Apostolica Sede, valeant promereri.

Denique inseram hic exemplar Diplomatis, quo à Summis Pontificibus conferuntur Tituli Presbyteris Cardinalibus, ut omnibus pateat, qua auctoritate sint suffulti.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

139. Dilecto filio Francisco Tituli S. Mariæ in Via nuncupatæ S. R. E. Presbytero Card. Albitio nuncupato salutem, & Apostolicam benedictionem, Decet Romanum Pontificem, quem Pastor ille cœlestis potestatis plenitudine sibi tradita Ecclesiis prætulit Universis, de singulorum præsertim Almæ Urbis Ecclesiarum Statu solicitè recogitare, & fidem tuam, quam ad Cardinalatus honorem, ut unâ secum Universalis Ecclesiæ onera partiantur pro tempore assumit, eorumque Personas condignis honoribus sublimare. Quapropter earum regimen pro eorum Cardinalatuum Titulis eis interdum committit, ut per illorum providentiam circumspectam Ecclesiæ ipsæ præserventur auxiliis, ac felicibus in spiritualibus, & temporalibus, adjuvante Deo, proficiant incrementis. Cum itaque Nos aliàs Te ob grandium virtutum merita, quibus personam Tuam illarum largitor Altissimus insignivit de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Card. consilio, & assensu, atque de Apostolicæ Potestatis plenitudine, in ejusdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem ad assistendum Nobis in regimine ejusdem Universalis Ecclesiæ Apostolica auctoritate duxerimus assumendum, & Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via, quæ Titulus Presbyteri Cardinalis existit, certò quem præsentibus haberi volumus pro expresso modo vacaverit, & vacet ad præsens, Nos cupientes Te prout juris, & rationis existit proprio Cardinalatus Titulo decorare Ecclesiam prædictam, ut præfatur vacantem, cum omnibus, & singulis illius membris, juribus, & pertinentiis universis Tibi pro Tui Cardinalatus Titulo de simili consilio dicta Auctoritate concedimus, & assignamus, Teque illi in Presbyterum Cardinalem præficimus, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ Tibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. Itaque liceat Tibi, regiminis, & administrationis ejusdem Ecclesiæ, ac membrorum jurium, & pertinentiarum hujusmodi possessionem, seu quasi per Te, vel alium, seu alios propria Auctoritate liberè apprehendere, & de illorum fructibus, redditibus, & proventibus, ac emolumentis Universis disponere, & ordinare, ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare, prout alii Presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore præfuerunt, de illis disponere, ac eandem Ecclesiam regere, & gubernare potuerunt, seu Etiam debuerunt. Quo circa circumspectioni Tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus curam, & administrationem prædictas sic exercere studeas solicitè, fideliter, & prudenter, quo dicta Ecclesia Gubernari provido, & fructuoso Administratori gaudet se commissam; Tuque valeas deinde apud Nos non immeritò commendari, ac Superiori, & Conventui dictæ Ecclesiæ, aliisque illius ratione Tibi subditis personis, ut Tibi pareant, & obediant, alioquin sententiam sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus, Auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, Et insuper, ut statum tuum jux-

juxta Cardinalatus sublimitatem decentius tenere, & expensarum onera, quæ Te jugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeas. Motu proprio non ad Tuam, vel alterius pro Te Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate Tecum, ut etiam postquam in vim præfectionis prædictæ pacificam possessionem, seu quasi regiminis, & administrationis dictæ Ecclesiæ, ac illius bonorum, seu majoris partis eorum assecutus fueris, omnia, & singula Monasteria etiam Consistorialia, Prioratus, & Conventuales Præceptorias, præpositatus, præposituras, cœteraque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia, quorumvis Ordinum, Militiarum, & Hospitalium etiam sancti Joannis Hjerosolymitani regularia, quælibet de quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in Titulum, commendam, administrationem, ut alias quomodolibet obtines, ac in quibus, & ad quæ jus Tibi quomodolibet competit, quæcumque, quomodocumque, & qualiacumque sint, ut prius quoad vixeris retinere, ac quascumque pensiones annuas Tibi super quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis, ac eorum loco fructum ipsorum Apostolica Tibi auctoritate reservatum, & assignatum, ac reservatas, & assignatas, ac unà cum illos, & illas transferendi, ac de rebus, & bonis tuis testandi, nec non beneficia, & officia quæcumque conferendi, aliisque facultatibus, & Indultis Tibi concessis, ut prius quoad vixeris percipere, exigere, & levare, ac in tuos usus, & utilitatem convertere liberè, & licitè valeas Nostra, quatenus opus sit, de exprimendo vero annuo valore Pontificiorum per promotos ad Ecclesiarum Regimina obtentorum, in dispensationibus Tibi concedendis super illorum retentione, alioquin illæ non valeant, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus, ac etiam quatenus opus sit, dictæ Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus Apostolica Auctoritate earundem tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus, decernentes propterea Monasteria, Prioratus Præceptorias, aliaque beneficia per Te obtenta hujusmodi non vacare, Pensionesque, & fructuum reservationes prædictas non cessare, ac transferendi, testandi, conferendi, aliasque facultates, & indulta hujusmodi non expirare. Irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, quòd propterea in Monasteriis, Prioratibus Conventualibus hujusmodi Divinus cultus, ac solitus Monachorum, seu Canonicorum, & etiam Ministrorum numerus nullatenus minuatur, aliaque beneficia hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura, si qua illis immineat, nullatenus negligatur, sed eorum, & dilectorum filiorum Conventuum, Monasteriorum, & Prioratuum conventualium hujusmodi congrua supportentur onera consueta. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio decimo Kalendas Aprilis Pontificatus Nostri anno decimo.

Pro Eminentissimo Domino Cardinale Barberino Summatore P. Campinus.

F. de Aste.

V. Catallus.

Registrata in Secretaria Apostolica.

Visa P. Ciampinus.

SECUNDA DISCEPTATIO

IN EADEM ROMANA JURISDICTIONIS.

SUMMARIUM.

Primæ Quæstionis.

1. *Theologorum dicta attendenda non sunt in iis, quæ spectant ad causarum decisionem, ac moralem philosophiam.*
2. *Monachismus à quo tempore inventus.*
3. *Monachi cum eorum Monasteriis per quinque sæcula fuerunt sub jurisdictione Episcoporum.*
4. *Monachos, eorumque monasteria, aliasque Ecclesias sæculares, & regulares subjectas esse Episcopis, statuerunt Concilia Aurelian. & Chalcedonen.*
5. *Intentionem fundatam habet Episcopus de jure communi exercendi jura Episcopalia quoad monasteria intra suam diœcesim sita, & num. 41.*
6. *De exemptionibus ab Episcopo Parisien. concessis aliquibus Monasteriis quigentesimo sæculo durante.*
7. *De alia exemptione eodem sæculo durante concessa per Joannem III. alteri monasterio.*
8. *De exemptione monachorum ampliata per Concilium Romanum sub Gregorio I.*
9. *Initium à quo habuerũt hujusmodi exemptiones, & quòd exemptio per Concilium Lateranen. sub eodem Gregorio Cassinensibus concessa, est particularis, & restricta ad quædam monasteria, & idem num. 11.*
10. *Exemptio generalis Monachoram Cassinensium initium habuit ab Eugenio IV. & non antea.*
12. *Comprobatur conclusio de qua num. 9. ex aliis exemptionibus postea obtentis à diversis Ponti-*

tifi-

tificibus pro aliis monasteriis Cassinensibus.
13. *Concilium Lateranen. sub eodem Gregorio I. circa exemptionem non fuit acceptatum, nec usu receptum.*
14. *Quod comprobatur pariter ex aliis exemptionibus in Gallia pluribus monasteriis concessis, & num. seq.*
16. *Summi Pontifices cessarunt, ac se abstinent à concessione dictarum exemptionum præjudicialium potiùs, quàm favorabilium monasteriis.*
17. *Exemptiones prædictæ non placuerunt S. Bernardo prout nec S. Francisco.*
18. *Exemptionem impetravit frater Elias carnis potiùs, quàm Divino spiritu ductus.*
19. *Constitutia abrogata, vel usu non recepta allegari non potest.*
20. *Monasteria, & Monachi in Italia fuerunt Episcopis subjecti.*
21. *Exemptionum privilegia quo tempore per Pontifices renovata fuerunt.*
22. *Exemptio præsupponit subiectionem.*
23. *Et concessa Abbati à jurisdictione Episcopi supponit illum in istius diœcesi.*
24. *Non liberat à potestate Papæ, sed ab illa Ordinarii.*
25. *Anastasii Bibliothecarii assertio non est certa circa exemptionem monasterii Sancti Chrysogoni à jurisdictione Cardinalis Titularis.*
26. *De opinione Rodriquez circa Regularium exemptionem.*
27. *Ad de illa Tamburini circa eamdem exemptionem.*
28. *Conclusionem textus in cap. nullam 18. quæst. 2. quòd Regulares de jure communi exempti sint ab Ordinariorum jurisdictione, declaratur procedere circa ea, quæ spectant ad regularem observantiam, & num. 30. & 38.*
29. *De opinione fratris Hyacinthi Donati circa dictam Regularium exemptionem.*
31. *Refertur opinio Bordoni volentis exemptionem competere Regularibus, quia eorum Privilegia tanquam inserta in corpore juris faciunt jus commune quoad nominatos.*
32. *Sed reprobatur, quia conclusio prædicta locum non habet si privilegium sit insertum in corpore juris per modum privilegii.*
33. *Quomodo probetur dicta Regularium privilegia esse inserta in corpore juris per modum privilegii.*
34. *Regularis in multis sunt Episcopis subjecti, & eorum privilegiis quotidie derogatur.*
35. *Refertur opinio Cespedis firmantis contra communissimam Doctorum opinionem, quòd Episcopi non habeant jurisdictionem in Regulares, nec quoad regularem observantiam, & legem diœcesanam, nec quoad jurisdictionem.*
36. *Exemptio in aliquibus, illæsam reddit jurisdictionem Episcoporum in reliquis.*
37. *Exemptioni Regularium à jurisdictione Ordinariorum jus commune non assistit, quinimò resistit.*
39. *Lex diœcesana confundi non debet cum illa jurisdictionis.*
40. *Regulares omnes de jure communi sunt Episcopis subjecti.*
41. *De eadem conclusione, de qua num. 5. ut Episcopi ex eodem jure communi intentionem fundatam habeant contra Regulares.*
42. *Reprobatur opinio Valer. Cespedis, & Bordoni de qua num. 31. & 35. & de distinctione, ac differentia inter exemptum de jure, & exemptum in jure.*

Contra Nostram disceptationem de Jurisdictione, quam habent Eminentissimi Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum, scripserunt aliqui Juris Consulti, ac Theologi.

Existimaveram sanè non esse è dignitate S. Romanæ Ecclesię Cardinalis adversùs Leguleios, & Theologos in arenā descendere; dicta enim Theologorum in his, quæ spectant ad Moralem Philosophiam, & decisionem Causarum non sunt attendenda, argum. Tex. *in cap. 1. in fin. de Consanguinit. & affinit.* Cardinal. Mantica *de Tacit. lib. 2. tit. 1. num.* 58. Loter. *de re benef. lib. 3. quæst. 7. à num. 99.* Sed quia de interesse Eminentissimorum Dominorum Cardinalium, Presbyterorum, & Diaconorum agitur, censui non debere, nec posse pugnam evitari.

Sed ut in hac controversia clarè, & non confusè, ut faciunt Adversarii, procedamus, materiam totam in quæstiones dividemus, illasque resolvemus.

Prima erit Quæstio, An exemptioni Regularium assistat Jus commune.

Secunda. An vigore exemptionis generalis, qua potiuntur Regulares, Fratres Servorum inservientes Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via sint exempti à jurisdictione Cardinalis Titularis in his, quæ spectant ad cultum Divinum, & servitium prædictæ Ecclesiæ.

Tertia. An saltem virtute Brevis Leonis X. prędicti Fratres gaudeāt prędicta exemptione.

Quarta. An illis assistat Consuetudo immemorabilis deducta *à cap. Dilectus de Capell. Monach.*

Quinta. An possint se tueri aliqua præscriptione.

Sexta. An de jure communi habeant Cardinales in suis Titulis Jura Episcopalia; An ex Consuetudine.

Septima. An stante asserta declaratione Gregorii XIII. Cardinales habeant in suis Titulis jurisdictionem circa ea, quæ spectant ad curam Animarum.

Octava. An Cardinales, quoad suos Titulos, & Populum sibi subjectum, dici possint, habere Territorium separatum, & exindè potiantur omnibus prærogativis, quæ competunt Episcopis in eorum Diœcesibus.

Nona. An sit derogatum per Bullam Sixti V. &

V. & Diploma Cardinalis Titularis exemptioni Fratrum Servorum inservientium dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via.

Decima. An necesse fuerit derogare in specie exemptioni dictorum Fratrum, cùm tractetur de jure Tertii.

Undecima. An sit differentia inter jurisdictionem, quam habent Cardinales Titulares in Ecclesiis suorum Titulorum, & illam, quam habent Episcopi adversùs Regulares in suis Diœcesibus.

PRIMA QUÆSTIO

AN exemptioni Regularium assistat jus commune. Resolvendum est negativè, jus enim commune non solùm illis assistat, sed resistit.

2. Certissimum est enim, ab initio nascentis Ecclesiæ, quo Monachismus inventus est, teste Cassiano *collat.* 18. *cap.* 5. & ex eo Card. Bellarminus de Monachis *lib.* 2. *c.* 5. *verſ.* 6. ponderatur quòd, & Concilium Meldense *can.* 9. affirmat, nempè Ordinem Monasticum à Deo inspiratum, ab ipsis Apostolis fundatum, & à Sanctissimis Pa-

3. tribus excultum, & habetur in Concilio Colonien. *cap.* 1. *part.* 10. & Monachos, & eorum Monasteria sub jurisdictione Episcoporum per quinque sæcula absque interruptione fuisse. Omnes enim Basilicæ quæcumque illæ fuissent, potestati, & jurisdictioni Episcoporum subja-

4. cebant. Sic enim statutum fuit in Concilio Aurelianen. *regiſtr. in cap. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. ex quo textu omnes Doctores concludunt, quòd tàm Ecclesiæ sæculares, quàm Regulares, & Monasteria de jure communi subjacent jurisdictioni Episcoporum, & Ordinariorum. Quod statuit Concilium Chalcedonense *ſub Leone I. anno* 451. *can.* 4. *regiſtr. à Gratian. in cap. Quidam Monacorum* 10. 18. *quæſt.* 2. & in Concilio Aurelianen. 1. *ſub Simmacho Papa anno* 511. de quo per Gratian. *in cap. Abbates* 8. *eadem cauſa*, & *quæſt.* & in Concilio Aurelianen. 4. *ſub Joanne I. anno* 524. de quo per Gratian. *in cap. Monaſteria* 17. *eadem cauſa*, & *quæſt.* & possent allegari hic infiniti Doctores, sed pro omnibus sufficiat Fagnanus *in cap. Nimis prava num.* 3. *de exceſ.*

5. *Prælat.* ubi quòd de jure communi Episcopus fundat intentionem super jurisdictione ordinaria, non tantùm contra Clericos, sed etiam contra Religiosos suæ Diœcesis, etiam Predicatores, & Minores. Et ex Regularibus latè Rodriguez *quæſtion. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 64. *art.* 1. Rota *in pluribus deciſ. relat. in deciſ.* 238. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* & *deciſ.* 47. *num.* 14. post Tamburrin. *de jure Abbat.* Idem Tamburin. *d. tract. tom.* 3. *diſp.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 1. & 2.

6. Durante tamen sæculo quingentesimo exemptiones nonnullis Monasteriis donatæ sunt ab ipsismet Episcopis, Sic enim anno 509. B. Germanus Episcopus Parisien. exemit in aliquibus à potestate Ordinariorum Monasterium S. Vincentii Ordinis S. Benedicti, instante Rege Chidelberto, cujus exemptionis exemplar registratum est à Chopino *in tract. de Jure Cœnobit. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 19. Quam exemptionem confirmatam fuisse à Gregorio I. testatur Amoin. *rer. Francicar. lib.* 3. *cap.* 2. & ex eo idem Chopin. *loco cit.* Tamburrin. *d. quæſt.* 11. *num.* 10. & hanc exemptionem fuisse primam testatur idem Tamburrin. *loc. cit.*

7. Eodem sæculo Jo: Papa Tertius anno 559. Monasterio Sancti Medardi apud Suessiones Ordinis S. Benedicti amplissimam exeptionem concessit, instante Clotario Rege; hujus exemptionis exemplar refert idem Chopin. *loc. cit.* Et hanc fuisse secsidam exemptionem Monacorum visam adstruit idem Tamburinus *loco citato*.

8. Habito demùm Concilio Romano sub Gregorio I. anno 601. exemptio Monachorum am-

9. pliata fuit, & tunc fortassè initium habuere hujusmodi exemptiones à Sede Apostolica, ut testatur non minus eruditione, quàm Purpurà Eminentissimus Pallavicinus in sua elegantissima Historia Concilii Tridentini *lib.* 8. *cap.* 17. *num.* 11. *verſ.* Uno di essi. Ista verò non fuit exemptio universalis, sed solùm restricta ad certos Monachos Cassinenses, ut dicit idem Eminentissimus *loco cit.* quod innuit Tamburrin. *diſp.* 15. *quæſt.* 11. *ſub num.*

10. 14. *verſ. ſicut etiam Caſſinenſium, eod. num.* 14. *in fin.* subjungit, exemptionem universalem Congregationis Cassinensium Monachorum nullam extare ante Eugenium Quartum.

11. Quòd autem exemptio concessa à Concilio Lateranen. sub Gregorio I. fuerit particularis quoad quædam Monasteria Cassinensia, & non universalis, patet ex eo, quod si fuisset talis, non oportebat eam petere à Teodoro Pontifice pro Monasterio Bobien. anno Domini 643.

12. nec à Zacharia I pro Monasterio Montis Cassini anno 741. nec à Gregorio Tertio pro Monasterio S. Petri de Perusio anno 835. nec ab Urbano II. pro Monasterio Caven. nec ab Alexandro Tertio pro Monasterio S. Mariæ de Florentia anno 1176. nec ab aliis Pontificibus pro aliis Monasteriis, ut constat ex Bull. *in Bullar. Caſſinen. conſt.* 2. 3. 5. 8. 18. & præsertim pro Monasterio S. Pauli de Urbe, quòd Innocentius Tertius anno 1203. Sedi Apostolicæ subjecit *in eodem Bullar. Conſt.* 22.

13. Ex quibus exemptionibus, & præsertim ab illa Innocentii Tertii pro Monasterio S. Pauli de Urbe apparet, Concilium Lateranense non fuisse in hoc usu receptum, nec acceptatum etiam in ipsa Urbe, cùm fuerit necesse per speciale diploma Monasterio prædicto exemptionem concedere, quod negare non potest Pasferin. *tom.* 3. *de Homin. ſtatibus*, & *officiis quæſt.* 189. *de Profeſſion. art.* 10. *inſpect.* 10. *ſub. num.* 677. *verſ. Potuit verò contingere.*

L Cer-

14. Certum est enim in Gallia anno 658. Episcopum Parisien. exemptione donasse Monasterium S. Dionysii, Episcopum Ambianensem
15. exemisse Monasterium Corbien. anno 664.& Adeodatum Summum Pontificem in fine sui Pontificatus exemptionem concessisse Monasterio S. Martini Turonen. ubi habentur hæc verba.

Parumper autem ambigimus, idcircò quòd mos, atque traditio Sanctæ nostræ Ecclesiæ plus non suppetat à RegimineEpiscopalis Providentiæ Religiosa loca secernere; Ex quibus verbis Cardinalis Baronius anno *676.* qui exemplar indulti affert, hæc habet.

16. Ex cujus scripto illud fit manifestum jam cessasse Romanos Pontifices ejusmodi Immunitates concedere Monasteriis, cùm dicat, Mos, atque traditio sanctæ nostræ Ecclesię plus non suppetat à Regimine Episcopalis Providentiæ Religiosa loca secernere, id fortasse, quod experimento didicisset, ejusmodi immunitates, obfuisse potiùs, quàm profuisse Monasticæ observantiæ.

17. Certè quidem nunquam placuit S. Bernardo (quod ex pluribus locis Epistolarum ejus apparet) ut Monachi ab Episcopali obedientia hujusmodi Privilegiis se substraherent, nec
18. gratum fuit S. Francisco, sed fratris Eliæ hominis, non Divino Spiritu, sed carnis prudentia nitentis, fuit opus, quòd repetit Frances *de Ecclesiis Cathedralib. cap.3. num.* 75.

19. Non est ergo, cur tanti faciant Theologi Concilium hoc, cùm nec usu receptum fuerit, vel saltem more Sedis Apostolicæ abrogatum, ut ex dictis patet. Costitutio enim abrogata, vel non usu recepta allegari non potest, Rota coram bon. mem. Merlino *decis.* 461. *in fine.* Et proterea successivis temporibus in Italia
20. Monasteria,& Monachos fuisse Episcopis subjectos patet ex *cap. Constitutus, & ex cap. Cùm Venerabilis, & ex cap. Cùm dilectus filius de Religiosis domibus* sub Pontificatu Innocentii III.

21. Quo autem tempore cœperint de novo Pontifices privilegia exemptionum concedere, videndus est Tamburrin. *d. disp.* 5. *quæst.* 11. *à num.* 14. *usque ad* 42.

Quod verò in memoriali additionali dicitur, non solùm ponit falcem ad radicem, sed auctoritati Eminentissimorum Dominorum Cardinalium maximè inservit.

Quia Anastasius, quem sequitur Baronius *anno.*741 *sub num.*10. loquitur de Monasterio, non de Ecclesia Tituli, ibi enim dicitur, segregatum videlicet Monasterium à jure potestatis Presbyteri dicti Tituli, Ergo Cardinalis Titularis habebat potestatem in Ecclesia Tituli; unde si Monasterium non fuisset exeptum,
22. necessariò sequebatur, quòd deberet subjacere potestati Cardinalis Titularis. Exemptio enim præsupponit subjectionem. Gregorius XV. *decis.* 325. Buratt. *decis.* 578. *num.* 14. Penia *decis.*1072.*num.*5. quæ loquitur in terminis de Monasterio. Unde dicimus, quòd concessa exemptioAbbati à jurisdictione Episcopi,
23. pręsupponitAbbatē esse in Diœcesi Episcopi, Rot. *decis.* 456. *&* 491. *part.* 1. *recent.*

Secundò quia ex hac exemptione particulari arguitur, quòd tunc temporis jus non assistebat Monasterio Sancti Chrysogoni, ut prætendunt Adversarii; Si enim jus astitisset, & sub generali illa Gregorii I. exemptione Monasterium prædictum esset inclusum, frustrà Gregorius III. exemptionem concessisset, ut supradictum est.

Nec declaratio Petri Urbevetani quidquam facit, quia certum est, quòd exemptio non
24. liberat à potestate Papæ, sed Ordinarii, quòd quidem procedit in re exempta, at hic sumus in Ecclesia non exempta, sed pleno jure subjecta Cardinali Titulari, & propterea benè dicit Petrus, ne quod ideò Monasterium erat
25. exemptum à Cardinali Titulari, ne Monachi duos Abbates haberent. At in casu nostro Monasterium habet suum Superiorem, & Ecclesia Titularem suum, quòd non est inconveniens, ut jam dictum est. Præterea Assertio Anastasii Bibliothecarii non videtur certa. Nam Platina in vita Gregorii Tertii mentionem facit de constructione Monasterii, de exemptione verò altum silentium. Ciacconius pariter de costructione Monasterii meminit, de exemptione nullum verbum.

Sed his relictis videamus, quid in hac quæstione dicant doctissimi Regulares.

26. Rodriqnez *tom.* 2. *quæstion. Regular. quæst.* 2. *art.* 8. quærit, an de jure communi Judex immediatus Regularium sit Abbas, vel alius Prælatus, respondet, quòd in his, quæ respiciunt Regularem observantiam Abbas est Superior, secus quoad extranea. Hanc quæstionem latiùs examinat *in quæst.*64. *art.* 1. & adducens ea, quæ faciunt pro Abbatibus, dicit, illam opinionem non habere solidum fundamentum, & concludit, attento jure communi, nullum in hac re esse constituendum discrimen inter Clericos Sæculares, & Regulares.

27. Tamburrinus de jure Abbatum. *tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 2. quærit, quo jure Abbates, Prælati Regulares, Religiosi sint exempti à jurisdictione Ordinariorum, & objiciendo, quòd videntur exempti de jure communi per *tex. in cap. Nullam* 18. *quæst.* 2. resolvit de jure communi Monacos esse Episcopo subjectos, subjungens, quòd nulla extat lex Canonica, per quam tota jurisdictio in Monachos Abbatibus tribuatur, & Episcopis eximatur.

28. Nec obstare dictum *cap. Nullam*, quia ibi Pontifex loquitur de his, quæ spectant ad Regularem observantiam, & licèt ibi dicatur totam potestatem Monasterii ad Abbatem pertinere, non excludit Episcopum, sed Monachos.

29. Fra-

29. Frater Hyacinthus Donatus Ordinis Prædicatorum *in praxi rer. Regular. quæst. 7.* quærit: An Regulares possint dici exempti de jure communi, & respondet, esse exemptos quoad legem Diœcesanam, secus quoad legem jurisdictionis, à qua non sunt exempti, nisi speciali privilegio sint muniti, sed manent sub jurisdictione Episcopi, ut ibi *num. 3. & 5.* sequitur opinionem Rodriquez *loc. supra cit.* nempè quòd Regulares, quoad Regularia instituta sunt subjecti Prælato de jure communi, secus quoad externa.

30. Lezana Ordinis Carmelitanorum *in summa verb. exemptio Regular.* quærit, an exemptio Regularium à jurisdictione Ordinariorum sit de jure communi? respondet, quòd licèt videatur de jure communi competere per *cap. Quam sit necessarium, &c. Nullam 18. quæst. 2.* Oppositum tamen dicendum est, residet tamen in opinione eorum, qui dicunt de jure communi esse exemptos à lege Diœcesana, & quoad ea, quæ spectant ad regularem observantiam.

Nec Bordonus ex adverso allegatus ad rem facit, quia dicit exemptionem competere Regularibus de jure communi, quia eorum Privilegia inserta sunt in jure communi, sed valdè æquivocare; Nam licèt privilegia inserta
31. in corpore Juris faciant jus commune quoad Nominatos, ut voluit Jo. Andr. *in cap. Ex parte il Primo num. 3. de Decimis*, quem sequitur Fagnanus *in cap. His quæ num. 35. de Ma-*
32. *jorit. & Obedient.* Hæc tamen conclusio non procedit, quando Privilegium est insertum in corpore Juris per modum Privilegii, ut declarat Dec. *in cap. 1. in 2. lect. num. 12. in fin. de Constitut.* Jacob. Niger. *in repetit. l. Diem functio num. 17. ff. de Offic. Assess.* Barbos. *de Clausul. clausul. 83. num. 5.* Privilegia verò Re-
33. gularium esse inserta in corpore Juris per modum Privilegii ex eo patet, quia, & quotidie
34. illis derogatur, ut *in cap. volentes de Privil. in 6.* Et quia in multis sunt subjecti Episcopis, de quibus latè Fagnanus *in cap. Grave à nu. 34. usque ad 82. de Offic. Ordinar.* Campanil. *divers. Juris Rubr. 12. cap. 13. per tot.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 105. per tot.*

35. Nec Cespedes *dub. 391.* sequendo opinionem Bordoni, imò illam ampliando, dum dicit, quòd de jure communi Episcopus non habet jurisdictionem in Regulares, nec quoad legem Diœcesanam, nec quoad jurisdictionem, audiendus est, Tum quia loquitur contra communissimam Doctorum opinionem, de qua Sanchez *lib. 6. consilior. cap. 9. dub. 1.* Tum quia fundatur *in cap. Nimis prava, & nimis iniqua de Excess. Prælat.* in quibus Summi Pontifices in multis, quæ spectant ad legem jurisdictionis exemerunt ab Episcopis Regulares.
36. Non enim videt ille, quòd si in multis per modum Privilegii exemerunt, in reliquis remanet illæsa jurisdictio Episcoporum, quæ de jure communi illis competit, sic in puncto Fagnanus *in d. cap. Nimis prava num. 3. de Excessib. Prælat.* quod patet in *cap. Cùm Venerabilis de Religios. domib.* & tenet. *in d. cap. Nimis prava*, Innocent. Hostien. Abbas, Marian. Soccin. à Fagnan. allegat. Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 24. num. 96.* Rota *decis. 520. num. 2. part. 5. recent.* Francesc. *d. cap. 30. num. 118.*

37. Sed in re clarissima divagati sumus præter necessitatem; Concludendum igitur est, jus commune non assistere Regularibus in exemp-
38. tione prætensa à jurisdictione Ordinariorum, & si aliquid habent à jure communi, habent exemptionem à lege Diœcesana, quam qui negant, vel confundunt cum lege jurisdictionis;
39. vel nil aliud faciunt, nisi se opponere, nedum modernis, verùm etiam antiquis Canonibus, à quibus recedere nihil aliud est, quàm per viam distortam incedere *can. 1. & 2. distinct. 3.* benè Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 21. num. 45.*

40. Sed post scripta inveni doctissimum Episcopum Barbastren. in suo Pastorali Regularium latissimè hanc quæstionem pertractantem *part. 2. quæst. 2. à num. 8. usque ad finem capituli*, ubi latè probat, omnes Regulares fuisse de jure communi subjectos Episcopis, & habere
41. contra Abbates, & Regulares intentionem fundatam ex eodem jure communi, suamque opinionem confirmat ex *decis. 78. par. 1. diversor. & decis. 15. par. 1. in recent.* in quibus
42. disputato articulo, Rota firmavit hanc opinionem, respondetque contrariis, *& loc. cit.* Episcopus reprobat Valer. Cespedes, & Bordon. ex adverso allegatos, dicitque aliud esse exemptum de jure, aliud esse exemptum in jure; nam exemptio de jure debet esse omnimoda absque alia limitatione, exemptio verò in jure est illa, quæ est limitata ad casus expressos in eo, qualis est exemptio Regularium. qui Auctor videndus est, nam doctissimè discutit, & resolvit hanc quæstionem; sed ad secundam quæstionem properemus.

SUMMARIUM

Secundæ Quæstionis.

1. *Fratres Servorum Titulari Ecclesiæ inservientes, ibique degentes de jure communi in iis, quæ spectant ad servitium dictæ Ecclesiæ exempti non sunt à Jurisdictione Cardinalis Titularis.*
2. *Conclusio de qua* text. in cap. volentes §. in eos de privileg. in 6. *quod privilegium exemptivum Regularibus concessum, tanquam in corpore juris insertum, facit jus commune, declaratur, ut non procedat in iis, quæ sunt inserta in corpore juris per modum privilegii.*
3. *De privilegio personis concesso non operante effectum, si persona ratione rei cohærentis excludatur à privilegio.*

4. *Exempti ratione ejusdem privilegii, de quo num. 2. subsunt loci Ordinario, si in istius Diœcesi morantur, vel ibi ad regimen Ecclesiæ non exemptæ assumuntur.*
5. *Quod ampliatur procedere etiamsi exemptio sit plenissima, & ordini concessa cum declaratione, quòd d. cap. volentes nullum generet præjudicium.*
6. *Exemptio generalis concessa Servorum Ordini quantumvis ampla non suffragatur quoad fratres Ecclesiæ Titulari inservientes, vel ibi degentes.*
7. *Exemptus quis pro parte esse potest, & pro parte subjectus.*
8. *Reprobatur opinio volentium Regulares vigore* dicti cap. volentes de privileg. in 6. *habere simplicem exemptionem personalem, & firmatur dispositionem* dicti text. *habere locum etiam in exemptione mixta, ratione scilicet loci, & personæ.*
9. *Imò quod dispositio* text. in d. cap. volentes *habet etiam locum in exemptione personali.*
10. *Dispositioni* dicti cap. volentes *derogatur per privilegia Regularium.*
11. *Declaratur, in quibus casib. extendatur derogatio prædicta.*
12. *Derogatio debet esse specifica* ad §. in eos d.cap. volentes, *cum possit quis ratione certæ rei esse exemptus, ratione verò alterius rei, seu loci subjectus.*
13. *Una, & eadem res, vel persona in hac materia diversis respectibus potest diverso jure censeri.*
14. *Ex quibus causis Regulares exempti à Jurisdictione Ordinarii eidem subiiciuntur, Et an si obtineant beneficia Ordinario subjecta.*
15. *Cleri appellatione de jure communi veniunt Regulares Ecclesiis titularibus Cardinalium inservientes, & num. 18.*
16. *Ac eidem pariformiter determinant Summmi Pontifices erga Clericos, ac Regulares.*
17. *De eadem conclusione, de qua num. 16. & quòd favorabilis, non odiosa dicatur reductio ad jus commmune.*
18. *Favorabilis, an sit materia, vel odiosa, arguitur à ratione proemiali, & à Papæ, ac alterius disponentis voluntate, an principaliter directa sit favori, vel odio, & num seq.*
19. *Erectio Ecclesiæ in titulum est favorabilis prout est omne id, quod in Ecclesiæ utilitatem statuitur per Summos Pontifices.*
20. *Cardinales sunt pars corporis Papæ S.R.E. filii, ac præcipui Summi Pontificis Consiliarii.*
21. *Papa sicut exemptionem Regularibus concedere potest, ita, & tollere quamvis concessam titulo oneroso.*
22. *Clausula dici non potest apposita in parte executiva, Si apposita sit immediatè post perfectam orationem.*
23. *Fratres Servorum Ecclesiæ S. Mariæ in Via inservientes parere, ac obedientia præstare debent ejusdem Cardinali Titulari, & in quo consistat obedientia prædicta.*

SECUNDA QÆSTIO.

An virtute exemptionis Generalis, qua potiuntur Regulares; Fratres Servorum inservientes Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via sint exempti à Jurisdictione Cardinalis Titularis in his, quæ spectant ad Cultum Divinum, & servitium Ecclesiæ prædictæ.

1. Et respondendum est negativè per Textum expressum *in cap. Volentes §. in eos de Privileg. in 6.* Ibi enim Innocentius IV. in Concilio
2. Lugdunen. statuit, quòd exempti, sive Monachi, sive Religiosi, qui Privilegium habent, ne possint suspendi, interdici, vel excommunicari, eis non suffragatur, si ad Monasterium suorum Prioratuum Ordinario subjectum fuerint destinati, ut vel gerant eorum regimen, vel in eis tanquam proprii locorum ipsorum Monachi resideant: iis enim casibus non sunt à jurisdictione ordinaria exempti, ubi Hostien. *num.* 1. dicit. Nisi ad Ecclesias, quæ subsunt Ordinariis tanquam Priores, vel Monachi transmittantur; Tunc enim quamdiù ibi moram traxerint, ipsis Ordinariis subjacere noscuntur.
3. Idem voluit Geminianus *ibi num.* 3. ubi quòd Privilegium indultum personis, non operatur effectum, si persona ratione rei cohærentis excludatur à Privilegio, & *num.* 4. subjungit quòd si concedatur Privilegium Personis, ubicumque sint, si postea acquirant rem non privilegiatam, non gaudent privilegio respectu illius rei. Idem tenet Franch. *num.* 2. sed cla-
4. riùs Anchar. *num.* 6. ubi ait. Nota, quòd exempti subsunt Ordinario loci, si in ejus Diœcesi assumantur ad Regimen Ecclesiæ non exemptæ, vel ibi residеant, hos omnes sequitur Barbos. *ad d. § in eos num.* 5. ubi dicit, quòd privilegium habentes ne interdici, suspendi, vel excommunicari possint ab Ordinario, ut sunt multi Religiosi, in quorum Privilegiis ponitur, ne suorum Monasteriorum Monachi excommunicentur: Si prædicti Monachi habitent in Prioratibus subditis Ordinariis Locorum, & ibi regant, vel resideant, possint interdici, suspendi, & excommunicari ab Ordinariis, dum ibi morantur. Idem tenet Federic. de Senis *cons.* 19. *in fin.* quem sequitur Tusc. *lit. E conclus.* 565 *num.* 8. & *num.* 10. dicit:
5. hoc procedere etiamsi exemptio sit plenissima, & concessa Ordini, etiamsi sit post *d. cap.* 1. confirmata cum declaratione quòd *d. cap.* 1. nullum generet præjudicium tali exemptioni *per cons. Geminiani* 72. *toto num.* 1. Cocchier. *de jurisdictione in exemptos part.* 5. *q.* 14. *num.* 8. & prius *part.* 2. *quæst.* 45. *num.* 6. Navarr. *cons.* 19. *num.* 9. *de Cleric. non resid.* Capic. *decis.* 59. *in fine*, latissimè Salgad. *de supplicatione ad Sanctiss. part.* 2. *cap.* 15 *num.* 10. Frances *in Pastoral. Regular. q.* 21. *num.* 31. Campanil. di-

diverſ. Juris rub. 12. *cap.* 13. *num.* 31. *verſ. Quod. ſi in Monaſterio*, & plenius *num.* 116. *verſ. Inſuper*, ſed pro omnibus Fagnan. *in cap. Quoniam num.* 2. & 3. ubi multa Jura concordantia adducit *de Privileg.* & Rota pleniſſimè *deciſ.* 165. *à num.* 2. *uſque ad* 38. *p.* 7. *recent.*

6. Cùm ergo Fratres degentes in Conventu S. Mariæ in Via ſint deſtinati ad inſerviendum dictæ Eccleſiæ Cardinali Titulari ſubjectę, nullo modo poteſt illis ſuffragari exemptio generalis conceſſa Fratribus, & Ordini Sanctæ Mariæ Servorum, quantumvis ſit exemptio plena, & pleniſſimà, ut dicit Geminian. *d. conſ.* 72. cui conſilio ferè omnes Doctores Bononienſes ſubſcripſerunt, ut notat Fagnan. *in cap. Ex parte num.* 45. *de Privileg.* Rota *d. deciſ.* 165. *num.* 2.

7. Et ratio eſt, quia quis poteſt eſſe pro parte exemptus, & pro parte ſubjectus, Franch. *in cap. Si Papa* §. 1. *n.* 2. *de Privileg. in* 6. *Franceſ. in d. Paſtoral. Regular. loc. cit. num.* 31. *verſ. Quia*, Cocchier. *d. q.* 45. *num.* 6. Salgad *loc. cit. num.* 44.

Non obſtat, quòd *d. cap. Volentes* non procedat, niſi quando exemptio eſt ratione loci, non autem quando eſt Perſonalis, qualem habent hodie omnes Religioſi, quia hæc diſtinctio fuit reprobata à Rota in *Baren. Juriſdictionis*

8. 20. *Maii* 1603. ſeu 1613. juxta emendationē factam à Cantalmagio in ſuo repertorio Deciſionum coram Cardin. Veroſpio ſeniore regiſtr. poſt Marcheſan. *de Commiſſion. par.* 1. *pag.* 1069. *num.* 3. *verſ. Verùm nec relevat*, ubi quòd diſpoſitio *d. cap. Volentes*, procedit in quacumque exemptione, & aſſerit, ita pluries reſolviſſe Sac. Congregationem Concilii, quod ſequitur eadem Rota *in d. deciſ.* 165. *num.* 7. *par.* 7. *recent.*

Sed quatenus diſpoſitio *d. cap. Volentes*, non haberet locum in exemptione Perſonali, non ſuffragaretur dictis Fratribus Servorum, qui non habent exemptionem ſimpliciter Perſonalem, ſed mixtam, ut in puncto reſolvit Fagnan. *in cap. Ex parte num.* 49. *de Privileg.* ubi quòd *cap. volentes* loquitur de exemptionibus mixtis, ideſt conceſſis loco, & Perſonis ſimul, quales ſunt exemptiones Regularium; Nam iſti habent exemptionem Perſonæ reſpectu Monaſterii, ut notat idem Fagnanus *in cap. Tuarum num.* 6. *de privileg.*

9. Ultra quod ſi eſſemus in exemptione ſimpliciter Perſonali, nihilominus haberet locum limitatio appoſita *in dicto.* §. *in eos*, quia ibi loquitur Summus Pontifex de exemptione Perſonali, ut notat ibi Geminian. *num.* 3. Et propterea cùm Fratres Servorum inſerviant Eccleſiæ ſubjectæ Cardinali Titulari, quamvis eorum exemptio ſit perſonalis, nihilominus ea juvare ſe non poſſunt, obſtante diſpoſitione dicti Textus.

10. Non obſtat, quòd per Privilegia Regularium ſit derogatum *d. cap. Volentes*, quia etſi in Privilegiis multorum Regularium, & in ſpecie Fratrum Servorum habeatur derogatio ad *d. cap. Volentes*, ut notat Fagnanus *in d. cap. Tuarum de privileg. ſub num.* 19. *verſ. Simili-*

11. *ter Fratres*. Advertendum tamen eſt illam derogationem comprehendere ſolummodò illos tres Caſus, nempè, Delicti, Contractus, ac Rei ſitæ, non autem comprehendere diſpoſitionem *d.* §. *in eos*, quæ habet ſpecialem rationem, ſcilicet Regiminis, Adminiſtrationis, & Reſidentiæ in loco ordinario ſubjecto, & propterea niſi oſtendatur derogatio ſpecifica

12. diſpoſitioni prædicti §. non cadit ſub illa generali illorum trium caſuum, in quibus adeſt diverſa ratio; cùm unus poſſit eſſe exemptus ratione certæ rei, vel loci, & ſubjectus ratione alterius rei, vel loci, *cap. Cùm Capella de privileg.* ubi notat Jo: Andr. Butr. & Cardinalis, quòd quis poteſt eſſe ſubjectus ratione Beneficii, qui ratione alterius cenſetur exemptus

13. Fagnanus *ibidem in princ.* In hac enim materia una, & eadem res, vel Perſona diverſis reſpectibus poteſt diverſo jure cenſeri *cap. Cùm olim de re iudic. cap. ex Litteris de probat.* cum aliis per Fagnan. *in d. cap. Cùm Capella num.* 13. Et ita in puncto tenet idem Fagnanus *in cap.*

14. *Ex parte num.* 52. *de privileg.* Ubi quòd ſi exempti ſpecialiter ratione delicti, Contractus, ac rei ſitæ obtineant beneficia Ordinariis ſubjecta, eorumdem beneficiorum ratione Ordinariorum juriſdictioni declarantur eſſe ſubjecti, & confirmat exemplo Regularium, qui accipiunt executionem ultimæ voluntatis, & adminiſtrationem Hoſpitalium, & Confraternitatum; ait enim eſſe ſubjectos, quoad eam executionem, & adminiſtrationem Ordinario, non obſtante quacumque exemptione, & ſic declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione Concilii Frances *in Paſtoral. d. quæſt.* 31. *num.* 31. *verſ. Idem repetit Cocchier.*

Cum aſſiſtentia juris concurrit facultas, & poteſtas data à Sixto V. *in ſua Conſtit.* 55. *de præfinit. Titulor.* in Clerum, & Populum di-

15. ctis Titulis ſubjectos. Nec eſt ambigendum appellatione Cleri comprehendi Regulares inſervientes Eccleſiis Cardinalium Titularibus, quia ſic ſubjecta materia poſtulat, quæ eſt attendenda, Felin. *in cap. Licet num.* 9. *in fin. de offic. ordin.* in puncto Antonin. *variar. lib.* 1. *reſol. fin. caſ.* 50. *verſ. primo quia in d. Conſtit.* Turrecrem. *in cap. Si quis*, *num.* 2. & ibi Præpoſit. *num.* 2. *verſ. poteſt reſponderi*, *diſtinct.* 58.

Quòd autem materia ſubjecta ſic poſtulet ex eo convincitur, quia Summi Pontifices, dum concedunt Eccleſias ſæculares pro Titulo Cardinalium, quibus inſerviunt Canonici, & Presbyteri ſæculares, mandant Canonicis, & Capitulo, & aliis Presbyteris ratione dictarum Eccleſiarum ſubditis, ut dicto Cardinali pareant, & obediant. Ubi non ſunt Canonici, mandant quibuſvis Perſonis ratione dictarum

rum Ecclesiarum subjectis, ut ex Bullis Titulorum Sancti Marci, Sanctorum Quirici, & Julitæ, Sancti Joannis ante Portam Latinam, & in aliis similibus; quando verò concedunt Ecclesias in Titulum, quibus inserviunt Regulares, mandant Guardiano, & Fratribus Domus Regularis, vel Superiori, & Conventui, ut pareant, & obediant, &c. ut patet ex Bulla Diaconiæ Sancti Georgii in Velabro, Tituli
16. Sanctæ Mariæ in Via, & aliis similibus, ex quo manifestè insurgit, Summos Pontifices Clericos sæculares, ac Regulares pariformiter in subjectione determinare.

Et propterea licèt Sixtus V. solùm mentionem fecerit de Clericis, subjecta materia exigit, ut etiam de Regularibus debeat intelligi, ut benè Felin. *loc. cit.* Anton. *loc. cit.* Præser-
17. tim quia sumus in materia favorabili non odiosa; Nam ex quo Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via est subjecta pleno jure Cardinali Titulari, res est reversa in primævum Statum, hoc est ad jus commune, quo Regulares inservientes dictæ Ecclesiæ subjecti sunt Ordinario *l. si unus §. Pactus ne peteret in fin. ff. de pact.* Gloss. *in cap. 3. in verb. Numerandum de præben. in 6.* Felin. *in cap. Cùm accessissent. num. 5. 6. & 30. de Constitut.* Rot. *decis. 457. part. 1. divers.* Gonzalez. *ad Reg. 8. §. 1. Proem. num. 47. & rursus §. 6. num. 28. & 30.* ubi quòd ad cognoscen-
18. dum, An materia sit favorabilis, vel odiosa, est inspicienda ratio proemialis, *& num. 31.* ait, quòd si legislator principaliter est motus ob favorem, actus est favorabilis, licèt secundariò redundet in odium alterius Rota *d. decis. 437. num. 1. & 2.*

19. Quòd autem erectio Ecclesiæ in Titulum Cardinalitium sit favorabilis non solùm ipsismet Cardinalibus, sed & Ecclesiis Titularibus, patet ex verbis Bullæ Sixti V. *§. 1. vers. Nos antiquæ pietatis & §. 12. vers. Sic igitur.* Ea enim, quæ ibi statuit Summus Pontifex tendunt in utilitatem dictæ Ecclesiæ, & propterea materia est favorabilis, Abb. *in cap. Nihil in princip. de elect.* Caputaquen. *decis. 215. num. 6. & 202. num. 4. lib. 3.* Gonzalez *d. §. 6. num. 34.*

20. Eò maximè, quia assignatæ sunt Ecclesiæ Titulares Eminentissimis Cardinalibus, qui dicuntur Pars Corporis Papæ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Filii in Apostolici muneris functione, atque in universæ Reipublicæ Christianæ administratione præcipui Summi Pontificis Consiliarii, ut ait, idem Sixtus V. *d. Constit. §. 1. vers. Quod quidem* nec datæ illis, de quibus Jo: Monachus *in cap. Cùm ex eo num. 1.* & ibi Probus ante *num. 2. de elect. in 6.* relat. à Gonzalez *d. §. 6. proem. num. 33.*

Sed quicquid sit, an actus sit favorabilis, vel odiosus, sumus extra difficultatem, quia expressè Summus Pontifex mandat Superiori, & Conventui Sanctæ Mariæ in Via, ut pareant
21. & obediant Titulari, quo casu sicuti Papa potest concedere exemptionem, ita, illam tollere potest, cùm hoc resideat in ejus arbitrio, Cocchier *de jurisdict. in exemp. par. 3. quæst. 1 num. 1. 2. & 3.*

Et quòd Papa quotidiè tollat exemptiones Regularium, testatur, & ipsa praxis, quamvis titulo oneroso concessæ prætendantur. Alviset. *in Murenula aurea sect. 1. cap. 8. §. 2. art. 1. num. 35.*

Vanum est autem dicere, quòd mandatum factum à S. mem. Innocentio X. Superiori, & Conventui Sanctæ Mariæ in Via, ut obediant Cardinali Titulari sit in parte executiva Diplomatis; Illud enim esse in parte dispositiva, & substantiali apertè patet ex lectura ipsius Diplomatis; Nam Summus Pontifex committendo Regimen, administrationem, & curam dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via Cardinali Titulari, cui Ecclesiæ inserviebant Fratres servorum in necessariam consequentiam, eorum obedientia erga Titularem requirebatur. & propterea dictum mandatum non respicit executionem extrinsecam, sed intrinsecam, & substantialem, Rota *decis. 642. num. 6. & 7. par. 1. in recent.* sed meliùs *in decis. 286. num. 7. vers. Sed negabant part. 3. recent.* ubi quòd non
22. dicitur clausula posita in executivis, quando est posita immediatè post perfectam dispositionem, ut in casu nostro, & in aliis decisionibus relatis à Marta *de Clausul. part. 4. clausul. 20.* Gratian. *discept. 609. à num. 8.*

Nec facit ad rem intellectus datus ex adverso dictæ clausulæ, scilicet, quod Fratres non impediant Cardinalem Titularem in exercitio jurisdictionis, quæ illi competit in dicta Ecclesia, non autem adversus illos. Quia Innocentius Decimus non dicit, quòd non impe-
23. diant, sed quòd obediant, & pareant; Nullo enim casu possunt dicti Fratres impedire Cardinalem Titularem, ne exerceat omnimodam jurisdictionem in Ecclesia prædicta sibi pleno jure subjecta, sed debet intelligi, ut Fratres obedientiam præstent Titulari in his, quæ spectant ad cultum Divinum, & servitium Ecclesiæ, cui sunt addicti, quæ obedientia debet esse perfecta, & pura ab omni fæce imperfectionis. ut est illa, de qua in *gloss. distinct. 93.* quæ consistit in tribus, nempè in exhibendo reverentiam, mandato suscipiendo, & judicium subeundo, ut notat Geminian. *d. distinct. 93. in princip.* & habetur *in cap. 3 & in cap. Illud, & in cap. His quæ de Majorit. & Obedient.* cum aliis per Benedictum Pereyram *in sua Academia, sive Republ. Literalia lib. 5. tit. de Rector. num. 713. & 715.*

Ex his remanet absoluta secunda quæstio.

SUM-

SUMMARIUM

Tertiæ Quæstionis.

1. *Breve Leonis X. Fratribus Servorum concessum evanuit, ac Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via status est immutatus per erectionem in titulum, & num. 4.*
2. *Tituli Cardinalitii dicuntur vacare, ac unio facta per Leonem X. Conventui Fratrum Servorum extincta. & de unita effecta est collativa, & vacabilis.*
3. *Erectio Ecclesiæ in Titulum dicitur novum corpus cum novo Præsule, ideoque malè infertur de corpore antiquo ad novum, ne detur monstrum, quod in una Ecclesia adsint duo sponsi.*
5. *Conclusio, quòd erectio in titulum censetur facta sine præjudicio tertii, quomodo intelligenda, & num. 6.*
7. *Declaratur in quibus titulis Constitutio Sixti V. de Titulorum præfinitione præservet jus tertii.*
8. *Eadem Sixtina Constitutio an deroget aliis Constitutionibus Apostolicis circa privilegia Regularium.*

TERTIA QUÆSTIO.

AN saltem vigore Brevis Leonis X. qui concessit dictam Ecclesiam Fratribus, illam subtrahendo à jurisdictione Cardinalis Titularis Sancti Marcelli, possint dicti Fratres privilegio prædicto se tueri.

1. Et negativè pariter est resolvendum, quia dicta Ecclesia post Concessionem Leonis X. erecta fuit in Titulum Cardinalitium à Julio III. & propterea Concessio Leonis evanuit; Tum quia immutatus est dictæ Ecclesiæ status, de Regulari enim effecta fuit sæcularis, unde immutatum est jus prius, & illius effectus, Seraphin, *decis.* 1445. *num.* 7. Penia *decis.* 1058. *num.* 13. ubi de simili privilegio Leonis X.

2. Tum quia de unita facta fuit collativa, & Vacabilis; Tituli enim Cardinalitii dicuntur vacare, Butr. *in c. His quæ in* 1. *notab.* & ibi Fagnanus *num.* 27. Et ideò extincta fuit unio dictæ Ecclesiæ per Leonem X. facta dicto Conventui Fratrum Servorum. Gregorius XV. *decis.* 77. *num.* 3. Nihil enim tam repugnat unioni, quàm status collativus Gregoirus XV. *decis.* 112. *num.* 3. Tondut. *allegat. Canonic. tom.* 2. *part.* 3. *cap.* 156. *num.* 9. & per consequens dicta Ecclesia non potest dici amplius de Mensa Conventus, *cap. Cùm accessissent de Constit. Clementin. unic.* §. *Quidam etiam*; & ibi Vitalin. *num.* 82. *de Excessib. Prælat.*

3. Tum quia per erectionem dictæ Ecclesiæ in Titulum Cardinalitium formatum est novum corpus cum novo Præsule; Ideò dictum Breve Leonis dictis Fratribus suffragari nequit, Hostien *in cap. cùm inferior. num.* 12. & ibi Jo: Andr. *Gloss.* 3. *ad fin.* Cardinal. *num.* 1. *quæst.* 10. Butr. *num.* 12. Bellemer. *num.* 8. *de majorit. & obed.* quos refert, & sequitur Rota *decis.* 313. *num.* 4. *par.* 4. *rec.* ubi *num.* 3. dicit, quòd malè infertur de corpore antiquo ad novum. Esset enim Monstrum, quòd in una Ecclesia sint duo capita, Rota *decis.* 54. *post Tamburinum de Jur. Abbatum tom.* 3.

4. Et proindè cùm dicta Ecclesia, quæ priùs unita erat Conventui, & Regularis existebat, per erectionem in Titulum effecta fuerit vacabilis, & sæcularis, Breve Leonis, & privilegia priori illi statui concessa, non possunt Fratribus amplius suffragari, Gratian. *discept.* 458. *num.* 9. 10. & 11. Rota *d. decis.* 313. *num.* 5. *in fine*.

5. Non obstat, quòd dicta erectio intelligatu facta sine præjudicio Tertii tàm de Jure, quàm ex Constitutione Sixti V. §. 10. quia, quod attinet ad jus commune, jam dictum fuit in disceptatione *num.* 83. quòd dicta clausula intelligitur de alio præjudicio quàm de expresso. Ulteriùs dicimus, quòd debet intelligi de præservatione juris compatibilis cum erectione, non autem de compatibili, & continente
6. manifestam contradictionem, quale esset si post erectionem duraret adhuc concessio Leonis, Seraph. *decis.* 1445. *num.* 4. & 5. Adden. ad Buratt. *decis.* 576. *num.* 13. & *ad decis.* 2. *num.* 286. & *seq. part.* 3. *rec.*

7. Constitutio autem Sixti V. non solùm non prodest fratribus, sed omninò nocet, nam distinguendum est inter Ecclesias Titulares antiquas, & de novo erectas; Quoad antiquas nullum fuit præservatum jus tertii, sed simpliciter in decem de novo ab ipso Pontifice erectis; ut habetur disertis verbis in dicta Constitutione §. 10. Et propterea quicquid sit de novis Titulis, certè quoad Ecclesiam S. Mariæ in Via, quæ est de antiquis, si non de antiquissimis clausula illa non porrigitur, ut in
8. puncto Pasqualig. *in quæst. moral. Jurid. quæst.* 127. per totam, & præsertim *num.* 8. Quæ Constitutio Sixtina cum in §. 11. verbis rotundis deroget Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum supradictarum, & aliarum quarumcumque, nec non ordinum Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, ac Litteris Apostolicis, illis, ac quibusvis aliis Personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, omnem tollit difficultatem, quia, ut videbimus in quæstione nona, prædicta Derogatio sic amplissimis, & expressis verbis facta tollit omnia, quæ in contrarium adducuntur.

SUM-

SUMMARIUM
Quartæ Quæstionis.

1. *Consuetudo quòd Monasterium non sit subjectum titulo Cardinalis debet aliundè probari quàm partis assertione.*
2. *Pontificis assertio non probat consuetudinem negativam Titularium.*
3. *Pontificis enunciativa non emanata motu proprio, & circa factum alienum non probat. præcipuè stante tertii præjudicio.*
4. *Ecclesia non venit appellatione monasterii, nisi sit incorporata eidem Monasterio tanquam pars integralis.*
5. *Consuetudo negativa Titularium etiam in futurum sublata per Constitutionem Sixti V. & per diplomata Titulorum cum decreto irritanti.*

QUARTA QUÆSTIO.

AN Fratribus Servorum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via inservientibus assistat prætensa consuetudo deducta ex *cap. Dilectus de Capellis Monach.*

Et negativè est resolvendum; Nam ultra responsiones datas in *discept. à num.* 105. quæ non benè evacuantur ab Adversariis, dicimus
1. ex eo Textu non probari assertam consuetudinem. Quia illa verba, & generaliter servatur in Urbe, ut nullum Monasterium Titulo sit subjectum, non sunt Verba Pontificis, sed partis litigantis, cujus assertioni non statur, sed debet consuetudo aliundè probari ab illo, qui illam allegat, Dec. *cons.* 402. *num.* 11. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 14. Rota *in plurib. decis. relat. in decis.* 15. *num.* 21. *part.* 11. *recent.*

Imò si essent Verba Pontificis, assertam con-
2. suetudinem non comprobarent, ut in puncto de subectione dixit Rota *decis.* 239. *num.* 18. *part.* 8. *recent.*

3. Verba enim enunciativa Papæ, cùm non sint emanata motu proprio, nec contineant factum proprium, non probant enunciatum, *Clement. fin. de sent. Excomm.* Paris. *cons.* 128. *num.* 22. *lib.* 4. cum aliis per Rotam *decis.* 197. *num.* 70. & 71. *part.* 5. *recent.* Et præsertim cum concernerent interesse partis, Caputaq. *decis.* 337. *num.* 5. *part.* 3. Rota *decis.* 147. *num.* 72.

Sed quod tollit omnem difficultatem est quod Papa, non obstante allegata prætensa consuetudine pro parte Ecclesiæ Sancti Laurentii in Piscinula, tulit sententiam assertæ consuetudini contrariam; condemnavit enim dictam Ecclesiam Sancti Laurentii, quæ erat Monasterium Monialium ad recognoscendum Ecclesiam Sanctæ Cæciliæ Titularem in Baptismo, & Scutrinio, ut patet ex Textu, ibi: Nos igitur, auditis propositis, Oeconomum Sancti Laurentii Syndico vestro condemnamus in Baptismo, & Scrutinio.

Sed quicquid sit etiam quod per prædictam assertam consuetudinem exemptum fuisset Monasterium à jurisdictione Cardinalis Titularis nihil ad rem nostram, cùm hodie non tractetur de acquirenda jurisdictione in Monasterium, sed de ea conservanda in Ecclesia à Mo-
4. nasterio separata, & sejuncta, quæ appellatio Monasterii non continetur, Gloss. *not. in Clement.* 1. *verb. Monasteriis de elect.* Duran. *decis.* 92. *num.* 12.

Nam tunc appellatione Monasterii venit Ecclesia, si incorporata sit Monasterio, & sit pars integralis Monasterii, ut dicunt Doctores allegati ab Adversariis.

Et propterea cùm Ecclesia S. Mariæ in Via non sit incorporata Conventui, sed tanquam membrum separatum sit pleno jure subjectum Cardinali Titulari non cadit sub exemptione Monsterii, Ubald. *de Can. Episc. cap.* 4. *quæst.* 8. *num.* 2. & 3. Gratian. *discept.* 282. *num.* 39.

5. Cæterùm licèt hæc asserta consuetudo posset sustineri, nihilominus per Constitutionem Sixti V. & per diplomata Titulorum fuit sublata, quæ, cùm habeant Decretum irritans, inficiunt omnem contrariam consuetudinem, non tantùm præteritam, sed etiam futuram, Felin. *in cap. Cùm accessissent de Constitut. vers. quarto limita*, Ruin. *cons.* 13. *num.* 13. *lib.* 2. cum aliis per Rojas *decis.* 31. *num.* 24.

SUMMARIUM
Quintæ Quæstionis.

1. *Præscriptio subdito adversus superiorem non currit, & num. 7. ubi de ratione.*
2. *Et si detur an quoad jura Episcopalia, & de ratione, ob quam non intret quoad reverentiam, & obedientiam.*
3. *Non datur, ubi ex ea sequeretur absurdum, & num. 4. ubi neque ex immemorabili.*
5. *Abbati datur adversus Episcopalem jurisdictionem ex Papæ privilegio.*
6. *Item præscribere potest Abbas aliqua jura Episcopalia, ubi Capellas habet sibi subjectas.*
8. *Interrumpitur præscriptio jurisdictionis Titularis ex nova vacatione, ac Titulorum provisione adversus quamcumque consuetudinem, & contrarium usum.*

QUINTA QUÆSTIO.

AN Fratres Servorum inservientes Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via possint se tueri aliqua præscriptione adversus Jurisdictionem Cardinalis Titularis. Pariter est negativè resolvenda.

Fir-

Firmato enim, quod dicti Fratres subditi
1. sint Cardinali Titulari, nec juvari possint aliqua exemptione, inanis est exceptio præscriptionis, cùm subditus adversus Superiorem non præscribat; Textus est rotundus in *cap. Cùm liceat de præscription.* ubi Summus Pontifex mandat Prioribus, Monasteriis de Costa, & de Donato, quòd reverentiam, & obedientiam exhibeant Archiepiscopo Bracharen, præscriptione temporis non obstante, eo quod nonnullæ Ecclesiæ dictorum Monasteriorum erant in Diœcesi dicti Archiepiscopi, & ibi Glos. *in verb. Non obstante*, enumerat casus, in quibus subditi non possunt præscribere contra Superiorem.

Nullam autem aliam jurisdictionem prætendimus, nec prætendunt Cardinales Titulares quàm obedientiam, & reverentiam à fratribus inservientibus Titulis in his, quæ spectant ad cultum, & servitium Ecclesiarum Titularium.

2. Non obstat, quòd jura Episcopalia possint præscribi, quia non negamus, aliqua jura Episcopalia posse præscribi, sed nullo modo obedientiam, & reverentiam, quæ si possent præscribi, & juri publico nocerent, & confusionem parerent *argum. l. ultima ff. de usu cap.* cum aliis per Barbos. *d. cap. Cùm non liceat num. 3. vers. ex hoc Textu*.

Nocerent autem juri publico, si posset præscribi obedientia, quia jus publicum consistit in obedientia subditorum, *cap. ult. verb. Obedientia* 18. *quæst.* 1. Confusionem, & inordinationem pareret, si obedientia præscriberetur, quia membrum suo capiti non obtemperaret, Barbos. *loc. cit.* & Fermosin. *d. cap. Cùm non liceat num. 6.*

Fingamus ergo, quòd Cardinalis Titularis per se, vel per suum Vicarium mandet Parocho, ut visitet infirmos, non sit negligens in administratione Sacramentorum, ut concubinarios expellat, vel separet, & quid simile. Sacristæ, ut reddat rationem redditum Sacrarii ad Ecclesiam spectantem. Oeconomo, vel Syndico, de redditibus Ecclesiæ. Confessariis, ut sint soliciti in audiendis confessionibus. Concionatori, ut conciones habeat statis diebus, Generalis autem id omninò prohibeat, vel sua auctoritate ea mandet fieri, spreta illa Cardinalis Titularis sicut sprevit. Quis unquam sanæ mentis dicere poterit, ea facere potuisse sub prætextu, quòd præscripserit adversus obedientiam debitam Cardinali Titulari? Nonne ex his actibus erit turbatum bonum publicum, & omnia ad confusionem, & perturbationem redacta? Et hoc est illud monstrum, quod daretur, si in ea Ecclesia veluti in uno Corpore essent duo Capita, quod non solum jus respuit, sed Natura abhorret; unum enim scilicet Caput actoritate ordinaria, alterum consuetudine, vel præscriptio-
3. ne, Hostien. *in cap. Cùm contingat num. 1. de foro compet.* & *in cap. Quoniam num. 2. de offic. ordin.* Dari enim non potest consuetudo, vel præscriptio, quod faciat possibilia hujusmodi duo capita in eadem Ecclesia, ut notat Butr. *in d. cap. Cùm coatingat num.* 11. Bellam *num.* 15. Quia esset consuetudo, & præscriptio irratio-
4. nabilis circa ea, quæ nec consuetudine immemorabili præscribi possunt. Gabriel. *de præscript. conclus.* 1. *num.* 8. & 36. & ita doctissimè ratiocinatur, & resolvit Rota omninò viden. in Constantien. Jurisdictionis coram Ortembergo *registr. post.* 3. *volum.* Tamburin. *de jur. Abb. in ord.* 55. *num.* 13. *usque ad* 17.

Non obstat Text. *in cap. Cùm olim. de præscript.* quem magni faciunt Adversarii.

Quia Abbas, de quo in Textu, habebat Privilegium Pontificium, per quod liberabatur à jurisdictione Episcopi Plebs Salmazanæ,
5. & aliæ Capellæ, & super hujusmodi Privilegio fundabatur præscriptio, quæ absque illo non valuisset, ut notat additio ad illum Text. *in verb. Duas*, Gloss. *in d. cap. Cùm non liceat in verb. Non obstat. in fin. vers. sed ibi habuit Privilegium*, ratione cujus præscripsit Fagnan. *in d. cap. Cùm olim num.* 46. & 47.

Secundò ille Textus habet locum, quando
6. Abbas habet Cappellas sibi subjectas, in quibus potest præscribere aliqua jura Episcopalia, ut notat Anan. *in d. cap. Cùm olim. num.* 1. Alexand. de Nevo *nu.* 1. Zabarell. *in cap. Auditis nu.* 6. *de præscrip.*

At in casu nostro Fratres Servorum nullum habent privilegium, quia quòd habebant, evanuit per erectionem dictæ Ecclesiæ in Titulum, nec Ecclesiam, nec Capellas sibi subjectas.

Tertiò dictus Textus procedit in illa præscriptione, per quam obedientia ab Episcopo transfertur in Romanam Ecclesiam, cui Monasterium se subjecerat; At in casu nostro Superior Conventus Sanctæ Mariæ in Via non potuit præscribere, ut obedientia transferret ad Romanam Ecclesiam, quia Romana Ecclesia, & ejus Caput Summus Pontifex illam obedientiam, quam sibi Fratres tanquam exempti debebant, transtulit in Cardinalem Titularem, nec eam sibi reservavit, unde si daretur prætensa præscriptio, dicti Fratres remanerent
7. Acephali, & sine Capite, que ratio potissima est, cur præscriptio non competat subditis adversus Superiorem, ut notant Barbos. & Fermosin. *d. cap. Cùm non liceat, ille num.* 3. *iste num.* 8.

Nec dicatur, Fratres inservientes dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via transtulisse obedientiam in Generalem, quia Generalis in illa Ecclesia est subditus Cardinali Titulari; Nomine enim Superioris continetur tàm mediatus, quàm immediatus Superior.

Sed quod tollit omnem difficultatem est, hic nullam posse considerari præscriptionem,

quia ex qualibet vacatione Titulorum, & nova provisione interrumpitur præscriptio. Nam ex nova provisione reviviscit jurisdictio Cardinalis Titularis adversus quamcumque consuetudinem, contrarium usum, & præscriptionem, & ad pristinum statum reducitur, & ab omni præjudicio vendicatur, Roder. *quæstion. Regul. tom.* 1. *quæst.* 8. *art.* 4. *in fin. vers. Deficit. etiam in hoc casu præscriptio, usque ad fin.* cum aliis per Rotam *dec.* 33. *num.* 26. *part.* 10. *recent.*

SUMMARIUM

Sextæ Quæstionis.

1. *Jurisdictionem Episcopalem Cardinales Titulares habent de jure communi, non autem ex consuetudine in eorum Ecclesiis, & num.* 2. *&* 3. *ubi de distinctione inter Cardinales, & simplices Plebanos jurisdictionem habentes ex consuetudine.*
4. *Cardinales Titulares habentes jurisdictionem in Capellis Titulo subjectis, multò magis illam habent in eadem Ecclesia Titulari, & num.* 5.
6. *Jurisdictio quasi Episcopalis Cardinalibus Titularibus collata à Sixto V. intelligitur proportionabiliter quoad Cardinales non Episcopos, & num.* 7.
8. *Cardinales Titulares in suis Ecclesiis si sint Episcopi istorum loco habentur quoad jurisdictionem, & Episcopalia, & quid si non sint Episcopi.*
9. *Reprobatur opinio Bellarmini, & firmatur Cardinales, in suis titulis non esse ad instar Parochorum, & Episcopo subjectos, sed pinguis jus habere, quàm Plebani ubi de communi Canonistarum.*
10. *Declaratur Constitutio Gregor. XIII. quomodo intelligenda circa jurisdictionem Episcopalem quam Cardinales habent in suis titulis.*

SEXTA QUÆSTIO.

AN de Jure communi, vel solùm ex consuetudine habeant Cardinales in suis Titulis jurisdictionem Episcopalem.

Et de jure communi illam habere, non autem ex consuetudine solvendum est. Nam
1. quamvis ex adverso scribentes prætendant ex Doctrina Innocentii *in cap. Dilectus de Capell. Monach.* probare illam habere ex consuetudine; Doctrina tamen Innocentii nec benè intellecta, & diminutè allegata.

Dubitat ibi Innocentius, An Sacerdotibus in Plebe, seu Ecclesia Parochiali existentibus competat de jure communi facultas baptizandi, & alia Parochialia exercendi, respondet, quòd ignorat, ubi sit istud jus commune; Nam licèt Parochiani cujuslibet Ecclesiæ à proprio Sacerdote debeant baptizari, & alia Sacramenta, quæ ipsi coferunt, recipere. Quòd tamen Sacerdotes hoc, debeant, hoc non invenio inter jura Parochialia, nisi specialis consuetudo introducat, supra *de Majorit. & Obed. cap. His, quæ &c.* Hæc sunt verba præcisa Innocentii ex quibus non rectè infertur, non competere de jure communi Cardinalibus in suis Titulis jurisdictonem Episcopalem. Non enim potest argumentari à Sacerdotibus in Plebania degentibus ad Cardinales Titulares. Et propterea Innocentius diminutè, ut dixi, allegatus resolvendo quæstionem; An jus exercendi Parochialia competat Plebanis de jure commmni *num.* 4. Subjungit, sed potest dici illud (jus commune) obtinere in Titulis Cardinalium, qui habent pinguius jus, quàm Plebani.

2. Sed clariùs hoc declarat Cardinalis Zabarella *consf.* 65. *num.* 1. ubi quòd Textus *in d. cap. Dilectus* non habet locum in Titulis Cardinalium, quia ibi Cardinales fundant intentionem de jure communi, in aliis verò Titulis Plebanatuum attendendam esse consuetudinem.

3. Vanum est ergo dicere, quòd Cardinalis Titularis Sancti Laurentii in Damaso, de quo *in cap. His quæ de Majorit. & Obed.* obtinuerit in eo Titulo jurisdictionem à consuetudine, & propterea non sit extendenda ad alios Titulos, cùm certissimum sit ex supra traditis, Cardinales Titulares fundare suam jurisdictionem in jure communi, non in consuetudine; quod, & voluit Felin. *in d. cap. His quæ, num.* 1. *vers. & dicit Cardinalis*, ubi sequitur consilium Cardinalis Zabarellæ, & ejus doctrinam *in cap. Venerabilis de Except.* dicentis, quod Plebanus non fundat intentionem suam in Capellis de jure communi, nisi Ecclesia Matrix, esset Titulus Cardinalis, quam doctrinam explicat, & sequitur Fagnan. *in d. cap. His, quæ, num.* 38.

4. Nec obstat, quòd Honorius III. *in d. cap. His quæ*, non loquatur de jurisdictione, quam habent Cardinales in suis Titulis, sed de ea, quam habent in Capellis sibi subjectis, ut dicunt Adversarii ducti auctoritate Mandosii *in reg.* 7. *Cancell. quæst.* 2. *num.* 1: *circa fin. vers. Verùm, quia, d. cap. His quæ*; Nam Honorius III. *in d. cap.* enumerat, quæ spectant ad jurisdictionem Cardinalis Titularis Sancti Laurentii in Damaso in Cappellis subjectis Titulo. Quæstio enim tunc erat de jurisdictione Cardinalis Titularis in Cappellis subjectis Titulo, non autem in Ecclesia Tituli. Unde non mirum, si non meminit de Ecclesia Titulari, sed de Capellis; frivolum ergo, ne dicam ridiculum, est argumentum. Cardinalis habet jurisdictionem Episcopalem in Cappellis subjectis Ecclesiæ Titulari, ergo non habet eandem in Ecclesia Tituli, sed benè valet argumentum à contrario; Cardinalis habet jurisdictionem in Cappellis subjectis Titulo, ergo multò magis illam habet in Ecclesia Titula-

tulari, à qua Cappellæ dependent in puncto Rota *decis.* 233. *num.* 14. *part.* 1. *divers.*

5. Hinc omnes Canonistæ, nemine dempto inferunt ex dicto Textu, Cardinalem in suo Titulo, & in Cappellis Titulo subjectis habere jurisdictionem Episcopalem, sic Abbas ibi *num.* 1. *vers. Secundò nota*, quod Cardinalis in Titulo suo, & in Ecclesiis subjectis jurisdictionem Episcopalem habet, Felin. *ibidem num.* 1. ibi. Cardinales habent in Titulis suis, & Ecclesiis sibi subjectis jurisdictionem Episcopalem, & novissimè, Fagnanus *ibidem num.* 15. *vers. Quintò nota* Cardinalem habere in suo Titulo, & in Ecclesiis Titulo subjectis Episcopalem jurisdictionem. Et quamvis Mandos. *loco cit.* incidenter dicat, quòd in dicto textu agitur solùm de his, quæ potest Cardinalis Titularis in Cappellis sibi subjectis non autem in Titulo; Nihilominus quando ex professo tractat quæstionem circa jurisdictionem, quam habent Cardinales in Titulo *num.* 10. dicit. Quantum verò attinet ad Cardinalium Titulos, sive ad Ecclesias Titulares, omnes concludunt, eos habere jurisdictionem Episcopalem, & quidem optima ratione. Nam ea omnia, quæ enumerat Honorius *in d. cap. His quæ*, spectare ad jurisdictionem Cardinalis Titularis, sunt eadem, quæ idem Honorius refert, & enumerat *in cap. Conquerente de Offic. ordin.* spectare ad jurisdictionem Episcopalem, & ibi Gloss. *in verb. Canonica* dicit hìc benè specificantur jura Episcopalia, Butr. *ibidem num.* 1. ait, quæ sunt jura Episcopalia declarat, & inferius *num.* 9. Nota secundò, hìc per ordinem enumerantur jura Episcopalia, quæ quilibet Episcopus habet in Ecclesia sibi subjecta, etiam dato quòd alteri Prælato sit subjecta Fagnan. *ibid. num.* 11. Nota ex integro contextu jura Episcopalia hìc per ordinem enumerari, quæ competunt Episcopis de jure communi in Ecclesiis, seu Cappellis Diœcesis suæ, etiam subjectis inferiori Prælato Sæculari, sive Regulari. Cùm ergo jura, quæ enumerantur *in d. cap. His quæ*, sint eadem, quæ referuntur *in d. cap. Conquerente*. Nulli dubium, de jure communi, non autem ex consuetudine Cardinales in suis Titulis habere jura Episcopalia.

Hinc videre est, quàm fœdè erraverint ex adverso scribentes, dum insudarunt in ostendendo jurisdictionem Cardinalis Titularis
6. non esse Episcopalem, sed solummodò, quasi Eiscopalem, & hanc controversiam sublatam fuisse à Constitutione Sixti V. & à Decreto Gregorii XIII. Nam quod attinet ad Constitutionem Sixtinam, certum est, illam non fuisse editam ad dirimendam hanc controversiam, sed ad præfiniendos Titulos Cardinalium, & licèt in Proemio dictæ Constitutionis Sixtus incidienter dicat prædictas Ecclesias auctoritate quasi Episcopali regendas. Cùm tamen eas erexerit cum honoribus, insigniis, & Privilegiis, & auctoritatibus debitis, & consuetis *ut in §. 2. Dictæ Constitutionis*, non videtur sustulisse jura Episcopalia, quæ de jure communi competunt Cardinalibus in dictis Titulis, sed dicendum est, Sixtum, singula singulis referendo, intellexisse de Cardinalibus Presbyteris, & Diaconis, qui si non sint Episcopi, jus Episcopale formaliter habere non possunt, sed quasi Episcopale, & expressè deducitur ab Auctoribus, qui post Sixtinam Constitutionem scripserunt in hac materia relati *in discept. num.* 33. & 34. sed pro omnibus sufficiat Fagnan. qui *in d. cap. His quæ*, asserit, Cardinales in suis Titulis, & in Ecclesiis Titulo subjectis jurisdictionem Episcopalem habere, qui cùm sit modernissimus Auctor, & Præsul eximius Canonista, & practicus eorum, quæ in Curia gesta sunt, non esset ausus hoc dicere, si Sixtus difficultatem sustulisset; Imò verba Constitutionis explicat *ibid.* ut quasi Episcopalem jurisdictionem habeant Cardinales Presbyteri, & Diaconi, qui cùm non sint Episcopi, non possunt habere potestatem, quæ annexa est Ordini Episcopali, sed in cœteris totam habent jurisdictionem Episcopalem. Nec Sixtus ullam mentionem fecit de Constitutione Pauli IV. relata *in disceptat. num.* 32. in qua litteris rotundis ille Potifex asserit Cardinales in suis Titulis habere jurisdictionem Episcopalem, quæ assertio cùm fuerit facta per modum causæ, & cum dictione, *Cùm*, quæ æquipollet dictioni, *Quia*, reddit certam, & indubitatam assertionem Rota *decis.* 411. *num.* 2. *part.* 4. *in recent.*

Explicatio autem Bullæ Pauli IV. deducta à Baldello, ne dum frivola est, sed ridicula, Nam Adversarii illum allegant *in Theolog. Moral. tom.* 1. *tit. de potest. Legislat. quæst.* 50 *sect.* 9. quem locum in meo Codice non reperi, benè novi Baldellum *in tract. de leg. lib.* 5. *disp.* 5. *n.* 25. habere hæc verba.

Denique quoad alios Prælatos, qui dicuntur habere jurisdictionem quasi Episcopalem, ut sunt, verbi gratia, Cardinales in suis Titulis, ut expressè habetur in Bulla Pauli IV. *Cùm Venerabilis*, quæ est Decanatu Cardinalium. Sed malè Constitutionem prædictam Baldellus allegavit, cùm expressè in ea dicatur iurisdictionem Episcopalem, non quasi Episcopalem, unde in Summariolo in margine dicti numeri apposito habetur, Cardinales in suis Titulis habent jurisdictionem Episcopalem, & possunt condere leges; Idem eisdem verbis reperitur in Indice dicti Tomi *in verbo Cardinalis*. Et propterea dicendum est, Baldellum erraffe allegando pro iurisdictione quasi Episcopali Cardinalium dicti Pauli IV. Constitutionem, in Summariolo, & in Indice errorem suum emendasse.

Et ex his intelligitur, quàm malè ab Adversariis reprehendatur doctissimus Moneta de

Conservator. cap. 5. *num.* 34. qui potiùs erat commendandus. Cùm enim potuisset sequi opinionem Ananiæ, Imolæ, Fagnani, & aliorum, qui *in d. cap. His quæ*, asserunt Cardinales etiam non Episcopos habere iurisdictionem Episcopalem in suis Titulis, & Cappellis sibi subiectis voluit moderatiùs loqui, tribuendo jurisdictionem Episcopalem Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, qui sunt Episcopi; quasi Episcopalem verò iisdem Cardinalibus, qui non sunt Episcopi, quæ distinctio priùs fuit Baldi *in d. cap. His quæ*, ubi dixit, quòd omnes Cardinales in omnibus Ecclesiis sibi subiectis habent jurisdictionem Episcopalem, & tamen quæ sunt Ordinis Episcopalis non habent, nisi sint Episcopi. Baldum sequitur Imola *in Clement. ne Romani in* 4. *quæst. num.* 2. *de elect.* & Felin. *in d. cap. His quæ* sequendo
8. Imolam, dicit Cardinales in suis Titulis habentur loco Episcoporum, quoad jurisdictionem, & quoad Episcopalia, si sint Episcopi, aliàs quoad jurisdictionem tantùm, Monetam sequitur Fagnan. *in d. cap. His quæ num.* 26. Si ergo esset reprehendendus Moneta, deberent reprehendi Baldus, Imola, Felinus, & Fagnanus, qui absque nota temeritatis reprehendi non possunt.

Hinc enim patet, quàm parùm modestè locuti sunt omnes ex adverso scribentes, dum conantur auferre omnem jurisdictionem Cardinalibus in suis Titulis, eosque redigere ad simplices Parochos, qui solùm baptizandi infantes, & sepeliendi mortuos, veluti vespilliones, facultatem habent, ducti auctoritate Bellarmini, & ejus sequacium, quos à mea disceptatione acceperunt *nu.* 39. licèt enim Cardinalis Bellarminus sit de Ecclesia Romana benemeritus, ejus tamen dicta in hoc proposito Antiquorum modestiam non imitantur, ut in simili dixit Rota *decis.* 191. *num.* 23. *in fin. part.* 1. *recent.* adversus opinionem P. Thomæ Sanchez viri alioquin Doctissimi, & Religiosissimi; Nam omnes Canonistæ nemine dempto *in cap. Dilectus de Capell. Monach.* asserunt Car-
9. dinales in suis Titulis habere pinguius jus, quàm Plebani, sic Jo: Andr. *num.* 9. Anan. *num.* 12. Anchar. *num.* 13. Hostien. *num.* 3. & hoc dixerunt alii plures Doctores, nempè Bellencin. *de Charit. subsid. quæst.* 3. Gomez. *ad reg. Cancell. de Trienn. quæst.* 31. *pag. mihi* 397. *vers. Imò majus habent*, Germon. *de indult. Cardin.* §. *Tam ratione num.* 16. Sed qui expressè confundunt, & falsam reddunt opinionem Cardinalis Bellarmini, Baronii, & aliorum, sunt Cardinales Hostien. & Zabarella dissertissimi Canonistæ, non Theologi, nec Historici, & qui superat omnes Summus Pontifex Innocentus IV. *in d. cap. Dilectus num.* 4. *vers. sed posset dici*.

Quò verò ad decretum, sive ad Declarationem Gregorii XIII. idem dicendum quod de Bulla Sixti V. Non enim illa emanavit ad dirimendam hanc controversiam de jurisdictione Episcopali, vel quasi; sed solum ex ea deducitur Gregorium XIII. declarasse, quod ea, quæ conceduntur à Concilio Tridentino, Episcopis, nolle exerceri à Cardinalibus in suis Titulis, ergo sunt inferiores Episcopis, & non habent nisi jurisdictionem quasi Episcopalem. Certè argumentum infirmum est. Quia Sum-
10. mi Pontifices declarant multa non posse per Episcopos exerceri in sua Diœcesi, ergo non habeant in ea jus Episcopale. Quid absurdius? Nonne reservatio unius, est præservatio quoad alia *l. Tribunus* §. *fin. ff. de milit. testam.* Rota *decis.* 10. *de rescript. in antiq.* Caputaqu. *decis.* 75. *num.* 7. & 8. *part.* 3. Gonzal. *reg.* 8. *gloss.* 12. *num.* 23. Fagnan. *in d. cap. His quæ num.* 10.

SUMMARIUM.

Septimæ Quæstionis.

1. *Vice Cancellario Sedis Apostolicæ credendum est de sibi dictis à Papa.*
2. *Amplia etiàm in simplici Cardinali, tribus tamen concurrentibus.*
3. *Facultates extraordinariæ Episcopis à Concilio Tridentino concessæ competunt etiam inferioribus Prælatis.*
4. *Facultas à Concilio Tridentino concessa Episcopis in Parochos an sit extraordinaria, vel ordinaria tanquam à jure communi emanata, & num.* 7.
5. *Exemptio Regularibus concessa non comprehendit Parochos animarum curam exercentes in Ecclesiis Episcopo subjectis.*
6. *Episcopus jure ordinario Regularium Ecclesias visitare non potest etiam quoad ea, quæ curam animarum respiciunt, si in illis Superiores Regulares omnimodam, temporalem, & spiritualem habeant jurisdictionem.*

SEPTIMA QUÆSTIO.

AN stante decreto, seu declaratione Gregorii XIII. habeant Cardinales in suis Titulis jurisdictionem circa ea, quæ spectant ad curam animarum.

Negant fratres Ludovici ea ratione, quia hæc est facultas extraordinaria concessa à Concilio Tridentino Episcopis, quam noluit Gregorius, habere locum in Titulis Cardinalium.

Sed in primis negare possumus, extare hujusmodi decretum, seu declarationem, cum de ea testentur solummodo Doctores particulares; Nam si Adversarii dictum Bonifacii Octavi impugnant, de quo fidem facit Joannes Mo-
1. nacus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Vicecancellarius Sedis Apostolicæ, cui credendum est de sibi dictis à Papa, Put. *decis.* 220.
2. *lib.* 1. *in correct.* cum etiam simplici Cardinali cre-

credendum sit de his, quæ asserit sibi dixisse Pontificem, si tria concurrant; hoc est, præsentia Papæ, nullum directè Tertio præiudicium, & quod asserta à Cardinali sint verisimilia, Rota *decis.* 630. *part.* 4. *recent.* Duran. *decis.* 117. *num.* 5. Put, *decis.* 3. *in correct. lib.* 1. ubi dicit hoc procedere, ubi etiam tractatur de præiudicio Tertii, Vizzan. *l.* 1. *de mandat. Princip. num.* 37. *&* 38. cum aliis per Dianam *part.* 2. *tract.* 2. *resol.* 31.

Quæ tria in Cardinali Monacho concurrisse certum est, præsertim quod attinet ad verisimilitudinem. Nam cum Honorius III. qui condidit Decretalem *His quæ* de *majorit. & obedien.* in qua conceduntur Cardinalibus in Ecclesiis suorum Titulorum ea omnia, quæ spectant ad jurisdictionẽ Episcopalem, regnaverit anno 1216. Bonifacius verò anno 1294. cum is esset Summus Canonista, non solum verisimiliter, sed verissimè dicere potuit Joanni Monacho Cardinali in suis Titulis Cardinales habere jura Episcopalia ductus auctoritate Honorii III. Antecessoris sui. Secundò dicimus quod non obstante dicta declaratione, sive Decreto Gregorii multi Doctores, qui post illud scripsere nulla facta mentione de ea, tenuerunt, facultates extraordinarias à Concilio
3. Episcopis concessas competere etiam inferioribus Prælatis sic Henriquez, Rodriquez, Sanchez, Flores de Mena, Sair Avila, Duardus, Moneta, Fr. Sigismundus à Bononia, & Tamburinus relati à Ciarlino *controvers. forens. cap.* 208. *num.* 47. ubi testatur de communissima opinione. Idem tenet Portellus, Dalvin. Pharao, Castropalao, Trullench. & Bosius relati à Barbos. *cap.* 6. *sess.* 24. *de reformat.* sed in puncto Cardinalium tenet Moneta *de commutat. cap.* 5. *num.* 453. Diana *part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 59. *vers. Vnum liceat mihi*.

Nec est facienda vis in declaratione Sacræ Congregationis Concilii, quia cum de ea authenticè non constet juxta decretum san. mem. Urbani Octavi nullius est auctoritatis.

Sed demus quod de istis declarationibus legitimè constaret: Ea facultas, quæ conceditur
4. à Concilio Tridentino Episcopis in Parochos exercentes curam Animarum in perrsonas sæcularium in Ecclesiis Regularium non est extraordinaria, sed ordinaria, quia emanavit à jure communi, ut expresè colligitur ex textu *in cap. Per exemptionem de privileg. in 6.* ubi
5. exemptio concessa Regularibus non comprehendit Parochum curam animarum exercentem in suis Ecclesiis; is enim non obstante exemptione remanet semper subjectus Episcopo, ut notant Canonistæ: Idem habetur ex *cap. Cùm Cappella de privileg.* & in individuo habetur *in cap. sanè* 16. *quæst.* 2. *& in cap.* 1. *§. fin. de privileg. in 6.* Et quod hæc facultas proveniat à jure communi per dicta, & alia jura benè probat Solorzanus *de Jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 47. *cum sequent.* Marius Antonin. *lib.* 1. *resol.* 112. *cas.* 50. *vers. non fuit autem dubitatum*.

Et quamvis nonnulli velint, Episcopos non posse visitare iure ordinario Ecclesias Regula-
6. rium, nec etiam quoad ea, quæ respiciunt curam animarum, id tamen habet locum in iis Ecclesiis, in quibus Superiores Regulares habent omnimodam jurisdictionem Temporalem, & Spiritualem, sic Barbos. *cap.* 11. *sess.* 25. *de regul. num.* 6. Solorzan. *loc. cit. num.* 54.

At in casu nostro Superior Regularis nullam habet iurisdictionem in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via, quia illa est plenariè subiecta Cardinali Titulari in Temporalibus, & Spiritualibus Solorzan. *d. num.* 14. *in fin.*

Præterea aliud est, quod Episcopus Auctoritate Ordinaria in Ecclesiis Regularium Jurisdictionem exercere non possit, aliud, quod illa auctoritas non descendat à jure communi; Nam primum evenit propter privilegia Regularium, sed non tollitur, per dicta privilegia, quod ea facultas non descendat à iure communi. Solùm enim est suspensa, & non ablata Auctoritas concessa à iure communi Episcopis per Regularium Privilegia, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 107.

Et propterea cum facultas in Parochum Regularem Episcopis sit concessa à jure communi, non est, cur obstent, & Declaratio Gregorii XIII. & Sacræ Congregationis Concilii.

SUMMARIUM.

Octavæ Quæstionis.

1. *Pontifex potest in sua Diæcesi Romana, sicut in aliis Episcoporum Diæcesibus Territorium Separatum constituere.*
2. *Territorium Separatum an dicatur à Papa constitum per subjectionem Ecclesiæ alicui Prælato pleno jure.*
3. *Vicarius Vrbis nullam in Eclesiis Cardinalium Titularium habet jurisdictionem.*
4. *Cardinales Titulares in suis Ecclesiis possunt ea omnia exercere quæ, potest Episcopus in sua Diæcesi.*
5. *Constitutio Pauli II. tribuens Cardinali Vicario facultatem visitandi loca exempta non se extendit ad Ecclesias Titulares Cardinalium egentes speciali mentione.*
6. *Declaratur quando procedat conclusio quod in dispositione generali comprehendantur etiam Cardinales.*
7. *Constitutio Julii II. subiiciens ingenere Clericos Cardinali Vicario non comprehendit exemptos, & alio superiori subjectos.*
8. *Observantia subsequuta cum Prælatorum negligentia an noceat successoribus, si præjudicium exinde proveniens tollatur per Principem, vel superiorem, & num* 12. 9. *Obser-*

9. *Observantia interrumpitur per actus contrarios.*
10. *In facultativis non datur præscriptio, consuetudo, vel observantia nisi constet de prohibitione, vel acquiescentia.*
11. *Observantia æquivoca non inducit præscriptionem quando de bono jure in contrarium apparet, & de decreto irritanti, & clausula sublata tollentibus omnem observantiam.*
13. *Ex actu negativo, & non usu præsertim in facultativis inferri non potest ad actus contrarios impotentiæ in successores.*

OCTAVA QUÆSTIO.

AN possit dici quod Cardinales, quoad suos Titulos, & Populos sibi subjectos habeant in Urbe Territorium Separatum, ut exinde potiri possint omnibus Prærogativis, quibus potiuntur Episcopi in suis Diœcesibus.

1. Et affirmativè est resolvendum. Summus enim Pontifex potest tàm in sua Diœcesi Romana, quàm in aliis Episcoporum Diœcesibus constituere Territorium Separatum ad effectum, de quo agitur, Hostien. *in cap. Cum contingat de foro compet.* & ibi Butr. *nu.* 11. Abbas *num.* 18. Bellamer. *num.* 15. Rota *decis.* 46. *num.* 6. *& decis.* 55. *num.* 2. *post.* 3. *volum.* Tambur. *de Jur. Abbat.*

2. Tunc autem dicitur Territorium Separatum constitui à Summo Pontifice, quando Prælatis Ecclesiam, & loca pleno jure subiicit; Idem enim est habere proprium, & Separatum Territorium, & habere illud pleno jure subjectum Gloss. *in Clement.* 1. *in verb. Aut earum parti de foro compet.* Calderin. *cons.* 23. Rota *decis.* 165. *num.* 2. *part.* 4. *divers. & decis.* 44. *num* 5. post eundem *tract.* Tambur.

Hinc Vicarius Urbis nullam in Ecclesiis Car-
3. dinalium Titularium habet jurisdictionem, Manfred. *de Cardinal. decis.* 106. Paris. *de resignat. lib.* 7. *qu.* 12. Barbos. *Juris. univers. Eccles. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 37. Fagnan. *in d. cap. His quæ de majorit. & obed.*

Et ideò poterunt Cardinales exercere ea
4. omnia, quæ possunt Episcopi in suis Diœcesibus, Germon. *de Indult. Cardin.* §. *Titul. nu.* 6. Paris. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 15. *ferè per tot.* Barbos. *ad cap. Abbates num.* 2. *de Privileg. in* 6.

Nec obstat, quod Cardinalis Vicarius vigo-
5. re Constitutionis Pauli Secundi 1. Julii Secundi, 28. Pauli Tertii, 36. habeat jurisdictionem in Populum subjectum Ecclesiæ Cardinalis Titularis, & perindè non habet Territorium Separatum.

Quia Paulus Secundus sua constitutione dat facultatem Cardinali Vicario visitandi Monasteria, & alia loca exempta, quæ facultas non potest extendi ad Ecclesias Titulorum Cardinalium, qui propter eorum excellentem dignitatem indigent speciali mentione, Rom. *cons.* 498. *num.* 6. Felin. *in cap. Cùm in Jure sub. num.* 9. *de offic. deleg.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 83.

6. Et quamvis in dispositione generali comprehendantur Cardinales, si dispositio non sit odiosa odio irrationabili juxta opinionem Rotæ, de qua per Eminentissimum Otthobonum *decis.* 257. *per totam.*

Hec tamen conclusio non procedit, quando tractatur de auferendo Cardinali jus ei concessum intuitu Cardinalitiæ Dignitatis, nam tunc nec in dispositione quacũque generali, nec in particulari generaliter concepta Cardinales comprehenduntur Mohedan. *decis.* 10. *de præbend.* Germon. *de Indult. Cardinalium verb. alioquin à num.* 33. Lotter. *loc. cit. sub. num.* 90.

Etiam quod agatur de Confessione facta alteri Cardinali, Verall. *decis.* 43. *part.* 2. quod admittit Rota in Firmana pensionis 26. Februarii 1625. & 23. Januarii 1626. coram Remboldo registr. post Vivian. *de Jurepatron. in ordine* 91. *&* 92. Lotter. *loc. cit. num.* 91.

Julius verò Secundus in sua constitutione 28.
7. subjecit Cardinali Vicario Clericos Urbis generaliter, quorum appellatione non veniunt Clerici exempti, & alio Superiori subjecti, *cap. Grave, cap. Ex parte de privileg.* Gloss. *in Clement. Si de benefic. de Præbend.* cum aliis per Cocchier. *de Jurisd. in exempt. part.* 1. *quæst.* 5. *num.* 4.

Imò in dicta Constitutione Julius præservat jurisdictionem aliorum Officialium Urbis in dictos Clericos, ut in §. 3. ejusdem constitutionis, ibi, aut aliis Clericis, & Officialibus, ad quos spectat.

Paulus verò Tertius in sua constitutione nihil aliud facit quàm confirmare constitutionem Pauli Secundi, quoad visitationem locorum exemptorum, conceditque Cardinali Vicario nonnullas alias facultates, quæ non tollunt privilegium Cardinalium.

Sed cum in singula vacatione Titulorum, Summi Pontifices reintegrent Cardinales in plenariam Jurisdictionem Temporalium, & Spiritualium suorum Titulorum, præsertim in Clæricos, & alios sibi subjectos, non videntur posse obstare privilegia Cardinali Urbis Vicario, quemadmodum dictum est supra de Consuetudine, & præscriptione.

Nec obstat Observantia subsecuta. Quia, & si negligentia Prælatorum possit nocere Ecclesiæ, ita ut etiam afficiat Successores, Paris. *cons.* 3. *num.* 15. *lib.* 4.

Hæc tamen conclusio non habet locum, si præjudicium, quod peperit negligentia, tollatur per superiorem, sicuti enim Princeps po-
8. test tollere præscriptionem, *leg. Præscriptio, Cod. de Operib. Public.* Soccin. *cons.* 86. *num.* 16. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 13. *num.* 15. *lib.* 4. Soccin. jun. *cons.* 146. *num.* 56. Cephal. *cons.* 4. *num.* 47. Surd. *decis.* 2. *num.* 3. Mastrill. *de magistr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 312.

9. Ita

Ita poteſt tollere media, quæ ad præſcriptionem conducunt, qualis eſt negligentia, ex qua inducitur præſcriptio Rota *deciſ.* 126. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Præterea cum Cardinales Titulares actus jurisdictionis exercuerint, ſcilicet conferendo beneficia, Benedictionem ſolemnem imparg-
9. tiendo, viſitando &c. per iſtos actus omnis obſervantia interrumpitur, Abbas *in cap. Illud de præſcript.* Puth. *deciſ.* 385. *num.* 1. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 126. *num.* 47.
10. Et cum omnis juriſdictio Cardinalis Titularis ferè pendeat ab ipſius facultate, certum eſt, quod in actibus facultativis, nec conſuetudo, nec præſcriptio, nec obſervantia obſtant, niſi conſtet de prohibitione, & acquieſcentia, Innoc. *in cap. Cum Eccleſia de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ubi Ripa *num.* 45. Penia *deciſ.* 408. *num.* 7. Gregorius XV. *deciſ.* 172. *num.* 10. & ibi latè adden. *num.* 5.

In omnem caſum vana redditur obſervantia,
11. cum de bono jure Cardinalium Titularium conſtet, & obſervantia reddatur æquivoca, Seraphin. *deciſ.* 1108. *num.* 7. tàm ex conſtitutione Sixti Quinti, quàm ex Indultis, ſive Diplomatibus Titulorum cum clauſula ſublata, & Decreto irritanti, ex quibus tollitur omnis obſervantia, Rota *deciſ.* 66. *num.* 13. *part.* 7. *recent.*

Minor autem, Adverſarios ad ſuum ſenſum trahere illa verba Diplomatis Tituli Sanctæ Mariæ in Via. Prout alii Præsbyteri Cardinales, qui illi pro tempore præfuerunt, potuerunt de illis diſponere, & eandem Eccleſiam regere, & gubernare potuerunt, ſeu etiam debuerunt.

Quaſi quod Summus Pontifex reſtringat auctoritatem Cardinalis Titularis, præſertim, ut Adverſarii ajunt, quia nulli Cardinales, & zelo, & virtute, ac Sanctitate præſtantes, uſi ſunt aliqua auctoritate in Frates inſervientes dictæ Eccleſiæ.

Nam tantum abeſt, ut dicta verba limitent auctoritatem Cardinalis Titularis, quinimò illam ampliant, adverſus ommiſſa ab Anteceſſoribus, qui non fecerunt ea, quæ habebant facere, malè fecerunt, ut notat in terminis, Gloſſ. *in Clement. Attendentes de Statu Monach.*
12. *in verb. Debeant*, ubi ait, malè faciunt Prælati, qui has viſitationes ommittunt, cum hoc verbum ſit præcepti, & neceſſitatem importet, & ibi notant Cardin. Zabarella, & Vitalin. *num.* 16. ubi quod ſi Prælati non faciunt, quæ debent facere, cum hic ſint in præcepto ex vi Dictionis, *debet*, peccant mortaliter. Voluit ergo Summus Pontifex per illa verba tollere malè facta ab Anteceſſoribus, & eorum negligentia noluit nocere Succeſſoribus, Buratt. *deciſ.* 704. *num.* 9. Rot. *deciſ.* 337. *num.* 25. *part.* 10. *recent.*

Prætereà notum non eſt, quod Cardinales prædicti fecerint, vel quod omiſerint; Hoc enim probandum eſt ab Adverſariis; Super hoc enim eorum aſſertionibus non eſt ſtandum. Certum quidem eſt, quod ipſi poterant, & debebant deputare Vicarium Titularem juxta facultatem ſibi datam à Concilio Lateranenſi, & conſtitutione Sixti V. deputare Parochum amovibilem, quia cura reſidet penes Cardinalem Titularē, deputare Sacriſtam, Concionatorem, & alios miniſtros, de quibus *in diſcept. à num.* 119. non obſtantibus ex adverſo deductis, quibus reſpondebitur infrà.
13. Et quatenus ipſi hos actus non fecerint, non tamen ex hoc actu negativo argui poteſt actus contrarius impotentiæ in ſucceſſore, præſertim cum actus iſti ſint facultativi, Abbas *conſ.* 101. *num.* 7. Rota *deciſ.* 630. *num.* 15. *part.* 4. *tom.* 3. *in recent.*

SUMMARIUM.

Nonæ Quæſtionis.

1. *In materia derogationis ad Pontificis mentem recurrendum eſt.*
2. *Derogatum cenſetur per Pontifices privilegiis & Conſtitutionibus antecedentibus per poſteriores edictas per viam legis.*
3. *Item derogatum cenſetur ex conſtitutione ad publicam utilitatem edita.*
4. *De derogatione in ſpecie facta per Sixtum V. privilegiis, & Indultis tàm Eccleſiis in titulum erectis quàm illis Regularium.*
5. *Per derogationem cum clauſula illorum tenorem pro expreſſis &c. derogatum cenſetur quibuſcumque præcedentibus conſtitutionibus, & privilegiis etiam derogatoriarum derogatorias habentibus.*

NONA QUÆSTIO.

AN ſit derogatum per Bullam Sixti V. & Diploma Cardinalis Titularis exemptioni Fratrum Servorum inſervientium dictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Via. Ex adverſo ſcribentes multa involvunt, & confundunt circa hujuſmodi Derogationem, ſed nos paucis quæſtionem expediemus.

Et ſupponendum eſt in materia Derogatio-
1. nis recurrendum eſſe ad mentem Summi Pontificis, Rota *deciſ.* 137. *part.* 1. *diverſ.* & *deciſ.* 91. *num.* 13. poſt Vivian. *de jurepatron.* & *deciſ.* 100. *part.* 5. *recent.*
2. De mente autem Pontificis conſtare dicitur, quando edit Conſtitutionem poſteriorem per viam legis, nam tunc non eſt opus derogare in ſpecie Conſtitutionibus, & Privilegiis antecedentibus, Felin. *in cap. Nonnulla num.* 9. *de reſcript.* Puth. *deciſ.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. *in antiq.* Penia *deciſ.* 1142. *num.* 5. Rota in Compſana Juriſpatronatus 3. Decembris 1604. coram

ram Litta registr. post Vivian. *de Jurepatron. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 24. *&* 267. *vers. Quarto fuit responsum*, Buratt. *decis.* 390. *num.* 5. *& decis.* 454. *num. fin.* post modernos *de manut. & decis.* 8. *num.* 9. *part.* 1. *recent.*

Secundò, constat de mente Pontificis,
3. quando edit Constitutionem ad publicam utilitatem. Tunc enim, non est necesse aliqua derogatio, Rota in puncto Sæcularizationis Ecclesiæ Regularis *decis.* 174. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* Fagnan. *in cap. Cæterum num.* 32. *de rescript. & in cap. Causam quæ num.* 38. *eod. tit.* Frances *de Eccles. Cathedral. cap.* 10. *à num.* 50.

Quod autem Constitutio Sixtina facta fuerit ad publicam utilitatem, & decorem Ecclesiæ Romanæ patet ex ipsamet Constitutione *in* §. 1.

Sed sumus extra difficultatem, quia Sixtus V. in sua Constitutione Præfinitionis Titulo-
4. rum derogavit, in specie etiam Indultis, & & Privilegiis non solùm earum Ecclesiarum quas erexit in Titulum, sed etiam Ordinum Regularium hisce clarissimis Verbis. *Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum supradictarum, & aliarum quarumcumque, nec non Ordinum Juramento, Confirmatione Appostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegiis, quoq; indultis, & literis Apostolicis, illis, ac quibusvis personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus illorum tenorem præsentibus pro expressis habentes specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.* Ex qua derogatione facta cum clausula, illorum tenorum pro expressis &c. censetur derogatum, quibusvis Privilegiis, & Constitutionibus habentibus, etiam deroga-
5. toriarum derogatorias, Felin. *in cap. Nulli num.* 4. *de rescript. & in cap. Accedentes num.* 5. *de præscript.* Mohedan. *decis.* 1. *de rescript.* Gregor. XV. in puncto *de privileg. concessis Religioni Hjerosolymitanæ decis.* 109. & ibi Adden. *num.* 10. ubi quod hæc clausula fuit inventa, qua Papa derogare posset gratiis præsentibus, de quibus notitiam non habet, aliàs nimis arctaretur, si propter ignorantiam illas revocare non posset Rot. *decis.* 630. *num.* 42. *&* 43. *part.* 4. *recent. tom.* 3.

SUMMARIUM.

Decimæ Quæstionis.

1. *Regula de jure quæsito non tollen. non est expressè dorogandum, quando gratia de sui natura est juri tertii præjudicialis.*
2. *Quæ sint de sui natura juri tertii præjudiciales, ubi de unione, erectione, & similibus.*

DECIMA QUÆSTIO.

An fuerit necesse derogare in Diplomate Tituli in specie Privilegiis Summorum Pontificum, qui concesserunt exemptionem Fratribus Servorum. Cum agatur de Jure Tertii, & sic Regulæ de jure quæsito non tollendo.

1. Et negativè est resolvendum, quia Regulæ de jure quæsito non tollendo, & Juri Tertii non est expressè derogandum, quando Papa facit actum de sui natura præjudicialem Juri Tertii, Dec. *cons.* 113. *num.* 17. *vers. non obstat,* Cassador. *decis.* 1. *de privileg.* Gonzal. *super. reg.* 8. *Cancell. gloss.* 36. *num.* 48. Gratian. *discept.* 458. *num.* 11. Seraph. *decis.* 762. *num.* 4. *& num. ult. & decis.* 1445. *num.* 7. Rota *in recent. decis.* 48. *num.* 1. *& decis.* 174. *num.* 2. *&* 7. *part.* 1. *& decis.* 11. *num.* 25. *& decis.* 114. *num.* 11. *part.* 6. Buratt. *decis.* 193. *num.* 4. Adden. *ad eand. decis.* 576. *num.* 13. *&* 17.

Quod autem Erectio dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Via in Titulum sit actus præju-
2. dicialis Juri dictorum Fratrum, non est dubitandum, sic Rota coram Seraphin. *dict. decis.* 1445. *num.* 6. ibi. *Non obstat, quod Regulæ de non tollendo derogatum non fuerit, quia non procedit in gratia sui natura præjudiciali, ut est unio, exemptio, erectio, & similes*, Millin. *decis.* 198. *num.* 4. Adden. *ad decis.* Buratt. 576. *num.* 13. Gratian. *d. discept.* 458. *num.* 15. Fagnan. *in cap. Cæterum num.* 29. qui loquitur in erectione, & sæcularizatione. Idem *in cap. Causam quæ num.* 37. *eod. tit.* & in terminis Frances *de Eccles. Cathedral. cap.* 10. *num.* 25. Nec in hoc potest conqueri Conventus dictæ Sanctæ Mariæ in Via, quia Papa in hoc utitur jure suo, optimè idem Frances *loco cit. num.* 55.

SUMMARIUM.

Undecimæ Quæstionis.

1. *Regulares in aliqua Diæcesi degentes, quibus in casibus sunt exempti ab illius Episcopi jurisdictione.*
2. *De differentia circa jurisdictionem inter Cardinales Titulares habentes pleno jure subjectos Regulares suis Ecclesiis inservientes, & Episcopos nullam jurisdictionem habentes, nisi incasibus à S. Concil. Trident., & Constitutionibus Apostolicis præscriptis.*
3. *Cardinales Titulares facultatem habent deputandi Vicarium in suis Ecclesiis Regularibus ne dum à jure communi, sed etiam à Concilio Basilien. sub Eugenio IV.*
4. *Jurisdictio quam habent Cardinales in suis Titulis est ordinaria, & Sede vacante non expirat, illamque exercere possunt per suos Vicarios, dum sunt in conclavi.*

5. *Vi-*

5. *Vicarius à Cardinali Titulari deputandus in Ecclesia Regulari debet esse Regularis, & de rationibus, num. 10.*

6. *Cardinales Titulares Monachorum rationem à Monachis habere debent.*

7. *Ecclesiæ Regulari præfici non debent Clerici sæculares, neq; ab eis illa reformari, præsertim si Vicarius est Regularis.*

8. *De intelligentia text. in cap. nova 16. q. 2. & quando appellatione Cleri veniant Monachi.*

9. *Exemptio Regularis à subjectione sui Superioris Regularis per deputationem in Vicarium, locum non habet in iis, quæ respiciunt regularem observantiam.*

10. *Regulares Ecclesiæ Titulari inservientes possunt tanquam subditi per Cardinalem Titularem in Vicarium deputari absque Superioris Regularis licentia ad instar Episcopi assumentis in cubicularium aliquem Religiosum absque Abbatis licentia.*

11. *Decleratio S. Congregationis Episcoporum, & Regularium recipit interpretationem à jure communi, ut procedat, si Episcopus, vel Cardinales Titulares vellent deputare in Vicarium sibi non subditum.*

12. *Parochi deputatio in Ecclesia Regulari Titulari spectat ad Cardinalem Titularem, & declaratur, quando locum habeant Concilii Trident. dispositio, & privilegia Innoc. VIII. & Leonis X.*

13. *De differentia inter deputationem, & approbationem Confessariorum, ut deputatio in Ecclesia Regulari spectet ad Superiorem Regularem, approbatio autem Ordinario.*

14. *Conclusio, quod in Ecclesia seculari Prælatus habens jura Episcopalia Confessarios etiam approbat, intelligitur, quatenus habeat Territorium Separatum, & Nullius.*

15. *Cardinales Titulares habentes in suis Ecclesiis Regulares sibi pleno jure subjectos, Territorium Separatum habere dicuntur.*

16. *Papa potest ex privilegio concedere Territorium Separatum, ac jura Episcopalia.*

17. *Quæ dicta sunt de Cardinalibus Titularibus circa electionem, & deputationem Parochorum, Confessariorum, & Concionatorum, locum sibi vendicant etiam quoad Sachristas suppellectilium, ac Thesauri Ecclesiæ custodiam habentes.*

18. *Jus visitandi Ecclesiam habens, visitare potest sacrarium, vel sacristiam, omniaque suppellectilia, & ornamenta cultui Divino necessaria.*

19. *Decreta irritantia in Constitutione, & diplomate Tituli apposita inficiunt quemcumque titulum, & possessionem.*

20. *In possessorio pendente à negotio principali prius terminandum est negotium principale, quàm concedatur manutentio.*

UNDECIMA QUÆSTIO.

An sit differentia inter Jurisdictionem, quam habent Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum, & illam, quam habent Episcopi in Regulares existentes in suis Diœcesibus.

Hæc quæstio non esset examinanda, quia parum conducit ad rem nostram, sed quia Adversarii conquerentur apud Illustrissimos Prælatos, quibus demandata est SS.D.N. hujusmodi controversia ad referendum Sanctitati Suæ, quod si concederetur Jurisdictio Cardinalibus Titularibus in Regulares inservientes Ecclesiis Titulorum; Episcopi possent eodem Jure prætendere esse sibi subjectos. Ut tollatur hujusmodi æquivocatio.

Dico, quod hodiè propter Privilegia con-
1. cessa à Summis Pontificibus Regularibus, non habent Episcopi in illos, qui morantur in eorum Diœcesibus, nisi in nonnullis casibus Jurisdictionem, qui casus enumerantur à Fagnano usque ad 47. *in cap. Grave & à num. 37. usque ad fin. de Offic. Ordinarii*, quod extendit Barbos. *de Potest. Episcop. allegat.* 105. *ad quinquaginta duo à num.* 14. *usque ad* 89.

In plurimis autem ex istis casibus procedunt Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ea ratione, quia Summus Pontifex noluit illis auferre exemptionem, sed Apostolica Auctoritate delegare Episcopum, ut in eos in dictis casibus exerceat Jurisdictionem.

At Cardinalibus plenam, & omnimodam Jurisdictionem concessit in inservientes Ecclesiis suorum Titulorum, reducendo illos subjectos Ordinario, sicuti ante exemptionem erant de jure communi, ut supra firmatum est.

2. Et propterea Episcopi non possunt sumere exemplum à Jurisdictione Cardinalis Titularis. Cùm in sua Ecclesia habeat eos pleno jure subjectos, quod non est concessum Episcopis, qui nullam habent Jurisdictionem, nisi in casibus præscriptis à Concilio Trident. & à quibusdam Constitutionibus Apostolicis, & proptereà trepidant timore, ubi non est timor.

Nec ex eo, quod Episcopus in Ecclesia Cathedrali Regulari habeat omnimodam Jurisdictionem in Monachos exceptis iis, quæ respiciunt Regularem observantiam, ut resolvit Rota in Montisregalis Jurisdictionis coram Coccino, non possunt inde alii Episcopi trahere exemplum, ut in Monachos, sive Regulares animadvertant, ita nec possunt illud trahere à Cardinali Titulari.

Firmata igitur nostra Jurisdictione in Fratres inservientes Ecclesiæ Sanctæ Mariæ nostri Tituli, & sublatis omnibus, quæ ex adverso deducta fuerunt. Superest videre; An Cardinali Titulari competat facultas deputandi Vicarium Titularem in Ecclesia Regulari sui Tituli.

3. Et resolvendum est affirmativè. Hæc enim facultas non solùm competit ei à Jure communi, *cap. In nova 16. q. 7. cap. Cùm simus 9. quæst. 4. cap. Quoniam 89. dist.* cum aliis per Sbrozz. *de Vicar. Episcop. lib. 1. in probem. num. 6.*

Sed etiam tradita fuit ei à Concilio Basilien. quod tunc erat sub obedientia Eugenii Quarti; Quicquid Adversarii dicant, cum nondum fuisset dissolutum, & Ferrariam translatum, & Concilio Lateranen. dum mandant, quod per se ipsum, vel saltem per Vicarium idoneum Ecclesias Titulares visitant, cujus Lateranen. decreta in hac parte confirmavit Sixtus V. sua Constitutione *de præfinit. tit. Card. §. 12,*

4. Et propterea cum Cardinalis Zabarella in Clementina. *Ne Romani*, *§. Irritum. q. 3. de elect.* dixerit Jurisdictionem, quam habent Cardinales in suis Titulis esse ordinariam, & non expirare Sede Vacante, Fagnan. *in cap. Cùm olim. de Majorit. & obed.* dixit; cum non possint illam exercere per se ipsos dum manent in Conclavi, debere, & posse exercere per suos Vicarios, & Ministros.

Vicarius autem deputandus à Cardinali Ti-
5. tulari in Ecclesia, cui inserviunt Regulares, non potest esse Clericus sæcularis, sed omnino debet esse Regularis, quia cum ea, quæ spectant ad Divinum Officium, & servitium dictæ Ecclesiæ more Regulari debeant peragi, Rota *decis. 73. part. 1. in recent.* melius possunt omnia exerceri sub Vicario Regulari tanquam meliùs informato, quam sæculari, ut notant Jo: Andr. & Geminian. *in c. Nullus Religiosus de elect. in 6.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 105. num. 92.* Cardinalis enim Titularis debet habere rationem Monachorum à Mona-
6. chis, *cap. Cum Pastoralis 3. qu. 7.* Turrecrem. *in cap. Si quis num. 2. vers. ad Tertium*, & ibi *Præpos. num. 22. dist. 58.* & in principio dicit,
7. quod Ecclesiæ Regulari non debet præfici Clericus sæcularis, vel inter eos esse Beneficiatus *cap. Cum inter de religios. domib. & num. 1. col. 2. vers. Probatur etiam ratione*, dicit, quod Ecclesia Regularis non debet reformari à Clericis sæcularibus, & multò magis hoc procedit, quando constituitur Vicarius Regularis in Ecclesia, in qua Episcopus est loco Abbatis, Turrecrem. *loc. cit. vers. Nam idem esset.*

Nec obstat textus *in cap. In nova 16. q. 2.*
8. ubi habetur, quod Vicarius non debet discrepare ab Episcopo in professione, & habitu, quia textus ille loquitur de discrepantia professionis, & habitus laicalis, non autem de professione, & habitu Clericali. Cùm ibi dicatur, Episcopus laicos non habeat, sed ex proprio Clero, & hoc casu appellatione Cleri veniunt Monachi, Turrecrem. *in d. cap. Si quis num. 2. ad tertium in corpore Præposit. ibid. num. 2. vers. Potest responderi.*

Nec obstat, quod si Regularis constitueretur Vicarius, amoveretur à subjectione Superioris Regularis, quia ultrà quod non intendimus illum subtrahere in his, quæ respiciunt Regularem observantiam; Nihilominus si sub
9. traheretur, & hoc debet tolerari propter majorem Ecclesiæ utilitatem, ut dicunt Turrecrem. *Præpositus loc. cit.* ille *vers. Nec obstat, si dicatur*, Iste *vers. Nec obstat quod per hoc.*

Et in simili videmus, quod licet Inquisitores hæreticæ pravitatis, & eorum Vicarii, subsint ratione Officii Jurisdictioni Sacræ Congregationis supremæ, & Universalis Inquisitionis, non tamen eximuntur à Jurisdictione superioris Conventus in his, quæ spectant ad Regularem observantiam, ut ex Zanardo, Santarello, Rodriquez, & Homobono, tenet Carena *de Offic. Sanctæ Inquis. part. 1. tit. 5. §. 8. num. 69. 70. & 71.* Et ita pluries ab eadem Sac. Congregatione fuit declaratum, alias, si deputaretur Vicarius sæcularis, esset arare in Bove, & Asino contra text. *in cap. Cùm causam, med. ubi gloss. in verb. Asino de elect. & in cap. Presbyteros 16. qu. 1. & in Clement. 1. de elect.* Fagnan. *in d. cap. Cum causam num. 9.* quod intelligit de mente Butr. *nu. 10.* & Imolæ *num. 1.* Si homines disparis professionis associentur ad unum effectum, ita ut sit unum corpus, quod & resolvit Rot. *decis. 743. num. 11.* coram Merlin.

Et hoc casu non est necessarium, quod Frater deputatus Vicarius Titularis à Cardinali
10. Titulari obtineat licentiam à suo Superiore, quia ea omnia ex adverso adducta procedunt, quando vellet Cardinalis Titularis assumere alium Religiosum sibi non subditum ad tale officium, secus quando eligit suum subditum, qualis est unus ex Fratribus inservientibus in Ecclesia Titulari; Sufficit enim licentia ejusdemmet Cardinalis tanquam dicti Fratris Superioris, sic Navarr. *cons. 2. de Regul. ad fin.* Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 6. cap. 13. num. 89.* & facit, quod dicit Gloss. *in cap. Cum Pastoralis 2. qu. 1.* quod Episcopus potest assumere sibi Religiosum in Cubicularium absque licentia Abbatis, vel Superioris, si non sit exemptus, eo quia Episcopus est ejus legitimus Superior. Et hanc doctrinam, Gloss. post Gregor. Lopez sequitur Sanchez *loc. cit. num. 99.* ubi dicit ita intelligendos esse Doctores, qui licentiam Abbatis volunt esse necessariam, & illos qui putant hoc posse Episcopum etiam invito Abbate.

Nec quicquam facit declaratio asserta Sacræ
11. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quia recipit interpretationem à jure communi, Coccin. *decis. 157. num. 6.* Et propterea intelligenda est, quando Episcopus vellet deputare Religiosum sibi non subditum in Vicarium, & in hoc credimus nullam adesse difficultatem.

12. Secundo, poterit deputare Parochum,

nam

nam cura Animarum per erectionem dictæ Ecclesiæ in Titulum fuit ablata à Superiore, & Conventu, & translata in Cardinalem Titularem, ut patet, tum ex Conciliis Basilien. Lateranen. Constitutione Sixti V. & Diplomate Tituli registr. in calce disceptationis. Ad ipsum spectat deputatio Parochi, Rota *decis. 2. de excess. Prælat. in noviss.* Tondut. *quæst. benef. part. 2. cap. 1. §. 5. num. 10.*

Non obstat dispositio Concilii Tridentini, *sess. 25. cap. 11. de regular.* & assertum Privilegium Innocentii Octavi, & Leonis X. quibus cavetur, quod Parochus deputetur à Superioribus Regularibus, quia & Concilium Tridentinum, & prædicta privilegia habent locum in Ecclesia Regulari subjecta Superioribus Regularibus, secus in Ecclesia Regulari jam sæcularizata, & Cardinali Titulari pleno jure subjecta, quia omne Jus, quod habebat Superior Regularis fuit translatum in Cardinalem Titularem, qui subrogatus fuit in ejus locum, Rota *decis. 252. num. 4. part. 5. recent.* latè Tamburin. *de Jur. Abbat. disp. 15. q. 11. num. 9.*

Et ferè in terminis de Ecclesia Parochiali erecta in Collegiatam, quod cura Animarum debeat exerceri per Præpositum, in quem vigore erectionis cura fuit translata, seu ab eo deputandum, dixit Rota *decis. 37. num. 1. & 2. part. 9. recent.*

Quo verò ad deputationem Confessariorum, aliqui ex Adversariis æquivocant inter deputationem, & approbationem, Aliud est enim
13. deputare, aliud approbare; Nam sicuti in Ecclesia Regulari, Superior deputat Regulares ad audiendas Confessiones sæcularium, Ordinarius verò, cui præsentantur, approbat ad præscriptum Concilii Tridentini *cap. 15. sess. 13. de reformat. & habetur in Clement. Dudum, §. Statuimus etiam de Sepult.* Barbos. *ad d.*
14. *cap. 15. num. 7.* Sic in Ecclesia sæculari Prælatus, qui habet Jura Episcopalia, Confessarios deputat, imò, & approbat, Ricc. *decis. 22. num. 4. & 5. part. 4.* Suarez *de Pœnitent. tom. 4. disp. 28. sect. 5. num. 3.* Tambur. *de Jure Abbat. tom. 2. disp. 6. qu. 11.* Barbos. *ad d. cap. 15. num. 28.* Ciarlin. latè *cap. 208. num. 46. 68. & 69.*

Neque obstat, quòd Prælati habentes Jura Episcopalia non possint approbare Confessarios, neque Concionatorem, nisi habeant Territorium Separatum, & sint nullius Diœcesis, ut resolvit Sacra Congregatio Cocilii, cujus resolutionem refert, & sequitur Rota coram Penia, *decis. 1052. & decis. 332. part. 1. in recent.*

15. Quia, ut supra dictum est in octava quæstione. Cùm Cardinalis Titularis habeat in sua Ecclesia Regulares sibi pleno jure subjectos perindè ac si haberet Territorium Separatum, ut dixit Rota *decis. 44. num. 5.* post Tambur. *de Jure Abbat. tom. 3.*

16. Nec inde infertur præjudicium Summo Pontifici, quia si vult potest suo privilegio concedere Territorium Separatum, & Jura in eo Episcopalia, Rota *decis. 46. num. 5. & 6. post. 3. tom.* Tabur.

Sed quicquid sit de quæstione. An Cardinalis Titularis possit approbare Confessarios & Concionatorem; cum hodiè solum de deputatione agatur; quæstio circa approbationem agitanda erit inter Eminentissimos Cardinalem Vicarium, & Cardinalem Titularem.

17. Quod dictum est de Parocho, Confessariis, & Concionatore, multò magis habet locum in Sacrista, quia cum ad eum spectet cura suppellectilium, quæ sunt destinatæ Cultui Divino in dicta Ecclesia, & curare, ut missæ, quæ prævia eleemosynâ à fidelibus expetuntur, ibidem celebrentur, & habere costodiam thesauri Ecclesiæ, *ut in cap. 1. de Offic. Sacristæ*, Rota coram Coccino *decis. 238. num. 9.* propterea Cardinalis Titularis potest eligere, quem voluerit ex dictis Fratribus, ut resolvit Rota *decis. 203. num. 7.* coram Coccino.

Nec obstant ea, quæ à Theologis exadversò scribentibus opponuntur circa deputationem Sacristæ, & visitationem Sacrarii ex eo quod Sacrista sit Regularis, & ille ad nullum Cultum Dei teneatur, ut debitum Ecclesiæ Titulari.

Nam certè hæc omnia impertinenter dicta sunt; Si enim Ecclesia Titularis, cui inserviunt Regulares, est subjecta in temporalibus & spiritualibus pleno jure Cardinali, eam in Temporalibus, & Spiritualibus sollicitè, fideliter, prudenter regere, & gubernare debet, frequenter visitare, & circa Cultum Divinum invigilare, ut mandatur à Constitutione Sixti V. Quis erit, qui negare audeat sub nomine Cultus Divini non venire deputatione Sacristæ, & Sacrarii visitationem? Et si negligens fuerit semel deputatus, quin possit amoveri à Cardinali Titulari, sicut potest removeri ab Episcopo, textus est *in cap. 2. de Offic. Custodis in fine*, qui licèt loquatur de Custode, idem tamen est Custos, & Sacrista, ut notat Azor. *tom. 2. Institut. Moral. lib. 3. q. 16.* Sebastian. Cæsar. *de Eccles. Hjerarch. qu. 2. Proem. num. 6.* Barbos. *Juris univers. lib. 1. cap. 27. num. 11. in fine.*

18. Qui autem habet jus visitandi Ecclesiam, certum est posse visitare Sacrarium, sive Sacristiam, ibidem suppellectilem, paramenta, & ornamenta necessaria, redditus Sacristiæ, Vasa Sacra, Cruces, Calices, Patenas, Thuribula, Candelabra, & alia, de quibus per Fuscum *de Visitation. lib. 1. cap. 3.* Ventrigl. *in prax. tom. 2. annotat. 24. num. 46.* Pax Jordan. *lucrubat. tom. 2. lib. 7. tit. 1. num. 175.* ubi ponit modum visitandi Sacristiam.

Cùm ergo Fratres degentes in Conventu S. Mariæ in Via non habeant assistentiam Juris

communis, Breve Leonis illis non suffragetur, quia per erectionem in Titulum dictæ Ecclesiæ evanuit, consuetudo immemorabilis nulla adsit, etsi adesset, fuit sublata, præscriptione non possint juvari, nullumque Jus habeant se opponendi in his, quæ spectant ad Cultum Divinum, & curam animarum in dicta Ecclesia Cardinali Titulari, & sint pleno jure, & omninò subjecti eidem Cardinali, ablata à Generali, Provinciali, & Superiore omnis in eos Jurisdictio, non est cur petant manuteneri in eorum prætensa possessione, quæ, & non adest, & si adesset, per decreta irritantia apposita in Constitutione Sixti, & Diplomate Tituli, quæ
19. inficiunt Titulum, & possessionem, ut per plures decisiones Rotales ostendit, Barbos. *claus.* 40. *num.* 18. fuit sublata.

Nec potest hodiè dari de possessione, quia solum tractatur, ut Illustrissimi Domini mei referent Sanctitati suæ, quam auctoritatem
20. habeant Cardinales Titulares in Ecclesiis Regularibus suorum Titulorum, cum ex hoc pendeat bonum Ius, vel Cardinalis Titularis, vel Fratrum inservientium dictæ Ecclesiæ Titulari, & quādo possessio pendet à negotio principali, ut hic, debet prius terminari negotium principale, Grogorius XV. *decis.* 283. & ibi Adden. *num.* 18.

QUÆSTIO XIV.

ARGUMENTUM.

An, & quando unio duarum Ecclesiarum Cathedralium censeri debeat potiùs cumulativè, & æquè principaliter facta, quam extinctivè, aut subjectivè, & de pluribus effectibus indè resultantibus.

SUMMARIUM.

1. *Unio quid sit.*
2. *Unio multipliciter, & diversimodè usurpari potest.*
3. *Ecclesia unita efficitur membrum illius, cui fit unio, si ista fit per viam incorporationis.*
4. *Ecclesiæ duæ uniri possunt æquè principaliter, & unaquæque conservat sua privilegia.*
5. *Unio potest fieri etiam de duabus Diœcesibus.*
6. *Episcopus dicitur caput formale duarum Ecclesiarum Cathedralium unitarum, sed loca materialiter distinguntur, etiam quoad Territoria.*
7. *Tenor Bullæ unionis attendendus venit pro dignoscenda illius qualitate.*
8. *Quomodo verba Bullæ unionis præseferant potius unionem æquè principaliter factam, seù potius accessoriam, & subjectivam.*
9. *Ecclesia quando dicitur accessoriè unita alteri cum extinctione tituli.*
10. *Unio in dubio, cessantibus Bullis Apostolicis, semper præsumenda est æquè principaliter facta.*
11. *Stylus S. Sedis Apostolicæ semper fuit facere potiùs uniones cumulativas, quàm extinctivas.*
12. *Verba Bullæ, quando important extictionem tituli Ecclesiæ unitæ.*
13. *Negotia Ecclesiæ unitæ possunt tractari in alia, cui fuit facta unio.*
14. *Canonici Cathedralis unitæ, tenentur accedere ad Synodum Episcopi, in Diœcesi, cui fit unio.*
15. *Omnia Jura Ecclesiæ unitæ transferuntur in eam, cui fuit facta unio.*
16. *Ecclesię Cathedrales æquè principaliter unitæ remanent in suo pristino statu, pręter quam quoad Episcopi gubernium.*
17. *Episcopus potest residere in altera ex Civitatibus, seu Ecclesiis cumulativè unitis, sibi bene visa.*
18. *Episcopus residere debet in Cathedrali digniori, ex opinione multorum Doctorum.*
19. *Jus potentius in unionibus trahit ad se minus dignum.*
20. *Episcopus potest erigere unum, vel plura Tribunalia in Diœcesibus unitis, prout sibi videtur.*
21. *Judices ordinarii erigere debent Tribunal in loco suorum majorum, ibique ferre Sententias.*
22. *Episcopus residens in una Diœcesi potest Jus dicere alteri Diœcesi.*
23. *In separatis Jurisdictionibus, quis non potest Jus dicere extra eas.*
24. *Unio efficit, ut in duabus Diœcesibus unica dicatur Jurisdictio.*
25. *Quando Episcopus possit ferre sententiam in diverso loco ab incepto.*
26. *Quando Episcopus possit habere unicum Vicarium, seu teneatur duos Officiales deputare.*
27. *Episcopus habens duas Ecclesias Cathedrales unitas, potest in una tantum Synodum celebrare. Vide rationes num. 28.*
29. *Episcopus potest cognoscere causas per se ipsum, nec cogitur tenere Vicarium.*
30. *Episcopus non tenetur duos Vicarios constituere etiam ob distantiam locorum.*
31. *Convocatio Synodi est de lege jurisdictionis, & aliqui volunt participare de utraque lege etiam Diœcesana.*
32. *Canonici unius Cathedralis sunt distincti ab Altera Cathedrali unita cumulativè.*
33. *Canonici duarum Ecclesiarum unitarum inter se, quando discordant de loco, in quo facienda sit Electio Episcopi, sorte dirimenda est Questio.*
34. *Actus spectantes ad Episcopum differunt, ab illis pertinentibus ad Canonicos.*
35. *Electio licèt sit prohibita per sortem, hoc non procedit respectu loci ubi facienda est Electio Episcopi.*
36. *Canonici quando non fiunt de alia Ecclesia unita.*
37. *Ecclesia unita priùs exempta, quando post unionem retineat exemptionem.*
38. *Prælatus quando nomine Ecclesiæ, de cujus interes-*

tereſſe agitur, debet contractum facere.

39. *Unio poteſt etiam fieri quoad bona duarum Eccleſiarum Cathedralium, & tunc Canonici unius, erunt canonici etiam alterius.*

40. *Jus mutandi Canonicos de una in aliam Eccleſiam, an ea quando fieri valeat ab Epiſcopo ſine Cauſa.*

41. *Epiſcopus non debet ſeparari ab Eccleſia ſua ſponſa.*

42. *Epiſcopus tamquam caput Capituli, iſtud non debet ab illo ſeparari.*

43. *Quomodo ſe gerere debet Epiſcopus in erectione Tribunalis, quando Diœceſes ſunt amplæ.*

44. *Obſervantia retinendi plures Vicarios attendi debet ab Epiſcopis.*

45. *Ratio temporis, & loci commodioris, attendi debet ab Epiſcopo in convocatione Synodi.*

QUamvis unio definiatur à Juriſperitis, quod ſit duorum, vel plurium Beneficiorum, ſivè Eccleſiarum ab habente poteſtatem annexio, ut voluerunt plures, quos ſequitur *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 16. num. 1. Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. num. 3. Iſidor. Maſc. de*
1. *Majeſt. milit. Eccleſ. lib. 1. par. 3. cap. 2. fol. mihi* 499. vel ut melius definiverunt aliqui quod ſit duorum, vel plurium Beneficiorum, aut Eccleſiarum ab habente poteſtatem, vel per æqualitatem, vel per ſubjectionem annexio, *ad tradita per Rebuff. in prax. tit. de union. Lancellot. Inſtitut. Canon. lib. 2. eod. tit. Franceſ. de Eccleſ. Cathed. cap. 8. num. 2. & 3.* ubi quod
2. verbum unio diverſimodè uſurpari ſoleat, cum interdum dicatur annexio, incorporatio, ſuppreſſio, extinctio, & applicatio, quibus verbis utitur Romanus Pontifex, ut notarunt *Mandoſ. ad regul. 12. Cancell. Hodied. de incompat. benific. part. 2. cap. 3. num. 3. tom. 15. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 845. num. 12.* Sicque duobus modis nonnulli exiſtimarunt poſſe fieri,
3. primò quando unitur Eccleſia Alteri, itaut ei ſubmittatur in Temporalibus, & Spiritualibus, & hæc quidem appellatur incorporatio, & Eccleſia, quæ unitur tamquam effecta membrum illus, cui fuit facta unio, ſua amittit privilegia, & ejus nomen penitùs aboletur. Doctores communiter *in cap. Quia Monaſterium de religioſ. domib. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 21. num. 9. cap. recolentes in fine de Stat. Monach. Felin. in cap. translato num. 6. de conſtitut. Gregor. Lop. lib. 4. tit. 12. par. 1. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 28. num. 96. Franc. Marc. deciſ. 1367.*
4. *num. 2. par. 1.* Secundò uniri poſſunt duæ Eccleſiæ æquè principaliter, itaut ambæ æquales reputentur, & ex eis unum collegium fiat, quo caſu non ſolùm unaquæque ſua privilegia conſervat, verum etiam viciſſim illa communicantur *cap. decimas 16. quæſt. 1. Gloſ. in cap. 1. verbo uniendo ne Sed. vacant. Frances de Eccleſ. Cathed. dicto cap. 8. num. 17. Tacian. de probat. cap. 27. ex num. 42.*

Ultrà tamen hos duos modos, qui concer-
5. nunt Beneficia, & alias Eccleſias inferiores, tertio quoque modo fit unio duarum Diœceſũ, vel Eccleſiarum Cathedralium quoad caput in
6. eſſe formali nempè Epiſcopum, Gubernatorem, remanentibus de cœtero materialiter diſtinctis bonis Juribus cum Separatione Territoriorum, ut priùs, & cum ſuis Statutis *gloſ. & & ſcribentes cap. temporis, cap. præcipimus. 16. quæſt. 1.* & de hoc tertio modo meminit *Gonzal. ad regul. Cancell. gloſſ. 5. §. 7. num. 29. Grazian. diſcept. forenſ. cap. 897. num. 3.*

His poſitis, noſtri inſtituti non eſt, inquirere de poteſtate, & de cauſis, ex quibus validè uniones fiant; Ideoque quantum attinet ad noſtram ſubjectam materiam, vulgaris eſt inter Canoniſtas theorica; ex qua habemus (utrum unio duarum Eccleſiarum Epiſcopalium,
7. ſeù Cathedralium cenſeatur æquè principaliter facta nec nè) eſſe recurrendum ad tenorem Litterarum unionis, ut probat *Felin. cap. in noſtra ſub num. 30. verſ. cognoſcimus de Reſcript quem omnes communiter ſequuntur.*

Ad dignoſcendum autem qualis unio, di-
8. catur cumulativa, ſeù potiùs acceſſoria, & ſubjectiva, Doctores eam ſtatuerunt diſtinctionem, quod aut verba Pontificis unientis æqualiter diriguntur in Eccleſias, quæ uniuntur, ut putà ſi dictum eſſet Eccleſias A. & B. unitas eſſe volumus, & tunc unio eſt æquè principalis, & Cathedralitas omnium Eccleſiarum unâ cum Territoriis Diœceſum conſervatur, licèt earumdem Eccleſiarum ſit unus Epiſcopus, Paſtor, & Prælatus; Iſtique ſunt termini unionis, de qua loquitur *text. in Can. & temporis qualitas 16. quæſt. 1.* ibi: *ut Cumanam, & Melſitanam unire debeamus*, cum aliis relatis per *Murgam ad Conſtitut. Benedict. poſt deciſ. 19. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 892. num. 1. Caval. deciſ. 330. num. 3.*

Aut verò una Eccleſia unitur alteri, & tunc
9. unio eſt acceſſoria, & tituli extinctiva, ut magiſtraliter docet *gloſs. in relato Canon. & temporis* verbo *unire*, idemque ſtatuit *gloſſ. in cap. 1.* verbo *uniendo ne ſed. vacan. Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 8. num. 61. Garz. de Benefic. par. 12. cap. 2. num. 55. Rot. deciſ. 114. num. 8. & 12. par. 2. diverſ.* & utrumque modum uniendi in puncto diſtinguendo examinavit *Rot. in Terracinen. Cathedralitatis 23. Junii 1702. coram Reverendiſs. Molines Decano.*

Deficientibus verò litteris Apoſtolicis unio-
10. nis, itaut ad illarum tenorem recurri non poſſit, ſed verſemur in dubio, ſemper unio præſumenda eſt æquè principaliter facta, & continuativa Jurium Cathedralium, non autem ſubjectivè, ſeu extinctivè, ut notant *Rebuff. in prax. tit. de union. num. 20. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 893. num. 14. Rot. coram Coccin. deciſ. 2138. num. 6. & in recent. deciſ. 353. num. 10. part. 10. & deciſ. 631. num. 2. part. 19.*

tom.

tom. 2. nec dissentit ab hac conclusione *Rot. in*
d. Terracinen. Cathedralitatis §. & anteqnam
coram Reverendiss. Decan. Immò stilus S. Sedis
11. Apostolicæ semper fuit inconcussus hujus-
modi uniones potiùs cumulativè, quàm extin-
ctivè faciendi, Cathedras supprimendi, & an-
tiquas Civitates Sede Episcopali privandi per
ea, quæ animadvertit *Card. de Luc. de praemin.*
disc. 7. *num.* 10.

Effectus, qui ab una, vel altera ex præfatis
Unionibus resultant, sunt diversi; & omissis
pluribus respicientibus unionem beneficio-
rum, quos videre poteris apud *Frances de Ec-*
cles. Cathed. d. cap. 8. *ex num.* 60. *ad* 100.

Est certum primò, quod ubi Pontifex vo-
luit per viam subjectionis, & incorporationis
12. unam Ecclesiam Cathedralem alteri venire,
putà si dixisset in Bulla, *Ecclesiam A. unimus,*
& incorporamus. prout optimè animadvertit,
relatis concordantibus, *Rot. d. decis.* 631.
num. 4. *part,* 19. *tom.* 2. *recent.* Illicò censetur
suppressus, & extinctus titulus Cathedræ, &
Diœcesis Ecclesiæ unitæ, itaut amplius non
meretur dici Episcopalis, sed translata omni
Jurisdictione, & præheminentia in alteram
Cathedralem, Ecclesia unita fit Prædium al-
terius, cui fit unio ad tradita per *Calderin. cons.*
ultim. de reb. Eccles. non alienan. Frances de
Eccles. Cathedr. cap. 8. *num.* 100. Barbos. *de*
potest. Epis. allegat. 67, *num.* 34. *Rot. decis.* 33.
num. 31. *part.* 9. *decis.* 30. *num.* 5. *part.* 11. *&*
in puncto d. decis. 631. *num.* 8. *part,* 19, *tom.* 2.
recent.

13. Secundò omnia negotia Ecclesiæ unitæ, in
illa, cui fuit facta unio, possunt tractari *cap.*
novit ubi DD. de Offic. Legat. hinc est, quod Ca-
14. nonici aliique Clerici Ecclesiæ unitæ tenen-
tur comparere in Synodo coram Episcopo, in
cujus Episcopatu unita est, omniaque Jura
Episcopalia solvere tenentur *cap. conquerente*
de Offic. Ordin. Rebuff. in prax. d. tit. de unione
num. 55. *&* ut omnes effectus uno complectar
verbo, dico, omnia Jura Ecclesiæ unitæ nulla-
15. tenùs conservari posse, sed transferuntur in
Ecclesiam, cui facta est unio, ut probant Do-
ctores superiùs citati, & firmat *Frances de*
Eccles. Cathed. d. cap. 8. *num.* 133. ubi plura
alia congerit, & prosequitur *Rot. d. decis.* 631.
num. 9. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.*

Transeamus modò ad aliam speciem unionis
16. æquè principaliter factæ de duabus Ecclesiis
Cathedralibus, quę si uniantur tali modo, utraq;
remanet in suo pristino statu, præter quam
quoad gubernium Episcopi, qui præest utrique,
& respectu ejusdem habentur, ac si essent ambæ
una Diœcesis *juxta Doctrinam Innocent. in d.*
cap. novit. de Offic. delegat. Rot. coram Cavaler.
decis. 410. *sub num.* 11. Gratian. *discept. forens.*
cap. 655. *num.* 5.

17. Stante igitur hujusmodi unione cumulati-
va, primò dubitari potest, An Episcopus pos-
sit in altera tantùm parte dictarum duarum Ci-
vitatum ubi volverit residere, in qua questio-
ne credo esse, affirmativè respondendum. quia
suppositâ unione illarum æquè principaliter
facta, ambæ remanent Episcopales, licet unus
sit Episcopus utriusque Ecclesiæ, quæ cum,
ut supra dictum est, constituant unam Diœ-
cesim, Episcopus residens in una residen-
tiam facere dicitur etiam in alia, nec ulla
inducitur incompatibilitas Pet. Perusin. *de*
union. Eccles. cap. 1. *num.* 6. *tom.* 15. *part.* 1.
fol. 235. *Campeg. eod. tit. tom.* 15. *part.* 2. *num.* 7.
fol. 537. Frances. *de Eccles. Cathed. cap.* 8. *num.*
123. *cum sequent.* in puncto Gratian. *discept.*
forens. cap. 655. *num.* 1. *&* 2. ubi quod ob ta-
lem unionem pertinet ad Episcopum, ubi com-
modiùs, & utiliùs perspexerit, esse habitandum,
seù residendum, ut docet *gloss. in d. Can. &*
temporis verbo *utrarumque* 16. *quæst.* 1. *altera*
gloss. in cap. non potest 21. *verbo retinere ad med.*
vers. resideat ergo ibique Germin. *in §. illud*
autem num. 21. *&* Franc. *num.* 5. *de praben.*
18. *in* 6. Quid quid dicendum foret quando ap-
pareret, unam Ecclesiam esse digniorem alterâ;
tunc enim multi existimant, esse residendum
in digniori *Abb. in cap. extirpanda* 26. *§. qui verò*
in 1. *lectur. n.* 5. *in* 4. *notab. & in* 2. *lect. in* 5. *notab.*
n. 5. *de præben.* Rebuff. *de union. n.* 11. ex ea optima
19. ratione, quod in unionibus duorum, potentius
inspiciatur, quod trahit ad se minus potens ad
notata per Bart. *in l.* 2. *cod. comm. de legat. &*
in l. 1. *§. hæredem ff. ad leg. falcid.* Soccin. *in*
l. cum senatus col. ult. in fin. ff. de reb. dub. Gra-
tian. *d. cap.* 655. *num.* 4.

Prædictis accedit, quod omnes Doctores
20. concordant, Episcopos habentes Jurisdictio-
nem ordinariam in tota eorum Diœcesi posse
erigere unum, vel plura Tribunalia in locis
sibi benevisis, & non exemptis ad reddendum
Jus in Causis, & controversiis ipsorum forum
concernentibus ex litterali sanctione Bonifacii
VIII. in cap. 7. *de Offic. ordinarii* Leo thesau. *for.*
Eccl. part. 1. *cap.* 9. *num.* 18. Navar. *cons.* 2.
num. 1. *&* 3. *de Offic. ordin.* Calderin. *cons.* 2.
per tot. Gratian. *discept. forens. cap.* 655. *num.* 9.
& in decis. march. 113. *num.* 2. *Rot. coram*
Carill. *decis.* 58. *num.* 1. *& in recent. decis.* 537.
num. 1. *part.* 4. *tom.* 3. *& in Hispalen. Visitatio-*
nis 30. *Aprilis* 1700. *§. id autem coram Reve-*
21. *rendiss. Molines Decano*; & Licèt nonnulli as-
serant Judices ordinarios debere ferre senten-
tias in loco suorum majorum, hocque esse
quoque servandum ab Episcopis Anchar. *in d.*
cap. cum Episcopus 7. *de Offic. ordin. in* 6. *in* 2.
notab. & disponitur *in* l. *penult. & final. ubi*
Bart. *ff. de Justic. & Jur.* Tamen verba illa
more majorum debent intelligi, ut non Judi-
cent extrà Territorium, ut benè tradunt *Butrig.*
Bald. & alii in l. si locus ff. de Judic. Gratian.
d. cap. 655. *num.* 11. *Rot. decis.* 537. *num.* 3.
part. 4. *tom* 3. *recent.*

E:

Et ità in specie de Episcopo administrante
22. duos Eiscopatus concludit Zas. *in l. extra Territorium num.* 18. *colum.* 4. *ad med. vers. quarto ff. de Jurisd. omn. Judic.* ubi dat exemplum in Archiepiscopo Moguntino, qui regendo duos Episcopatus, si existat in una Diœcesi, seu Territorio, potest Jus dicere alteri Diœcesi, seù Territorio; & explère negotia utriusque Episcopatus *Rot. coram Cavalerio d. decis.* 418. *num.* 2. Nec videtur obstare *glos. in l.* 3. *verbo privatum ff. de Offic. Præsid.* ubi concludit, quod licèt Rex Angliæ habeat Ducatum Vasconię, tamen non potest per se judicare, quando est extrà Vasconiam; sed per Vicarios ibidem degentes, & residentes, & ab eo constitutos, quod comprobat Bald. *in d. l.* 3. *num.* 2. *ff. de Offic. Præsid.* dispar enim est ratio,
23. quia Vasconia, est Ducatus habens de per se jurisdictionem, non autem pars Regni Angliæ; ideoque Separatis Jurisdictionibus, Rex non judicat per seipsum, quando est extrà illas. In nostra verò subjecta materia adest unio utriusque Diœcesis, & una est pars alterius propter
24. talem unionem, quæ facit, ut sit una Jurisdictio, ut benè distinguit Gratian. *d. cap.* 655. *ex num.* 23. *ad* 26. ubi notat, quod si Episcopus aut Præses cæpisset cognoscere de aliqua causa in certo loco suæ Diœcesis, deputando ibidem suum Tribunal, & in tali loco fuisset facta citatio ad sententiam pro certa die, si postea idem Episcopus, seu Præses accesserit ad aliam Civitatem suæ Diœcesis, seù Provinciæ, pro facienda ibidem residentia, aliquantis per, ut moris est, non poterit in eo loco sententiare
25. in dicta Causa, quamvis unus ex litigantibus secutus Episcopum suaserit ei, quod altera pars erat contenta, ut ibi senntentiam proferret, quæ si fuerit lata, non valebit, utpotè extrà locum deputatum Bald. *in l. si, ut pro. ponis* 4. *num.* 1. *Cod. quomodo, & quando Judex sentent. prof. deb.*

26. Ex his dubitari potest secundò, An Episcopus possit unicum tantùm habere Vicarium Generalem, qui Jus, & Justitiam ministret prò Clericis utriusque Civitatis, seu Diœcesis unitæ, & an per subditos prætendi possit, eos in altera ex dictis Civitatibus degentes, Judicandos esse ab eorum particulari Officiali deputando ab Episcopo, pro cujus dubii ità complicati rectâ resolutione, quoad primam ejus partem, est affirmativè respondendum, sive velimus attendere authoritatem sacræ Rotæ, sive etiam rationem; nàm cum semel fuerit disputatum respectu Civitatis Viterbien. & Tuscanen. æquè Principaliter unitarum, prodiit resolutio formalis, quod datâ etiam Territoriorum diversitate conservatâ per dictam unionem cumulativè factam, adhuc Episcopus, qui præsidere dicebatur utrique Diœcesi, non erat compellendus ad constituendos duos Vicarios Generales, non obstante quod pro aliquibus vicibus hoc fuisset observatum, & peteretur manutentio, ut ex magistrali *decisione* 418. *per tot. coram Cavalerio, quam refert. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 22. *num.* 9. *& disc.* 24. *num.* 5. & meliùs, pluribus relatis concordantibus, hoc idem firmatum fuit per Rotam in *Valven. Præeminentiar.* 5. *Maii* 1660. §. *& visum coram Taya*, & in eadem causa reassumpta *die* 18. *Junii* 1694. §. *incipiendo coram b. m. Emerix Decano*, quæ decisiones impressæ sunt post modernum Monacell. *Formulario Legal. Pract. tom.* 2. *decis.* 1. *num.* 1. *& decis.* 3. *pariter num.* 1.
27. similiter Episcopus habens duas Ecclesias Cathedrales unitas potest Synodum in altera tantùm celebrare, absque eo quod teneatur celebratam in una, iterum celebrare, eamque publicare in altera, cum possit Clerum utriusque civitatis ubi voluerit convocare ad interessendum dictæ Synodi, & latè, discusso articulo, probat Gratian. *discept. forens. cap.* 655. *ex num.* 29. *ad* 43.

28. Rationes plures sunt, prima depromitur ex eo, quod, ut supra innuimus, quoad Episcopum, pręfatæ Cathedrales reputantur tamquàm unica Diœcesis, & passim Episcopo permittitur constituere Vicarium in qualibet parte suæ Diœcesis, seu particulari loco nisi in illa parte adsit Archidiaconus, qui habeat ex consuetudine Jurisdictionem per modum præventionis, Doctores in *cap. cum Episcopus ubi* Gemin. *num.* 7. *Franc. num.* 3. *Monach. num.* 2. Butr. *num.* 4. *de Offic. ordin. in* 6. Borell. *in specul. princip. rubr.* 22. §. *quia quotidiana* Gratian. *d. cap.* 655: *num*: 46.

29. Secunda resultat, quia est in facultate Episcopi retinere Vicarium, cum non possit cogi ad illum constituendum, sed volens potest causas congnoscere per se ipsum *Put. decis.* 45. *num.* 1. *lib.* 2. *Mohed. decis.* 4. *num.* 1. *de Offic. Vicar. & decis.* 222. *num.* 5. *part.* 2. *diù*, *& Rot. coram d.* Caval. *d. decis.* 418. *num.* 418. *num.* 10. & regulare est, quod in actibus facultativis nulla cadit manutentio ad notata communiter per *Doct. in cap. cum Ecclesia sutrina*, & presertim *per Ripam num.* 43. *de Caus. possess. & prop.* sicque Communitas loci non valet petere manutentionem contra Episcopum, ut retineat Vicarium Generalem *Caputaq. decis.* 306. *num.* 3. *part.* 1. & multo minùs duos, licet Incolis ali-
30. cujus partis ob itineris distantiam, vel asperitatem nimiùm incommodum esset adire locum Tribunalis, ut ex Doctrinis mox allegatis pro absoluta, & veriori opinione Testatur *Card. de Luc. de Jurisdict. d. disc.* 22. *num.* 11. *juxta Doctrinam Abbat. & alios collectos per Barbos. de potest. Episc. allegat.* 80. *num.* 5. quam semper sequuta est *Rot. in d. decis.* 537. *per tot. part.* 4. *tom.* 3. *recent.* & novissimè *in d. Hispalen. Visitat.* 30. *Aprilis* 1700. §. *si igitur coram Reverendiss. Molines Decano*.

31. Et respectu convocationis Synodi ea adducitur

citur ratio, quia est de lege Jurisdictionis juxta doctrinam *Hostien. in cap. dilectus* 18. *col.* 2. *de Offic. ordin.* Gratian. *d. cap.* 655. *num.* 29. *&* 31. ubi quod procederet etiamsi convocatio Synodi participaret per quamdam mixturam de utraque lege tàm Diœcesana, quàm Jurisdictionali, ut testatur Henric. Bott. *de Synod. Epis. part.* 1. *num.* 62. *&* 63. *tom.* 13. *part.* 2. *fol.* 380. *post.* Jo: Andr. *in cap. quod super his* 9. ubi Hostien. *post princip. de Major. & obedient. Card. Alex. in cap. Episcopus ad med. vers. aut non sunt exempti; ibique Turrecremat. num.* 2. *distinctio.* 18. & in specie, quod Episcopus possit eligere quemcumque locum voluerit ad Synodum Celebrandam est *text. in cap. Abbates pro humilitate* 16. *quæst.* 1. Henric. Bott. *de Synod. Epis. part.* 1. *num.* 56. *tom.* 13. quod procedit etiamsi versemur in duabus Ecclesiis Vnitis ex præcitata ratione, Episcopus dicitur unicus Prelatus unius Diœcesis, quidquid aliud sentiat *Luc. de Penn. in lib. unic. colum. ultim. ad med. Cod. de metropol. lib.* 11. cum præsupponat esse duas Diœceses, quando verò reputatur quoad Episcopum una, ut animadvertit Gratian. *d. cap* 655. *num.* 5. *&* 33.

32. Non obstat quod in istis Episcopatibus unitis æquè principaliter, licet quoad indentitatem Prælati sit unus Episcopus, tamen utraq; Sedes remanet Episcopalis, & Cathedralis, & sunt duæ dignitates, itaut Canonici unius Ecclesiæ non sint alterius, nec isti vocabuntur, ad depositionem aliorum, nec econversò, ut latè examinat Gratian. *discept. forens. cap.* 792. *num.* 1. *& per tot.* sed unus erit Episcopus, qui eligitur à Canonicis utriusque loci; itaut si dis-
33. cordent quoad locum, ubi debeant conveni-re, forte sit dirimenda quæstio, vel similibus modis, de quibus Bellam. *in cap. & temporis* 16. *quæst.* 1.

Quoniam respondetur, quod ista proce-
34. dunt in actibus ad cœterosque canonicos spectantibus, non autem in illis, quæ pertinent ad solum Episcopum, ut sunt electio unius Vicarii, erectio Tribunalis pro decidendis causis ad ejus forum pertinentibus convocatio Synodi, in quibus in nihilo debent se immiscere Canonici *Prepofit. in cap. Episcopus* 11. *in princip. distinct.* 18. Azor. *institut moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 47. *in princip.* & explicat Gratian. *in alio cap.* 655. *num.* 42. ubi declarat, quod in actibus ad utramque Ecclesiam spectantibus, prout in electione Episcopi, vel similibus, si discordant Canonici de loco, vel debent sibi morem gerere, hinc inde deferendo, vel si non deferunt alternis vicibus eligant, vel ut Ecclesia priùs nominata deputet locum, & si de hoc non constet per sortem destinetur dictus locus, quamvis enim electio non debeat
35. fieri per sortem, tamen aliud est in loco, prout omnia prædicta i ta declarat *Abb. in cap.* 1. *num.* 6. Butr. *num.* 11. *ad med.* Anchar. *num.* 4. *col.* 2. *in princip.* Jo: Andr. *col. ult.* Hostiens. *col.* 1. *Ne sed. vacan.* Bellam. *in d. cap. & temporis col.* 2. *vers. si quæras.* Turrecrem. *col.* 1. *in fin. vers. si quæratur* ubi *fiat electio* 16. *quæst.* 1. & distinguendo inter actus Canonicales, & actus Episcopales optimè expendit Francesc. *de Eccl. Cathedr. cap.* 8. *num.* 131. *& sequ.* ubi quod hæc indigent explicatio-
36. ne, nàm si unio æquè principaliter facta, non alterat statum Ecclesiæ unitæ, intelligitur, cùm unio sit de ipsis Ecclesiis simpliciter, non verò de bonis ipsarum, & tunc Canonici unius non fiunt Canonici alterius, ex ratione quod censetur facta respectu Episcopi tamquam unius Rectoris quoad gubernium, ex supra allegatis, quibus addi potest Garz. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 27. & ex eadem ratione
37. si Ecclesia unita supradicto modo erat per prius exempta, per talem unionem non ammittit exemptionem Gemin. *in cap.* 1. §. *final. colum.* 2. *de Privileg. in* 6. Felin. *cap. in nostra num.* 30. *de rescript.* Rip. *in l.* 1. *num.* 13. *ff. de legat.* 1. Pacian *de probat. cap.* 27. *num.* 59. *lib.* 1. & hoc est, quod docent Doctores asse-
38. rentes in contractibus mixtis sub nomine unius Ecclesiæ factis, alteram non obligari, & Prælatum debere nomine illius, de cujus interesse tractatur celebrare Anchar. *conf.* 142. *num.* 2.

Si verò unio prædicta fiat etiam quoad bo-
39. na, Canonici unius erunt Canonici alterius, ut contingit in Ecclesia Giennen. & Beacien. Hispaniarum, in quibus Canonici unius sunt etiam Canonici alterius, & Episcopus pro li-
40. bito facit inservire in una, vel in alia Ecclesia, & cum super tali Jure mutandi, an possit fieri cum causa, vel ne, nec non super facultate deputandi adiunctos ad formam Sac. Concilii Tridentini, acerrima orta fuisset contentio inter præfatos Canonicos, aliosque Beneficiatos, & Episcopum tempore, quo ego adhuc fungebar munere Adjutoris Studii Reverendiss. Molines Decani in fine hujus tractatus inter alias Decisiones, referam quoque illas quæ super dictis controversiis prodierunt, & ultra eas de hac differentia unionis Ecclesiarum, & Bonorum adest optima *decisio* 4. *coram Ottobono.*

Quæ autem dicta sunt de Episcopo, ut possit erigere Tribunal in qualibet parte suæ Diœcesis, intelligi debent sano modo dummodo Episcopus hoc non facit ad longum tempus, nàm sine justa causa non posset removere Cathedram, & Tribunal à Civitate, ex ea clara ratione, quod cum Episcopus sit Eccle-
41. siæ sponsus, non debet ab ejus sponsa diù separari, sed cum ipsa convivere eodem modo, quo Maritus debet cohabitare cum Uxore *ad text. in cap. inter corporalia de translatione Episcop.* & ex altera non minùs concludente ratione, quod dum ipse constituit unum Corpus

42. cum

42. cum Capitulo Cathedralis, cujus est caput, non debet istud à reliquo corpore dici Separatum remanere, ut disponitur per *text. in cap. placuit 7. quæst. 1.* & firmant super eo communiter *DD. nempè* Geminian. Franc. Gigas. *de resident. cap. 3. num. 12.* Berthach. *in tract. de Episc. lib. 4. part. 1. quæst. 4.* Alvarez. *in specul. Jur. cap. 4. in princip.* Gonzal. *ad regul. 8. glos. 43. num. 192.* Campanil. *divers. Jur. Canon. rubr. 11. cap. 23. num. 151.* Genuen. *in manual.* Pastor. *cap. 31. num. 6.* Landos. *cons. 27. num. 8.* Gratian. *discept. forens. cap. 655. num. 27. & in addit. ad decis.* March. *113. num. 1. Rot. decis. 353. num. 6. part. 5. recent.*

43. Prout etiam considerabit Episcopus, in hujusmodi permissione ei de Jure concessa, in audiendo, & definiendo causas inter suos subditos in quacumque parte ejus Diœcesis, ut ultra locum decentem, & honestum eligat etiam locum, in quo Partes sine magno incommodo litigare possint, itaut in hac materia trahendi subditos extra proprios lares, signanter ubi Diœcesis est nimis ampla, & itinera ardua sunt, recedi debet à rigoribus Juris, amplectenda Æquitas, cum Opinio non sit absoluta pro Episcopo, sed adsint Doctores in contrarium faventes subditis, ut ratiocinatur *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 22. num. 14.* ubi quod concurrente observantia, seù consuetudine retinendi plura Tribunalia, & Vicarios, hæc deberet attendi per ea, quæ latè probat Gratian. *discep. forens. cap. 892. per tot.* ubi plures congerit concordantes.

Similiter observandum est ab Episcopis quod in congregando Synodum Diœcesanam habeatur ratio, ut qui vocandi sunt, non fatigentur propter discrimina itinerum, Ideo debet fieri in loco non multum remoto, sed proportionato respectu eorum utriusque Diœcesis unitæ, qui debent intervenire Itaut etiam sit habenda ratio temporis, ut scilicet non fiat in hyeme, sicuti hæc omnia notat *Præposit. in Cap. quoniam 7. in princip. vers. cum ergo sit præceptum 18. distinct.* Henric. Bott. *de Synod. Episc. part. 1. num. 56. ad med. tom. 13. par. 2. fol. 380.* Gratian. *disc. forens c. 655. n. 34.*

QUÆSTIO XV.

ARGUMENTUM.

An, & quando per translationem Cathedræ de uno loco ad alium, extinguantur Privilegia, & Jura Ecclesiæ, à qua fit translatio, & acquirantur loco, ubi Cathedra transfertur.

SUMMARIUM.

1. *Translatio quotuplex sit?*
2. *Translatio Cathedralis Ecclesiæ non potest ab alio fieri quàm à summo Pontifice.*
3. *Consensus Episcopi absque Beneplacito Apostolico sufficit in translatione Cathedræ de una in aliam Ecclesiam intra eamdem Civitatem ex opinione Rotæ.*
4. *Reiicitur hujusmodi opinio, & conciliantur Authoritates.*
5. *Episcopus si se propria authoritate transferat de Ecclesia ad Ecclesiam, ab utraque deponitur.*
6. *Jura omnia, & qualitates Ecclesiæ Cathedralis, facta translatione, transeunt in aliam, ubi fit translatio.*
7. *Translatio quando est cumulativa, quid importet.*
8. *Episcopus tamquam caput formale, potest habere duas Ecclesias Cathedrales materialiter distinctas.*
9. *Translatio dupliciter fieri potest.*
10. *Continuatio Cathedralitatis in Ecclesia antiqua præsumitur de Jure etiam post factam translationem.*
11. *Præsumptio continuationis Cathedralitatis semper viget, donec exhibeatur Bulla Apostolica abdicativa.*
12. *Translatio potius præsumitur cumulativa, quàm privativa.*
13. *Translatione facta, non possunt in antiqua Ecclesia remanere Canonici.*
14. *Unicus actus sufficit ad probandam continuationem Cathedralitatis in antiqua Ecclesia.*
15. *Probationes leviores sufficiunt ubi agitur de jure conservando.*
16. *Translatio quoad personam Episcopi quid importet. Vide remissivè.*

Locuti fuimus in præcedenti quæstione de unione duarum Ecclesiarum Cathedralium prætermissis causis, ex quibus illa fieri solet, tamquam ad nostrum institutum non pertinentibus, modò explicabimus quid resultat ex translatione Cathedræ, vel de uno loco ad alium, vel de una Ecclesia in alteram ejusdem Civitatis prout sæpissimè accidit, & consultò pariter omittimus Causas, propter quas Summi Pontifices deveniunt ad hujusmodi
1. translationẽ faciendam, sicuti etiam licèt translatio dupliciter in Jure accipiatur, primò respectu solius Personæ, secundò quoad Personam, & Ecclesiam, ut ponderat Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 12. num. 12.* attamen de hoc secundo modo verba dumtaxat faciemus, Ideò-
2. que, prò absoluta Juris conclusione primariò stabiliendum est hujusmodi Cathedræ Episcopalis translationem non posse fieri ab Aliis, quàm à summis Pontificibus, seu interveniente Beneplacito S. Sedis Apostolicæ, sivè versemur in Casu, quod translatio fiat de una in aliam Ecclesiam ejusdem Civitatis, sivè de una Civitate in aliud Nobile Castrum, aut Oppidum ejusdem Diœcesis ad *text. expressum in cap. 1. de translat. Episcop. Can. mutationes 7. quæst.*

quæst. 1. *Can. felix*, *& Can. præcipimus* 16. *quæst.* 1. Rebuff. *in prax. tit. de translat. Episc. num.* 1. *&* 2. Francesc. *de Ecclesf. Cathed. cap.* 7. *num.* 3. Azor. *Institut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæst.* 5. Tondut. Sanleg. *quæst. benefic. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 4. §. 6. *num.* 11. *Card. de Luc. de præem. disc.* 4. *num.* 13. *Rot. coram* Cerr. *decis.* 566. *num.* 11.

3. Hinc non videtur posse subsistere opinio, quam, me scribente, tenuit *Rota in Placentina Cathedralitatis* 22. *Junii* 1703. §. *nec visum confirmata* 28. *Novemb.* 1704. §. *de erectione coram Reverendiss. Molines Decano*. scilicèt quod in translatione Cathedræ ab una Ecclesia materiali ad aliam intra eandem Civitatem non fit necessarium Indultum Apostolicum, sed sufficiat consensus Episcopi, & suorum fratrum Canonicorum ad differentiam translationis de una Civitate ad alteram, & allegat pro hujusmodi distinctione Francesc. *de Eccl. Cathedr. d. cap.* 7. *num.* 70. *& Rot. decis.* 196. *num.* 17. *part.* 19. *recent.*

4. Quandoquidem præcitati textus in d. *cap.* 1. *de translat. Episc. & Can. mutationes* 7. *quæst.* 1. nullo modo distinguunt, sed indistinctè requirunt semper authoritatem Apostolicam in hisce translationibus, sicque urget contra opinionem Rotæ illud vulgatum axioma, quod scilicèt *ubi lex non distinguit; nec nos distinguere debemus*; *l. non distinguemus ff. de recept. Arbitr.* Barbos. *axiom. Jur.* 136. *num.* 4.

Authoritates verò allegatæ in obiecto non faciunt dictam distinctionem, prout recognosci possunt; & aliud est, quod translatione non fiant; nisi de consensu, seu Consilio Episcopi, & fratrum suorum sicuti cavetur *in Can. si quis* 16. *quæst.* 7. aliud est, quod iste possit ad sui libitum transferre Cathedram tàm de una Ecclesia ad alteram ejusdem Civitatis, quàm de una Civitate ad aliam, hoc enim eidem expressè per Sacros Canones interdicitur; & si

5. Episcopus propria authoritate de una ad aliam Ecclesiam se transferat, ab utraque deponitur *ad text. in cap. quantò de translat. Episc. Can. si quis Episcopus* 7. *quæst.* 1. Rebuff. *in prax. d. titul. de translat. num.* 2. Tondut. *quæst. benefic. d. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 4. §. 6. *num.* 12.

Positâ ex prædictis potestate solius Pontificis, iste duobus modis facit translationem, quæ aut dicitur omnimoda, & privativa; & tunc explorati Juris est; ut, factâ translatione,

6. totum Jus, ac qualitates omnes Cathedralitatis priùs existentes in Ecclesia, à qua fit translatio, transeunt in illam, in quam facta fuit translatio, seu transmigatio Gloss. *in cap. privilegium vers. quod dic. de regul. Jur. in* 6. Innocent. *in cap.* 2. *num.* 2. *ibique* Fagnan. *num.* 10. *& sequen. de nov. oper. nunciat.* & ibidem Innocen. *& cap.* 1. *in princip. vers. si verò de uno Ne sed. vacant.* Gratian. *discept. forens. cap.* 291. *num.* 1. *& sequ.* Francesc. *de Ecclesf. Cathedr. cap.* 7. *num.* 59. *Rot. coram* Seraph. *decis.* 1149. *num.* 16. *coram Penia decis.* 117. *num.* 6. *& decis.* 196. *num.* 16. *part.* 19. *recent. & in d. Placentina Cathedralitatis* 22. *Junii* 1703. §. *in Jure coram Reverendiss. Decano*.

7. Aut translatio fit cumulativè, & per viam societatis, seu participationis, & regulatur ad instar unionis æquè pricipaliter factæ, ut utraque Ecclesia ramaneat Cathedralis cum suis prærogativis præeminentiæ, & similium ex deductis per Mandos. *cons.* 27. quod reputatur in materia magistrali *ut testatur Card. de Luc. de præmin. disc.* 7. *num.* 6.

Nec est novum, aut involvit mostruositatem, quod unus, & idem Episcopus in sua

8. tem, quod unus, & idem Episcopus in sua civitate, aut Diœcesi habeat duas materiales Ecclesias unicam Chatedralitatem constituentes in esse formali, ob illarum unionem, seu translationem æquè principaliter factam, ut per *textum in cap.* 1. *ne sede vacan.* in puncto expendit Rot. *coram* Bich. *decis.* 640. *num.* 14. *& decis.* 665. *num.* 3. *&* 4. *& in recent. decis.* 353. *num.* 3. *&* 4. *& in recent. decis.* 353. *num.* 76. *part.* 5. ubi concordantes;

Advertendum tamen est, hujusmodi trans-

9. lationes dupliciter fieri posse, vel destruendo locum, vel illum dimittendo, si destruatur; omnia, quæ adiacebant, veluti accidentia, destruuntur Hugo *de offic. Episcop. cap.* 28. *num.* 4. *in* 2. *argum*; si dimittatur, aliqua relinquenda sunt in memoriam pristinæ dignitatis, ut notarunt Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 12. *ex num.* 41. Francesc. *de Ecclesf. Cathed. cap.* 4. *num.* 48. *& sequ.*

Propterea Cathedralitatis continuatio in

10. Ecclesia antiqua, post factam translationem de Jure præsumitur ad tradita per *Innocent. cap.* 2. *litt. A. de restitut. spoliat.* Natt. *cons.* 572. *num.* 18. *lib.* 3. Honded. *cons.* 20. *num.* 12. *lib.* 1. *Rot. decis.* 237. *num.* 2. *decis.* 321. *num.* 4. *decis.* 419. *num.* 1. *part.* 1. *recent. & egregiè coram* Bich. *d. decis.* 665. *num.* 7. *&* 8. ubi quod hoc maximè procedit, quando nullum exhi-

11. betur Pontificium diploma Cathedralitatis ab antiqua Eclesia abdicativum omninò ad id necessarium *cap. nisi speciali de Offic. legat. cap.* 1. *&* 2. *de Translat. Episcop. Can. mutationes* 7. *quæst.* 1. *Can. felix. Can. præcipimus* 16. *quæst.* 1. *gloss. in c. cum inferior verbo Cathedralem de majorit. & obedient.* Rebuff. *in prax. benefic. tit. de erect. in Ecclesf. Cathed. num.* 1. *&* 5. Azor. *institut. moral part.* 1. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæst.* 2. *&* 4. Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 118.

12. Sicq; non sufficit Cathedram fuisse collocatam in alia Ecclesia, quia id fieri potuit cumulativè non privativè ad priorem Ecclesiam Vamesc. *cons.* 10. *num.* 4. *Rot. coram* Seraphin. *decis.* 1444. *num.* 7. *& coram* Pæn. *decis.* 699. *num.* 8. *&* 9.

Eoque certiùs hoc admittendum venit in consulendo, & Judicando, si in pristina Ec-

13. clesia remansissent Canonici, aut pars illorum;

rum; cum aliàs monstruosum esset, quod ab-
scisso capite, qualis est Episcopus, membra vi-
gerent; ut relatis concordantibus, expendit
Rot. coram Bich. *d. decis.* 665. *num.* 11. & 12.
ubi de pluribus aliis actibus extrinsecis, ex
quibus remanet probata continuatio Cathe-
dralitatis, quamvis ad hunc effectum ex com-
14. muniori Doctorum opinione sufficiat etiam
unicus actus Add. *ad Gregor. decis.* 557. *num.* 10.
& *decis.* 353. *num.* 79. *part.* 5. & *decis.* 139.
n. 11. *part.* 2. *divers.* & ratio est, quia agitur de
15. antiquo Jure conservando, non autem de
novo acquirendo; Sicque leviores probatio-
nes sufficiunt; & confert exemplum sententiæ
antiquæ, quæ ubi non agitur de illius execu-
tione, sed adducitur tantum ad probationem,
relevat etiam sine actis, ut distinguendo dixit
Rot. decis. 353. *num.* 69. & 70. *parc.* 5. *recent.*

Has autem rationes, aliaque plura adminicula licèt Ego tamquam Junior unà cum alio seniore, ac Doctissimo Romanæ Curiæ Advocato, adduxerim in Causa Placentina, prò sustinenda Concathedralitate Ecclesię S. Antonini, à qua prætendebatur facta translatio Cathedræ in aliam Ecclesiam, noviter constructam sub invocatione S. Justinæ, attamen nil potui obtinere in Sac. Rotæ Auditorio, ubi priùs ventilata quoque fuit illa celebris Causa Cæsaraugustana Cathedralitatis, quam adfuisse, & adesse in antiqua Ecclesia S. Mariæ de Pilar post factam translationem in Ecclesiam S. Salvatoris pluries decisum fuit, ut ex *d. decis.* 640. & *decis.* 665. *coram* Bich. & præcedenter *decis.* 353. *part.* 5. *recent.* & consequenter opportet dicere juxtà illud Poetæ *habent sua sidera lites*, vel quod sæpissimè verificatur adagium *tot Capita tot sententiæ*.

16. Cœtera, quæ respiciunt translationem personalem Episcopi, seù alias prærogativas, slàm videre poteris apud Francesc. *de Ecclesia Cathedr. d. cap.* 7. *cap.* 9. & *cap.* 11. *per tot.* ad quæ te remitto.

QUÆSTIO XVI.

ARGUMENTUM.

An, & quommodo se gerere debeant Archiepiscopi, seù Metropolitani respectu Diœcesum Episcoporum suffraganeorum, aliorumque Prælatorum inferiorum Territorium Separatum habentium cum Jurisdictione quasi Episcopali.

SUMMARIUM.

1. *Gradus Prælatorum fuisse in Ecclesia militanti à Beato Petro constitutos probatur, & referuntur variæ opiniones.*
2. *Metropolitanus idem est ac Archiepiscopus.*
3. *Particula videlicet præsefert declarationem ejusdem rei.*
4. *Episcopalis ordo unus est quoad spiritualem potestatem, nec est differentia inter Archiepiscopum.*
5. *Archiepiscopus respectu exercitii dicitur major Episcopo.*
6. *Præstantia Archiepiscopi appellatur authoritas Metropolitana.*
7. *Ecclesia suffraganea est sub jurisdictione Archiepiscopi, seu Ecclesiæ Metropolitanæ.*
8. *Archiepiscopus habet intentionem fundatam super omnibus Ecclesiis Cathedralibus suæ Provinciæ.*
9. *Authoritas Archiepiscopi multipliciter consideratur.*
10. *Archiepiscopi in propria Diœcesi, habent eamdem potestatem, ac Cæteri Episcopi in eorum Diœcesibus.*
11. *Metropolitanus quomodo consecrari debet.*
12. *Metropolitano plura competunt supra Episcopos Suffraganeos, eorumque subditos.*
13. *Archiepiscopus in Provincia an possit exercere pontificalia absque expressa licentia Ordinarii loci referuntur contrariæ opiniones.*
14. *Conciliantur Doctores, & opiniones contrariæ.*
15. *Nullus Episcopus potest exercere Pontificalia in aliena Diœcesi absque licentia proprii Ordinarii loci.*
16. *Explicatur Concilium Tridentinum super exercitio Pontificalium, & num. 17.*
18. *Episcopus potest exercere Pontificalia etiam in loco exempto suæ Diœcesis.*
19. *Pontificalia respiciunt potiùs honorem, & dignitatem, quàm Jurisdictionem, de jure Communi.*
20. *Quid dicendum ex censura Sac. Concilii Tridentini.*
21. *Locus exemptus licèt non sit de Diœcesi, dicitur tamen esse in Diœcesi.*
22. *In loco exempto non potest exercere jurisdictio contensiosa, secùs ea, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis.*
23. *Locus exemptus æquiparatur loco extra Diœcesim quoad diversos effectus.*
24. *Intellectus Sac. Concilii Tridentini super exercitio pontificalium.*
25. *Episcopus potest procedere ad censuras contrà Regulares exemptos, el resistentes circa exercitium Pontificalium in eorum Ecclesiis.*
26. *Metropolitanus potest convocare Synodum in Provincia singulis triennils.*
27. *Praxis convocandi Synodum provincialem in Italia recessit, & adest contraria consuetudo.*
28. *Episcopus exemptus non debet accedere ad Synodum provincialem Metropolitani.*
29. *Causæ Criminales Episcoporum cognoscuntur privativè à solo summo Pontifice, ubi agitur de depositione.*
30. *Causæ Crimlnales minores possunt cognosci in Synodo provinciali.*

31. *Metropolitanus non dicitur Judex Suffraganei, quando Iste est actor in causis civilibus.*
32. *Metropolitanus dicitur ordinarius Judex omnium suorum suffraganeorum, ubi Isti sunt rei conventi, in civilibus.*
33. *Contraria opinio tenetur ab aliis, nisi in causis devolutis jure appellationis.*
34. *Archiepiscopus in concernentibus visitationem habet in Provincia Jurisdictionem, & quando possit visitare num. 35.*
36. *Administratio, & Jurisdictio Episcopatus, mortuo seù in captivitatem ducto Episcopo, pertinet ad capitulum.*
37. *Quando possit Metropolitanus incumbere Administrationi Ecclesiæ suffraganeæ vacantis, & deputare Officiales.*
38. *Mortuo Vicario deputato Ecclesiæ suffraganeæ ab Archiepiscopo, potest Capitulum, ut prius infra octo dies eligere alium Vicarium.*
39. *Pallium dicitur particulare ornamentum Archiepiscopalis Dignitatis, licet aliqui Episcopi eo etiam utuntur ex concessione S. Sedis Apostolicæ.*
40. *In quibus locis potest Archiepiscopus uti Pallio.*
41. *Archiepiscopus translatus ad aliam Ecclesiam non potest uti pallio prioris Ecclesiæ.*
42. *Metropolitanus potest deferre Crucem per totam Provinciam, etiam in locis exemptis, aliaque etiam potest gerere ut num. 43. & 44.*

1. Diximus in prima quæstione hujus nostri tractatus Divum Petrum, postquàm Ecclesiæ Cattholicæ, ad instar naviculæ gubernaculum accepit, gradus Prælatorum instituisse, qua autem ratione id factum fuerit non satis liquet apud Jurisperitos; alii enim existimant constituisse Prælaturas juxta qualitates Civitatum, alii verò opinantur ad tollendam memoriam Idolorum in eisdem Ecclesiis, ubi impia sacrificia per Demonum Sacerdotes fiebant, positos fuisse Sacerdotes, Episcopos, & Primates; Alii denique authumant, hujuscemodi Ecclesiæ ordinationem factam fuisse ad eodem B. Perto ad similitudinem Hierarchiæ cœlestis, ut eo modo,quo in Ecclesia Triumphanti, diversi sunt ordines Hierarchici, itaut alii sint Angeli, alii Archangeli, alii Throni &c. Ità in Ecclesia militanti eosdem ferè similes gradus instituit, & fecit,ut alii sint Episcopi, alii Archepiscopi, alii verò Patriarchæ, ut latiùs videre est apud Frances. *de Eccles. Cathedr. cap. 1. ex num. 34. ad 47.* ubi plura alia eruditè colliguntur, & signanter *ex num. 49. ad 60.* expenditur differentia antiquorum graduum, videlicèt Patriarcharum, Metropolitanorum, Archiepiscoporum, & Episcoporum,
2. cum de cæterò hodiè, Metropolitanus, & Archiepiscopus idem sint, ut expresè desumitur ex *textu in cap. referente de Præbend.* ibi *ad Metropolitanum videlicet Rhemensem Archiepiscopum*, ut pluribus relatis notat Barbos. *de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 7. num. 5.* ubi quod de natura
3. illius particulæ *videlicet* sit præseferre declarationem ejusdemmet rei, & Personæ ex *text. in l. videlicèt ff. de Pact.*

Hinc quamvis respectu ordinis, seù chara-
4. cteris, nil plus habeat Archiepiscopus, quàm Episcopus, quia Episcopalis ordo quoad spiritualem potestatem, ac Pontificiam dignitatem unus est, ut latè demonstrat Barbos. *de Jur. Ecclef. lib. 1. cap. 6* tame n respectu executionis,
5. & esercitii majorem sollicitudinem habet Archiepiscopus *Card. Zabarell. in clement. Archiepiscopo num. 7. de privileg.* & præcellit cœteros Episcopos honore Gemin. *in cap. per singulas il 29. quæst. 3.* & estPersona magis privilegiata *cap. servatis, & cap. igitur 25. quæst. 2.* cujus præ-
6 stantia aliquando appellatur auctoritas metropolitana *cap. sollicitudinem de Appell. cap. de his 12. distinct. cap. final. 50. distinct.* & alibi dicitur Jus metropoliticum *cap. cum à nobis de Arbitr.*

7. Uundè Ecclesia metropolitana dicitur majori honoris titulo decorata, quàm sit Ecclesia suffraganea, quæ est sub jurisdictione, potestate, & subjectione Archiepiscopi, & Ecclesiæ metropolitanæ Panvin. *de Offic. & potest. cap. sed. vacan. part. 2. quæst. 6. sub num. 6.* &
8. & proindè Archiepiscopus habet intentionem fundatam in Juris assistentia super omnibus Ecclesiis, & Ipsis Episcopis suæ Provinciæ *ad ad text. in cap. Pastoralis* ibique *gloss. de Offic. ordinar.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib 1. d. cap. 7. num. 13. Rot. apud* Tambur. *de jur. Abbat. decis. 56. num. 1. & coram* Penia *decis. 54. num. 3. & decis. 739. num. 3. & in Salisburgen. Juris metropolitici 26. Novembris 1691. §. extra coram R. P. D. Priolo.*

9. Est igitur sciendum, quod Archiepiscoporum auctoritas consideratur, aut circa suos subditos, & in sua tantum Diœcesi, aut circa Episcopos sibi subditos, qui eorum suffraganei dicuntur, aut circa ipsorum suffraganeorum subditos; item in Synodo provinciali, & in Episcopali, sede vacante suffragandi sui.

10. Quoad primum dico, quod in Diœcesi sua dicti metropolitani habent omnia Jura, potestatem, & obligationem, quas cœteri Episcopi in suis Diœcesibus obtinent, & sunt veluti quilibet alius Episcopus Barbos. *de Jur. Edclef. lib. 1. cap. 7. num. 15.* ubi affert solum
11. discrimen respectu consecrationis, ex quo Metropolitanus debet à tribus Episcopis suffraganeis consecrari, omnibus aliis Provinciæ, vel præsentibus, vel saltem si non potuerint per litteras consentientibus *Can. 1. distinct. 66.* Lucius *in cap. si Archiepiscopus de temp. ordin. Genuen. in prax. Archiepisc. cap. 70. num. 26.* Henriq. *in summ. lib. 10. cap. 24. §. 1.*

12. Quantum verò ad ipsos Episcopos suffraganeos, & ipsorum subditos, plura ratione per-

perſonarum competunt Metropolitanis, ut latè diſcurrunt Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. dict. cap. 7. Quarant. in ſumm. Bull. verb. Archiepiſcopi auctoritas Roſenſ. de prærogativ. Archiep. dignit. cum aliis relatis per* Ventrigl. *annot. 49. §. unic.*

Uerum nôs, ut aliàs proteſtati fuimus, perſtringimus auctoritatem, & præeminentiam
13. reſpectu locorum, ſicque prima (ut ajunt)
fronte ſe ſe offert examinanda quæſtio, aliàs
in terminis Juris communis inter Canoniſtas
exagitata, An Metropolitanus abſque conſenſu, & licentia ordinarii loci poſſit in Provincia exercere pontificalia, aliaſque præeminentias, in qua quæſtione adeſt una opinio affirmativa cujus anteſignanus fuit Hoſtienſis, altera eſt negativa, quam tuetur *Innocent.* ut refert. *Fagnan. in cap. quia os de* Auctor. *&* *uſu* Pall. *ex n. 5. ad* 8. & ponderat *Card. de Luc. de Præem diſc.* 53. *num.* 4. ubi ex auctoritate *gloſſ. in Clement. 2. de privileg.* aſſerit hujuſmodi pugnantes opiniones cum fœdere diſtinctio-
14. nis poſſe conciliari, quod ſcilicèt aut agitur
de illis pontificalibus, quæ mixturam non habent Juriſdictionis, & Officii, & tunc procedat opinio affirmativa *Hoſtien.*; aut verò econtrà de illis, quæ mixturam habent Juriſdictionis, & Officii, & vindicat ſibi locum opinio negativa *Innoc.* ut de eadem diſtinctione poſt alios multos de more relatos habetur apud Fermoſin. *in cap. 1. quæſt. 2. num. 29. eodem titul. de auctor. & uſu Pall.* quæ diſtinctio cum ſit magis communiter recepta, utique eiſdem terminis Juris communis retentis, tota difficultas reducitur ad factum, ſeù applicationem, an ſcilicèt agatur de una, vel altera ſpecie.

Cœterum iſtas opiniones partim ſuſtulit, & partim declaravit Sac. Concilium Tridenti-
15. num *ſeſſ. 6. cap. de reformat.* quo ſtatutum eſt,
ut nulli Epiſcopo liceat cujuſvis privilegii prætextu pontificalia exercere in alterius Diœceſi, niſi de ordinarii loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem ordinario ſubjectas tantùm, & ſi ſecùs factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio pontificalium, & conſequenter ordinati ab executione ordinum ſunt ipſo Jure ſuſpenſi; nam qua parte hoc decretum prohibet exerci-
16. tium pontificalium in alterius Diœceſi, niſi
de ordinarii licentia, videtur reprobaſſe opinionem *Hoſtienſis* adſtruentis id licere ſine licentia Diœceſani; dum verò Concilium permittit de licentia ordinarii exercitium Pontificalium etiam ordinando, apertè ſuſtulit opinionem *Innocentii*, quatenus aſſeruit nec de licentia Diœceſani poſſe hujuſmodi Pontificalia exerceri in aliena Diœceſi, niſi ſpecialiter ſuper hoc ſit privilegiatus, Demum Concilium
17. declaravit opinionem gloſſæ, videlicèt, ut
poſſit quidem Archiepiſcopus exercere Pontificalia chriſmando, & ordinando de licentia Diœceſani, Ità tamen id faciat in perſonis eidem ordinario ſubjectis, & quod dixit Concilium de exercitio Pontificalium in alte ius Diœceſi, idem intelligendum eſt in Locis, quæ nullius Diœceſis eſſe dicuntur, ut firmat Fagnan. *in d. c. quia nos de Auctorit. & uſu Pall.*

Simili modo quæri poteſt, an eodem præeminentiali Jure poſſit Epiſcopus in Eccleſiis Monaſteriorum exemptorum intra ſuæ Diœceſis fines exiſtentium invitis earumdem Eccleſiarum Regularibus in Pontificalibus celebrare In qua quæſtiona affirmativè videtur reſpondendum, nam de Jure communi licèt controverſum ſit inter Doctores, an Epiſcopus poſſit celebrare in Pontificalibus extra Diœceſim ſine licentia Diœceſani loci cum *Innoceat.* hic putet non poſſe, *Hoſtienſ.* verò ſentiat oppoſitum, ut fusè ſupra notavimus,
18. tamen nullus dubitat, quin Epiſcopus in lo-
co ſuæ Diœceſis exempto valeat in Pontificalibus abſque illius licentia celebrare, de hoc enim eſt *text. expreſſus in d. Clement. 2. §. ſimilis de Privilegiis* ſiquidem cum textus in principio indulſiſſet Archiepiſcopo, ut in locis ſuæ Provinciæ exemptis poſſet Pontificaliter celebrare, poſtea ſubjunxit *ſimili modo concedimus Epiſcopo, ut in locis eiſdem* (ſcilicet exemptis) *ſuæ Diœceſiis poſſit Populo denedicere, audire divina Officia, & ea etiam celebrare* ideſt Pontificaliter celebrare ut innuunt illa verba *ſimili modo*, & ponderat *gloſſ. magna in principio Imol. num.* 12. Vitalin. *num. 13. & 17.* &
19. ratio eſt, quia cum hæc celebratio in Ponti-
ficalibus reſpiciat honorem, & præeminentiam, non autem juriſdictionem, concedirur Epiſcopo intra ſuam Diœceſim in loco etiam exempto, propter reliquias præcedentis ſubjectionis antè exemptionem, quæ multum operantur *argum l. cum quis §. primo ff. de ſolut.* & notat. Vitalin. *in d. Clem. 2. num. 2.* Fagnan. *in cap. quia nos num. 13. de auctorit. & uſu Pall.*

Nec obſtat ſi dicatur hæc quidem aſſe vera
20. de jure communi, ſed diverſum Jus inductum
eſſe ex decreto *Sac. Trident. Concil. cap. 5. ſeſſ. 6. de reformat.* quo prohibetur Epiſcopis Pontificalia in alterius Diœceſi exercere ſine licentia Ordinarìi loci; Etenim loca exempta etſi ſint in Diœceſi, cenſentur tamen, ut loca extra Diœceſim exiſtentia, ut notat Petr. Ubald. *in tract. de Can. Epiſc. & Parochial. cap. 6. queſt. 4. n. 11.* ubi ait Monaſteriū exemptum in Diœceſi exiſtens æquiparari Manaſterio exiſtenti extra Diœceſim. Si igitur Conciliū prohibet exerceri pontificalia exrra Diœceſim, ergo prohibere cenſetur etiam in locis exemptis, quæ æquiparantur locis extra Diœceſim exiſtentibus.

Hoc inquam non obſtat, nàm reſpondetur
21. loca exempta, licèt non dicantur de Diœceſi,
ſunt tamen in Diœceſi, ut probatur *in cap. cum Epiſcopus* ibi: *in qualibet loco ſuæ Diœceſis non exempto: de Offic. ordinar. in 6. & in d. Clem. 2. de Privil.* ubi hoc tenent Zenzel. & Lap. *Abb. num. 2.*

num. 2. post eos Anchar. *in princip. Cardin. in*
§. simili quæst. 4. Rot. decis. 207. *num.* 2. *purt.* 2.
divers.

Ideoque hujusmodi loca exempta reputan-
22. tur extranea, seù extra Diœcesim, quoad Ju-
risdictionem contentiosam, cum non subsint
Jurisdictioni Episcopi, sed non quoad ea, quæ
sunt voluntariæ Jurisdictionis, ut *post.* Gu-
glielm. *de mont Lundun. expendit Imol. in præ-*
23. *allegat. Clem.* 2. *num.* 3. sic ergo ea regula
quod locus exemptus æquiparatur loco extra
Diœcesim, non est indistinctè vera, sed tan-
tum quoad certos effectus, ut optimè deducit
Felin. *in cap. gratam num.* 2. *in fin. de Offic. ordin.*
Fagnan. *in d. cap. quia nos de Auctor. & usu*
Pall.

Quibus accedit quod Concilium non sine
24. misterio usum est illis verbis *nulli Episcopo li-*
ceat Pontificalia exercere in alterius Diœcesi,
nec dixit *extra Diœcesim*, innuens propterea,
se noluisse prohibere, quin Episcopus exerce-
ret Pontificalia in locis exemptis, nàm si loca
exempta dicerentur esse extra diœcesim secun-
dum opinionem *Imol. in d. Clem.* 2. *num.* 3. ta-
men non dicuntur esse in aliena Diœcesi, & sic
Episcopus in eis Pontificalia exercens, non
potest dici in alterius Diœcesi ea exercere, ad-
eoque non habet locum prohibitio Concilii.
25. Quatenus verò Religiosi exempti indebitè
resisterent Episcopo, quò minus in eorum locis
Pontificalia exerceret ex decreto Sac. Congre-
gationis Episc. & Regular. Ipse potest con-
tra eos procedere per censuras, ut relato inte-
gro tenore dicti decreti tradit Fagn. *in cap*
quia nos de auct. & usu Pall.
26. Redeundo modo ad potestatem Metropo-
litani supra Episcopos suffraganeos, dico,
quod potest eos singulis trienniis voca-
re ad Synodum provincialem ex censura Sac.
Concilii Trident. *Session.* 24. *de reformation.*
capit. 2. Marcell. Anton. Genuen. *in pract.*
Archiepiscop. capitul. 70. *num.* 22. Machado
part. 7. *tractat.* 1. *docum* 3. *num.* 4. in qua Ipse
est præsidens *cap. placuit* 18. *distinct. gloss. verb.*
exemptis *Card. Alex. in cap. si quis Episcoporum*
17. *distinct.* Barbos. *de Jur. Eccles. cap.* 7. *num.* 32.
sed quidquid sit de hac facultate convocandi
27. Synodum provincialem quolibet triennio, il-
lius tamen praxis præsertim in Italia penè re-
cessit ab aula, & in desuetudinem abiit, ut no-
tat *Card. de Luc. ad Sac. Concil. Trident. disc.* 30.
num. 1. *quem refert.* Carol. Anton. *de Luc. ad*
Ventrigl. *observat. ad annot.* 49. *num.* 1. & 3.
ubi exependit, an possit vocari Episcopus
28. exemptus, & negativam tuetur opinionem;
ob rationem quod Episcopus exemptus censea-
tur esse intra Provinciam Papæ *Card. de Luc. in*
Miscel. *Eccles. disc.* 1. *num.* 41. *& sequ.*

Quæstio est difficilis, an metropolitanus sit
Judex ordinarius suffraganeorum, Itaut in qua-
cumque Causa possit contra ipsum suffragane-
29. um procedere: quæstio hæc non procedit in
Causis Criminalibus; de illis enim cognoscit
solus Pontifex contra Episcopos, quando
Causæ privatione, aut depositione dignæ sunt,
30. si verò causæ Criminales sunt minores, pos-
sunt contra Episcopos per Concilium Provin-
ciale cognosci, & terminari. vel per deputa-
tos à Concilio juxta dispositionem Sac. Con-
cil. Trident. *Sess.* 24. *cap.* 5. *de reformat.* nec
procedit quæstio in Causis civilibus, quas Ipse
Episcopus actor movere intendit contra suum
subditum; in his enim casibus nec Episcopus
31. Ipse, nec metropolitanus procedit, sed eli-
guntur Arbitri authoritate Juris, & à senten-
tia prædictorum Arbitrorum ad Papam appel-
latur, omisso medio, ita *Gemin. in cap. Romana*
§. ub Archidiaconis sub. num. 4. *de Appellat.*
num. 6. ubi etiam *Franc. sub. num.* 4. *limit.* 4.
& alii, quos refert *Ventrigl. in prax. annot.* 49.
num. 31. sed procedit quæstio, quando conve-
32. nitur Ipse suffraganeus uti reus in Causis Ci-
vilibus: in qua quæstione tenent Aliqui indu-
bitanter Archiepiscopum esse ordinarium Ju-
dicem omnium suorum suffraganeorum Epis-
coporum quos adducit *Riec. in prax Cur. Ar-*
chiepisc. tom. 3. *resolut.* 22. *in princip.* alii verò
33. tenent dictum metropolitanum nullam habe-
re nequè in Civilibus Jurisdictionem contra
suffraganeum, nisi illam quæ specialiter Jure
metropolitano illi de Jure conceditur ratione
appellationis, & legitimæ devolutionis, ut
probat rationibus, & auctoritatibus *Lotter. de*
re benefic. lib. 1. *quæst.* 22. *quasi per tot.* & si-
gnanter *num.* 61. & hæc opinio videtur verior,
& juxtà eam refert rescripsisse Sac. Congregat.
die 31. *Maii* 1588. Episcopo *Reggien.*, *ut testa-*
tur Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. *cap.* 7. *num.* 47.
Aldan. in compend. Canon. resolut. lib. 1. *tit.* 8.
num. 18. *Ventrigl. in prax. d. annot.* 49. *§. unic.*
sub num. 31. *tom.* 1. huic tamen sententiæ op-
pununtur, quæ scripsit *modernus Monacell. in*
in ejus Formular. Legal. tom. 2. *tit.* 15. *num.* 11.
pag. 154. Undè benignè Lector poterit prout
sua interesse videbitur adhærere uni, vel al-
teri opinioni.
34. Præterea Archiepiscopus metropolitanus,
jurisdictionem habet, quando visitat provin-
ciam, in concernentibus ipsam visitationem;
in qua materia notandum est, quod hodiè ex
Concil. Trident. *Sess.* 24. *cap.* 3. *de reformatio-*
35. *ne* metropolitanus non potest visitare Pro-
vinciam, nisi Causâ cognitâ, & probatâ in
Concilio provinciali, idest vocato, & audito
super causam Episcopo, cujus Diœcesis, &
Ecclesia visitanda est; hoc enim important illa
verba *Causâ cognitâ ad text. in l.* 3. *§. si Causa*
cognita ff. de bonor. possess. Bald. in l. nec quic-
quam §. ubi decretum ff. de Offic. Procons. Innoc.
in cap. cum olim de re Judicat. in cap. præterea
de dilat. Bart. in l. 1. *cod. quorum bonor. l.*
in Causa §. Causa autem cognita ff. de Minor., &

Cen-

Censuit Sac. Congregat. 17. *Octob.* 1585. ex
relatis per *Ventrigl. in prax. annot. 49. §. unic.*
num. 10. lib. 1.
Rursùs auctoritas Archiepiscopi considera-
36. tur Sede Episcopali vacante suffraganei sui,
nam, etsi mortuo Episcopo sivè excommuni-
cato, aut in captivitatem redacto, Ecclesiæ
administratio ad Capitulum Canonicorum
pertineat *cap. non liceat alieni* 12. *quæst.* 2. *cap.*
1. *penult. & final. de supplen. neglig. prælat. in* 6.
in duobus tamen casibus potest metropolita-
37. nus, & debet auctoritate ordinaria admini-
strationi Ecclesiæ incumbere, primus est ubi
Ecclesia idoneos Ministros non habere proba-
tur *d. cap. non liceat alieni*, veluti si non habeat
Capitulum actu, sed habitu, vel quando nul-
lus Canonicorum est in sacris *Panvin. de Offic.*
& Potest. Capitul. Sede vacan. part. 1. *quæst.* 10.
sub. num. 5. *Prosper. de Augustin. in addit. ad*
Quarant. d. verbo Archiepiscopi auctoritas post.
vers. 40. secundus ubi qui existunt, fuerint ne-
gligentes; nam poterit eo casu Archiepisco-
pus visitatorem, seù administratorem, aut
æconomum instituere, prout opportunum vi-
debitur, nisi à Romano Pontif. extrà predi-
ctos casus valeat deputari *d. cap. ultim. de suppl.*
negl. Prælat. Barbos. *de offic. & potest. Epis. part.*
3. *allegat.* 133. *in princ.* Et poterit Archiepis-
copus deputare Vicarium, seu officialem in Ec-
clesia suffraganea si infra octo dies post mor-
tem Episcopi Capitulum non providerit, vel
non idoneum elegerit *Concil. Trident. sess.* 24.
cap. 16. *de reformat. Quarant. verb. Archiep. au-*
ctoritas vers. 36. *Genuens. in prax. d. cap.* 70.
num. 6. *& Gemin. in cap. final. num.* 8. *de sup-*
plen. neglig. Prælat. observat, quod si morere-
38. tur Vicarius creatus à metropolitano, vel
alio Superiore ob negligentiam Capituli, Ca-
pitulum potest infrà octo dies ereare, ut priùs;
quia pro prima vice tantùm amisit Jus *Barbos.*
de Jur. Eccles. d. cap. 7. *num.* 103. *lib.* 1. *Ven-*
trigl. in prax. annot. 49. §. *unic. num.* 22. ubi
advertit in tali casu non posse Archiepiscopum
per se exercere jurisdictionem in Ecclesia va-
cante, sed debere tantum deputare Vicarium,
aliàs ipse non habet aliam Jurisdictionem, quia
Concilium Tridentinum *Sess.* 24. *cap.* 16. *de*
reformat. decidit solam deputationem transire
in illis verbis: *ad metropolitanum deputatio hu-*
jusmodi devolvatur: .
Remanet aliquid superaddere circa pro-
39. priam Dignitatem Archiepiscopi, & usum
Pallii, quod suprà cœteros Episcopos quam-
dam ostendit specialem præeminentiam, ex
quo fit illius particulare ornamentum, licèt
aliquibus Episcopis sit quoque concessum, vi-
delicet Episcopo ostiensi, & Vellternen. tam-
quam Sac. Collegii Cardinalium Decano, quia
Pontificem consecrat Papiensi in Lombar-
dia, Lucensi in Tuscia, Barbemgensi in Ger-
mania, Quinque Ecclesiensi in Ungaria sicut re-
ferunt *Moscon. de Majest. milit. Eccles. part.* 1.
lib. 1. *cap.* 8, *pag.* 336. *litt. C. Durant. de ritib.*
Eccles. lib. 2. *cap.* 9. *num.* 43. *Marchin. de*
Sacram. ordin tract. 4. *cap.* 9. *num.* 1. præter-
missâ verò indagine, an, & ubi, & quando
dicti metropolitani utuntur pallio ex traditis
per *Barbos de Jur. Eccles. d. cap.* 7. *num.* 105.
& sequen. lib. 1.
Rescendimus ad examen *text. in cap. cum iis*
40. *de auct. & usu pall.* in quo cum legantur verba
ibi: *ubi cumque fueris*, ex eis, aliqui deduce-
bant Archiepiscopum etiam in aliena Provin-
cia, uti posse pallio de consensu ejus ad cujus
Provinciam declinat, juxta alium *text. in cap.*
ex tuarum eod. titul. repugnat enim ipse tex-
tus, si advertas procedere, supposito speciali
Privilegio; quare melius respondetur *cum gloss.*
ibidem quam sequuntur communitet Doctores
teste *Russeo de Prerogat. Archiep. privileg.* 12.
vers. illud quod verba illa generalia *ubicumq.*
fueris rediguntur ad terminos habiles, intrà
Provinciam, ut conciliando refert *Barbos. de*
Jur. Eccles. d. cap. 7. *num.* 108. *lib.* 1. *& num.* 120.
advertit quoque quod Archiepiscopus ad
aliam Ecclesiam translatus uti non potest pal-
lio prioris Ecclesiæ neque pallio sui an-
tecessoris defuncti, neque translati, sed opus
est, ut iterum pro nova Ecclesia, in quam fuit
translatus, obtineat aliud pallium, nec antea
potest exercere Pontificalia *Castald. in prax. ce-*
remon. cap. 10. *num.* 12.
Aliud metropolitanorum privilegium insi-
gne est crucem dominicam ante se deferre, ubi
41. transeunt per totam Provinciam etiam in lo-
cis exemptis *ad text. in cap. antiqua de Privi-*
leg. Clement. Archiepiscopo eod. titul. Russeus de
prærogativ. Archiep. dignit. privileg. 2. *Zecch.*
de republic. Eccles. titul. de stat. Patriarch. num. 6.
Quarant. d. verbo Archiepisc. auctoritas vers. 28.
ubi ampliat etiam extra Visitationem; & limi-
tat nisi esset præsens Legatus Papæ, vel Cardi-
nalis Legatus, seu Nuncius cum facultate lega-
ti de Latere *Barbos. de Jur. Eccles. d. cap.* 7. *nu.* 125.
42. Demum Archiepiscopus in tota Provincia,
suâ Mozettâ violaceâ supra Rocchettum aper-
tum utitur *Castald. d. cap.* 10. *num.* 18. subdi-
tosque occurrentes per totam Provinciam be-
nedicit dexterâ elevatâ, & extensâ signum
Crucis formans *ibidem. num.* 19. etiam in loco
exempto *Clem. Archiepiscopo de Privileg. Qua-*
rant. d. verbo. Archiepiscopi auctoritas vers. 29.
ubi intelligit tam de benedictione solemni per
illa verba *Sit nomen. Domini benedictum*, quàm
de simplici, quæ itinerando præstatur *Ven-*
trigl. in prax. d. annot. 49. §. *unic. num.* 25.
43. Cœtera de Archiepiscopis, seu metropoli-
tanis eorumque Privilegiis, & prærogativis
vide *Rusem de Prerogativ. Archiep. dignit.*
Quarant. in summa Bullar verbo Archiepisc. au-
ctoritas Genuen. in prax. Archiepisc. Neapol.
cap. 70. *Azor. Institut. Moral. part.* 2. *lib.* 5.
cap. 33.

cap. 33. *Calganet. de Jure publ. lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 1. cum aliis allegatis per *Ventrigl. in prax. d. annot.* 49. §. *unic. num* 1.

QUÆSTIO XVII.

ARGUMENTUM.

An intra Urbis districtum possit erigi Ecclesia Metropolitana, & quomodo in hac materia regulari debeat dictus districtus.

SUMMARIUM.

1. *Papa dicitur habere totum mundum pro Diœcesi in spiritualibus.*
2. *Ecclesia Romana continet quatuor Patriarchias.*
3. *Principes Supremi dupplicem habent potestatem, quæ dicitur modò absoluta, modò ordinaria.*
4. *Papa dicitur etiam Episcopus Urbis.*
5. *Vicarius Papæ in Urbe venit appellatione Ordinarii.*
6. *Territorium Papæ tamquam Episcopi Urbis extenditur per spatium* 190. *milliarium.*
7. *Intra spatium dicti Teritorii numquam consueverit Ecclesia Romana erigere Cathedram Metropolitani, & Episcopi in eo existentes non subiacent ulli Archiepiscopo.*
8. *Districtus Urbis hodiè est restrictus & ad ambitum* 40. *milliarium, sed hoc intelligitur respectu Jurisdictionis temporalis senatoris Urbis, & similium Judicum.*
9. *Vicarius Papæ in Urbe exercet tantum jurisdictionem cumulativam intra modernum restrictum* 40. *milliarium.*
10. *Territorium antiquum* 100. *milliarium appellatur à nonnullis Provincia Romana.*
11. *Ad concilium Provinciale vocandi sunt omnes Episcopi suffraganei.*
12. *Electio Metropolitani semel facta ab Episcopo exempto, ut ad ejus Synodum provincialem conveniat, non potest postea mutari.*
13. *Abbates habentes Territorium proprium cum Jurisdictione quasi Episcopali vocari debent ad Concilium Provinciale.*
14. *Ecclesia Cathedralis præbet normam, prò exercitio Jurisdictionis Vicarii Urbis, non autem locus situs intra districtum.*
15. *Accessorium sequitur naturam sui Principalis.*
16. *Diœcesis dicitur unum Corpus, cujus caput est Episcopus.*
17. *Membra non debent scindi à corpore.*

1. NEmo est, qui dubitat, summum Pontificem, quatenus pertinet ad spiritualia, duplicem repræsentare personam. Unam in qua dicitur Christi Vicarius, & consideratur in Catholica militanti Ecclesia tamquam caput visibile totiusque Orbis Episcopus, ac ordinarius ordinariorum, eumdemque Orbem habens pro Diœcesi per ea, que tradit *Bursatt. cons.* 90. *num.* 23. & melius distinguendo utramque personam consuluit *Gabriel. cons.* 200. *num.* 5. & 6. *lib.* 2. & *Rub. in annot. ad decis.* 217. *num.* 164. & 165. *part.* 9. cum aliis allegatis per *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 22. *num.* 5. *Rot. decis.* 200. *num.* 8. *part.* 16. *recent.* qua ratione ad instar totius orbis, Romana
2. Ecclesia quatuor Patriarchiis effulget, ut considerat *Archidiac. in cap. fundamenta* 17. *num.* 8. & ibi *Joann. Monach. num.* 6. *Prob. ad eum num.* 8. *Geminian. num.* 6.

Quapropter non est Catholicorum aliquis, qui neget summam, eamque absolutam esse in
3. Romano Pontifice potestatem, & si vult plura alia discere circa Potestatem supremorum Principum, quæ consideratur duppliciter, nempè, quod alia sit absoluta, & alia ordinaria videnda est plena *annot. ad d. decis.* 217. *ex num.* 132. & *per tot. part.* 9. *rec.*

4. Altera verò persona est illa Episcopi particularis Urbis, ut prosequitur *Gabriel. d. cons.* 200. *num.* 5. *lib.* 2. ubi tamquam ordinarius loci hanc legem Diœcesanam exercet per suum
5. Vicarium, qui proinde in Urbe, ac ejus Territorio nuncupatur Ordinarius, ac venit sub legibus, aliisque decretis loquentibus de ordinario loci *Vestr. in prax. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 1. *Sbrozz. de offic. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 19. *Card. de Luc. de præemin. disc.* 1. *num.* 5.

6. Territorium autem, seu Diœcesis particularis Urbis, ubi Pontifex hanc secundam gerit personam, protrahitur usque ad ambitum 100. milliarium circum circa *ad text. in l.* 1. §. *initio ff. de Offic. Præfect. Urb.* ubi *Bald. ante num.* 1. *Tuschus verbo districtus conclus.* 516. *num.* 11. *Fenzon. ad statut. Urb. cap.* 197. *num.* 95.

7. Sicq; ex inconcussa observantia Sedes Apostolica numquam consuevit intrà hunc ambitum erigere aliquam Ecclesiam Metropolitanam, minusque Ecclesias Cathedrales inibi existentes alteri Archiepiscopo subiicere, ut testatur *Card. de Luc. de præemin. d. disc.* 1. *num.* 8.

Error autem est illorum, qui credunt istud spatium centum milliarium in circuitu, esse provinciam Papæ, qui figuram faciat, vel speciem habeat Metropolitani, quoniam hujusmodi spatium verè, & propriè est antiquum Urbis Territorium, & quamvis ho-
8. diè hujusmodi districtus per moderna statuta redactus sit ad solum ambitum 40. milliarium, nihilominus id respicit fines temporales, atque principaliter ordinatum est, quoad Jurisdictionem Senatoris, & circa subjectionem eorundem statutorum, cumque ex iis, quæ in Superioribus quæstionibus diximus, quod à finibus temporalibus non infertur ad Spirituales, & econtra, Utique ista moderna restrictio attendenda non videtur in ordine ad minuendam antiquam Urbis Diœcesim,

sim, in primaria Dionysii divisione ex regula Præfecturæ ita Constitutam.

9. Et quamvis Cardinalis Vicarius repræsentans Papam, veluti Episcopum particularem Urbis, exerceat dumtaxat cumulativam Jurisdictionem intrà modernum districtum 40. milliarium, attamen id non tollit veritatem districtus antiqui, quoniam non implicat, ut Episcopus concedat ejus Vicario Jurisdictionem, magis restrictam, quam ipse habeat, ut praxis docet in collatione Beneficiorum, & similium ex notissimis.

Ideoque stante dictâ modernâ observantiâ
10. Tribunalis Vicarii restringendi suam jurisdictionem intra dictum breviorem restrictum 40. milliarium; Hinc nonnulli ex nostris Juris consultis professores Ecclesiasticæ eruditionis appellare solent præfatum antiquum districtum 100. milliarium sub nomine Provinciæ Romanæ pro exclusione cujuscumque Metropolitani, itaut illud vocabulum latiùs patere solet, atque in Plurium sensu complectitur omnes Ecclesias exemptas, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectas per totum Orbem sparsas, & quod Ecclesiæ existentes intra Provinciam Romanam, non recognoscant Metropolitanum, refert decisum per Sac. Congregationem *Fagnan. in cap. si membra num. 36. de his quæ fiunt à Prælat.*

Atque hinc quæri potest, quinàm sint vo-
11. candi, & admittendi ad Concilium Provinciale, & manifestum videtur, esse ex necessitate vocandos, & admittendos Episcopos suffraganeos ex traditis per *Innocent. in cap. grave num. 1. de Praben.* quem communiter sequuntur Doctores *teste Præposito in cap. propter Ecclesiasticas il 1. num. 9. 18. distinct.* & probatur *in cap. sicut olim* ibi: *Metropolitanus cum suis suffraganeis: de Accusat. Fagnan. in cap. etsi membra num. 32. de his quæ fiunt à Prælat.* ubi quod hoc locum habet etiam in exemptis, ut *in Concilio Lateranensi sub Leone X. Sess. 10. & in Sac. Concil. Trident. Sess. 24. cap. 2.* ubi *Bar-*
12. *bos. num. 16.* qui affirmat Electionem Metropolitani, semel factam ab Episcopo exempto, ut ad ejus Synodum provincialem conveniat, non posse postea mutari, sed semper in futurum ad illam accedere teneri, ejusque electionem ligare successores, referunt decisum *Quarant. verbo Concilium provinciale num. 2. quæst. 1. in fine Gavant. in Enchirid. Episc. verbo Concilium provinciale num. 6.*

Abbates quoque habentes Populum, & Ter-
13. ritorium proprium, Jurisdictionemque Episcopalem exercentes intra ambitum ipsius Provinciæ, ad Concilium Provinciale vocari debere, sicut Episcopos comprovinciales dicit *Prosp. de Augustin. d. verbo Concilium post. quæst. 3. Barbos. ad Concil. Trident. d. Sess. 24. cap. 2. num. 8.* Ideoque Archipresbytero Altamuræ postulante à Sac. Congregatione Concilii declarari; An dispositio d. *cap. 2. Sess. 24.* secundum quam Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subduntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, cui provinciali Synodo interesse possint, extendatur ad ipsum Archipresbyterum nullius Diœcesis: Sanctissimus ex sententia Sac. Congreg. declaravit ex identitate rationis censuram dicti *cap. 2.* extendendam esse etiam ad omnes alios inferiores Prælatos, qui sunt nullius Diœcesis, ut & ipsi debeant eligere unum Metropolitanum, ut refert *Fagnan. in d. cap. etsi membr. num. 34. de his quæ fiunt à Prælat. &c.*

Rursùs in subjecta materia districtus Urbis,
14. ubi Cardinalis Vicarius potest exercere cumulativam Jurisdictionem quoad subditos Episcoporum habentium Cathedrales Ecclesias sitas intrà ambitum 40. milliarium, quæri etiam potest, an dicta cumulativa in concursu Ordinariorum, locum habere possit in Oppido alicujus Diœcesis, quod situm reperiatur intrà ambitum 40. milliarium; Ecclesia verò Cathedralis tamquam caput Diœcesis sita existat extra dictum districtum; & in hac quæstione crederem esse respondendum juxta deducta per Doctores *super Sac. Concilium Tridentinum Sess. 24. de reformat. cap. 9.* ubi delegatur Jurisdictio, in locis nullius Diœcesis Viciniori Episcopo, itaut vicinitas ex Concilii Censura regulatur ab ipsa Ecclesia Cathedrali, non autem à loco in quo casus contingat, *Barbos. ad dictum Concil. num. 4. Fagnan. in cap. nullus de Paroch. num. 25.* ubi testatur ità decisum per Sac. Congregrationem, & propterea si Cathedralis Ecclesia reperiatur intra districtum Urbis, locus autem Diœcesis illius extra adhuc Cardinali Vicario competit Jurisdictio, Econtra verò si locus est in districtu, & Cathedralis Ecclesia extra, tunc nullam potest exercere Jurisdictionem ex ea opti-
15. ma ratione, quod accessorium sequi debet naturam sui Principalis *per text. in cap. accessorium 42. cum ibi notatis per gloss. & DD. de regul. Jur. in 6. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 52. num. 77. Rot. decis. 93. num. 8. part. 16. recent.* præterquamquod cum tota Diœcesis
16. sit unum corpus, cujus caput est Episcopus ad *text. in cap. scire debes 7. quæst. 1. cap. quoniam in plerisque §. probibemus de Offic. ordin.*
17. utique non decet à capite membra discedere *cap. cum non liceat de Præscript. Can. 1. 12. distinct.* & notat *Fagnan. in cap. cum dilectus de Religios. domib.*

QUÆSTIO XVIII.

ARGUMENTUM.

De Hospitalibus, & illorum differentia, & an, & quando Visitari possint ab Ordinariis locorum. Seù eorum Administratores cogi valeant

P

leant ad redditionem rationum omnium Introituum.

SUMMARIUM.

1. *Loca Ecclesiastica distinguuntur.*
2. *Hospitalium differunt inter se in nomine.*
3. *Privilegia concessa Ecclesiis per communicationem tribuuntur etiam Hospitalibus authoritate Ordinarii erectis.*
4. *Quædam dicuntur Hospitalia non religiosa, & cuilibet licitum est erigere Hospitale, quod non dicitur locus Sacer.*
5. *Hospitalia, & loca pia subsunt Jurisdictioni Episcopi, in cujus Diœcesi sita sunt.*
6. *Episcopus potest Administratores locorum piorum compellere ad reddendum rationem; & habet jus illa visitandi.*
7. *Quibus in casibus Episcopus non possit visitare loca pia seu Hospitalia.*
8. *Sac. Concilium Tridentinum plurimum confidit de fundatoribus, & de protectione Regum.*
9. *Quæ Hospitalia dicuntur sub regia protectione.*
10. *Protectio regia imploranda est in limine fundationis Hospitalis, aliàs non suffragatur.*
11. *Exceptio considerata à Sac. Concilio Tridentino extendetur etiam ad Hospitalia sub protectione aliorum Principum, habentium regalia in eorum Ditionibus.*
12. *Hospitalia, ut eximantur à visitatione Ordinarii ultra protectionem regiam, debent probare exemptionem.*
13. *Hospitalia existentia in Urbe in Ecclesiis nationalibus, non possunt effugere visitationem Apostolicam, & de ratione num. 14. & 15.*
16. *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*
17. *Sac. Concilium Tridentinum diversimodè loquitur inter Jus visitandi, & exigendi rationes à Locis Piis.*
18. *Hospitalia sæcularia, & minimè erecta authoritate Episcopi, non possunt ab eo visitari.*
19. *Limitatur conclusio mortuo Patrono, & num. 21.*
20. *Episcopus potest animadvertere in Adunantias Virorum, seu mulierum sæcularium.*

1. Loca Ecclesiastica in triplici sunt differentia, cum tria locorum genera inveniantur, quibus Ecclesia, & Personæ Ecclesiasticæ, cœterique fideles utuntur; primò sunt, materiales Ecclesiæ, sive Basilicæ, aut templa, & loca his adhærentia, inquibus divina officia peraguntur. Secundo sunt Monasteria, vel Cœnobia, in quibus regulares Personæ commorantur; Tertiò sunt Hospitalia, & pia loca, in quibus pauperes, & infirmi aluntur, & curantur.

2. Absolvimus in Superioribus Quæstionibus plura, de hujusmodi locis habentibus Territorium Separatum circa illorum regimen, Privilegia, & Immunitatem, nec non respectu erectionis, & translationis, ac unionis; nunc quod attinet ad ipsa Hospitalia, quæ etiam diversificant inter se in nomenclatura, ut pleniùs videre est apud *Barbos. de Jur. Eccles. cap. 111. ex num. 1 ad 10. lib. 2.*

Duo sunt genera, quædam enim sunt Hospitalia religiosa, & quædam non religiosa, prima sunt illa, quæ constructa, & erecta fuerunt Episcopi auctoritate, &
3. proindè omnia privilegia concessa cœteris Ecclesiis, per communicationem, censentur attributa etiam hujusmodi Hospitalibus per *text. in cap. ad hæc de religios. domib. l. omnia Cod. de Sacros. Eccles. Innocen. & Abb. in cap. penult. de Immunit. Eccles. Guttier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 35. num 29. Tiraquell. de Privileg. piæ Causæ in præfat.* cum aliis pleno calamo relatis per *Barbos. de Jur. Eccles. d. cap. 111. num. 14. lib. 2 Panimoll. decis. 88. annot. 3. num. 1. Sperell. decis. 51. num. 19.* apud quos videre poteris signa, ex quibus dignoscitur Hospitale, fuisse erectum auctoritate Ordinarii.

Secunda nempè Hospitalia, non religiosa
4. dicuntur illa, quæ ad libitum cujuscumque personæ Episcopi auctoritate fuerunt erecta *cap. inter dilectos de Donat. gloss. in Can. quidam 18. quæst. 2.* Id quod, cuique quidem permissum est, & domum suam etiam ad tempus constituere Hospitale, sed non erit locus religiosus, & sacer *Zabarell. cons. 13. num. 6. Abb. cons. 3. num. 2. & Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 6. num. 25. Barbos. d. cap. 111. num. 20. lib. 2.* ubi quamplura poteris recognoscere, quæ non faciunt ad nostrum Institutum.

Omnia autem Hospitalia, & Pia loca sub-
5. sunt de Jure communi jurisdictioni, & sollicitudini Episcopi, in cujus Diœcesi sita sunt *cap. de Xenodochiis de religios. domib.* ibique *Fagnan. num. 2. Barbos. de Jur. Eccles. d. cap. 111. num. 46. lib. 2. Panimoll. decis. 88. annot. 3. num. 20.*

6. Potest propterea Episcopus Hospitalia hujusmodi, & laicos Administratores Visitare, & compellere ad reddendam rationem non obstante cum ad Laicos pertinente, minusque refragantibus Privilegiis aliisque consuetudinibus in contrarium vigentibus, ut ex censura Sac. Concil. Triden *Sess. 22. de reformat. cap. 8. & cap. 9.* quod quidem Concilii decretum in *d. cap. 8.* quatenùs concedit facultatem Episcopis visitandi Hospitalia, & cœtera Pia loca, non prohibet, quin, & Judices eadem visitare possint, si hoc eis alias legitimè competat, *Barbos. & Panimoll. locis supra mox citatis, & Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 40. num. 3.*

Verum hac in re, cum nostri Juris consulti, ex diversitate casuum confusè loquantur, operæ pretium erit brevi compendio ab eis
7. deducta hic recurrere, & Ideo cum Vueymf. Con-

Constit.16.num.13. pag.179. & Panimoll. decis. 28. *annot. 3. num.* 24. tenendum est, istam visitandi, & rationes sibi reddendi auctoritatem, competere Episcopis Generaliter, & omni in casu, exceptis dumtaxat tribus, primò, quan. Hospitalia sunt immediatè subjecta protectioni Regum; secundò quando in ipsa fundatione, seù erectione per Laicos fundatores, ex consensu Episcopi, vel alterius superioris Ecclesiastici expresse cautum est, nè Episcopus interveniat aut ne teneantur Administratores insuis rationibus adhibere Episcopum, id enim postulant verba Sac. Concilii *d. Sess.* 22. *cap.* 8. ibi *non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt: & in cap.* 9. ibi *nisi secus fortè in institutione, & ordinatione expresse cautum sit* tertio quandiu fundator laicus adhuc superstes est, & suæ fundationi Episcopi auctoritatem non adhibuit *Tubinon. cons. 61. per tot.*

Ratio prædictorum est, quia Tridentina Synodus satis videtur confidere curæ, & sol-
8. licitudini Regum, qui talia Hospitalia in sua potestate habent, nec voluit Episcopis causam præbere, se immiscendi fundationibus illis, quas Reges ex proventibus ptopriis aut ærario publico constituerunt, ut notat *Barbos. ad Concil. Trident. d. cap. 8. sess.22. num.* 27. aliasque rationes affert *idem Barbos. de Jur. Eccles. lib. 2. cap. 111. num. 36. & seqn.*

9. Quæ autem Confraternitates, seù Hospitalia sint, & esse intelligantur sub Regum immediata protectione, responderi potest, ea tantum intelligi debere, quæ expresse sub tali protectione reperiuntur, seù quæ ita à primæva eorum erectione fundata sunt, atque eo speciali privilegio munita, ut scilicet locorum Ordinarii jurisdictionem in illis exercere nequeant, non autem omnia Hospitalia, seu loca pia, quæ sunt in Regnis, ut censuit Sac. Congregatio Coccil. teste *Leo in thesau. for. Eccl. part. 4. cap. 2. num. 97. Ricc. in prax. for. Eccl. part.4. resolut.162. Barbos. de potest. Episc. part. 3. allegat. 75. num. 16. Antonel. de regim. Eccl. lib. 1. §. 5. cap. 3. num.* 13.

Hæc autem protectio Regia necessariò im-
10. ploranda est in limine, & in principio erectionis, alioquin longè post erectionem auctoritate Episcopi factam, est nulla, & non suffragatur, quia tunc non posset acquiri in præjudicium Episcopi, cui medio tempore Jus quæsitum fuit *Ricc. ubi supra part.4. resolut.*167. & prosequitur *Antonell. de regim. Eccles. d. lib.1. §. 5. num.* 14. An verò Hospitale sit sub Regia protectione, nec ne, non ad Sæcularem, sed ad Ecclesiasticum Judicem pertinet id cognoscere, ut ita fuisse resolutum à Sac. Congregatione testatur *Ricc. d. part. 4. resolut.* 579. quem refert. *Antonell. de regim. Eccles. d. lib.1. §. 5. num. 16. &* tenet *Barbos. d. allegat. 75. num. 16. Mart. de Jurisdict. part. 2. cap. 18. num.* 5.

Utrum verù exceptio Concilii *in d. cap. 8.*
11. extendi valeat ad illa Hospitalia, quæ sunt sub immediata protectione aliorum supremorum, & sublimium Principum, qui regalia in ditionibus suis possident, etiam si fortasse Regis titulum non gerant, affirmat *Vveyms constitut. 16. num.13. pag.* 179. & per transennam refert. *Barbos. ad Concil. d. c. 8. Sess. 22. de reformat. n.*28. Negat tamẽ *Gabriel. cons.195. per tot. lib.2.*

Advertendum quoque est respectu Juris vi-
12. sitandi, quod licet Concilium exceperit loca Pia, quæ sub immediata Regiĩ protectione existunt, attamen non sufficit probare Regiã protectionemnisi etiam probetur legitima exemptio à jurisdictione Ordinarii; Ratio est quia Concilium *d. c.* 8. noluit tribuere novam exemptionem, præfatis Hospitalibus sub Regum protectione existentibus, sed tantum præservare, si quam priùs habebant *juxta text. in cap. ult. in princip. de Offic. delegat. in 6. & cap. ne aliqui vers. illis quæ Regibus de privileg. eod. titul.* maximè quia *ex d. cap.* 8. *Sac. Concilii* dicitur restituta Episcopis illa nativa facultas, quam de Jure communi habebant, cum vigore Concilii possint ipsi visitare loca Pia, non obstante quacumque exemptione; Unde cum in hac regula noviter illis attributa compræhendantur Hospitalia exoempta, censeri quoque debet de iisdem disposuisse in exceptione illa non tamen, quæ sub immediata Regum protectione sunt, cum alioquin exceptio non esset de regula, & esset inepta, ut in puncto animadvertit *Fagnan. in cap. de Xenodochiis n.*20. *derelig. domib.* ubi testatur ita fuisse responsum per Sac. Congregationem Concilii.

Cœterum cum hic in Urbe reperiantur con-
13. structa multa Hospitalia habentia Ecclesias nationales, puta Hispanorum, tàm Coronæ Castellæ, quàm Aragoniæ, Gallorum, Germanorum, & Lusitanorum, qui omnes prætendunt non posse præfata loca Pia, & Ecclesias utpote sub Regum protectione existentes subiici visitationi Apostolicæ, quam voluit explere Clemens XI. fœliciter Regnans, crederem hujusmodi vanam ptætentionem nullatenus posse fundari in dicto Decreto conciliari excipiente talia loca Pia, super quibus extat doctissimum votum R. P. D. Manzanedi olim Sac. Rotæ Auditoris Hispani relatum à dicto *Fagnan. in cap. de Xenodochiis sub num.* 31.

Et ratio est, quia exceptio conciliaris ve-
14. rificari potest circa immediatam protectionem Regum, quando Hospitalia fundata reperiuntur in illorum Regnis, non autem hic in Urbe, in qua nullatenùs dici potest immediata protectio, cum omnia loca tam prophana, quàm Ecclesiastica existant immediatè sub Pontificia Jurisdictione, Papa namque est verus Administrator omnium Ecclesiarum, & rerum, & communis rector, ac Princeps in bonis subditorum, ut *in cap. sicut venire* & ibi

Bart. de excess. Prælat. & in cap. multiplici de Decim. Grigor. Lopez ad leg. partit. in lib. 5. tit. 5. part. 1. gloss. 21.

15. In omnemque casum, quamvis lato modo in prædictis locis piis nationalibus, ac in Urbe existentibus, verificari posset Regia, ac immediata protectio, ista non potest dici nisi protectio Generalis, quæ non eximit Personas, nec res à potestate Ordinarii, ut *per text. in c. ex parte il secondo de Privileg. Gemin. cons.* 81. & hoc in casu videtur potius recommendatio, quam protectio, sicque Persona, & locus recomendatus non eximitur à potestate, & Jurisdictione ejus, cui de Jure subest ad *text. in cap. recipimus, & in d. cap. ex parte de Privileg. in 6.* Quare si summus Pontifex in eo decernit, quod existentes sub Generali protectione ipsius, & Sedis Apostolicæ, non eximantur à potestate Ordinarii nempe Episcopi, quanto magis concludendum venit, quod existentes sub Generali protectione Regum non sint exempti à Potestate Summi Pontificis, cui cedunt Imperatores, & Reges ex adductis per *Garz. de Nobilit. & exempt. Hispan. gloss.* 48. *§. 3. num.* 4. & 8.

Nunc vero redeundo ad potestatem Ordinariorum, In quorum Diœcesibus sita repe- riuntur prædicta Hospitalia quamvis illa, quæ subsunt immediatè Regum protectioni, efficiantur libera à visitatione, prout expresse legitur *in d. cap.* 8. non tamen hujusmodi privilegiativa exemptione gaudent respectu redditionis rationis omnino faciende iisdem Ordinariis locorum, quibus amplior facultas concessa legitur in sequenti *cap.* 9. dicti Concilii Tridentini ubi excipitur unus tantum casus, idest cum secùs expresse cau-
16. tum fuit in fundatione, quæ sanè exceptio firmat regulam in contrarium in omnibus aliis casibus non exceptis *ad text. in l. nam quod liquidè §. final. ff. de pena legata, & cap. 2. de Coniug. leprof.* & in puncto expendit *Fagnan. in cap. de Xenodoch. sub num.* 17. & *num.* 18. *de Relig. domib.* ubi animadvertit dictum Sac.
17. Concilium Tridentinum magnam constituisse differentiam inter Jus visitandi, & Jus exigendi rationes; Nam *in cap.* 8. ubi de primo casu loquitur, restringit se, ad dispositionem Juris communis, ut patet ibi: *in casibus à Jure expressis* & infrà ibi *juxta Sac. Canonum statuta*, *sed in cap.* 9. ubi tractat de Jure exigendi rationes indistinctè, & generaliter loquitur. Ideoque Sac. Congregatio sæpius respondit. Ordinarium non habere auctoritatem visitandi Hospitalia nisi in casibus à Jure expressis; at verò rationes administrationis licere eidem exigere nulla habita ratione Juris communis, ex quo patet Concilium ampliorem facultatem tribuisse Episcopis in rationibus exigendis, quam in visitatione piorum locorum.

Hinc notandum est, quod quilibet in Do-
18. mo sua potest construere, seu erigere Hospitale, quod remanet tantùm locus pius, seu prophanus ubi erectio fit absque Episcopi auctoritate, qua seclusa tractu temporis dictus locus potest etiam reduci ad usus prophanos, ideoque sinè alia exemptione, non subest visitationi Episcopi, ut firmant *Innocent. Hostiens. Jo: Andreas, Butr. Card. & Abb. in cap. ad hæc de religios. dom.* ubi etiam *Fagnan. ex recentioribus num.* 51. & 54 ibique asserit, quod licet ex Decreto *Sac. Concil. cap.* 8. *Sess.* 22. statutum fuerit, ut Episcopi habeant jus visitandi omnia pia loca, etiamsi illorum cura ad Laicos pertineat; tamen ibi adiiciuntur verba *in casibus à Jure concessis* nec non illa *juxta sacrorum Canonum statuta*, quæ restringunt dispositionem ad limites Juris communis. Unde sicut loca pia non religiosa, seu Ecclesiastica non subsunt Episcopo de Jure communi, ex supra allegatis, ita nec post Concilium: Sicque ex declarationibus Generalibus Sac. Congregationis Concilii *ad d. cap.* 8. *reperitur* infrascripta videlicet *Ordinarius non habet auctoritatem visitandi Hospitalia neque Confraternitates, quæ à Laicis reguntur, nisi in casibus à jure expressis*.

Fallit præfata Juris generica proposito pluribus modis, & primò non habet locum, mor-
19. tuo Patrono Hospitalis, quia licèt locus non sit religiosus, tamen cum fuerit causa pietatis erectus, dicitur locus pius, & ideo spectat ad sollicitudinem Episcopi, ut pia Fundatoris voluntas executioni demandetur de quo videtur *text. in auth. de Eccles. tit. in §. si quis autem pro redemptione, & tenet Abb. in cap. de Xenodochiis num. 3. vers. quod puto verum de Religios. domib. Roman. cons. 477. num. 2. Gabr. comm. conclus. tit. de pia Caus. Concl. 2. num. 2.* & distinguendo *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 40. sub num.* 14. ubi quod Patrono vivente non potest se ingerere Episcopus, nec in visitatione, nec in revisione computorum, præter quàm in casu recognoscendi, an hujusmodi
20. Hospitalia, aliæque Adunantiæ, sivè sint virorum, sivè sint mulierum habeant speciem conventiculæ, & nè sub pallio pietatis succedant scandala; Idemque præcitatus Doctor examinat in *disc.* 45. *eodem tit. de Jurisdictione*.

21. Fallit secundò quoad rationes administrationis exigendas; Nam licèt Hospitalia, & alia hujusmodi loca sine authoritate Episcopi constructa sint privata, non autem religiosa, seu Ecclesiastica, tamen cum sint loca pia potest Episcopus, ab illorum administratoribus rationes administrationis exigere, non quidem de Jure communi, sed ex Sacri Concilii Tridentini censura in *d. cap.* 9. *Sess.* 22. nam decretum istud non restringitur ad casus de Jure concessos, sicut restringitur *cap.* 8. immediatè præcedens, quoad Jus visitandi,

sed

sed loquitur generaliter, & indistinctè, & excipit tantummodò casum, quando in fundatione cautum est, ut Episcopus non possit rationes adminstrationis exigere. Undè prædictum *cap. 9.* habere locum etiam in casibus non permissis à Jure sæpius respondit Sac. Congregatio, ut refert *Fagnan. in cap. ad hæc num. 57. de Religios. domib.* cœtera vide apud *Barbos. de Jur. Eccles. cap. 11. per tot. lib. 2.*

QUÆSTIO XIX.

ARGUMENTUM.

An, & quando, Ecclesiæ erectæ, vel sitæ in solo Lateranensi, sint exemptæ à visitatione Ordinarii, & quommodo, & à quibus sint conferendæ; & de earum Privilegiis.

SUMMARIUM.

1. *Ecclesia Lateranensis dicitur caput Urbis, & Orbis.*
2. *Capitulum Ecclesiæ Lateranensis gaudet pluribus Privilegiis, & num. 3.*
4. *Solum donatum dictæ Ecclesiæ est exemptum una cum Ecclesiis inibi constructis.*
5. *Ecclesiæ edificatæ in solo Lateranensi non possunt visitari ab Episcopis jure ordinario.*
6. *Exemptio soli Lateranensis modificatur respectu Ecclesiarum Parochialium.*
7. *Collatio Parochialis sitæ in solo Lateranensi debet fieri per concursum.*
8. *Collatio Beneficiorum existentium in Eccelesiis sitis in solo Lateranensi pertinet ad Capitulum, & Archipresbyterum Basilicæ Urbis.*
9. *Sub regula 8. Cancellariæ cadunt etiam Beneficia de Collatione Capituli Lateranensis.*
10. *Indultum Cardinalibus concessum, an suffragetur Capitulo habenti simultaneum collationem cum eis, & num. 11.*
12. *Cardinales conferentes vigore indulti, non per remotionem obstaculi, sed jure delegato Papæ conferre dicuntur.*

1. QUemadmodum Pontifex est Princeps
Patriarcharum; Ità Ecclesia S. Joannis
Lateranen. cujus est sponsus tamquam Episcopus Urbis, est principalior cœteris Ecclesiis, & dicitur caput Urbis, & Orbis per ea, quæ notat *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 41. num 18. Rot. decis. 366. num. 7. part. 9. recent.*
hinc dicta Ecclesia ejusque Capitulum unâ
2. cum Cardinale Archipresbytero gaudet,
pluribus Privilegiis, concessis signanter à Bonifatio IX. aliisque summis Pontificibus, ut tradit *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 38. in princip. Rot. decis. 366. num. 1. part. 9. rec.*
Privilegium itaque dicti Bonifacii IX. loquitur, ac disponit de Ecclesiis, sicque com-
3. præhendit non solùm illas edificatas, sed
etiam alias construendas in solo Lateranensi, quod nuncupatur, ubi quis donat petium aliquod Terræ Ecclesiæ, & Capitulo Lateranen. ex ratione quod lex semper loquitur ad *text. in l. Adriani Cod. de Hæretic. Franc. in cap. unico num. 1.* & ibi *Gemin. num. 8. de excess. Prælat.* & in terminis Privileg. est *text. in cap. quia circa de Privileg. cum aliis allegatis per Rot. decis. 217. num. 26. part. 9. & decis. 185. num. 3. part. 15. rec.*
4. Et consequenter Ecclesia constructa in hu-
jusmodi solo ei cedit, ut per *text in §. cum in suo Instit. de rer. divis. l. 2. Cod. de rei vindicat. Rot. decis. 313. num. 11. part 9. rec.* prout etiam si quis edificet Ecclesiam in solo suo, quod exinde donat Capitulo Lateranen., mediante tali donatione acquiritur dominium fundi, & Ecclesiæ favore ejusdem Capituli absque alia traditione, ut per *text. in l. ut inter Cod. de Sac. Eccles.* notant *Calder. cons. 2. de caus. possess. & propriet. Abb. cons. 53. num. 1. lib. 1.* & in nostra subjecta materia dixit *Rot. decis. 310. num. 1. part. 9. recent.*
Hinc plures resultant effectus, & primò
5. quod hujusmodi Ecclesiæ sitæ in solo Latera-
nensi non possunt visitari ab Episcopis jure ordinario, secus autem est jure delegato ex dispositione Sac. Concil. Trident *Sess. 7. cap. 8. & Sess. 21. cap. 8. de reformat.* & distinguendo utrumque Jus firmavit *Rot. decis. 115. num. 8. & 9. & decis. 313. num. 13. & 14. part. 9. & d. 185. num. 6. part. 15. recent.*
Si verò præfatæ Ecclesiæ essent Parochiales, & curam haberent animarum, est advertendum, quod Pius IV. revocavit omnia in-
6. dulta præfatæ Ecclesiæ Lateranensis, & quam-
vis illius privilegia exinde reintegraverit Sixtus V ut in ejus Constitutione 19. Bullar. Roman. tamen exemptio moderatur in concernentibus curam animarum, ut benè examinat *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 38. sub num. 5.* & latius *de Paroch. disc. 9. per tot.* ubi quod ex hoc
7. capite Parochialitatis collatio fieri debet ab
Ordinario per viam concursus ad formam Sac. Concil. Tridentini, & plura alia digna natatione super eadem Bulla Sixti V. *in necessariis* per extensum relata considerat Modernus *Monacell. in Formular. Legal. d. tom. 2. tit. 13. pag. 19. ex num. 80. ad 85.*
Cœterum saeclusa qualitate parrochialitatis
8. collatio beneficiorum existentium in hujus-
modi Ecclesiis edificatis in solo Lateranensi pertinet ad capitulum, & Archipresbyterum, qui Cardinalitia fulget dignitate, ut notum est, dixit *Rot. decis. 366. num. 1. part. 9. recent.*
Dari tamen potest casus, quod vacatio suc-
9. cedat in aliquo mense reservato, & tunc cum
Regula 8. hodiè 9. Cancellariæ deroget quibusvis privilegiis concessis, cum quibuscumque clausulis etiam insolitis, ac derogatoriis derogatoriarum, ut legitur in verbis, & advertit

tit *Rot. decis. 666. num. 2. part.* 1. ac loquatur de Beneficiis ad collationem quorumcumque collatorum quomodolibet pertinentibus; Utique sub ea cadunt Beneficia privilegiis quamtumvis prægnantibus summorum Pontificum munita, vel alias spectantia ad collationem Capituli Lateranen. *Seraph. decis.* 980. *num.* 8. & in puncto istius Ecclesiæ Lateranen. dixit *Rot coram Ludovis. decis.* 153. *num.* 1. ibique *Adden. & decis. 366. num. 6. part. 9. recent.*

Hinc advertendum est in eadem regula fuisse exceptuatos Cardinales, sicque cum Capitulum dictæ Ecclesiæ conferendi Jus habeat
10. simultaneè cum Archipresbytero, qui est Cardinalis, profectò dubitari potest, an indultum conferendi beneficia reservata Cardinalibus concessum, removeat obstaculum, & opitulari valeat Capitulo habenti simultaneam collationem, circumscripta reservatione, in qua quæstione *Rot.* antiqua fuit in sensu, quod ob simultaneum Jus conferendi non obstaret regula, ex ratione quod indultum Cardinalitium removeret tantum obstaculum, ut legere est in *decis.* 702. *num.* 4. *& per tot. part.* 4. *divers. & advertit Rot. d. decis.* 366. *num.* 11. *part.* 9.

Postmodum supervenit Constitutio fel. rec.
11. Urbani VIII. la 59. in Bull. Rom. in qua disponitur, quod Beneficia vacantia in mensibus reservatis conferant Cardinales soli per se ipsos, vel alios ad id deputandos, absque capitulo & Canonicis, aliisque quamcumque Ordinariam dispositionem eorundem Beneficiorum conjunctim, vel divisim habentibus juxta quam constitutionem Capitulum, & Canonicos simultanea collatione in mensibus reservatis non gaudere declaravit *Rot. coram Duran. decis.* 233. *num.* 9. *& decis.* 585. *num.* 46. *part.* 5. *& d. decis.* 366. *num.* 14. *part.* 9. *recent.* ex ratione quod post dictam Constitutio-
12. nem Urbani Cardinales vigore eorum Indultorum dicuntur conferre, jure delegato Papæ, quamvis priùs vigeret opinio, quod eorum Indulta removerent solùm obstacula reservationum, ut distinguendo probat *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 1. *num.* 36. *&* 37. *Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. tom.* 2. *annot.* 2. §. 1. *num.* 10. & dictum fuit in Corduben. Beneficior. 18. *Februar.* 1704. §. *pro non comprehensione coram Reverendiss. Molines Decano.*

QUÆSTIO XX.

ARGUMENTUM.

Utrum Episcopus seù illius Vicarius possit, & valeat jurisdictionem exercere extra Territorium, & an, & quatenus Episcopus in causis suæ mensæ possit esse judex, præsertim, in personis non subditis, & super bonis extra propriam Diœcesim.

SUMMARIUM.

1. *Jurisdictio dividitur in contensiosam, & voluntariam.*
2. *Voluntaria Jurisdictio potest exerceri extrà Territorium.*
3. *Limitatur Conclusio in habente jurisdictionem ab inferiore Principe.*
4. *Episcopus potest instituere presentatum à Patrono extra Diœcesim, secùs illius Vicarius.*
5. *Vicarius Generalis habens speciale mandatum ad conferendum potest conferre etiam extrà Diœcesim:*
6. *Episcopus sivè ejus Vicarius Generalis existens in Urbe debet in actu collationis exire ab Urbe.*
7. *Vicarius Generalis habens potestatem ab Episcopo, potest concedere dimissorias extrà Diœcesim.*
8. *Actus, qui explicari nequit absque Causæ cognitione non potest fieri extra Diœcesim.*
9. *Episcopus non potest confirmare electionem extrà Territorium.*
10. *Voluntaria Jurisdictio non potest exerceri extrà Diœcesim inter non subditos, & de rebus non subditis.*
11. *Voluntaria Jurisdictio competens alicui jure speciali nequit exerceri extrà Territorium.*
12. *Episcopus non potest conferre suis subditis Ordines in Diœcesi aliena; & de ratione num.* 13.
13. *Prima Tonsura potest dari ab Episcopo in aliena Diœcesi, & de ratione.*
14. *Contraria opinio defenditur ab aliis.*
15. *Differentia adducitur inter actus requirentes usum Pontificalium, ab aliis illum non requirentibus.*
16. *Usus Pontificalium haberi nequit in aliena Diœcesi, nisi cum consensu proprii Ordinarii.*
17. *Actus Jurisdictionales possunt ab Episcopo demandari in aliena Diœcesi, contra proprios subditos, & dummodo exequutio sequitur in loco subdito.*
18. *Differentia Vicariorum adducitur, & à quibus constituuntur.*
19. *Vicarius Generalis dicitur habere idem Tribunal cum Episcopo, & num.* 21.
20. *Vicariis Generalibus tamquam Ordinariis diriguntur à Sede Apostolica commissiones.*
22. *Vicariis foraneis potest Papa specialiter dirigere commissiones.*
23. *A sententia Vicarii foranei appellari potest ad Episcopum, seu ad ejus Vicarium Generalem.*
24. *Vicariis deputatis ab Habentibus Jurisdictionem quasi Episcopalem, non solent de stylo dirigi commissiones à Cancellaria, seu Dataria Urbis.*
25. *Episcopus, ubi perturbatur in bonis, & suæ mensæ Episcopalis, quid possit.*
26. *Episcopus an possit contra perturbatores ferre censuras etiam extra Territorium, & contra non subditos.*

NO-

NOmen jurisdictionis comprehendit sub se
illam; quæ appellatur contentiosa, nec
1. non illam, quæ dicitur voluntaria, sicque
unam ab altera segregando prætermissis aliis
speciebus, de quibus *Maraut. in specul. Judic.
part. 4. per tot. Pax Jordan. volum. 3. lib. 13.
tit. 2. per tot.* cum aliis allegatis per *Sabell. in
Summ.* verbo *Jurisdict. num. 3.* firmanda primò
2. est pro regula Juris conclusio, quod volunta-
ria jurisdictio possit extra Territorium exerce-
ri *l. 2. ff. de Offic. Procons. lib. 1.* ubi *Bald.* &
alii *Cod. de emancipat. lib. cap. novit. ibique
DD. de Offic. legat. Dec. in l. ultim. num. 6. ff. de
jurisdict. omn. judic. Boer. decis. 30. Gratian. Dec.
Marcb. 98. num. 3.*
3. Hæc tamen conclusio limitatur, ut non
vindicet sibi locum in eo, qui habet Jurisdi-
ctionem ab Inferiore Principe, hic enim ne-
quit ea, quæ sunt voluntariæ Jurisdictionis
extra Territorium exercere secundum *Bald. in
l. 2. ff. de Offic. Proconsf.* ubi dicit quod valeat
quidem Episcopus extra Diœcesim instituere
4. præsentatum à Patrono ad beneficium, secus
tamen est in Vicario ejusdem Episcopi etiam
habente speciale mandatum, quia commissio
facta ab Inferiore Principe numquam potest
exerceri extra Territorium committentis *Rip.
in tract. de Tert. tit. final. num.* 50. ubi dubitat,
an Vicarius Parrochialis possit extra Paro-
chiam Confessiones Sacramentales audire *Dec.
in l. final. ff. de Jurisdict. omn. Judic. Canc. var.
resolut lib. 2. cap. 2. num. 234. Antonell. de
loc legal. lib. 2. & 3. num. 54. cap. 1.*
Contrarium tamen tenuit *Rot. decis. 5. de
5. Offic. Archid. in antiq. Gemin. in cap. ultim in
fin. de Offic. Vicar. in 6.* quem refert, & sequi-
tur *Gratian. decis. Marcb. 98. num. 5. & sequ.
Boer. decis. 30. num. 6.* ubi asserit, quod Vi-
carius Generalis Episcopi habens speciale
mandatum ad conferendum beneficia, potest
ea conferre etiam extrà Diœcesim, sicut Epis-
copus quia hoc est voluntariæ Jurisdictionis
Gratian. discept. forens. cap. 127. num. 1. & 2.
ubi plures allegat, & reddit rationem, præter
6. quam in curia præsente Papa, quo casu ad
collationis actum debet Episcopus sive ejus
Vicarius è curia exire, ut post *Gomes. tit. de
non Judic. juxt. for supplic quæst. 3.* Aeneas de
Falcon. *de reservat. quæst. 4.* & alios, observat
Gratian. loco supra citato num. 7. subdens *num. 14.*
7. *cum sequ.* quod Vicarius Episcopi potest etiam
concedere litteras dimissorias extrà suam Diœ-
cesim, si ad id haberet speciale mandatum,
vel si Episcopus ageret in remotis juxta *text.
in cap. cum nullus de temp. Ordin. in 6. Boer. d.
decis 30. Antonell. de loc. legal. d. lib. 2. c 3.
num. 58.*
Limitatur secundò, ut prædicta Conclusio
8. procedat, quando actus est talis, qui absque
causæ cognitione expediri potest, secus si ex-
pediri non posset absque Causæ cognitione,
quia eo casu nec fieri posset extra Territorium
*Dec. in d. l. final. num. 6. ff. de Jurisdict. omn.
Judic. Chartar. decis. Genuen. 68. num. 12.* un-
dè non posset Episcopus extra Territorium
9. confirmare electionem, si hæc exigeret Causæ
cognitionem *cap. final. ubi gloss. de elect. in 6.
Abb. in cap. novit: num. 5. de Offic. legat.*
10. Limitatur tertiò quando agitur inter non
subditos, & de rebus non subditis; tunc enim
non potest Jurisdictio voluntaria extra Terri-
torium exerceri nisi partium consensus accedat
Bald. in l. p. num. 5. vers. tu dic.
11. Non obstat, quod voluntaria jurisdictio
competans jure speciali, vel ex priivlegio, ne-
queat exerceri extra Territorium, *Roman. sin-
gul. 49. per text. in cap. statutum de Præben. in 6.
Cart. jun. in l. ultim. colum. 1. de jurisdict. omn.
Judic.* Quia contrarium est verius, ut per mul-
ta concludit *Covarr. lib. 3. variar. resolut. cap.
20. num. 9. vers. cæterum, ut quæstionem*, ne-
que ad versatur *d. cap. statutum*, nam ibi est
speciale in beneficiis vacantibus in Curia *Bi-
singer. dec. 5. in fin de Offic. Vicar. Gratian. decis.
Marcb. 98. num. 24.* unde in aliis casibus Jus
Coõmune permittit Episcopis collationem be-
neficiorum intra alienam Diœcesim *Covarr. d.
cap. 20. num. 9. in fin.*
Minùs obstat Episcopum non posse confer-
12. re ordines etiam propriis subditis in aliena
Diœcesi, *Alberic. in l. ultim. de Jurisdict. omn.
judic.* siquidem illud procedit ex quo in mi-
nisterio Sacrorum ordinum fit collatio ab
Episcopis celebrantibus divina officia indutis
vestibus Pontificalibus, quam obrem requiri-
tur consensus Diœcesani *glos. in clem. ultim de
Privileg. Abb. in cap. ex tuarum num. 11. de
13. Aetor. & usu pall. Covarr. d. cap. 20. num. 9.*
ubi subdit etiam aliter esse in prima tonsura
Gratian. dec. Marcb. 98. num. 27. ratio est quia
prima tonsura juxta unam opinionem non est
ordo, sed introductio ad ordines, atque sim-
plex adscriptio militiæ Clericali, ideoque in
camera privatim, sine vestibus Pontificalibus
illa dari potest, & consequenter connumera-
tur inter actus meræ voluntariæ jurisdictionis
*Carol. Anton. de Luc. ad decis. Gratian. 98.
14. num. 7.* non desunt tamen Doctores, qui con-
trarium affirmarunt, ut scilicèt Episcopus ne-
queat conferre primam tonsuram suis subditis
in aliena Diœcesi absque licentia Ordinarii
loci ex congestis *per Barbos. ad Sac. Concil. Tri-
dent. Sess. 6. cap. 5. de reformat num. 9.*
Rectiùs propterea distinguendi sunt actus
15. voluntariæ jurisdictionis, qui non requirunt
usum Pontificalium ab aliis actibus, qui licet
voluntariis tamen requirunt usum Pontifica-
lium; species primorum actuum sunt provi-
siones Beneficiorum, Deputationes Officia-
lium Delegationes causarum, quarum cogni-
tio in propria Diœcesi à Delegato facienda sit
confirmationes Donationum Jurispatronatus,
&

& similia, species verò secundorum actuum, pro quibus requiritur usus Pontificalium, sunt collatio ordinum, ministratio Sacramenti confirmationis, consecratio lapidum pro Altaribus, seu vasorum sacrorum cum similibus,
16. quibus positis, denegatur genericè Episcopo in aliena Diœcesi usus Pontificalium, nisi habeat expressam licentiam Ordinarii loci, seu Diœcesis, ut ex censura Sac. Concil. Trident. *d. Sess. 6. cap. 5. de reformat.* & advertendum est, Vicarium Generalem non posse concedere licentiam alteri Episcopo exercendi Pontificalia in sua Diœcesi, ut observat *Sbroz. in addit. ad suum tract. de Vicar. Episcop. quæst. 7. lib. 2. Barbos. ad Concil. d. cap. 5. num. 27.*

Respectu verò actuum jurisdictionalium,
17. non tamen Pontificalium, ut sunt citare, carcerare, reum constituere, Testes examinare, seù cedulones Censurarum affigere cum similibus; & tunc ipse Episcopus, qui in alieno Territorio existat, id demandare ibi poterit eum proprio subdito, qui in sua Diœcesi existat; adeout in ea sequatur executio seù exercitium actus. Secùs autem si subditus in aliena quoque Diœcesi moretur, ibique actus exerceatur, quoniam id fieri non potest, eum sit exercere jurisdictionem in alieno Territorio, atque id importet jus Territoriale, quod sine licentia domini fieri non potest *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 20. num. 15.*

Circa autem Vicarios pro fundamento se-
18. quentium conclusionum supponendum est, in primis varios esse modos in constituendis Vicariis Episcopalibus, quidam enim sunt Vicarii Generales, alii sunt Vicarii, qui foranei, & quandoque Officiales nuncupantur, & alia vicariorum distinctio est inter eos, qui ab Episcopis deputantur, & eos, qui ab habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, ut animadvertit *Tondut, de præveat. part. 2. cap. 1. num. 1.*

Vicarii Generales dicuntur, qui Vicem
19. Episcopi super eodem Tribunali principaliter gerentes, Causas omnes ad illud forum Episcopale pertinentes, generaliter cognoscunt, *ut in cap. final. de Offic. Vicar. in 6. Sbroz. de Vicario Epis. lib. 1. quæst. 3. num. 26.* Iisdemque Vicariis Generalibus diriguntur à Sede Apostolica commissiones, cum ipsi potius or-
20. dinarii sint, quàm delegati, & licet eorum potestas dependeat à commissione Episcopi, & illius tenore potest Episcopus Vicario majores, vel minores facultates concedere, attamen etiamsi in litteris sui Vicariatus aliqua concessa sint, quæ in Generali commissione non comprehenderentur, ad hæc quoque dicuntur habere jurisdictionem ordinariam, eum
21. unum idemque Tribunal constituere videantur cum Episcopo, ut notant *Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 29. num. 6. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 8. num. 41, Tondut. de prævent. d. part. 2. cap. 1. num. 8.* qua de causa regulare est in Jure, quod à Sententia Vicarii Generalis, aliisque ejus Decretis non licet appellare ad Episcopum *Scacc. de Appellat. quæst. 8. num. 53.*

Foraneis autem Vicariis licèt, ut plurimum
22. ex Stylo non dentur commissiones Apostolicæ, nec in illis se intromittere possunt, tamen quandoque summus Pontifex specialiter illis ex certa scientia delegationem facere potest, & facit, ut observat *Sbrozz. in tract. de Vicar. Epis. lib. 2. quæst. 25. num. 8. & 9.* & quia isti Vicarii foranei non constituunt unum,
23. & idem Tribunal cum Episcopo, ideo ab illorum Sententiis, & decretis rectè appellari potest ad Episcopum, seu ad illius Vicarium Generalem ex traditis per *Scacc. de Appellat. quæst. 8. num. 72. Tondut. de prævent. d. part. 2. cap. 1. num. 12.*

Sed quoad Vicarios illorum, quibus com-
24. petit Episcopalis jurisdictio, comissiones Romana Cancellaria dirigere non solet, nec illis delegare dispensationes, aut quævis rescriptorum genera demandare; quamvis enim in iis, quæ concernunt jurisdictionem, (non autem ordinis) eamdem videantur habere jurisdictionem, & propterea secundum juris dispositionem contendi posset, illos similium commissionum esse capaces, nihilominus hujusmodi Vicariis non diriguntur secundum Stylum Cancellariæ & Datariæ Urbis commissiones, fortasse ex fundamento, quod non dicantur in Dignitate constituti, ut notavit *Corrad. in prax. dispensat. lib. 7. cap. 4. num. 57. Tondut.* ubi *supra num. 14. & 15.* ubi quod idem dicendum est de Vicario Capituli Sede Vacante.

Deveniendo nunc ad illam quæstionem,
25. quid valeat Eiscopus quando perturbatur in Juribus suis, & suæ mensæ licèt me non latcat *text. in cap. dilecto de sent. excomm. in 6.* ubi conceditur Prælato inferiori, usus gladii spiritualis, pro tuendis bonis suis, adversus spoliatorem, quem textum, an loquatur de bonis privatis, vel bonis Ecclesiæ, expendit *Pignatell. consult. Canon. 128. num. 1. tom. 4.* qui refert super eodem textu scripsisse Innocentium, attamen si esset attendendus *Ricciull. de Jure person. lib. 4. cap. 61. à num. 36.* Iste Doctor firmat, quod quando agitur de tuendis juribus, ac bonis Ecclesiæ, posse Prælatum uti mucrone censurarum, etiam contra non subditos, & affert illud rationis principium, quod faciliùs forensis. & non subditus violentiam, & injuriam inferre potest Prælato, quàm subditus, ideoque ubi major, & facilior est offensio, ibi magis prompta esse debent arma Spiritualia defensionis, & ita declarasse Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium sub Anno 1619.

Quodque illa facultas, quæ de jure compe-

26. tit

26. tit Episcopo utendi gladio Spirituali, pro defensione compescendi Perturbatores Jurium, ac bonorum Ecclesiæ, ipsiusque Episcopi, procedat extrajudicialiter etiam extra proprium Territorium, ubi certum est, quod non habet jurisdictionem *per text. in l. fin. ff. de Jurisdict. omn. Judic.* docet latè *Fagnan. in cap. procurationes de Censib. num. 39. & sequ.* ubi affert exemplum de Monasterio existente in aliena Diœcesi, in cujus visitandi possessione Episcopus turbetur, licèt enim hoc casu præsumptio sit contra Episcopum, quod dictum Monasterium non sit illi subjectum, adhuc tamen ratione turbatæ possessionis potest contra impedientem, procedere per viam excommunicationis *Butr. in cap. venerabili num. 10. Anchar. num. 8. in fine de censib.* & procedendo extrajudicialiter uti Pars non intelligit nisi se, ac bona sua defendere, defensio autem non est restricta ad certum locum *Geminian. d. cap. venerabili num. 6. & 7. Franch. d. cap. dilecti num. 3. de censib.*

Sed his non obstantibus, crederem, quod censuræ latæ ab Episcopo in non subditos, & propter bona suæ mensæ extra Diœcesim posita, nullo modo possint subsistere, cum sint nullæ, ut particulariter examinando hanc Quæstionem, diffusè respondendo contrariis probat *Pignatell. consult. Canon. 128. num. 13. tom. 4.* & firmavit in puncto *Rot. decis. 47. per tot part. 15. recent.*

Benè verum est, quod per dictam Rotam altiùs reassumpta indagine censurarum in eadem causa *Cortonen.* relatis hinc indè sententiis, & authoritatibus Doctorum, nihil voluit super articulo juris pro certo statuere, ac determinare, & dubitavit de applicatione facti. Unde certum est, quod ex opinionum varietate res valdè dubia redditur, & etiam Sac. Congregatio Immunitatis pluries variavit, ut recenset laudatus *Pignatell. d. consult. 128. num. 23.* ad quam benignè lector, te remitto, tuique laboris in illam legendo, te non pœnitebit.

QUESTIO XXI.

ARGUMENTUM.

An, & quomodo decimæ debeantur respectu locorum, & Territoriorum plurium Ecclesiarum Parochialium, & quibus Personis sint solvendæ.

SUMMARIUM.

1. *Decimæ dividuntur in personales, & prædiales.*
2. *Decimæ pertinent ad Episcopum, ubi Parochiæ non fuerunt distinctæ; cum ille dicatur Parochus universalis.*
3. *Cura totius Populi Diœcesani antiquitùs incumbebat Episcopo.*
4. *Presbyteri dicebantur coadiutores Episcopi, ad cujus nutum curam administrabant in Parochiis.*
5. *Redditus Ecclesiarum fuerunt divisi, prout etiam Parochiæ, quibus constituti fuerunt singuli Pastores.*
6. *Parochia dicitur totus ambitus constitutus cum certa Plebe.*
7. *Parochus habet intentionem fundatam, quoad omnes decimas existentes intra limites Parochiæ.*
8. *Quarta decimarum pertinet ad Episcopum, & explicantur diversi Canones.*
9. *Quomodo Episcopus exigere debeat quartam decimarum & num. 10.*
11. *Prædia, quando non sunt intrà limites certæ Parochiæ, remanere dicuntur in Parochia Episcopi.*
12. *Ecclesia matrix habet intentionem fundatam in decimis Prædialibus.*
13. *Ecclesia matrix consentiens erectioni alterius Ecclesiæ Parochialis, & assignationi limitum, censetur remisisse jus decimandi intra portionem limitum assignatorum.*
14. *Monasterium, cui fuit unita Parochia, habet jus percipiendi decimas, quæ non pertinent ad Vicarium.*
15. *Decimæ prædiales sunt in duplici differentia; & à quibus, & quomodo solvendæ,*
16. *Consuetudo attendi debet inter Ecclesiam Sacramentalem, & Ecclesiam prædialem, respectu perceptionis decimarum, & num. 17.*
18. *Fructus Ovium dicuntur fructus industriales, & quomodo solvendæ sunt ex illis decimæ.*
19. *Decimæ Animalium inter prædiales connumerantur; & competunt Ecclesiæ prædiali.*
20. *Decimæ Animalium non debentur Parochiæ, ubi commorantur.*
21. *Decimæ Animalium quomodo pro rata temporis dividuntur inter Ecclesiam prædialem, & Parochiam propriam domini.*

1. PRætermitto hic loqui de decimis personalibus, & dumtaxat sermonem facio de illis prædialibus, sicque quoad hoc propositum decima duobus modis potest considerari, aliquando enim sumitur pro ipso jure percipiendi fructus decimarum, aliquando verò importat ipsam perceptionem, seù ipsos fructus, qui decimarum nomine capiuntur. Meminit hujus divisionis *S. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 7. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 36. §. 2. num. 1.* & quid quid sit de discrimine inter unum, vel alterum modum mox consideratum, est animadvertendum, quod ubi Paro-
2. chiæ non sunt distinctæ, & separatæ, decimæ in tota Diœcesi existentes pertinent ad Episcopum, qui in illius perceptione habet fundatam intentionem, & dicitur Parochus universalis, ut dum ego fungebar munere adjutoris studii in Sac. Rota fuit pluries decisum favore

Q Epis-

Episcopi Caluguritani in Regno Hispaniarum, quę Decisiones fuerunt per me extensæ, & habentur post tractatum, & hoc idem firmat Barbos. de Jur. Eccles. d. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 4. ubi quod Episcopis antiquitus totius
3. plebis Diœcesanæ cura imminebat ad text. in Canon. Episcopus, & Can. percipimus 12. quæst. 4.
4. Cœteri autem Presbyteri veluti coadjutores ex Can. in novo 21. distin. & ad eorumdem Episcoporum nutum promiscuè, modò in hac, modò in illa Parochia Pastorale munus exer-
5. cebant. Postmodum verò facta reddituum Ecclesiasticorum divisione juxtà text. in Can. de redditibus, & in cap. quatuor 12. quæst. 2. Parochiæ singulis Presbyteris fuerunt constitutæ singulisque Parochis Territoria per suos terminos sunt divisa, ut tandem unicuique Præsbytero tota suæ Parochiæ cura remaneret ad text. in cap. 1. 13. quæst. 1. resolvit Navar. in cap. placuit in princip. de pœnit. distinct. 6. Selva de Benefic. part. 1. quæst. 4. num. 12. Due-
6. nus regul. 72. à Principio; Sic Parochia vulgo dicitur totus ille ambitus, quo Plebs eidem Parochiæ deputata continetur Silvest. in summa verb. Parochia.

Ex quibus infertur, quod quilibet Parochus
7. de Jure communi habet fundatam intentionem respectu omnium decimarum intra suæ Parochiæ limites existentium, ut per Aloys. Ricc. in prax. p. 4. resolut. 294. num. 1. Rot. decis 178. num. 5. part. 1. & dec. 135. & 192. num. 5. & decis. 147. num. 1. part. 2. recent. & hæc juris assistentia non suffragatur solum ipsis Parochis, verum etiam aliis, quos iidem adparticipandum de decimis admittunt Seraph. decis. 899. num. 3. & 4.

Non obstat textus in cap. quoniam. 13. de
8. decim. dum probat ad Episcopum etiam pertinere perceptionem decimarum, quia omissa responsione gloss. in cap. cum contingat verbo decimationem, & in cap. conquerente de Offic. ordinar. contendentium textum illum loqui de consuetudine, secundum quam putant, Episcopos habere quartam decimarum in Parochiis suæ Diœcesis, contra text. in d. cap. conquerente, ubi enumerantur illa, quæ de jure pertinent ad Episcopos prout est visitatio jurisdictio Ecclesiastica, & alia plura cum quibus quarta decimarum comparatur, responderi potest, prædictam quartam, de qua in d.
9. cap quoniam, de jure debitam Episcopis, non dari illis, quasi eam exigere possint immediatè à Parochianis, sed ab eisdem Parochis prout expendit Abb. in d. cap. quoniam num. 2. & in d. cap. cum contingat, num. 7. juxta quam responsionem verba illa textus in d. cap. quoniam ibi tua parte retenta sunt intelligenda, ut videlicet pars illa deducenda sit e manibus Parochorum, nempè ex toto decimarum cumulo, qui obvenit Parochiali Ecclesiæ, quam quidem quartam jam antea dicit institutam textus in cap. conceffo cum multis ibidem 12. quæst. 2. & de illa agit text. in d. cap. conquerente.

Minusque obstat textus in cap. dudum de de-
10. cim: Etenim ei satisfit, si dicas textum illum, dum dicit Episcopum habere fundatam intentionem, in jure communi super decimis, agere de decimis, quæ debentur Parochiæ ipsius Episcopi, qualis est Ecclesia Cathedralis, respectu cujus dicitur propriè, & immediatè Parochus, non verò aliarum Parochiarum Abb. in cap. cum contingat num. 2. Rebuff. de decim. quæst. 7. num. 7. Monet. eod. tract. cap. 7. num. 7. Rot. coram Coccin. decis. 38. num. 1.

11. Sic similiter quando prædia, ex quibus decimæ petuntur, non sunt intra certam Parochiam, tunc remanent prædicta prædia immediatè in Parochia Episcopi, ac proinde decimæ illorum jure communi ad Episcopum tamquam ad proprium, & immediatum Parochum pertinere dicuntur d. cap. quoniam in fine ubi Abb. num. 2. Verall. decis. 340. num. 2. part. 3. Azor. institut. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 25. quæst. 9. vers. deinde Monet. de decim d. cap. 7. num. 9.

12. Ponderandum est hic, quod Ecclesia matrix fundatam habet intentionem de jure communi quoad decimas prædiales suæ Parochiæ ita gloss. verbo de jure communi in d. cap. cum contingat. Rebuff. de decim quæst. 16. num. 12. Suarez. de religion. tom. 1. lib. 1. de decim cap. 28. si verò Ecclesia matrix consentit assignationi
13. limitum, & fundationi Parochiæ, tunc censetur remisisse jus decimandi, & alia jura Parochialia, quoad illam portionem limitum, qui novæ Ecclesiæ assignati sunt Rebuff. loc. supra citato d. quæst. 6. num. 20. Rot. decis. 313. num. 6. part. 4. tom. 2. recent. ubi quod erectâ novâ Parochiâ intra fines antiquæ, nova Parochia habebit decimas, quæ aliàs competiissent antiquæ, etiamsi hoc in nova erectione minimè cavetur Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 458. num. 14.

Quid autem dicendum de decimis Paro-
14. chiæ unitæ alicui Monasterio an penès ipsum remaneant, vel Vicario sint adjudicandæ, vide Rotam apud Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. 3. decis. 102. num. 1. ubi quod Monasterium tamquam Parochus ratione Curæ, quæ in illud transivit, debet indistinctè percipere omnes decimas ex doctrin. Rebuff. de decim quæst. 7. num. 4. & 5. Monet. eod. tract. cap. 2. num. 2. Rota decis. 31. num. 1. part. 2. divers.

Præterea sciendum est quoque, decimas
15. prædiales esse in duplici differentia; aliæ enim veniunt solvendæ ex prædiis sitis intra propriam Parochiam, aliæ verò colliguntur ex prædiis sitis in aliena Parochia, inter quas illud est discrimen., quia priores etiam sinè dubio non debentur aliis, nisi Parocho, à quo Parochianus recipit Sacramenta, & fraterni-

zant

zant cum decimis personalibus, quæ debentur illi Ecclesiæ, à qua Sacramenta recipiuntur, ut docet *text. in cap. 2. de Parochis cum aliis allegatis per Barbos. de Jure Eccles. cap. 26. §. 2. de decim num. 25.* econtra verò posteriores, quæ, si non solverentur Ecclesiæ prædiali, utique injuria quodammodo inferri videretur illius Parocho, cum sit paratus ministrare Sacramenta dominis prædiorum; tum etiam quia daretur confusio Parochiarum, contra bonum publicum illarum terminum statuens *juxta textum in cap. 1. distinct. 80. & in cap. 1. 13. quæst. 1.* unde decimas prædiales spectare ad Ecclesiam, intra cujus fines sita sunt prædia, traduot *Rebuff. de decim quest. 9. Rot. apud Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3. decis. 98. num. 1.*

16. cœterum in hac materia standum est etiam consuetudini inter Ecclesiam Sacramentalem, & Prædialem, ut latè observat *Barbos. de Jur. Eccl. lib. 3. cap. 26. §. 2. de decim num. 33. cum sequent.* ubi respondet textui *in l. Imperatores in princip. ff. de Public.* qui intelligi potest de oneribus aliis realibus, quæ ratione rei debentur; Nos verò agimus de decimis, quæ licèt reales appellentur, non tamen ratione rei, sed ratione personæ debitæ sunt, quæ quidem consuetudo per decennium inducetur, eo quod non contra jus expressum, sed magis præter jus censetur propter obscuritatem illius, ac proinde nil mirum si longo tempore, hoc est per decennium rectè inducatur *in cap. ultim. verbo consuetudine de consuetud. in 6.* & observat *Rot. coram Achill. de grass. decis. 3. num. 5. de decim.*

17. Notandum tamen est, sufficere consuetudinem decem annorum, quando agitur inter duas Ecclesias Parochiales, secùs si ageretur inter Ecclesiam Parochialem, & alteram cui jus resistit; tunc enim requireretur immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo *Rebuff. quæst. 13 num. 83. de decim.*

Quid autem dicendum sit de decimis ovium, quæ ad varias partes transeunt, cuinàm Ecclesiæ solvendæ sint; & in primis pro Ecclesia

18. domicilii, seù baptismali facit argumentum hoc, quia fructus ovium dicuntur illarum fructus industriales, & non naturales secundum *Bald. in l. ancillæ Cod. de furt.* eo quod multum in illis operatur domini, & custodis industria, ut advertunt *Covarruvias variar. resolut. lib. 1. part. 3. num. 6. Menoch. de arbitrar. cas. 12. à num. 5.* & uti tales dicendi sunt fructus personales, veluti acquisiti per hominis personam, & illius ministerium, constat autem, decimas personales absolutè, & in totum solvendas esse illi Parocho, à quo Ecclesiastica recipiuntur Sacramenta, ut supra firmatum fuit; qualis est Parochus domicilii, licèt per accidens ad alium locum se transferat Parochianus *juxta text. in cap. 5. de sepult.* dummodo tamen fiat translatio sine animo construendi, & conservandi domicilium per *text. in l. 4. & in l. assumptio §. filius vers. viris prudentibus ff. de Municip. & in l. penult. ff. de senator. & in cap. ex parte & in cap. postulanti de for. compet.*

Prò Ecclesia verò, ubi oves pascuntur, facit,

19. quia decimæ Animalium inter prædiales connumerantur, & tradit *gloss. verbo personales & in cap. Apostolicæ de decim Navarr. cons. 2. num. 7.* ac subindè semota consuetudine, prædictæ Ecclesiæ prædiali in totum, & absolutè solvendæ sunt *ex doctrin. Hostiens. in summ. de decim §. 1.* quem sequuntur *Angel. & Silvest. in summa verbo decima num. 1.* dum appellant decimas mixtas illas, quæ ex fructibus Ani-

20. malium persolvuntur. Quamobrem non est verum dicere, quod solvendæ sunt illi Ecclesiæ, in cujus Parochia commorantur juxta textum *in l. imperatores ff. de publican.*

Undè ex his resolvendum videtur, quod si

21. oves dimidia parte anni pascuntur in Ecclesia prædiali; dimidium totius decimæ illi persolvendum est, reliquum verò dimidium prò rata temporis Ecclesiæ Parrochiali, si altera dimidia parte anni in eadem oves pascuntur ità in effectu *gloss. in verbo personales in d. cap. ad Apostolicæ S. Thom. d. quæst. 87. art. 3. Gregor. Lopez. lib. 9. tit. 20. part. 1. Rebuff. de decim. quæst. 6. num. 25. Monet. de decim. cap. 4.* ubi ait decimas quoque dividendas esse inter duas Parochias si in una earum jaceant, & dormiant oves, & in alia pascant *Facundez. de septem Eccles. præcept. præcept. 3. lib. 1. cap. 5. num. 10. Basil. pont. de Sacram. Matrim. lib. 5. cap. 13. §. 1. num. 23.* ubi *num. 25.* solvit quando hujusmodi oves nec pascuntur nec morantur per ullam anni partem in Ecclesia domini sui, sed in aliis, nullam partem decimarum deberi Ecclesiæ Parochiali domini, sed illi, in qua pascuntur, & morantur. Nec prædictæ resolutioni refragatur dicere, quod decimæ animalium propter industriam, & ministerium hominis, in illis acquirendis necessarium, sunt personales, ac subindè sine aliqua diminutione esse persolvendas Ecclesiæ baptismali; Satisfit enim si advertas industriam, & ministerium hominis tantummodo convincere, dictos fructus animalium non esse purè naturales, hoc est, naturaliter productos, & in quibus solummodò natura operatur, nihilominùs reales esse & non personales, sicut sunt legetes, & alii plurimi fructus, in quibus multùm operatur homo cum sua industria, qui similiter ex rebus, natura producente, & juvante, producti reales dicuntur, nequaquam verò personales, qui tantummodo sunt illi, qui sine re aliqua per hominis personam, & per solum illius ministerium acquiruntur, ut expendit *Barbos. de Jur. Eccles. d. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 40. in fine*, ubi *num. 42.* resolvit quid dicendum, an decima sit solvenda ex prædictis animalibus illis Ecclesiis, per quarum regiones oves pa-

scendo transitum faciunt, & redeunt ad domicilium Domini sui, aliaque plura scitu digna tradit præfatus author loco citato, quæ ad nostrum institutum restrictum ad loca non faciunt, sicque consulto omittuntur.

QUESTIO XXII.

ARGUMENTUM.

An Beneficia unius Diœcesis possint, & debeant conferri Clericis alterius Diœcesis, seù totum contrarium dicendum sit, & quid in Clericis de uno, vel altero Territorio Separato.

SUMMARIUM.

1. *Papa habet jurisdictionem in omnibus Ecclesiis totius Orbis, & dicitur dominus Beneficiorum. & num. 3.*
2. *Papa superat in Potestate cæteros Prælatos, & Principes Catholicos.*
4. *Ubi constat de voluntate Papæ, frustra quæritur de potestate.*
5. *Papa utitur suo jure conferendo Beneficia quibusvis Personis sibi benevisis.*
6. *Collatio Pontificis præfertur cuicumque collationi alterius Prælati in concursu.*
7. *Authoritas Papæ non potest minui, aut restringi à Concilio.*
8. *Potestas conferendi beneficia originatur in Episcopis à Summo Pontifice.*
9. *Episcopi dicuntur vocati ad partem sollicitudinis non autem in plenitudinem potestatis conferendi.*
10. *Apud Deum non est acceptio Personarum, & ita dicendum de Pontifice illius Vicario.*
11. *Laudandi sunt Pontifices, qui conferunt Beneficia Indigenis.*
12. *Beneficia respectu Papæ sunt manualia, & obedientialia.*
13. *Papa ex summa æquitate numquam removet aliquem à beneficio collato.*
14. *Beneficia libera collationis, ab illis Jurispatronatus differunt inter se.*
15. *Episcopi habent fundatam in jure communi intentionem super collatione voluntaria, & institutione necessaria beneficiorum.*
16. *Beneficia instituta dicuntur, ut ex illorum fructibus alentur adscripti militiæ Ecclesiasticæ.*
17. *Clerici Beneficiati orare debent Deum, pro deprecandis culpis hominum.*
18. *Actus collationis fieri debet ad normam commutativæ Justitiæ.*
19. *Clerici quomodo vivebant in primitiva Ecclesia.*
20. *Episcopi non debent Aliis conferre Beneficia simplicia, sivè residentialia, quàm illis de loco ubi fundata reperiuntur.*
21. *Beneficia patrimonialia debentur Clericis naturalibus, exclusis forensibus.*
22. *Honestum, & fructuosum esset omnia Beneficia esse patrimonialia.*
23. *In Beneficiis ii sunt præferendi, ex quorum bonis fundata reperiuntur.*
24. *Consuetudo conferendi beneficia Clericis naturalibus, & originariis est conformis juri Divino, & Sacris Canonibus.*
25. *Explicatur text. in cap. ad decorem de Instit.*
26. *In Beneficiis Jurispatronatus passivi debetur institutio ex lege fundationis Vocatis, exclusis aliis, licèt præsentatis à Patronis.*
27. *Jus conferendi pertinet ad legem Jurisdictionis Episcopalis.*
28. *Episcopus existens extra Diœcesim potest conferre Beneficia, sicque collatio non pertinet ad legem Jurisdictionis.*
29. *Concessa Jurisdictione, non censetur datum jus conferendi.*
30. *Capitulum Sede Episcopali vacante non succedit in jure conferendi Beneficia.*
31. *Jus conferendi defertur Episcopo à lege.*
32. *Explicatur glofs. in cap. Transmissam de Elect.*
33. *Collatio libera, & voluntaria recensetur inter fructus Episcopatus, secùs est in actibus Institutionis, & confirmationis, qui dependunt à mera justitia.*

IN hac quæstione non intendimus altiùs quàm nostri instituti ratio exposcit, subjectam materiam pertractare, ad trutinam revocando plures antiquos canones nec non diversa Concilia tàm generalia, quàm provincialia, quæ loquuntur de collatione Beneficiorum, cum in eadem materia adsint tùm antiqui, tùm recentiores scriptores, qui nimis infensi S. Sedi Apostolicæ Typis mandarunt plura eorum scripta, quæ sivè mala, sivè bona sint, consultò omitto.

1. Quatenus itaque attinet ad Summum Pontificem, apud quem est omnimoda potestas Beneficiorum, & veluti Christi Vicarium, nulla debet esse acceptio, seù exceptio Personarum, videtur firmanda prima conclusio, quod ipse in Sede Apostolica, habet jurisdictionem super omnes Mundi Ecclesias; Vi sui Principatus, quem B. Petrus Apostolus, Domini voce tenuit, semperque tenebit *ad text. in Can. cuncta per mundum 9. quæst.* 3. hincque totum terrarum Orbem illi stare pro Diœcesi ait *Felin. in cap. grave sub num. 2. post med. vers. & de hoc posset dici de Offic. ordinar. Bero consi. 72. n. 25. lib. 1. Bursatt. cons. 392. num. 9. &* 10. Omniaque intrepidè approbo, quæ doctissimè differuntur *in annotat. ad decis. 2. part. 3. recent.* ubi
2. Auctor sic præfari orsus est. Confitendum namque est Papæ auctoritatem, & plenitudinem potestatis in Orbe terrarum, non tantum pomposè triunphare in hac materia Beneficiali, in qua ad libitum suæ voluntatis omnia voluere, & revoluere valens est. Sed pariter tuta fronte affirmari oportet, quod Romanus Pon-

Pontifex est quasi Deus in Terra. Magnus
Christi fidelium Dux, Regum omnium, Rex
maximus, Honorificentia militiæ Orthodoxæ,
Oraculum Celi, Dictator Divinus; Totum
omnium efficiens; Potestatis plenitudinem
continens, eique terrenis simul, ac Cœlestis
Imperii gubernacula ab omnipotenti Deo cre-
dita sunt, prout sunt *text. rotundi in Canon. omnes
ibi Christus æternæ vitæ Claviger jura terreni,
ac Celestis Imperii commisit &c. 2. distinct.* & in
extravag. Joann. XXII. *cap. si Fratrum ne
Sede vac. aliq. innovet.* & in alia extravag.
Bonifac. VIII. *cap. unam Sanctam de major.
& obed.*

Quapropter non debet esse Catholicorum
aliquis, qui audeat negare summam, eamq; ab-
solutam esse in Romano Pontifice potestatem
in Ecclesiasticis Beneficiis, quam nuncupamus
dispositionem plenariã *cap. 2. de præb. in 6. Rimi-
nald. sen. consf. 462. num. 4. lib. 3. & consf. 719. num. 5.
volum. 4. Rimin. jun. consf. 76. num. 2. lib. 1.
consf. 165. num. 6. Bursatt. consf. 126. num. 48.
Latter. de re benefic. lib. 2. quæst. 22. num. 9.*
Adeout nedùm eorumdem Beneficiorum dica-
tur Administrator, *Menoch. consf. 436. num. 1.*
quod admittunt Theologi omnes post D.
Thom. 2. 2. *quæst. 100. art. 1. in resp. ad 7.*
3. *Soto de Justit. & Jur. lib. 3. quæst. 6. art. 2.* sed
etiam Dominus absolutus *Menoch. consf. 192.
num. 7. Bursatt. consf. 126. num. 38. Surd. consf. 25.
num. 2. Rot. decis. 613. num. 1. p. 1. recent.* ali-
bique passim.

4. In his enim effusas, laxasque habet habe-
nas, idem *Surd. consf. 386. num. 21.* intantum,
ut ubi constat de voluntate, frustrà quæratur
de potestate *Ferrett. consf. 65. num. 5.* sicque in
illis verè stat ei pro ratione voluntas *glos. in
cap. si gratiosè* in verbo *à Romano Pontifice* ibiq;
*Gemin. num. 16. de rescript. in 6. Cened. Canonic.
quæst. 22. sub. num 4.* cum aliis adductis per
Latter. de re benefic. d. lib. 2. quæst. 22. ex num. 12.
5. *ad 21.* ubi; quod Pontifex jure suo utitur,
cum de Beneficiis Ecclesiasticis, quamvis in
alienis Diœcesibus sitis, providet *ad text. in
Can. nunc vero 9. quæst. 3.* & ideo in concursu
6. collationis factæ per inferiorem Prælatum,
eodem tempore prævalet collatio Papæ vi am-
plioris prærogativæ, ut loquitur *text. in cap. si
à Sede 31. de præbend. in 6. & in Clement. 1.
circa finem vers. Salva tamen, ut lite pendent.
Rot. coram Caval. decis. 184. num. 1. & 2. &
decis. 2. per tot. part. 3. recent.*

7. Quam quidem prærogativam nullum po-
test Concilium ei adimere, aut minuere, aut
restringere, ut rectè censuit *Azor. Institut. Mo-
ral. part. 2. lib. 6. cap. 34. in 2. quæst. vers. cæ-*
8. *terum* unde illi rectè existimarunt, qui jus
istud conferendi nullatenùs arbitrati sunt, im-
mediatè originari in ipsis Episcopis, sed in eos
defluxisse, & defluere ab ipso Summo Ponti-
fice Romano, ut in specie tradit *Petrus de Pe-
rusio in tract. de reservat. in princip. num. 2. Cened.
Canonic. quæst. 22. sub. num. 3. versic. quia Papa*
9. in eo enim sola potestatis plænitudo elucet,
cui omnes alii Episcopi subsident, tamquam
membra, & vocati in partem sollicitudinis,
non autem in eandem plænitudinem *Can. decre-
to qui est 11. in ordine cum sequ. 2. quæst. 6. Can.
multum 3. quæst. 6.*

Ex quibus ego firmiter admitto in Pontifice
10. omnimodam potestatem conferendi Beneficia
ubi vult, & cui vult, non obstantibus aliis malis
scriptoribus, qui perperam adversus Summum
Pontificem cum eorum scriptis obloquuntur
pro quorum omnimoda confusione satis est re-
lativè se habere in dicta annot. *ad decis. 2. p. 3.
recent. ex num. 187. cum sequ.* ex ratione quod
sicuti Deus non habet homines alicujus natio-
nis chariores, sed in omni natione, qui facit
justitiam, est ei acceptus; Ità dicendum sit,
de Pontifice, qui in hoc mundo est Christi Vi-
carius, & fungitur vice Dei.

Attamen summopere laudarem Pontifices,
11. quandò conferrent Beneficia Indigenis, &
ubi indegeniti essent idonei, non deberent
postponi, propter extraneos, ut per *text. in
Can. nec emeritis, & Can. nullus invitis 61. di-
stinct.* firmat *Abb. in cap. ad decorem sub num. 4.
de Institut.* ubi optimam affert rationem, quod
valdè honestum, & fructuosum est, ut quisque
in Patria sua beneficiaretur, & sic unus non
occuparet Beneficia, vel stipendia alterius, nè
daretur materia depauperandi Beneficia, &
inducuntur faciliùs ad residentiam tales In-
digenæ, quâm extranei, ut benè discussâ mate-
riâ tradit *Barbos. vot. decisiv. 33. conclus. 1. lib. 2.*

Et hoc dico, ea ductus similitudine, quod
12. sicuti mirabile est, omnia Mundi Beneficia
esse respectu Papæ pure obedientialia, seu ma-
nualia, ut multum singulariter advertit *Bald.
in l. rescripta sub num. 8. vers. omnia Benefic. Cod.
de precib. Imperat. offeren.* cujus dictum tan-
quam notabile uno calamo Doctores plures
referunt, ac sequuntur, & potissimum *Gomes.
in præm. regul. Cancell. versicul. considerata etiam
persona,* & idem *in regul. de non tollen. jure quæsit.
quæst. 1. vers. illud tamen Paul. Granucc. in Ap-
pendic. ad Simonett. de reservat. quæst. 2. litt. D.
Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 8. Alexãd.
consf. 64. sub num. 29. vers. omnia Beneficia Mun-
di censentur esse manualia lib. 4. Dec. consf. 124.
num. 4. vers. in Papa omnia Beneficia sunt manua-
lia Cephal. consf. 235. num. 2.*

Adhuc attenta ea summa æquitate, qua
13. pollent summi Pontifices; Isti numquam pri-
vant possessores beneficiis jam obtentis, licèt
pro libito propriæ voluntatis, & sine ulla cau-
sa possint, ut latiùs legere est in dicta annot.
ad decis. 2. part. 3. recent. ex num. 216. cum sequ.
ad quam poteris benigne Lector recurrere pro
astruenda authoritate Summi Pontificis.

Prosequendo modò nostram quæstionem
quoad

quoad Episcopos, cæterosque Prelatos inferiores, cessantibus reservationibus Apostolicis,
14. ubi vacant Beneficia, quæ sunt liberæ collationis, ad differentiam illorum, quæ sunt de Jurepatronatus, cum in primis verificetur quædam liberalitas Superioris habentis jus conferendi, in secundis inest necessitas instituendi, ut declarata nomenclatura verbi conferre particularem super eo exaravit quæstionem *Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 1. per tot.*
15. Firmanda omnino videtur conclusio, quod sivè agatur de libera collatione, sivè de necessaria institutione, satis constat, Episcopum in tota sua Diœcesi habere fundatam intentionem de jure communi, ut deducit *Abb. in cap. cum venissent num. 10. de Institut.* siquidem ità ab initio statutum fuit, quod ipsarum quidem Cathedralium provisio ad Papam, inferiorum verò Ecclesiarum ad Episcopos pertineat, ut pronunciavit *glos. in cap. quamquam 18. verbo devolvitur circa medium vers. ut igitur hujus originis de elect. in 6. Abb. in quæst. 5. vers. secundò probatur Lotter. de re benef. d. lib. 2. quæst. 2. n. 2.*

Originatur ergo istud Jus Episcopi à Jure communi, in quo propterea omnes consentiunt, ejus intentionem fundari *Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 6. cap. cum olim in princip. de præscript. Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 9. num. 25. Ugolin. de Offic. Episcopi cap. 50. §. 2. num. 1. optimè Bursatt. cons. 126. num. 44. Rot. decis. 382. num. 1. part. 2. recent.*
16. Quomodo autem se gerere debeat Episcopus in exercenda dicta collatione, operæ pretium est respicere finem, ad quem beneficia fuerunt instituta, videlicèt, ut indè convenientia stipendia militiæ Clericalis Beneficiariis Ipsis assignentur, ut loquitur *text. in cap. Episcopus extra de Præben. Lotter. de re benefic. d. lib. 2. quæst. 1. num. 1.*
17. Neque ideo per Ordinarium, vel alium collatorem, beneficium Ecclesiasticum confertur Clerico ex alia causa, quàm, ut is, illud sibi habeat in ricompensam officii legationis apud Deum, prò deprecandis culpis hominum, ut benè explicat *Navarr. in relect. cap. si quando in 7. except. num. 2. de rescript. Mars. de reddit. Eccles. part. 2. cap. 10. sub num. 6. versic. cum*
18. *itaq; beneficia Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 6. num. 28. & 29.* ubi quod actus hic collationis intelligitur fieri ad normam commutativæ Justitiæ, ut latè ostendit *Sotus de Justit. & Jur. lib. 3. art. 2. in 2. conclus.*
19. Propptereaque omissa altiori indagine, undè beneficia usque ab initio originem duxerunt, & quomodo Clerici antiquiori tempore nascentis Ecclesiæ Catholicæ vivebant, prout historicè, & legaliter reassumpsit materiam *Bursatt. d. cons. 126. per tot. & signanter ex num. 26. cum sequ.*

Mihi videtur multum æquitati, ac Justitiæ
20. consonum, quod hujusmodi beneficia sivè simplicia, & non requirentia residentiam, sivè residentialia, aut curam animarum habentia non possent ab Episcopis conferri, nisi Personis oriundis, & Indigenis Clericali tonsura insignitis, exclusis penitùs Clericis extraneis, & forensibus illius Diœcesis, ubi sita sunt, quemadmodum in pluribus Regnis, vel per Privilegium Apostolicum, aut per statuta particularia, seù per constitutiones synodales, sivè per immemorabilem consuetudinem cautum reperitur, itaut dicantur beneficia patrimonialia, quæ conferri debent solummodo natis, vel oriundis ex illa Patria, ubi talia beneficia consistunt, nec ad illa adspirare valent alii Clerici forenses, seù extrinseci, qui dictas qualitates non habent *Covarr. practic. quæst. cap. 35. num. 3. vers. adnotandum est Hodied. de incompatibilit. benefic. p. 1. cap. 24. num. 86. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. num. 3. & 10.* cum aliis allegatis per *Barbos. vot. decis. 33. conclus. 1. per tot. lib. 2.*

Et quamvis nullus textus loquatur in Jure
21. communi de dictis beneficiis patrimonialibus; Nihilominus, ut supra animadvertimus, est Juri communi valdè consonans, quod beneficia potiùs conferantur Clericis naturalibus, Incolis, & indigenis loci, ubi beneficia consistunt, secundum cujusque eruditionem, mores, & Doctrinam, quàm forensibus, peregrinis, & extraneis *per text. in in l. in Ecclesiis 11. cod. de Episcopis, & Cleric. d. cap. nec emeritis, & cap. nullus invitis 61. distinct.* & latè traduut *Lambert. de Jurepatronat. lib. 2. p. 3. quæst. 3. art. 5. Guglielm. de benedict. in cap. Rainutius verbo, & uxorem decis. 11. num. 10. de testam. Rebuff. in tract. de benefic. titul. de rescript.* cum aliis congestis per *Covarr. pract. quæst. d. cap. 35. § secundo adnotandum.*
22. Hinc cum valdè honestum, & fructuosum Ecclesiis, & divino cultui esset, si omnia beneficia efficerentur patrimonialia, summo omnium consensu fuit hoc consultatum in Sac. Tridentino Concilio, teste Dominico Soto relato per *Covarr. loco supra citato*, & refert *Acebed. in l. 14. num. 8. tit. 3. lib. 1. recompilat.* Immò id esse valde honestum tradit *Abb. in cap. ad decorem in fine de Institution.* subdens quod hac via inducerentur facilius ad residendum beneficiati indigenę, quam extranei, & unus non occuparet beneficia, vel stipendia alterius, & non daretur materia depauperandi
23. beneficia, quæ etiam præsumuntur fundata ex redditibus illius Diœcesis, Civitatis, seu loci, in quibus reperiuntur, nec fraudarentur Fundatores, si bona Ecclesiastica de proprio patrimonio, ut plurimum in eorum ultimis voluntatibus, pro dictis beneficiis erogata oriundis, & Clericis naturalibus assignantur, ut benè prosequitur *Barbos. d. vot. 33. conclus. 1. num. 13. & sequ.* & optimè expendit in puncto *Rot. coram Carill. decis. 66. num. 6. & 7.* ubi

priùs *num. 3. & 4.* dixit, conſuetudinem eſſe
24. conformem Juri communi, naturali, & divino, quod beneficia conferantur certo generi Perſonarum, vel oriundis ex certo Regno, loco, communitate, ſeù republica, excluſis alienigenis, ut relatis textibus allegatis ſupra de Jure communi, cum alio textu de Jure Canonico *in cap. benè il 2. de Poſtulation. Prælator. §. quia verò* ibi *non poteramus ſalvâ conſcientiâ eidem Eccleſiæ de perſona alterius regni providere*, & de Jure divino Deuteronom. *cap. 17.* ibi: *non poteris alterius gentis hominem facere regem; & in cap. 18.* ibi *Prophetam de gente tua* concordat ex Theolog. D. Thom. 2. 2. *quæſt. 63. art. 2. ad 4.* ubi dicit, quod utinam ubique locorum fieret, quia Eccleſiis, Sacerdotiis, ac divino cultui ſanctiùs, & diligentiùs exhiberetur Miniſterium *Sot. de Juſtit. & Jur. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. Salon. 2. 2. quæſt. 64. art. 2. controverſ. 3.* & proſequitur *Rot. coram Carill. d. deciſ. 66. num. 8.*

Abſque eo quod, prædictis adverſetur te-
25. xtus *in cap. ad decorem de Inſtitut.* ubi Innocentius III. ſcribens ad Legatum Apoſtolicum per hæc præciſa verba ait *Sicuti noſtris auribus eſt ſuggeſtum, Conſtantinopolitanus Patriarcha aliarum nationum Clericos ſpernens, Venetos tantum in Conſtantinopolitanis Eccleſiis ſatagit collocare, non attendens, quod in omni gente, qui facit juſtitiam acceptus eſt Deo, nec Sanctuarium Dei, convenit jure hæreditario poſſideri. Quocirca mandamus, quatenùs moneatis eundem, ut viros litteratos, & aliàs idoneos, undecumque originem duxerint in prædictis Eccleſiis, & maximè in majori, inſtituere non poſtponat &c.* Siquidem ſuper hoc textu notandum eſt, quod Eccleſia Conſtantinopolitana tunc de novo fuit converſa ad fidem, unde non erant in ea Clerici indigeniti, immò omnes Clerici erant extranei, ſed Patriarcha Conſtantinopolitanus volebat tantùm conferre Beneficia Venetis, excluſis omnibus aliis, ſicque rectè Summus Pontifex illum reprehendit, quod Sanctuarium Dei non convenit jure hæreditario poſſideri, & quod in omni gente, qui facit Juſtitiam acceptus eſt Deo, & quodammodo collatio non videbatur libera, dum Beneficia certis hominibus, certæ nationis per quamdam ſpeciem ſucceſſionis conferebantur, quod reprobatur à jure, ut benè explicat *Abb. in d. cap. ad decorem num. 3. & 4. de Inſtitut.*

Cœterum ſi conferantur Beneficia Perſonis indigenis illius loci, ubi conſiſtunt, non militat ratio, quod iſti jure hæreditario poſſidere valeant patrimonium Chriſti, ſed collatio uniformis videtur menti illorum Beneficiatorum, qui talia Beneficia ex propriis bonis in eodem loco fundarunt *Barboſ. d. vot. 33. concluſ. 1. num. 12.* prout quotidiè experientia docet in
36. Beneficiis Juriſpatronatus paſſivi debitis certo generi Perſonarum, quæ ſi non præſentantur, a Patronis adhuc inſtituendi ſunt, tanquam præſentati ex lege fundationis, quæ per Patronos præteriri non poteſt, uti habentes in hoc manus ligatas juxta theoricam *Abb. Panormitan. in cap. cum in cunctis §. inferior n. 10. & ſequ. de election. plenè Card. de Luc. de Jurepatron. diſc. 18. num. 3. diſc. 39. num. 2. Piton. d ſcept. Eccleſ. 19. num. 5.* cum pluribus aliis allegatis per *Rot. in Valentina Beneficii 9. Januar. 1693. §. moti, & 3. Aprilis ejuſdem anni §. finali coram R. P. D. Molines, & in Melphiten. Capellaniæ 4. Julii 1698. §. quapropter coram R. P. D. Muto.*

Pro coronide hujus quęſtionis exiſtimavi
27. ſuperaddere illam difficultatem, quæ conſiſtit in diſcernendo, an iſtud jus conferendi pertineat ad legem juriſdictionis Epiſcopalis, & ſanè affirmandum videtur, ſic enim viſa eſt ſentire *gloſs. in cap. dilectus verbo de lege juriſdictionis de Offic. ordinar.* & clariùs *in cap. tranſmiſſam in verbo de talibus de elect. Præpoſit. in Can. 1. col. 8. in fine verſic. præterea conferendo benefic. diſt. 23. Silv. de Benefic. par. 2. quæſt. 11. ſub num. 6. verſ. circa premiſſa Lap. allegat. 89. num. 12. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæſt. 2. num. 4. Bellam. deciſ. 69. ſub num. 5. & in recent. deciſ. 608. num. 12. part. 2.*

Verùm multa in contrarium urgent, & primò, quod hæc poteſtas conferendi nullo jure, nullavè ratione demoſtratur, competere Epiſcopo jure magiſtratus, ſicque impoſſibile eſt, ut ad ejus juriſdictionem pertineat, atque
28. hinc eſt, quod poſſit Epiſcopus exiſtens extra propriam diœceſim conferre *cap. poſt electionem de conceſſ. præben. gloſſ. in cap. novit. in verbo terminos ad med. de offic. legat.* ibique *Innocent. ſub num. 2. Oldr. conſ. 73. ſub num. 1 verſ. ſicut decimas Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 2. num. 5.* quod utique nequiret, ſi facultas hæc ad juriſdictionem pertineret *l. ultim.* ubi *gloſſ. in verbo non paretur ff. de Juriſdict. omn. Judic.*

Nec arridet diſtinctio illa, quę fit à nonnullis Doctoribus inter voluntariam, & contentioſam juriſdictionem per *eamdem gloſſ.* ad hunc effectum exercitii extra Territorium, ut per *Dec. conſ. 557. num. 10. Lotter. d. quæſt. 2. num. 6.*

Secundò ſub Generali conceſſione Juriſdi-
29. ctionis non comprehenditur jus conferendi, ergo illud non dependet à lege Juriſdictionis ad *text. expreſſum in cap. cum in Generali 3. de offic. Vicar. in 6. & in cap. ſtatutum de præben. in 6.* cum aliis apud *Garz. de benefic. part. 5. cap. 8. num. 80. Gonzal. ad regal. 8. Cancell. §. 4. proem. num. 34. Rot. deciſ. 590. num. 4. coram Barratt. & deciſ. 140. num. 4. verſ. cum autem jus conferendi coram Merlin.* & plenè diſcuſſo articulo firmavit *in ſegobien. Canonicatus 11. Aprilis 1704. §. altera reſponſio coram R. P. D. Scotto.* Proindeque conceſſa Generali juriſdictione Vicario, non cenſetur conceſſum jus
con-

conferendi ex congestis per *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell.* §. 4. *proem. num.* 34.

30. Cautum est quoque in Jure, quod Capitulum Sede Episcopali vacante succedit in universali jurisdictione Episcopi ex relatis per *Rebuff. in prax. titul. de devolut. num.* 58. *& sequ. Rot. in Leodien. Jurisdictionis* 11. *Aprilis* 1698. *§. ita ex eodem coram Reverendiss. Molines Decano*, & tamen nusquam invenitur cautum in jure, quod Capitulum vacante Sede, fungatur vice Episcopi in collationibus liberis, & voluntariis, ut sunt verba *text. in cap. illa ne Sede vacan. Gemin. in cap. si ad Episcopum in princip. eodem tit. in* 6. cum aliis per *Rot. in Tirasonen. portionis* 23. *Junii* 1702. *§. quin ullo coram R. P. D. Ansaldo*.

Tertiò ponderandum est, quod non omnia, quæ competunt Episcopo, ei tribuuntur, ut supra notavimus jure magistratus, sed multa proveniunt à lege, abstrahendo à quacumque
31. jurisdictione, prout contingit in Jure conferendi, quod defertur Episcopo *ex Can. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. nullo habito respectu, aut consideratione ad jurisdictionem benè *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 21. *num.* 24. *&* 34. *& lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 11. quem omnium optimè fuisse in hac materia loquutum dicit *Solier. in addit. ad Pastor. de Benefic. lib.* 3. *tit. final. litt. D. folio mihi* 485. his verbis *Collatio Beneficiorum non spectat ad Jurisdictionem, cum non competat Episcopo jure Magistratus, sed speciali legis concessione citra imperium, aut Jurisdictionem* sicuti dicitur de Tutoris datione in *l. muto §. Tutoris datio ff. de Tutel.* neque assentior illis, qui arbitrati sunt, hanc conferendi potestatem esse ordinis Episcopalis, nec ideo Episcopum antè consecrationem assequi illam posse, quia explicatis pluribus textibus optimè declarat *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 9. *&* 10. Jus conferendi esse accidentalis potestatis, eodem nihilominus tempore impressæ, quo imprimuntur Jurisdictionalia.

Hinc non obstant *gloss. in supra citato cap.*
32. *transmissam verbo talibus de Elect.* aliique Doctores, attribuentes jus conferendi Jurisdictioni, quia nullo solido fundamento moventur, nec considerarunt mox allegatas rationes, nec adverterunt, quod licèt jus conferendi imprimatur eodem tempore, quo imprimuntur jurisdictionalia; Attamen istæ sunt duæ operationes distinctæ, quas facit lex, quæ eodem tempore tribuit jurisdictionem Episcopo, & tradit Jus conferendi, quod est quid distinctum à jurisdictione, & quod propriè non est jus Episcopale, ut ait Jo: Andr. *in cap. verùm sub num.* 9. *vers. & Benefic. de for. compet. Butr. cons.* 19. *num.* 20. *vers. & quamquam Lotter. de re benefic. d. lib.* 2. *quest.* 2. *num.* 12.

Ideoque non potest considerari Jus conferendi de lege jurisdictionis, nisi quando petitur per modum actionis, veluti à præsentato,
33. vel ab electo, & ratio est: quia collatio libera, & voluntaria reputatur inter fructus Episcopales, & continet meram gratiam, quæ transcendit Jus instituendi, & confirmandi, qui sunt potiùs actus de mera justitia, ut eleganter animadvertit *Bellam. cons.* 20. *num.* 13. & prosequitur distinguendo *Lotter. de re benefic. d. lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 16. apud quem poteris multa alia colligere, quæ hic brevitatis gratia, & veluti extrà sferam nostræ propositæ quæstionis consultò ommitto.

QUÆSTIO XXIII.

ARGUMENTUM.

An possit, & à quo Episcopo ordinari debeat, qui in una Diœcesi habet Beneficium, in alia natus est, & in alia commoratur.

SUMMARIUM.

1. *Per susceptionem ordinis, quis adscribitur Militiæ Ecclesiasticæ.*
2. *Episcopus tribus modis potest alicui conferre ordines, ratione originis, domicilii, & Beneficii obtenti.*
3. *Clericus electo uno Episcopo, non potest ad alium accedere pro reliquis ordinibus suscipiendis.*
4. *Episcopus dum potest ordinare ratione beneficii, potest illud conferre Personæ forensi.*
5. *Beneficium pro obtinendis ordinibus sufficit esse simplex, non residentiale.*
6. *Habens plura beneficia in diversis Diœcesibus, potest ab omnibus illis Episcopis ordinari.*
7. *Concordantur Doctores inter se contrarii circa susceptionem ordinum ab Episcopis Locorum Beneficiorum.*
8. *Confutatur opinio tribuens Episcopo potestatem conferendi ordines ratione beneficii.*
9. *Episcopus originis potest quem ordinare, dummodo ibi natus sit.*
10. *Originarius quis efficitur ratione Originis etiam Patris.*
11. *Origo Avi non attenditur pro suscipiendis Ordinibus ab illo Episcopo.*
12. *Origo matris non suffragatur, nisi quando ordinandus esset vulgò quæsitus; aut haberet Patrem illegitimum.*
13. *Domicilium operatur, ut quis possit ordines suscipere ab Episcopo loci, ubi inhabitat, & quomodo contrahatur domicilium.*
14. *Quid dicendum, quando quis haberet duo domicilia.*
15. *Barones, eorumque filii possunt ordinari ab Episcopo in cujus Diœcesi feuda obtinent.*

1. EGimus in præcedenti quæstione de collatione beneficiorum non facienda personis extraneis, sed indigenis saltem de congruo, verùm quia prò illis assequendis debet con-

concurrere qualitas ordinis, cum quo quis adscribitur militiæ Ecclesiasticæ, & efficitur capax, propterea nostro tractatui existimavimus inserere præsentem quæstionem super ordinatione, quæ reposita est in ipsius ordinandi ele-
2. ctione, cum hisce tribus modis quoad ordines suscipiendos quis efficiatur subditus Episcopi, tàm scilicèt originis, quàm domicilii, seu beneficii obtenti, ideoque ab alterutro, quem maluerit, potest ordinari, sive litteras dimissorias suscipere ad *text. in cap. cum nullus de tempor. ordin. Antonell. de regim. Eccles. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 2.* ubi advertit, quod semel
3. uno Episcopo sive originis, sivè domicilii, vel beneficii electo, non potest Clericus pro recipiendis aliis ordinibus ad alios Episcopos accedere, quia variatio in ordinibus prohibetur *Ricc. in praxi for. Eccles. part. 1. resolut. 275.* quod tamen non procedit quoad ordines minores, sed tantum quoad sacros, ut prosequitur *idem Antonell. loco mox citato num. 3.*

Notandum est primò, quod si aliquis potest ordinari ab Episcopo, cui sit subditus ratione Beneficii, & dicitur civis illius Diœcesis, in qua illud situm reperitur, ut ex communi Doctorum sententia, quos longo calamo congerit *Barbos. de potest. Episcopi p. 2. allegat. 4. num. 42. & sequ.* ergo sequitur ex hoc destructio præcedentis quæstionis, in qua ostendimus, non posse conferri ab Episcopis beneficia personis alienigenis, seu forensibus, & ra-
4. tio est evidens, quia dum quis fit subditus Episcopo ratione beneficii pernecessè præsupponitur, quod Episcopus valeat eidem, licèt forensi, dictum beneficium conferre, & quidem non solùm residentiam requirens, per quam necessariò etiam Beneficiatus acquirit in eodem loco domicilium, verùm etiam simplex, & omni carens qualitate residentiæ, ut de se patet, & in subjecta materia ordinationis ratione beneficii pluribus congestis tradunt *Barbos. de potestat. Episcopi d. part. 2. allegat. 4. num. 46. & 47. Panimoll. decis. Eccles. 14. annot. 2. num. 63. & sequ.* ubi reprobat. *Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap. 48. num. 3.* qui asserit servari in curia Neapolis, ut aliquis non ordinetur absque dimissoriis ratione solius beneficii simplicis, & dictam praxim non esse juri conformem probat dictus *Barbos. de*
5. *potest. Episcopi loco supra citato sub num. 47.* ubi optimè expendit textum *in d. cap. nullus de tempor. ordin.* sub hac animadversione, quod si illius conditor comprehendere tantum voluisset obtinentem beneficium cum residentia, non utique adiunxisset verba illa *de beneficio Ecclesiastico*, sed domicilii dumtaxat & originis meminisset, quia sub domicilio comprehendisset obtinentem beneficiorum cum residentia, ut de se patet; Immò ad effectum, de quo agitur, sufficit etiam beneficium esse tenue, ratione cujus beneficiatus fit subditus illius Episcopi, in cujus Episcopatum extat, ut pluribus relatis præcedenter animadvertit idem *Barbos. d. allegat. 4. num. 44. & 45.* cum aliis adductis per Panimoll. *d. decis. 14. annot. 2. num. 65.*

Notandum est secundò, quod habens plura
6. beneficia in diversis Diœcesibus, possit ab omnibus illis Episcopis ordinari, adeoùt per electionem unius, non censeatur præclusa via, quominùs pro aliis ordinibus possit ordinatus ad alios Episcopos accedere, ut tenent *Novar. in singular. Canon. 102. num. 22. Garz. de benefic. part. 2. cap. 4.* cum aliis allegatis per Panimoll. *d. decis. 14. annot. 2. num. 71.* sed
7. hujusmodi conclusio adversatur opinioni relatæ suprà per Antonell. de regimin. Ecclesiæ, ut semel electo ab ordinando uno Episcopo, nequeat ad alium ipse accedere pro suscipiendis aliis ordinibus, nisi velimus concordare antinomiam harum opinionum cum distinctione, inter ordines minores, & ordines sacros puta Subdiaconatum Diaconatum, & Presbyteratum, quam distinctionem relatis concordantibus refer *Barbos. de potestat. Episcopi d. p. 2. allegat. 4. sub num. 41. vers. illud tamen.*

Cæterum mihi non arridet Jurisdictio
8. conferendi ordines tributa Episcopo ratione beneficii, quod de congruo semper esset conferendum Personis originariis loci, seù Diœcesis, ut vidimus in superiori quæstione; Immò inter Episcopos daretur quodammodo æmulatio, nàm Episcopus optans aliquem alienigenam sibi benevisum ordinare, etiamsi nullum habeat beneficium, posset hoc paulo antè illi conferre hac intentione, ut eumdem validè initiaret, quod videtur esse in fraudem alterius Episcopi originis, seu domicilii, quamvis hanc fraudem non admittant in subjecta materia *Panimoll. d. annot. 2. num. 73. & 74.* sub ea ratione, quod Episcopus ex causa beneficii utatur in ordinatione jure suo proveniente ex lege Pontificia *Dian. resolut. Moral. part. 8. tract. de ministr. Sacram. ordin. resolut. 22.* sed concurrente fraude vera in collatione beneficii, istud non juvat quoad susceptionem ordinum ex *gloss. in cap. eos qui figmento in fine de tempor. ordin.* & probant *Franch. in d. cap. cum nullus prope num. 4. eod. titul. Piasec. in praxi nova Episc. part. 1. cap. 1. Barbos. de potest. Episcopi part. 2. allegat. 4. num. 58.* & ratio est, quia dolus, & fraus nemini patrocinari debet, quam allegat ipsemet Panimolla sibi contrarius *in d. annot. 2. num. 80.*

9. Quatenùs attinet ad originem, est certum quod Episcopus loci, in cujus Diœcesi quis natus est, potest eum ordinare, & talis Episcopus dicitur originis, ut per *gloss. in cap. 1. de usur. lib. 2. verbo alienigenas l. qui ex vico ff. ad municip.* Joan. Andreas *in d. cap. cum nullus num. 3.* Ugolin. *de potest. Episc. cap. 1. num. 9.*

Homobon. de exam. Eccles. tract. 2. cap. 1. quæst. 5. num. 1. Antonell. de regimin. Eccles. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 4. Originarius enim,
10. seù oriundus dicitur à propria sua origine per *text. in l. 4. cod. de Incol. lib. 10. l. 1. ff. ad municip. Ludovic. decis. Perus. 3. num. 15.* & etiam suffragatur Origo Patris, quæ inspicitur ad ordines suscipiendos, itaut quis ratione paternæ originis possit ordines suscipere ab Episcopo loci, in quo ejus Pater natus est *Valasc. allegat. 5. num. 21. tom. 1. Zerol. in prax. Episcop. p. 2. verb. dimissor. pag. 40.* cum pluribus relatis per Barbos. *de potest. Episc. d. part. 2. allegat. 4. num. 4.* & oriundus dicitur non solùm à nativitate propria, sed etiam à paterna Jason: *in l. hujusmodi §. legatum. num. 18. ff. de legat. 1. Alciat. in l. 147. num. 4. ff. de verbor. significat.* Flores *var. resolut. cap. 46. num. 3.* Sessa *decis. Aragon. 30. Marchin. de Sacram. ordin. tract. 1. p. 2. cap. 6.*
11. *num. 13.* excluditur tamen pro nostro effectu Origo Aui ex quo non dicitur nepos originarius illius loci *Barbos. de potest. Episc. d. p. 2. al-*
12. *legat. 4. num. 13.* sicuti etiam filius ordinandus non potest uti origine suæ matris apud Episcopum, nisi Pater non esset legitimus, aut ipse esset vulgò quæsitus, cum tunc non ejus Origo, sed matris quoad illegitimum filium inspicitur, ut prosequitur *Barbos. loco supra citato num. 15. Antonell. de regim. Eccles. d. cap. 1. §. 1. num. 7.* ad quem te remittò pro aliis conclusionibus in hac materia.

13. Quoad Episcopum domicilii ratione cujus etiam quis efficitur illius subditus, & Diœcesanus, pro suscipiendis ordinibus, omissis pluribus, quæ à Doctoribus traduntur respectu dicti domicilii, est certum, quod si quis se transferat ad habitandum in aliquo loco, animo ibidem larem constituendi, ac perpetuò permanendi, & habitandi, utique ex his circumstantiis domicilium contrahitur *ad text. in l. Cives cod. de incolis lib. 10. Corrad. in prax. Apostol. lib. 4. cap. 5. num. 24. Dian. resolut. moral. p. 8. tract. 2. de Ministr. Sac. Ordin. resolut. 15. Antonell. de regim. Eccles. d. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 11.* ubi affirmat, quod potest constitui domicilium etiam momento temporis, dummodo quis habeat animum perpetuò manendi in aliquo loco *Navarr. cons. 2. de temp. ordin. Vulp. in prax. Judic. cap. 7. num. 25. Panimoll. d. dec. 14. annot. 2. num. 56.* ubi econtra si quis haberet animum recedendi, etiamsi per plures annos moratus fuerit in tali loco, numquam dicitur contractum domicilium *Barbos. de potest. Episc. d. allegat. 4. num. 25. Corrad. in prax. dispensat. Apostolic. lib. 4. cap. 5. à num. 25.* licèt domum emerit in dicto loco; cœterum relinquitur Judicis arbitrio, an sit assumptum domicilium, quod regulari debet ex coniecturis in facto occurentibus *Mascard. de probat. concl. 534. num. 9. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 86.*

Sed si quis duo domicilia haberet sub diver-
14. sis Episcopis in quibus non æquis temporibus inhabitet, potest indifferenter à quocumque ex his duobus Episcopis ad ordines promoveri *Barbos. de offic. & potest. Episc. d. allegat. 4. num. 34. Torreblanc. in pract. jur. spiritual. lib. 1. cap. 13. num. 11. Panimoll. d. decis. 14. annot. 2. num. 59.* prædicta autem declaranda, & intelligenda sunt servatâ formâ, & dispositione novissimæ Bullæ f. m. Innocentii XII. quæ incipit *speculatores* quam cum suis annotationibus refert modernus *Monacell. in appendic. tom. 1. ejus formularii legal. pag. 343.*

Verum quia in subjecta materia perlegi præter usum forensem quamdam eruditissimam, ac doctissimam consultationem Pignatelli quæ est inter impressas 189. tom. 9. ad illam poteris recurrere ut, magis eruditus evadas.

Barones demum seù feudatarii eorumque filii possunt ordinibus insigniri ab Episcopo in cujus Diœcesi obtinent feudum etiamsi non habitent, & alibi domicilium retineant *March. de sacram. ordin. tract. 1. part. 5. cap. 7. num. 15. Panimoll. d. annot. 2. num. 60.* ad quem in reliquis te remitto.

QUÆSTIO XXIV.

ARGUMENTUM.

Archiepiscopi, & eorum Vicarii, quando possint punire suffraganeos, & cogere illorum subditos ad perhibendum testimonium, suscipiendam delegationem, & similia; & quid de Clerico prorogante jurisdictionem alterius fori sine licentia proprii ordinarii dicendum sit.

SUMMARIUM.

1. *Archiepiscopus compellere nequit subditos Episcopi ad perhibendum testimonium.*
2. *Pro compulsione testium subditorum recurrendum est ad Episcopum.*
3. *Judex Causæ committit Judici loci receptionem testium.*
4. *Archiepiscopus non habet jurisdictionem in subditos Episcopi.*
5. *Judex potest citare non subditum in alieno Territorio stante consuetudine, quæ derogat Jurisdictioni de loco ad locum.*
6. *Archiepiscopus juxtà consuetudinem potest compellere testes non subditos ad testificandum.*
7. *Archiepiscopus ob negligentiam suffraganei potest compellere illius subditos, & devolvitur jurisdictio ad eum.*
8. *Metropilitanus potest concedere licentiam contrahendi Matrimonium subditis suffraganei, quoties iste absque justa causa illam denegaret.*

9. *Ar-*

9. *Archiepiſcopus poteſt cogere Epiſcopum ſuum ſuffraganeum tamquam immediatè ei ſubditum, ſed non ſubditos ſuffraganei, & num. 10.*
11. *Datâ negligentiâ Epiſcopi Suffraganei poteſt etiam Archiepiſcopus cogere illius ſubditos.*
12. *Vicarius Epiſcopi ſuffraganei poteſt ratione officii compelli ab Archiepiſcopo, & in caſu delicti excommunicari, ſecùs tamquam perſona privata.*
13. *Abſente Metropolitano, ejus Vicarius poteſt exercere Jurisdictionem in ſuffraganeos Epiſcopos.*
14. *Cauſa ubi cognoſcitur veniunt omnia acceſſoria.*
15. *Cauſa devolvitur per appellationem ad Metropolitanum,*
16. *Judex delegatus judicat authoritate delegantis.*
17. *Clericus non poteſt prorogare Jurisdictionem alterius Judicis. Eccleſiaſtici ſine conſenſu proprii ordinarii.*
18. *Hæc concluſio procedit etiam in habente Territorium Separatum cum Jurisdictione quaſi Epiſcopali, qui debet conſenſum præſtare.*
19. *Exemptus non poteſt prorogare Jurisdictionem abſque licentia Papæ, cui ſubditur.*
20. *Ratione contractus geſti in loco alterius Judicis, poteſt Clericus prorogare illius jurisdictionem etiam abſque licentia proprii Ordinarii.*
21. *Forum ſortitur in loco, ubi quis contrahit.*
22. *Diſpoſitio Juris operatur, ut quis ratione contractus reſpondeat coram Judice loci & n. 23. & 24.*

Diximus ſupra, quæ poſſint pertinere ad
Archiepiſcopos in tota Provincia, ubi
ſunt Epiſcopi Suffraganei, ac plures aliæ illo-
rum Diœceſes diſtinctæ, modò addimus, quod
1. Archiepiſcopus compellere nequit ſubditos
Epiſcopi ad perhibendum teſtimonium in
Cauſa appellationis ad text. *in cap. 1. §. neque*
ubi *gloſſ. in verbo ſuſcipere ad med. de foro compet.*
in 6. & notat *Gratian. diſcept. foreaſ. cap. 169.*
num. 1. & ratio eſt, quia per appellationem
devolvitur jurisdictio ad Archiepiſcopum
quoad Partes, non quoad alios, ideo in com-
2. pulſione aliorum ſubditorum recurrendum eſt
ad Epiſcopum juxta theoric. *Abb. in cap. pa-*
ſtoralis 11. in princip. col. ultim. in fine verſ. vel
dic ſecundum num. 12. de offic. ordinar.

Idem eſt in quolibet alio Judice, nàm ſi de
3. alia Civitate petantur teſtes, Judex Cauſæ
mittit ad Judicem loci, ut teſtes recipiat, &
ad judicem atteſtationes remittat *l. Judices 17.*
Cod. de fid. inſtrum. gloſſ. in cap. 1. verbo *ſuſci-*
pere de for. compet. in 6. ubi ex hoc notat, quod
Judex non habet eamdem poteſtatem in ac-
ceſſorio, ſicut in principali, cum in tales ſub-
ditos careat jurisdictione, *cap. Paſtoralis 9. in*
fin. de offic. ordinar. cap. nullus Primas 9. quæſt. 3.
4. ubi Archiepiſcopus non habet aliquam po-
teſtatem in ſubditos Epiſcopi ſibi ſubjecti
Menoch. conſ. 604. num. 2. lib. 7. cum homo
hominis mei non ſit homo meus *gloſſ. ultim.*
in cap. legitur 81. diſtinct. Jaſon. in cap. 1. num. 35.
qui feud. dare poſſ. ſicut libertus liberti mei
non eſt meus libertus *l. modeſtinus ff. de verbor.*
ſignificat. l. ſiquis à liberis §. libertis ff. de liber.
agnoſc. nec vaſſallus vaſſalli mei eſt meus vaſ-
ſallus, cum diſtinctionibus de quibus *per Bart.*
in l. claudius ad fin. ff. qui potior in pign. hab.
Bald. in l. 1. cod. comm. de legat. Brun. conſ. 32.
vol. 1. Menoch. d. conſ. 604. num. 9. lib. 7.

Advertendum tamen eſt, prædicta poſſe
5. quidem procedere, quando non extaret con-
ſuetudo in contrarium, ſecundum quam non
ſolum poſſet judex citare in alterius Territo-
rio, ſed etiam capere malefactorem, quaſi
conſuetudo valeat derogare jurisdictioni de
loco ad locum, prout concludit *Bald. in l. 3.*
in fin. §. ſed, & divi fratres in 2. lectura anti-
qua ff. de teſtib. & in ſpecie de Archiepiſcopo,
quod poſſit compellere teſtes ad teſtifican-
6. dum, etiam non ſubditos ſuæ jurisdictioni,
ſtante conſuetudine dixit *Franch. in cap. 1. §.*
neque in princip. per illum text. de for. compet.
in 6. poſt gloſſ. ibi *verbo de conſuetudin. Gratian.*
diſcept. forenſ. cap. 169. num. 4.

Præterea exiſtimo, quod prædicta neque
poſſint vindicare ſibi locum, quando Epiſco-
pus ſuffraganeus eſſet negligens in coactione
7. teſtium. Nàm Archiepiſcopus tunc poteſt
cogere ſuffraganeum ad compellendum ſubdi-
tos pro perhibendo teſtimonio, & ſi ſuffraga-
neus negligit hoc facere, per talem negligen-
tiam devolvitur jurisdictio ad Archiepiſco-
pum contra ſubditos, in quos hoc caſu habe-
bit jurisdictionem, quamvis aliàs non habe-
ret, prout concludit *Hoſtienſ. in d. cap. paſto-*
ralis de offic. ordin. ubi quod Archiepiſcopus
præfiget terminum Epiſcopo, ut ſubditum
cogat, quo elapſo poterit utrumque compel-
lere, quia generaliter negligente Epiſcopo
ſuccedit Archiepiſcopus *Gemin. in cap. 1. §.*
neque in fine verſ. deciſio hujus de for. compet. in
6. Felin. d. cap. paſtoralis de offic. ordin. col. 5.
ante medium num. 6. ubi quod univerſus mun-
dus tenet, ut per negligentiam Epiſcopi de-
volvatur jurisdictio ad Archiepiſcopum per
text. in cap. cum ſimus 9. quæſt. 3. & ſequitur
Franch. in cap. 1. num. 3. in gloſſ. in verbo cul-
pis de ſupplen. negligent. Prælat. ibique etiam
Gemin. col. penult. in fin. verſ. iſtam opinionem,
ubi quod dat cautelam, ut Epiſcopus nequeat
negare monitionem, quod conſignatio litte-
rarum Archiepiſcopi fiat coram teſtibus, &
Notario, ad hoc ut poſſit confici Inſtrumen-
tum cum aliis cautelis, de quibus ibidem per
eos.

Sicuti videmus, quod non permittitur Ar-
chiepiſcopo præſtare licentiam contrahendi
Matrimonium ſubditis ſui ſuffraganei, vel Sa-
cerdotibus ſuffraganeorum, cum non ſit ſupe-

tior illorum, neque in eis habeat jurisdictio-
nem *cap. venerabilis de sent. excomm. in 6. Dec.*
in cap. dilecti num. 5. de appellat. præterquàm
in casu, in quo ordinarius sine ulla justa causa
illam licentiam denegaret suis subditis, tunc
8. enim recurritur ad Metropolitanum tantùm,
qui cognita veritate licentiam præstabit subdi-
tis suffraganeorum ad illud matrimoninm cele-
brandum juxtà formam Concilii prout de
communi docet *Spin. de testam. gloss. 15. prin-*
cip. num. 40. post *Abb. in cap. si quis contra*
Clericum de for. compet. & in cap. licèt de sup-
plen. negl. Prælat. glos. in cap. 1. verba culpis
eod. titul.

Quemadmodum dicimus de Archiepisco-
9. po, qui non potest compellere subditos
sui suffraganei, ad suscipiendum delegationem
si noluerint, *cap. pastoralis in princip. de offic.*
ordin. cap. 1. §. nequè de for. compet. in 6. cum
in eis non habeat jurisdictionem, quæ requi-
ritur, ut possit cogere *l. eum qui ff. de jurisdict.*
omn. jud. quod secùs est in suffraganao, quem
dictus Archiepiscopus potest cogere, cum sit
immediatè subditus illi *gloss. in d. §. nequè in*
verbo suscipere, ubi quod in istis casibus man-
dabitur suffraganeo, ut subditum compellat,
& ibi intelligitur verbum mandare de coa-
ctione *Abb. in cap. pastoralis num. 12. de offic.*
ordin. Gratian. discept. forens. cap. 169. num. 11.
10. Neque obstat, quod licèt possit compelle-
re suffraganeum, tamen non poterit cogere
subditum illius, prout concludit *Abb. in cap.*
pastoralis col. ult. in fine num. 12. de offic. ordinar.
ubi quod solùm debet compellere Episcopum,
ut exequatur officium suum, sicut idem est in
aliis casibus, in quibus Episcopus suffraganeus
esset negligens, quod etiam voluit *Jo. Andr.*
post Archidiac. in d. cap. 1. §. neque de for. compet.
in 6. contra *Hostien. in cap. 1. de supplen. negl.*
Prælat. eod. lib. 6. & prosequitur etiam idem
Abb. in cap. si quis contra Cleric. de for. comp.
cum aliis per *Felin. in cap. pastoralis col. 6. in*
princip. vers. est verum de offic. ordin.

Quia quicquid præfati Doctores sentiant,
11. verior est opinio contraria, quod quamvis
Archiepiscopus, possit compellere Episcopum
per censuras, non tamen est inconveniens,
quod plura competant remedia in casu istius
negligentiæ, qua stante poterit etiam cogere
subditos ipsius Episcopi secundum opinionem
Hostien. quam dicunt veriorem Imol. & alii
de quibus *per Franch. in cap. 1. §. neque in fine*
in gloss. verbo suscipere de for. compet. in 6. &
sequitur *Gratian. d. cap. 169. num. 13.*

Quæ magis procederent contra Vicarios
12. seù Officiales Episcopi suffraganei, quos Ar-
chiepiscopus poterit cogere, sicuti Episcopos,
ax ratione quod faciunt idem Tribunal cum
ipsis, ut concludit *Archidiac. in cap. 1. §. nec*
etiam, ubi quoque *Innoc. de for. compet. in 6.*
intelligendo in civilibus causis Episcoporum,
de quibus Archiepiscopi cognoscunt, & ubi
Vicarius peccaret in his, quæ sunt jurisdi-
ctionis, in istis enim poterit illum Archiepisco-
pus punire, & in eodem Ecclesiasticam exer-
cere censuram, *cap. 1.* ibi *gloss. in verbo ratio-*
nabili de offic. vicar. in 6. secùs quando Vica-
rius aliquid faceret, aut possideret tamquam
privatus, quia nullam in eo haberet jurisdi-
ctionem, sicut in subditos suffraganeorum,
quemadmodum neque in delictis, prout latè
declarat *Jacob. Brozzol. de offic. Vicar. quæst. 56.*
lib. 2. num. 1. & 2. ex decreto Concil. Trident.
cap. 6. sess. 13. de reformat. ubi Episcopi non
citantur, aut monentur, nisi ob Causam, prop-
ter quam essent deponendi, aut privandi, cujus
Causæ cognitio à solo Papa terminantur *cap.*
2. de translat. Episcop. cap. ut debitus de appellat.
cap. majores de baptismat. Clar. in cap. final.
quæst. 35. versic. ulterius Concil. Trident. sess. 13.
cap. 7. de reformat.

Insuper non solum Archiepiscopus in præ-
dictis casibus poterit exercere jurisdictionem
13. in suffraganeos Episcopos, sed etiam Vica-
rius Archiepiscopi illam habebit contra eos-
dem suffraganeos, quando tamen Archiepis-
copus esset absens, quo casu etiam poterit
proferre Sententiam interdicti, suspensionis, &
excommunicationis *cap. Romana §. Officiales de*
Offic. ordin. in 6. Franc. march. decis. 483. num. 2.
lib. 1. cum declarationibus, de quibus latè
Jacob. Brozz. de Vicar. Epis. quæst. 58. per
totum.

Quibus tamen adde, quod non ex hoc am-
pliabitur jurisdictio Archiepiscopi ex qualita-
te loci. Nam eadem illi competeret utrobiq;
licèt enim ubi est coactio, ibi sit jurisdictio,
14. *l. eum qui 13. de Jurisdict. omn. Judic.* & ubi
causa cognoscitur, ibi veniunt omnia accesso-
ria *l. 2. eodem tit.*, tamen hoc procedit respe-
ctu partium litigantium coram Archiepisco-
po, non autem subditorum, prout in exami-
ne Testium, qui non sunt de Territorio judi-
cantium, contra quos proceditur per viam
litterarum executorialium. Ideo dicimus, quod
15. per appellationem, causa devolvitur ad Ar-
chiepiscopum, non tamen devoluta erit juris-
dictio in personis. Quamvis enim hoc debe-
ret esse ratione accessionis, quasi propter de-
volutionem vendicet sibi jus in causa principa-
li, unde etiam in omnibus accessoriis, sine qui-
bus causa non potest expediri *cap. prudentiam §.*
penult. de offic. delegat. Tamen illud procedit
in Delegato Papæ, qui non habet distinctum
Territorium, quemadmodum nec ab eo dele-
gatus, ex ratione quod Delegatus judicat au-
thoritate Delegantis non propriâ, sicut Or-
dinarius, & si Delegans non haberet in aliquos
jurisdictionem, nequè haberet Delegatus, pro-
16. ut in specie distinguit, & declarat *Anchar. in*
cap. 1. in princip. in 4. notab. de for. compet. in 6.

Quatenus attinet ad prorogationem; indu-
bita-

bitata est juris conclusio, Clericum non pos-
17. se prorogare jurisdictionem alterius Judicis Ecclesiastici sine proprii Episcopi Diœcesani consensu, ut expressè probat *text. in cap. significasti de for. compet.* ex quo ita colligunt *Bertach. de Episcop. lim. 4. num. 96. Benedict. Capra in suis regul. sub tit. de prorog. num. 16. Ber. Anton. de Mattheis de prorogat. jurisdict. num. 14. Carlev. de Judiciis lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 8. sect. 2. num. 1075. ubi num. 1077.* subdit, ad
18. Abbatem, vel alium habentem jura Episcopalia, & jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio Separato, & non ad Episcopum spectare, quod ab illo consensus præstetur prorogationi à Clerico subdito factæ, & addit Episcopum, & Archiepiscopum non posse prorogare jurisdictionem Judicis non
19. sui sine consensu suorum Superiorum, & exemptum non posse sine consensu, & licentiâ Papæ, cui subditur, prorogare aliorum Judicum jurisdictionem & *a num. 1078.* plures assignat rationes.

Hæc tamen intelligenda sunt de Clerico violenter, & expressè prorogante, non autem de illo, qui contrahendo, vel delinquẽdo prorogat,
20. quia tali casu poterit absq; ulla sui Episcopi licentia prorogare jurisdictionẽ alieni Episcopi, scilicèt illius Diœcesis, seu loci, in quo contraxit, ut probatur *per tex. in cap. dilecti de for. cõp.* & in propriis terminis resoluit *Marant. de ordin. judic. par. 4. distinct. 12. num. 24.* ibi, *quod intelligitur quando vellet expressè prorogare, sed contrahendo, vel delinquendo, potest jurisdictionem alterius prorogare absque consensu proprii Episcopi per capit. Romana 1. §. contrahentes 3. de foro compet.* & ita tenet *Alex. & Bart. in l. 12. l. si se ff. de Judic.* cum aliis allegatis per *Barbos. in prax. exigen. pens. par. 1. quæst. 3. num. 2.* atque hinc *Gregor. Pontifex in cap. dilect. 17. de for. compet.* ait *verum quia, etsi fuisset privilegium tale concessum, non tamen prodesset illis, qui se in certo loco respondere, vel solvere adversariis promiserunt, cum ibi, & ubi domicilium habeant valeant conveniri*, quod stabiliri quoque censent non nulli in *cap. 1. §. contrahentes eod. tit. in 6.* ubi Innocentius Pontifex decernit, avelli à jurisdictionẽ Archiepiscopi remensis eos, qui cum aliarum essent Diœcesum, in ipsius propria contraxerunt, nisi fortè ratione domicilii volentes traherentur. *Carleval. de Judiciis lib. 1. tit. 1. disput. 1. quæstion. 16. sect. 2. num. 1083.* & ratio est, quia hæc prorogatio non oritur ex sola voluntate, & consensu Clerici prorogantis, sed ex dispo-
21. sitione, & assistentia Juris, quæ jubet quemquam forum sortiri, ubi contrahit, vel delinquit, & hanc opinionem eleganter relatis concordantibus probat *Barbos. in prax. exigen. pens. d. part. 1. quæst. 3. num. 3.* ex doctrina *Petri Barbos. in l. hæres absens. §. 1. num. 61. ff. de Judic. Alex. cons. 89. num. 1.*

Ratio hujus resolutionis est, quia proroga-
22. tio hujusmodi facta ratione contractus, non procedit immediatè à voluntate Clerici sic volentis, sed ex dispositione juris, quæ jubet Partes etiam invitas respondere in loco, in quo contraxerunt *d. cap. 1. §. contrahentes de foro compet. lib. 6.* quotiescumque enim voluntas Clerici non est causa immediata, ut coram alio Judice conveniatur, sed solum necessitas, quæ procedit à dispositione legis, tunc ad renunciandum proprio foro, non requiritur consensus proprii Episcopi, ut optimè ratiocinatur *Abb. Panormit. in cap. dilecti num. 4. & in cap. 1. num. 21. de Judic.*

Nec est dicendum, posse Clericum contra-
23. here, itaut tacitè inducatur prorogatio; at non posse contrahendo expressè prorogare jurisdictionem Judicis loci contractus, cum renunciatione proprii fori sinè sui Episcopi consensu. Quia facilè occuritur respondendo, hoc casu renunciationem non esse extrinsecam à contractu, sed illi accessoriam, & intrinsecam independenter ad corroborationem fori inducti per legem, quo casu, ut aliquid operetur, renunciatio habebit suum effectum, licèt non accesserit voluntas proprii Episcopi ut doctè notat *Barbos. in prax. exigen. pens. d. p. 1. quæst. 3. num. 6.*

24. Quamobrem Doctores omnes communiter afferunt dispositionem dicti *cap. significasti*, non procedere in Clerico, qui contrahendo, vel deliquendo renunciat proprio foro, quod de expressa intelligitur renunciatione, ut est indubitatum apud omnes ferè, qui hucusque sincero animo, & veritate inspecta, hac de re scripserunt, & cum hac nostra opinione concordat *Carlev. de Judic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 8. sect. 6. num. 1252. p. 614.* his verbis *ampliandaautem est hæc conclusio, ut procedat etiamsi Clericus contrahens extra locum domicilii renunciaverit foro sine licentia sui Episcopi, nam ex vi hujus renunciationis remittendus est ad Judicem Ecclesiasticum loci contractus.*

QUÆSTIO XXV.

ARGUMENTUM.

An Episcopus à sua Diœcesi expulsus per vim, possit confugiens in alienam Diœcesim, inibi jus dicere, petitâ quamvis non obtentâ licentiâ, & quid si existat in aliquo loco de Territorio Separato pertinente ad Prælatum inferiorem, cum qualitate nullius, aliaque plura examinantur de præventione inter Judices diversorum Territoriorum.

SUMMARIUM.

1. *Episcopus expulsus à propria Diœcesi, & confugiens in alienam, seu in locum de Territorio Sepa-*

Separato, potest utrobique exercere jurisdictionem, petitâ licèt non obtentâ licentiâ.

2. *Preventioni locus est inter Episcopum jus dicentem, & Ordinarium à quo fuit petita licentia. & num. 4.*

3. *Contraria opinio defenditur à multis Doctoribus.*

5. *Episcopus alienigena præter voluntariam potest etiam contentiosam exercere Jurisdictionem consentiente Episcopo loci, citra necessitatem expulsionis.*

6. *Subditi Episcopi concedentis licentiam alteri Episcopo circa jurisdictionem, non tenentur inviti coram eo comparere.*

7. *Episcopus expulsus à sua Diœcesi, si in ea potest per alium jus dicere, non debet invito alieno Episcopo jurisdictionem in ejus Diœcesi exercere.*

8. *Episcopus, dum est in possessione suæ jurisdictionis, & veniens non fuit admissus, tunc ipse potest in aliena Diœcesi, facere id, quod potest Episcopus expulsus.*

9. *Præventio datur inter duos Judices diversorum Territoriorum, quando nescitur, ubi fuerit commissum delictum.*

10. *Confines Territorii ubi sunt contentiosi, & non certi, uterque Judex potest procedere ratione delicti commissi.*

11. *Princeps supremus componere debet differentiam duorum Judicum circa contentionem Jurisdictionis, quando ambo subsunt eidem Principi.*

12. *Pendente contentione super controversia limitum diversorum Territoriorum occasione jurisdictionis, nihil per Curias est innovandum.*

QUia potest interdum accidere, quod, Episcopus fuerit per vim à sua Diœcesi
1. expulsus, & coactus confugere, vel ad alterius Episcopi Diœcesim, vel in aliquem alium locum pertinentem ad Prælatum inferiorem, cum qualitate nullius, & de Territorio verè Separato, per privilegium Apostolicum, aut per immemorabilem illud supponentem, ex allegatis in præteritis quæstionibus; hinc est, quod talis Episcopus potest jurisdictionem exercere in suos subditos petitâ, licet non obtentâ licentiâ Episcopi illius loci, ad quem confugit *Clem. unic. de foro comp.* & tradit *Tondut. de prævent. judic. part. 2. cap. 48. num. 2.* Et sicuti in tali circumstantia, habet dictus Ordinarius jurisdictionem, judicandi causas civiles, criminales, & mixti fori, ità illi competit facultas præveniendi easdem causas adversus Episcopum, vel alium Prælatum inferiorem cum qualitate nullius, à quo licentiam
2. petiit, & obtinuit; velutisi concurrat ipse Episcopus requirens tamquam Ordinarius ratione loci originis, cum antistite requisito, & licentiam concedente; qui dicatur Ordinarius, delinquentis ratione domicilii, seù delicti; in quibus inter eos locum esse præventioni ostendit latè Tondutus in ejus tractatu de dicta præventione, ad quem remitto benignū lectorem.

3. Cœterum in subjecta nostra quæstione, Doctores sunt varii. Multi namque existimant, Episcopum in casu illo speciali expulsionis coactivæ à propria Diœcesi, seù jurisdictione, posse quidem eamdem jurisdictionem in subditos exercere, sed tamen uti non posse præventione, in præjudicium illius Ordinarii, de licentia rogati, ratione præjudicii exempli gratia si subditus Episcopi expulsi ratione originis, vel domicilii, commisisset delictum, in loco alterius Diœcesis, & pertinente ad Episcopum rogatum de licentia, & ad quem locum confugit præfatus Episcopus expulsus: & ratio præjudicii est evidens respectu Episcopi rogati, quia si Episcopus expulsus fuisset intra suam propriam Diœcesim, non tàm citò scivisset delictum fuisse commissum ab ejus subdito, & consequenter dictum Episcopum, (in cujus Diœcesim confugit) non prævenisset.

4. Hac tamen ratione non obstante alii Doctores communiter tenent contrarium, nimirum posse dictum Episcopum alienigenam prævenire. Siquidem quod hic Episcopus citiùs sciverit, aut nesciverit delictum fuisse commissum, non debet attendi, cum hoc sit quid adventitium, seù accidentale; & solùm attendi debet principale fundamentum, quod sicuti Episcopus confugiens, vi expulsionis à propria Diœcesi potest in aliena Diœcesi jurisdictionem exercere, cognoscendo Causas contentiosas, saltem petitâ licentiâ, licèt non obtentâ; ita valet easdem causas prævenire, cum dictæ Causæ præventioni supponatur, ut docet *Imol. in d. Clemen. unic. de foro compet. num. 36.* quam Sententiam videntur sequi *Ancharan. post Joann. de lignano in d. Clement. unic. num. 2. Soccin. in cap. proposuisti 2. membr. quæst. 7. in princip. Tondut. de prævent. d. p. 2. cap. 48. num. 3. & 4.* ubi aliquid notat de jurisdictione contentiosa, ad differentiam actuum voluntariæ jurisdictionis, quæ potest citrà ullum dubium exerceri in aliena Diœcesi etiamsi non concurrat circumstantia, quod Episcopus exercens non fuerit expulsus, & nos de hisce actibus voluntariæ jurisdictionis suprà
5. meminimus. Immò seclusâ quoque circumstantiâ dictæ expulsionis violenter factæ potest Episcopus alienigena in aliena Diœcesi contentiosam exercere jurisdictionem consentiente illo Episcopo, aut Prælato cum qualitate nullius ex Doctrina *Abb. in cap. novit. column. 1. in fine num. 4. versic. quod autem si extra de offic. legat.* Ita tamen, ut ex eo, nullum fiat præjudicium subditis ipsius Episcopi licentiam petentis, qui nequeunt judicari inviti in aliena

6. na Diœcesi. Et per consequens si ad talem Diœcesim (extra tamen casum expulsionis, de quo in dicta Clement. unic.) fuerint citati, non erit, illis renuentibus, causa præventa ab eorum Episcopo, quia talis citatio non arctat illos ad comparendum, si comparere recusent, & hoc procedit, quamvis in citatione exprimeretur, quod Episcopus illius loci concesserit ei licentiam procedendi ad actus contentiosæ jurisdictionis intrà ejus Diœcesim, ut post *Socin. in tractat. de citat. art.* 18. *quæst.* 2. *per tot* ostendit *Gratian. discept. foref. cap.* 127. *num.* 10. *Tondut. de prævent. d. cap.* 48. *num.* 6.

7. Quæ autem de Episcopo expulso dicta sunt, intelligenda veniunt, ut locum habeant, quando ipse Episcopus intrà suam Diœcesim jurisdictionem nec per se, nec per alios exercere potest. Si enim intra propriam Diœcesim, saltem per alium jurisdictionem exercere, & justitiam facere posset, non esset illi licitum, invito alienæ Diœcesis Episcopo, in ea judicare, & causas cognoscere, ut colligitur ex eodem textu in dicta Clementina unica ex illis verbis, *per se vel per alium jurisdictionem inibi exercere*, & ibidem *gloss.* verbo *per alium*.

8. Idem dicendum est, si cum Episcopus esset in possessione suæ jurisdictionis Episcopalis, postea veniens, non fuit ad Episcopatum admissus; tunc enim in aliena Diœcesi jurisdictionem contentiosam exercere posset eodem modo, quo de Episcopo expulso mox dictum est *Ugolin. de Episc. cap.* 4. §. 14. *num.* 4. *vers.* 2. *post Card. Zabarell. in d. Clemen. unica de for. compet.*

Quatenùs attinet ad Judices diversorum Territoriorum in materia delicti commissi, duo diversi casus considerandi sunt, primus est, quando non dubitatur de confinibus Territoriorum, sed illorum limitatio, & terminatio certa est, & per suos limites designata, sed
9. delictum factum fuit in ipsis confinibus, itaut sciri nequeat, utrum potius in uno, quam in alio Territorio fuerit commissum, & hoc in casu locum esse præventioni inter judices utriusque Territorii determinat *Hieronym. de Monte de finib. regund. cap.* 25. *num.* 6. *Farinac. quæst.* 7. *n.* 51. & ratio ea esse videtur, quia cum utrumque Territorium injuriam recepisse prætendatur nec determinatum sit, utrum delictum potiùs in uno, quàm in alio fuerit commissum. Uterque Judex meritò injuriam suam, seù sui Territorii, ut prætendit, vindicare poterit, hoc enim casu prout sunt diversa territoria, ita diversæ offensiones, ut animadvertit *Tondut. de prævent. p.* 2. *cap.* 31. *num.* 1. *in fin.*

Secundus casus est, quando fines Territo-
10. riorum sunt contentiosi, & quilibet ex Judicibus concurrentibus prætendit, delictum in loco suæ jurisdictioni supposito fuisse commissum, & hoc casu quilibet judex suam jurisdictionem tuebitur, & in causa procedet, ut dicit *Hieron. de monte de finib. regund. d. cap.* 25. *num.* 8. & *sequ. Surd. consf.* 429. *num.* 62. ubi asserit, quod si delictum fuerit commissum in via, quæ sit communis inter duo Territoria. Uterque Judex procedit, & locus est præventioni, quod est verum, quando certum est, viam esse communem. Si enim quilibet prætenderet illam esse sub jurisdictione sua, uterque Judex procedere potest, ut mox dictum est.

Nè autem in hisce casibus dissentio Judi-
11. cum inter se contendentium reis, aut actoribus noceat, & negotii principalis expeditionem retardet. Considerandum primò puto, utrum Judices subsint eidem Principi, vel Superiori, & in hoc casu, Superior ipse adeundus videtur, qui controversiam istam, vel componat, vel alia ratione decidat, vel etiam Causam ad se avocet, aut uni ex istis duobus Judicibus committat, ut factum fuisse testatur *Tondutus de prævent. judicial. dict. cap.* 31. *num.* 3.

Si verò duo isti Judices contendentes sint in diversis Monarchiis, & sub diversis Princi-
12. pibus. Videtur quidem de jure nihil innovandum, donec Causa contentionis Territoriorum, non limitatorum, vel si limitata sint, donec quæstio illa, in cujus Territorio delictum patratum sit, fuerit terminata, cum hæc sit quæstio præjudicialis, & per consequens priùs terminanda *cap. si Judex laicus in fine*, & ibi *gloss. de Sent. Excommunicat. in* 6. *Cancer. var. resolut. part.* 3. *cap.* 10. *de content. Jurisdict. num.* 56.

Verùm cum hæc respiciant materiam temporalem, & parùm consonant jurisdictioni Ecclesiasticæ, de qua in hoc parvo tractatu Sermonem fecimus, prætermittimus alia plura examinare, an, & quommodò uterque Judex condemnabit reum, signanter ad pœnam pæcuniariam, quando bona delinquentis sita sunt in utroque Territorio; cum de his, & aliis materiis temporalibus, & concernentibus pariter Territorium Separatum, intendimus distinctum tractatum suscipere, si Deo placebit me sospitem servare.

QUESTIO XXVI.

ARGUMENTUM.

An concordata, seu Indulta Apostolica facta, & respectivè concessa alicui Regi, vel alteri Principi non recognoscenti in sua ditione, & dominio Superiorem, capiant Beneficia existentia in locis extra Regnum, seù Jurisdictionem Indultarii, quamvis spectantibus ad Ecclesias Cathedrales, aliosque Ordinarios collatores existentes intra dictum Regnum, seu Jurisdictionem; vel econverso, an capiant beneficia existentia in locis intra Regnum, seu

Ju-

Jurisdictionem spectantibus ad Ecclesias, seù Diœceses extra Regnum.

SUMMARIUM.

1. *Concordata, quomodo fuerint concessa per Sedem Apostolicam, ostenditur.*
2. *Concordatorum in interpretatione benignior sensus adhiberi debet.*
3. *Locus Beneficii quandoque attendi debet, & quandoque persona conferentis, prout ei favorabilior est.*
4. *Concordata semper favorabiliter sunt interpretanda, quando fuerunt concessa pro bono pacis.*
5. *Beneficium existens in Diœcesi alicujus Episcopi, & ad alterius collationem spectans non dicitur esse de illa Diœcesi.*
6. *Beneficium exemptum non dicitur esse de loco, in quo situm est.*
7. *In negligentia Inferiorum in Beneficiis exemptis, Superior non ordinariam, sed Apostolicam auctoritatem exercet.*
8. *Regula 9. Cancellariæ directa est Personis.*
9. *Persona collatoris est consideranda in Beneficiis, ubicumque ista existant.*
10. *Indulta Cardinalium benignam recipiunt interpretationem pro quibuscumque Beneficiis.*
11. *Concordata sunt favorabiliora Indultis Cardinalium.*
12. *Tenor concordatorum, & Indultorum accuratè inspiciendus, ac examinandus est.*
13. *Concordata, & Indulta reducunt omnia ad Jus commune.*
14. *Pro conservanda pace plura de jure conceduntur.*
15. *Verbum Concordare est fieri unius cordis, & importat conjunctionem.*
16. *Verbum consistere denotat materialitatem loci.*
17. *Concordata concessa Regibus Galliæ, subrogata fuerunt loco pragmaticæ sanctionis.*
18. *Judex debet in interpretandis concordatis attendere localitatem beneficiorum.*
19. *Ad effectum collationis Beneficii ex veriori Sententia Doctorum attenditur locus illius.*
20. *Observantia alia est præscriptiva, alia interpretativa, & quomodo reguletur.*
21. *Concordata esse merè personalia deducitur ex illorum verbis directis personis.*
22. *Concordata mixta non tollunt qualitatem personalitatis per expressionem localitatis.*
23. *Concordatorum dispositio, ut intret, sufficit verificatio unius qualitatis.*
24. *Elicita apponi debent in collatione Beneficii Curati ab Episcopo illius loci, in quo illud existit.*
25. *Collatio Beneficii fieri debet ab Ordinario, ad quem illud pertinet.*
26. *Jurisdictio non potest exerceri in aliena Diœcesi.*
27. *Beneficia, ut possint collectari ab Episcopo, debent esse sita in propria Diœcesi.*
28. *Episcopus habet intentionem fundatam pro exercitio jurisdictionis in propria Diœcesi.*
29. *Jurisdictionem residere penès duos absurdum est.*
30. *Uniones semper intelligi debent factæ absque præjudicio proprii Ordinarii, in quorum Diœcesibus sita sunt Beneficia.*
31. *Unio subjectiva, & accessoria in quibus parit effectum.*
32. *Beneficium seu Ecclesia Alteri in diversa Diœcesi existenti unita, debet visitari ab Episcopo Diœcesis ubi existit.*
33. *Visitare, & collectare pari passu ambulant.*
34. *Beneficia in Diœcesi existentia collectari possunt ab Episcopo proprio, licet habeant bona in diversa Diœcesi.*
35. *Declarationes Sacri Concilii Tridentini in hac materia declarantur.*

OMnibus notum est, quod pro bono pacis inter S. Sedem Apostolicam, & diversos Reges, aliosque supremos Principes Sæculares nostræ Catholicæ Religionis emanarunt concordata super collatione Beneficiorum; seù illis concessa fuerunt particularia Indulta, concernentia modum providendi Personas, & signanter Franciscus I. Gallorum Rex Christianissimus, in concordatis cum Leone X. inter cœtera obtinuit, ut collatores Ordinarii Regni sui, plenâ, ac omnimoda in Beneficiis auctoritate gaudent; Idque ad abrogandam pragmaticam *sanctionem*, pro cujus extirpatione tot Summi Pontifices, universumque Concilium Lateranense insudarunt; prout etiam adsunt concordata in partibus Germaniæ de quibus fit mentio per *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 25. num. 4.* & in duabus decisionibus novissimè æditis in Causa *Augustana Canonicatus 12. Januarii 1703. & 23. Junii 1704. coram Reverendiss. Molines Decano*, quas cum aliis imprimi curavi, post hunc meum tractatum. Similiter de indulto concesso Serenissimo Duci Sabaudiæ, actum fuit in particulari Congregatione à San. mem. Innocentio XII. deputata, ut ex luculenti Juris informatione, post eundem Tractatum inserta, & olim Typis mandata à bo. mem. *R. P. D. Severolo*, qui fuit in Curia doctissimus, & Eruditissimus Prælatus, non modò in facultate legali, sed etiam Vir politioris literaturæ; Quamvis ei parum arriserit fortuna, quæ ut plurimum favet indoctis, seù Ignavos, ac inespertes homines cæcis exaltat oculis, ut proindè *Juvenal. optimè cecinit Satyr. 7.*

Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul.
Si volet hæc eadem, fies de consule Rhetor:

Et *Seneca in Hercul. furent. Traged. 1.*

O Fortuna Viris invida Fortibus.

Cum aliis adagiis, ac Poetarum, & Philosophorum sententiis, de quibus in Polyanthea, verbo *Fortuna*.

Cum itaque contingat de hisce concordatis, seu

seu Indultis differere, prima fronte videtur posse responderi, quod dubiū esse non debet, quin favorabilior pars sit accipienda, ad illorum interpretationem, ut nempè compræhedantur
2. tàm Beneficia in Regno existentia, quàm ad Regni Ordinarios collatores spectantia, licèt alibi sita, juxtà punctualem decisionem in *Vasionen. Sacristiæ* 21. *Maii* 1539. *coram Ptolomeo, relatam per Mobedan. decis.* 3. *alias* 92. *de præbend.* quam rejecto Romano, & sequacibus secuti sunt *Gonzal. ad regul.* 8. *gloss.* 10. *num.* 30. & 31. *gloss.* 25. *num.* 9. *Simonett. de reservat. quæst.* 1. *num.* 1. *vers.* & *rectè* concordat *Adden. ad Decium cons.* 206. *litt. A.* cum aliis congestis in puncto *per Rot. decis.* 291. *num.* 1. *part.* 15. *recent.* ubi, allegat *Tondut. in addit. ad quæst.* 169. *num.* 13. *par.* 13. qui hisce verbis
3. inquit, locum Beneficii quandoque attendi debere, quandoque Personam conferentis, prout favorabilis erit collationi Ordinarii; Et generaliter concordata, ut supra in gratiam pacis, & unionis Ecclesiæ emanata, esse favora-
4. biliter interpretanda favore collatorum dixit *Rot. penes Cassador. decis. unica num.* 2. *de pact. Puteus. in correctis decis.* 108. *ante num.* 1. *vers.* & *sicut concordata lib.* 2. *Simonett. de reservat. quæst.* 99. *num.* 24. *Cocchier ad reg. Cancell. gloss.* 11. *num.* 10. *vers. suntq. favorabilia*.

Præcipuum hujus sententiæ fundamentum
5. est, quia Beneficium existens in Diœcesi unius Episcopi, & ad alterius collationem spectans, non dicitur esse de illius Diœcesi, ex doctrina *Ancharan. in cap. si propter num.* 3. *de Rescript. in* 6. ubi dat exemplum de capella existente Florentiæ subjecta Episcopo Fesulano, ut non dicatur esse in Civitate Florentiæ, nec Diœcesis Florentinæ, benè *Abbat. in cap. super eo num.* 6. *de Paroch. Andr. sicul. in cap. Abbatem*
6. *colunm. final. eodem. titul.* ubi quod Beneficium exemptum non dicitur esse de loco, in quo materialiter situm est beneficium, ac ita etiam tunc in Curia servatum fuisse testatur; & optimè probatur *per text. in Clement.* 1. *de supplend.*
7. *neglig. prælat.* ubi in supplendis negligentiis inferiorum, superior in Beneficiis exemptis, non ordinariam, sed Apostolicam auctoritatem supplet, quem textum ad hoc refert, & comprobat *Rot. in d. Vasionen. Sacrestiæ apud Mobedan. Cocchier. de jurisdict. in exempt. par.* 2. *quæst.* 45. *num.* 3. & *par.* 4. *quæst.* 54. *num.* 2. & benè prosequitur *Rot. d. decis.* 291. *num.* 7. *par.* 15. *recent.*

Comprobatur ex *regul.* 8. *Cancellariæ hodie*
8. 9. quæ est directa Personis in exceptione: ibi, *non tamen S. R. E. Cardinalium aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis*. Unde non Regna, aut loca, sed personæ Collatorum principaliter in-
9. spectæ dicuntur; ideoque beneficia ubicumque existunt, ad ipsarum collationem pertinent, *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *nu.* 705. *Rot. in Cæsaraugustana beneficii* 18. *Novembris* 1586. *num.* 5. & 5. *Martii* 1587. *coram Platto quæ decis. referuntur per Rot. in decis.* 291. *n.* 16. *par.* 15. *recent. ubi num.* 17. subjungitur hæc optima ratio, quod si indultum, cujus vigore
10. Cardinales excipiuntur, benignam, atque amplam exigit interpretationem pro quibus cumque beneficiis ab illis dependentibus *Rot. decis.* 986. *num.* 7. *coram Seraph.* & *decis.* 635. *num.* 5. *par.* 3. *recent.* fortiùs augenda est hæc gratiæ, & favoris plænitudo respectu collatorum sub concordatis comprehensorum; quia con-
11. cordata sunt indultis Cardinalium favorabiliora, ut ex *Rot. decis.* 1088. *n.* 3. *coram Puteo lib.* 2. & *decis.* 10. *num.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *divers: infert. Gonzal. ad dictam regul.* 8. *gloss.* 25. *num.* 11. *Ricc. in collect. decis.* 4072. §. *ratio est.*

Econtra, quod scilicèt sub concordatis non cadant beneficia existentia in Diœcesibus, extra Regnum, aut extra Ditionem Principum, de quibus concordata loquuntur, sicque quod non persona collatoris, sed locus beneficii in hoc proposito attendi debeat, plura ex infra dicendis possunt deduci.

12. Primò inspeciendus est, & benè considerandus tenor litteralis ipsorum concordatorum, & indultorum, an scilicet illa emanaverint in gratiam Regum, aliorumque Principum pro sedandis litigiis, seu controversiis, sicque favore suorum Subditorum, quibus provisio facienda erat, & in his terminis crederem esse procedendum cum Doctrinis firmantibus amplam, ac benigniorem esse faciendam interpretatio-
13. nem, ex ratione quod concordata reducunt omnia ad jus commune, ut notat *Gonzal. ad reg.* 8. *d. Gloss.* 25. *num.* 9. 12. ubi quod pro
14. conservanda pace multa de jure conceduntur ad *text. in cap. hisquæ de Majorit.* & *obedientia l. æquissimum ff. de Usufruct.* Concordia namque
15. dicitur à conjunctione cordis, & concordare idem est, ac convenire, idest unius cordis fieri *Anchar. in cap. indemnitatibus in fine verbo concordiam de elect. lib.* 6. *Alexand. in l.* 1. *sub n.* 1. *ff. de pactis*, & proindè *Salustius* benè dixit *concordiâ res parvæ crescunt, discordiâ maximè dilabuntur*; ut refert post illum, & alios *Bart.* & *Socin. in cons.* 165. *num.* 19. *in fine lib.* 2. *Gonzal. d. gloss.* 25. *num.* 13.

Secundò quatenus in litteris Apostolicis Concordatorum, Pontifex loquatur de Ecclesiis, & Monasteriis providendis, & utatur semper verbo *Consistentibus* ex hoc datur intelligi, quod denotaverit materialem, & localem si-
16. tuationem, seù consistentiam, & circumscriptionem in loco, ut de hoc verbo *existere*, vel *consistere* advertitur in proposito circumscriptionis bonorum à loco per *Rot. decis.* 273. *num.* 15. *part.* 11. *recent.* & in subjecta nostra materia ponderat *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 27. *num.* 12. & 13. ubi asserit concordata Ec-
17. clesiæ Gallicanæ concessa Regibus Franciæ, fuis-

fuisse subrogata in locum pragmaticæ *sanctionis*, quæ capiebat solùm Beneficia in ipsis Regno, & Delphinatu existentia, sicque ad eorum limites concordata essent intelligenda ob vulgatam regulam subrogatorum, de qua apud *Gabr. de regul. jur. concl.* 2. *Barbos. axiom.* 213. *Gregor. decis.* 115. *& passim*.

Tertiò ponderandum est, quod etiam in ca-
18. pienda benigna interpretatione super Indultis Apostolicis, insisti debet à Judice in localitate, quodque non attendatur, an loca sint de jurisdictione Spirituali Ecclesiarum existentiũ in aliis Regnis, vel Provinciis, ut adductis pluribus exemplis in diversa materia ratiocinatur *Card. de Luc. de Benefic. d. disc.* 27. *num.* 16. *& num.* 19. ubi firmat majorem Doctorum
19. auctoritatem assistere pro hac parte; nimirum, quod ad effectum collationis attendatur locus beneficii, non autem Persona collatoris juxtà *cons.* 361. *Romani*, quod sequuntur ibidem *Mandos. in addit. litt. D. Chassan. cons.* 31. *nu.* 25. *Rebuff. in prax. forma Vicariatus num.* 108. *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 28. *Barbos. in Clement. unic. de supplend. neglig. Prælat. n.* 12. *Tiraquell. de retract. lign.* §. 36. *gl.* 3. *n.* 27. *Zipeus consult. Canon. ad Decretal. lib.* 3. *consul.* 6. *in princ.*

His itaque prò utraque parte consideratis, ego ad evitandam antynomiam rationum, & auctoritatum Doctorum, recurrendum esse
20. censerem ad observantiam, distinguendo inter illam præscriptivam, quæ indiget longissimi temporis cursu, & interpretativam, quæ est mitior, & contentatur paucioribus actibus, ex deductis per *Barbos. in l. post dotem num.* 47. *ff. solut. matrim.* & in puncto tradit *Card. de Luc. de benefic. d. disc.* 27. *num.* 17.

Insuper crederem valdè esse operatura verba, cum quibus concepta fuerunt concordata, & Indulta Apostolica, quæ si apparerent di-
21. recta ad Personas collatorum, facta etiam mentione Beneficiorum, concordata, & Indulta sunt merè personalia, & excludunt localitatem beneficiorum, ut firmatur in puncto per *Rot. d. decis.* 291. *num.* 11. *par.* 15. *recent.* vel in omnem casum, sunt mixta, & tunc per
22. expressionem qualitatis localis non tollitur altera qualitas personalis *Bald. in l. apud Julian.* §. *si quis alicui ff. de legat.* 1. *Rot. dec.* 239. *n.* 7. *vers. licet concurrat par.* 8. *recent.* Utq; intret concordatorum dispositio satis est concursus alterutrius ex qualitatibus localitatis, scilicèt quando
23. Collator est exterus, *Caputaq. dec.* 178. *par.* 1. & personalitatis, quando beneficium est extra Regnum juxta supradictam decisionem Mohedan. quę proindè rectè videtur conciliari cum altera Caputaquen. ex traditis per *Rot. d. decis.* 291 *num.* 14. *par.* 15. *recent.*

Accedit denique reflexio, quod quando
24. Beneficium curatum unius Diœcesis confertur ab Ordinario alterius Diœcesis, ubi beneficium non consistit, debet ædicta apponere Ordinarius loci ubi consistit, & ibidem examen erit peragendum, & postea collatio fiet ab alio
25. Ordinario, ad quem spectat, ut Sac. Congregatio Concil. Tridentin. declaravit, ad tradita per *Gonzal. ad reg.* 8. *glos.* 10. *sub num.* 31. *Paris. de resignat. lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 102.

Præterea potest hic dubitari; an Beneficiatus, sivè commendatarius Abbatiæ existentis in una Diœcesi, quæ habeat beneficia unita in aliis Diœcesibus, teneatur contribuere Seminario ejusdem Diœcesis pro iisdem beneficiis unitis, & existentibus in aliis Diœcesibus.

In quo sanè dubio negativè videtur respondendum, si quidem in collectis, quæ ratione beneficiorum fieri solent ab Episcopis pro Seminario, non comprehenduntur beneficia exte-
26. ra ex defectu jurisdictionis, quæ non potest exerceri in aliena Diœcesi, ut per *text. in Can. Episcopus* 9. *quæst.* 2. *& Can. placuit* 7. *quæst.* 1. *firmat Pignatell. Consult. Canon.* 13. *num.* 1. *tom.* 8. ubi *num.* 2. expendit *verba Sac. Concil. Trident. sess.* 23. *cap.* 18. *de reformat.* ibi *ad hanc autem pensionem solvendam &c. ab Episcopo loci per censuras Ecclesiasticas, ac alia juris remedia*
27. *compellantur* ex quibus verbis patet, quod beneficia ad hoc, ut sint obnoxia collectis, ac taxis Seminariorum debent consistere, seù esse sita intrà limites Diœcesis, in quibus Epis-
28. copus ex jure communi habet intentionem fundatam pro exercitio suæ jurisdictionis ad tex. aliàs relatum per me in *cap. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 16. & si contrarium diceretur, se-
29. queretur illud absurdum, quod una eademque jurisdictio penes duos insolidum resideret, quod rationi naturali repugnat *argum. tex. in l. possideri autem* §. *ex contrario ff. de acquir. vel amitt. possess.*

Absque eo quod dicatur in contrarium, quod Beneficia alienæ Diœcesis sint annexa Abbatiæ sitæ in ipsa Diœcesi Seminarii, sicque attendenda sit Abbatia ipsa tamquam caput, & Beneficia veluti membra; Etenim uniones
30. intelligi semper debent factæ sinè præjudicio Ordinariorum, in quorum Diœcesibus Ecclesiæ, & Beneficia reperiuntur ad *text. in cap. quia Monasterium de religios. dom.* ibiq; Doctores, & signanter *Cardinalis num.* 5. ubi quod quando Ecclesia sita in una Diœcesi unitur Ecclesiæ sitæ in altera Diœcesi, Ordinarius Ecclesiæ unitæ nil primęvi Juris amittit *Anchar. in d. cap. Monasterium num.* 3. *Abb. num.* 5. *Rot. decis.* 15. *lib.* 1. *part.* 3. *divers.*

Ex quibus etiam occurritur objectioni, quod beneficium unitum, unione subjectiva, seu incorporativa, non autem æquè principali, fit,
31. & evadit prædium Ecclesiæ, cui fit unio, nàm hujusmodi conclusio cœteroquin vera, parit suum effectum, quoad confirmationem, seù Institutionem, aut collationem, secùs verò quoad jurisdictionem, & alia Jura Episcopalia, quæ cuilibet Diœcesano salva, & inviolata

lata remanent, ut distinguendo probat *Garz. de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 52. *&* 222. *Pignatell. d. consult.* 13. *num.* 6. *tom.* 18.

32. Quæ distinctio comprobatur ex dispositione *S. Concilii Tridentini sess.* 7. *Cap.* 7. *de reformat. ibique Barbos. in collect.* in quo habetur, quod Beneficium alteri Ecclesiæ accessoriè unitum, debet visitari ab Episcopo Diœcesis, intra cujus limites reperitur, licet principalis
33. Ecclesia sit in alia Diœcesi; Undè sicuti visitare, & collectare pari passu ambulant, ut inquit *Anchar. in cap.* 1. *de Immunit. Eccles. in* 6. *Rot. decis.* 465. *num.* 1. *p.* 4. *recent.* Ità cum Episcopus unius Diœcesis nequeat visitare Beneficia extra suam Diœcesim, licèt unita Eccclesiæ sitæ intra suos limites, minùs poterit imponere collectas, ex supra firmatis. Sed dictum Jus spectat ad Ordinarium, in cujus Diœcesi sunt sita beneficia ex traditis per *Rot. coram Durano decis.* 14. *num.* 11.

Neque demum posse obstare videntur de-
34. clarationes aliquæ Sac. Congregationis Concilii relatæ à *Barbos. ad d. Cap.* 18. *sess.* 23. *num.* 21. quod scilicèt Seminario contribuere tenentur Beneficia in Diœcesi existentia, licèt habeant bona in alia Diœcesi; Quoniam non agimus hic de simplicibus bonis existentibus
35. extra Diœcesim absque alio titulo, & carentibus obligatione contribuendi, ad Abbatiam immediatè spectantibus, in quibus terminis vindicant sibi locum allegatæ declarationes, sed de bonis, quæ cum suis titulis Beneficialibus atque Ecclesiis sunt in alienis Diœcesibus, à quarum Episcopis sunt visitandæ, & collectandæ, & concludit *Pignatell. d. consult.* 13. *num.* 8. *tom.* 8.

QUÆSTIO XXVII.

ARGUMENTUM.

An alternativa acceptata per Episcopum, qui sit duarum Ecclesiarum Cathedralium unitarum Sponsus, suffragetur ei respectu Beneficiorum vacantium in utraque Diœcesi.

SUMMARIUM.

1. *Alternativa solet concedi Episcopis pro Collatione Beneficiorum.*
2. *Litteræ patentes super acceptatione alternativæ non possunt alibi fieri, quam in propria Civitate, & Diœcesi Episcopi.*
3. *Episcopus potest plura peragere extra Diœcesim, respicientia voluntariam jurisdictionem.*
4. *Alternativa conceditur Episcopis, ut resideant in propria Diœcesi.*
5. *Litteræ acceptationis alternativæ debent exprimere locum loci.*
6. *Negativa opinio videtur verior.*
7. *Litteræ patentes alternativæ differunt ab Instrumentis.*
8. *Litteræ acceptationis alternativæ datæ in loco exempto valent.*
9. *Voluntas Episcopi attenditur in acceptatione alternativæ, quando regit duas Diœceses.*
10. *Episcopo quandoque expedit acceptare alternativam pro una Diœcesi, quàm pro altera æquè principaliter unita.*
11. *Episcopus respectu duarum Ecclesiarum Cathedralium æquè principaliter unitarum repræsentat duplicem personam formalem.*
12. *Duæ Ecclesiæ Cathedrales æquè principaliter unitæ conservant Priora privilegia, & prærogativas.*
13. *Episcopus potest duas Cathedrales æquè principaliter unitas diversis legibus, & constitutionibus regere, & gubernare.*
14. *Alternativa acceptata ab Episcopo pro una Diœcesi non comprehendit Beneficia alterius Diœcesis.*
15. *Alternativa acceptata ab Episcopo in uno Episcopatu cessat per ejus translationem ad aliam Ecclesiam Cathedralem.*
16. *Intitulatio Episcopi duarum Ecclesiarum habet multas controversias.*
17. *Alternativa non conceditur, Episcopo invito, eam acceptare.*
18. *Acceptatio alternativæ nil aliud est, quàm mentis, & animi declaratio.*
19. *Acceptatio alternativæ probatur ex libris Datariæ.*
20. *Acceptatio alternativæ, quando referri valeat ad utramque Ecclesiam Cathedralem æquè principaliter unitam.*
21. *Expressio tituli unius ex duabus Cathedralibus unitis potest accipi demostrativè.*
22. *Alternativa quando dici potest acceptata taxativè pro una Diœcesi.*
23. *Adminicula valde deserviunt ad probandam voluntatem Episcopi in acceptatione alternativæ.*
24. *Acceptatio alternativæ est contractus.*
25. *Contractus regulari debet ex mente Contrahentium.*
26. *Effectus resultantes ab acceptatione alternativæ sunt plures, & diversi.*
27. *Rationes, & motiva concedendi alternativam in Pontifice sunt plura.*
28. *Residentia Episcopi requiritur, & probari debet pro gaudenda alternativa.*
29. *Alternativa non suffragatur Episcopo non residenti.*
30. *Alternativa suffragatur Episcopo etiam residenti in altera ex duabus Ecclesiis Cathedralibus, pro omnibus Beneficiis duarum Diœcesum.*
31. *Alternativa acceptata pro una tantum Diœcesi residentiam exposcit in ipsamet Diœcesi.*
32. *Alternativam amittit Episcopus non residens in illa Diœcesi, pro qua eam taxativè acceptavit.*
33. *Alternativa non debet operari contrarium effectum.*

34. *Absens dicitur ille, qui non est in loco.*
35. *Alternativa exigit naturalem, & non Civilem residentiam, & de ratione.*
36. *In Claris non est opus Conjecturis.*
37. *In unione subjectiva intitulatio, & acceptatio alternativa, refertur ad Ecclesiam pincipalem, cui fuit facta unio.*
38. *Non entis nullæ sunt qualitates.*
39. *Episcopus resideat in loco exempto suæ Diœcesis gaudet alternativâ.*
40. *Exceptio debet esse de regula.*
41. *Alternativa non potest competere Prælatis inferioribus etiam nullius.*
42. *Alternativa restricta fuit ad solos Episcopos.*

Loquutus sui supra in una ex præcedentibus quæstionibus de speciebus unionum ad diversos alios effectus exindè resultantes, modò intendo pertractare alternativam, quæ
1. conceditur Episcopis à S. Sede Apostolica, & ab eis solet acceptari, in quantum respicit collationem Beneficiorum existentium in duabus Diœcesibus unitis, & proindè prætermitto conclusiones, jam. prætactas super unione duarum Diœcesum æquè principaliter facta, seù potiùs subjectivè, de qua ad effectum denominationis, modò faciendæ per alternativam de una, vel altera Ecclesia in expeditione Bullarum Episcopi tractat fusè *Pitonius meus Collega in munere Advocationis hic in Curia in suis disceptationibus Ecclesiasticis novissimè Typis mandatis, discept. 9. per totam.*
2. Notandum primò igitur est, quod litteræ patentes rationa acceptationis alternativæ conceptæ, nullo modo confici possunt, nisi fiant in propria Civitate, vel Diœcesi, & licèt
3. Episcopus de jure communi possit extra propriam Diœcesim plura peragere, quæ respiciunt voluntariam Jurisdictionem, de quibus etiam in aliquibus ex præcedentibus quæstionibus ego pertractavi, & mentionem facit *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 62. ex num. 1. ad 19.*

Attamen speciale est in acceptatione alternativæ mensium, ut Episcopus designet locum, & Civitatem suæ Diœcesis, & ratio potissima
4. ea esse videtur, quia fundamentum concessionis alternativæ consistit, ut Episcopi invitentur ad residendum in suis Civitatibus, & Diœcesibus respectivè, ut prosequitur *Gonzal. d. gloss. 62. num. 20.*

Secundò quæri potest, utrum in ipsis litteris acceptationis alternativæ sit apponendus locus loci, veluti in tali domo, seù loco Civitatis, vel Castri suæ Diœcesis, & pro affirma-
5. tiva opinione videtur valdè congrua decisio *Rotæ 6. de fide Instrum.* in antiquis dicens, quod in Instrumentis sit apponendus locus loci *Bart. in l. de pupillo §. qui nunciat num. 2. & 3. ff. de nov. oper. nunciat. Abb. in cap. 1. sub. num. 3. &* ibidem additionator verbo locus *de fid. Instrum. & tradunt Roland. à Valle cons. 38. num. 7. lib. 1. Rebuff. in tom. 1. Constitut. Franc. art. 4. gloss. 2. num. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 84. num. 2. Cæsar. de Grass. decis. 1. num. 9. de dolo, & contum. Caputaquen. decis. 98. p. 2.* & facit etiam *text. in Clement. 1. §. non itaque de Jure jurand. ibique Vitalin. num. 16.*

6. Ego tamen amplector negativam opinionem cum *Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. d. gloss. 62. num. 25.* ubi tradit, quod regula loquens de dicta alternativa, nullum verbum facit de hujusmodi insertione locali, addita quoque
7. reflexione, quod hujusmodi litteræ patentes differunt valdè ab Instrumentis, *& num. 27.* affirmat, quod etiamsi illæ datæ fuerint in loco
8. exempto Diœcesis, adhuc validæ erunt, ex rationibus fuso calamo per ipsum adductis in *gloss. 43. ex num. 187. cum sequentibus.*

His sic animadversis, est certum, quod si aga-
9. tur de duabus Ecclesiis Cathedralibus æquè principaliter unitis cum suis Diœcesibus, quæstio alternativæ respectu Beneficiorum vacantium in utraque Diœcesi, est potius facti, & voluntatis, quàm Juris, quid scilicèt Episcopus ambarum Sponsus facere voluerit; Quando enim apparet de voluntate acceptandi alternativam pro una Diœcesi tantùm, & non pro altera, de potestate non est dubitandum;
10. quoniam expedire potest illam acceptare potiùs pro una Ecclesia Cathedrali ejusque Diœcesi, & non pro altera, ut observat *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 58. num. 22. Card. de Luc. de Benef. disc. 19. num. 5. & 6.* ubi adducit irrefragabilem rationem per eum consideratam in aliis suis discursibus, & per me firmatam in præcedentibus quæstionibus, quod in materia duarum Cathedralium unitarum æquè principali-
11. ter sub uno Episcopo; Iste in persona materialiter considerata dicitur unus, sed habetur pro duabus formalibus personis respectu ambarum Diœcesum, quæ diversæ reputantur, ad plures etiam alios effectus, quorum ego jam memini, cum utraque Ecclesia Cathedralis
12. æquè principaliter unita, non amittat sua pristina privilegia, sed remanet in ejus primævo esse cum omnibus prærogativis, & in specie
13. quod idem Episcopus possit duas Diœceses ita unitas cum diversis legibus, & constitutionibus gubernare, itaut leges ædite pro una non afficiant alteram, probat idem *Card. de Luc. de præeminent. & de jurisdict.* ut recenset in *d. disc. 19. num. 8. de Benefic. & tradunt Alex. cons. 114. num. 19. lib. 4. Socin. Cons. 79. num. 24. lib. 4.*

Adeòque probata voluntate ipsius Episcopi
14. acceptandi alternativam pro una Diœcesi, non est cur sub ea cadant Beneficia vacantia in altera Diœcesi, prout à simili videmus practi-
15. cari, quod si unus Episcopus acceptavit alternativam, & postmodum ipsemet Episcopus transferatur, vel promoveatur ad alium Episcopatum

patum, Archiepiſcopatum, vel Patriarchatum,
quod talis acceptatio ceſſat, & extinguitur per
hujuſmodi translationem, & ſi vult uti alter-
nativâ in novo Epiſcopatu, iterum illam acce-
ptare debet; nàm ex natura rei, ac ratione ma-
teriæ ſubjectæ, prima acceptatio fuit limitatio
in mente Epiſcopi, quando eſt ſponſus duarum
Cathedralium etiam præſcriptivè ratione unius
Diœceſis dari poteſt, exclusâ alterâ, ſicuti per
translationem, vel promotionem ceſſat acce-
ptatio alternativæ *l. in agris ff. de acquir. rer.
dom. l. age cum Geminiano Cod. de trnſact. Bald.
in l. ad probat. num. 8. Cod. locat. & in puncto
animadvertit Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſs. 58.
num. 21.*

Difficultas autem in caſibus occurrentibus
eſſe poteſt, quomodò probetur voluntas accep-
tandi alternativam potiùs pro una Diœceſi,
quàm pro alia unita æquè principaliter, & pro
tenui facultate mea nullam certam regulam
16. poſſum in hoc tradere, cum quæſtio intitula-
tionis reſpectu Epiſcopi, non levis ſit momen-
ti, ut inquit modernus *Pitonus d. diſcept. 9. in
principio*, ubi diffusè exindè, ut ſupra præno-
tavi, dictam materiam examinat, & quemadmo-
17. dum acceptatio alternativæ eſt voluntaria,
& nemo Epiſcopus invitus illam acceptare te-
netur, ut obſervat *Gonzal. ad regul. 8. Cancell.
gloſ. 58. num. 1.* & acceptatio alternativæ nil
18. aliud eſt, niſi mentis, & animi declaratio, ut
proſequitur mox citatus *Doctor. in d. gloſ. 58.
num. 24. Covarr. var. reſolut. lib. 3. Cap. 16.
ſub num. 4. Rot. deciſ. 19. num. 2. de præbend.
in antiq.* Ita acceptatio alternativæ ab Epiſco-
19. po facta probatur ex libris Datariæ, quibus
eſt deferendum, ut teſtatur in puncto *Rot. co-
ram Roxas deciſ. 373. num. 3. Coram Buratt. de-
ciſ. 888. num. 3. & deciſ. 349. num. 1. par. 3.
& deciſ. 205. num. 2. part. 4. & deciſ. 108. n. 4.
part. 11. recent.*

Propterea ſi ex dictis libris appareret parti-
ta deſcripta tali modo *Die 9. Novembris 1623.
Marianen. Julius de Puteo Epiſcopus*, licèt non
20. fuerit danominata Eccleſia Accien. unita
æquè principaliter, adhuc ſub tali aceptatione
Alternativæ comprehenditur utraque Diœce-
ſis, quæ reſpectu ipſius Epiſcopi unica reputa
tur ad *text. in Cap. & temporis qualitas 16.
quæſt. 1. Cardinal. Zabarell. in Clement. 2. ſub
num. 3. Rot. coram Caval. deciſ. 418. num. 3. cum
aliis in puncto allegatis per Rot. d. deciſ. 108.
num. 6. part. 11. recent. ubi num. 7.* affert opti-
mam rationem, quod expreſſo ſolius tituli,
unius ex duabus Cathedralibus unitis, actum
21. illum acceptationis reſtringere non poteſt,
ſed facta cenſetur, vel ratione præeminentiæ,
vel demoſtrativè, non autem taxativè, ut di-
ctum fuit in *Cæſaraugustana Beneficii de Tauſte 14.
Novembris 1586. coram Platto relata per Garz.
de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 706. Puteus deciſ.
432. num. 3. lib. 1. in correct. Rot. coram Roxaſ.
d. deciſ. 373. num. 4.*

Si verò partita in libris Datariæ legeretur
22. ità concepta *Julius de Puteo Epiſcopus accepta-
vit alternativam prò Eccleſia Marianen. die 11.
Novembris 1632.* hoc in caſu alternativà poſ-
ſet dici reſtrictivè acceptata pro una tantum
Diœceſi, ut præſupponitur ex firmatis per *Rot.
in d. deciſ. 108. num. 6. par. 11. recent.* & con-
cludit. *Card. de Luc. qui in Cauſa ſcripſit diſc. 19.
num. 9. de Beneficiis.*

Cœterum voluntas Epiſcopi acceptandi al-
23. ternativam potiùs pro una Diœceſi, quàm pro
altera, vel pro utraque Eccleſia Cathedrali,
benè quoque deſumitur ex aliis adminiculis,
ſeu actibus ſubſequentibus geſtis ab eodem
Epiſcopo, de quibus *d. Card. de Luc. de Beneſic.
in eodem diſc. 19. ex num. 11.* Immò ſubſequu-
ta obſervantia multum deſervit; cum in con-
24. tractibus eſt acceptatio alternativæ ad tradi-
ta per *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 43. num. 106. &
ſequ. gloſ. 58. num. 14. Mandoſ. Conſ. 18. num. 8.
Rot. Coram Bich. deciſ. 494. num. 6.* inſpicien-
da potius eſt mens contrahentium, quàm ver-
25. ba ad *text. in l. ſi uno ff. locat. Bald. in rubr.
Cod. de Jur. emphit. Surd. Conſ. 243. num. 2.
Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 2. num. 20. & pro-
ſequitur Rot. Coram Bich. d. deciſ. 494. num. 7.*

Effectus indè reſultantes ex hujuſmodi ac-
26. ceptatione alternativæ prò conferendis Bene-
ficiis, facta diſiunctivè ſcilicet pro una tantum
Diœceſi, aut copulativè pro utraque Eccleſia
Cathedrali unita æquè principaliter ſunt plu-
res, & diverſi.

Sed præmittendum eſt pro clariori intelli-
27. gentia, quod quidquid ſit de quidditate ra-
tionis, aut de mente legis, & undè Pontifex
primariò motus fuerit ad concedendam Epi-
ſcopis alternativam, an per viam contractus,
ſeu potius per modum permutationis, vel de-
niquè ex motivo gratiæ, ſuper quibus omni-
bus longam aſſumpſit indaginem pro eruenda
veritate *Doctus Lotterius de re benefic. lib. 2.
quæſt. 40. ex num. 1.* cum pluribus ſequentibus.
28. Eſt certum quod, ut Epiſcopi gaudere va-
leant dictâ alternativâ reſidere debent, & il-
lorum reſidentia probari debet ex traditis per
dictum *Lotter. in eodem quæſt. 40. num. 37.*
& probat *Gonzal. de reg. 8. cancell. gloſ. 41.
29. num. 10.* Immò alternativa non ſuffragatur
Epiſcopo non reſidenti ex notatis per dictum
Gonzal. gloſs. 43. num. 1. ubi fuſiùs notat quo-
modo hoc verbum *reſidere* ſit intelligendum,
& accipiendum, undè ad illam poteris recur-
rere, cum inibi per eum adducta non confe-
rant noſtro Tractatui preſentis quæſtionis.

Dico tamen in ſubjecta noſtra theſi, quod
ubi Epiſcopus acceptavit alternativam pro am-
babus Eccleſiis unitis, quibus præſidet, & quæ
reſpectu ipſius habentur pro unica Diœceſi,
ſive reſideat in hac, vel in illa, talis reſiden-
30. tia diſiunctiva, & pro ejus libito habita, & be-
nè ſuffragatur, pro omnibus Beneficiis confe-
ren-

rendis licèt ista consistant in una, vel altera Diœcesi, ubi actualiter non resideat, *Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 705.* & firmat *Rota coram Roxas d. dec. 373. num. 6. & dec. 208. nu. 6. par. 11. & decis. 291. num. 8. & 9. par. 15. recent.*

Secùs autem crederem esse dicendum, quando Episcopus taxativè acceptavit dictam alternativam, pro una tantum Diœcesi, seu ra-
31. tione unius Ecclesiæ Cathedralis, quæ sit unita alteri, nàm tunc residentia absolutè, & privativè fieri debet in illa Diœcesi, pro qua dicitur acceptata alternativa, itaut si pro libito resideret in altera Diœcesi, proùt potest quoad alios effectus, & daretur vacatio Beneficii in mensibus alternatis, quod situm reperiretur in dicta Diœcesi, pro qua concessa fuit
32. alternativa, ista ex capite non factæ residentiæ in præciso loco, idem Episcopus privaretur per ea, quæ tradit *Cochier. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. num. 3. Tondut. quæst. benefic. p. 2. cap. 3. §. 8. num. 27.* ubi quod pro fruendo privilegio alternativæ, requiritur, quod verè, & realitèr, & non fictè Episcopus
33. resideat; aliàs alternativa concessa, ut Episcopos ad residendum invitet, operaretur contrarium effectum contra intentionem Papæ, ut benè considerat *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 43. num. 114.* & facit *text. in l. non omnis ff. si cert.*
34. *petat. Cap. quia intentionis de Privileg.* sicque absens semper dicitur ille, qui non est in loco, in quo petitur *ad text. in l. absentem 199. ff. de verbor. significat.* & in proposito nostro considerat *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 40. num. 96. & 99.* ubi subjungit, quod alterna-
35. tiva respuit illam civilem residentiam, & omninò exigit naturalem, veramque residentiam in loco præciso, & ratio est, quia, ut supra consideratum fuit, alternativa se habet per modum contractus initi cum Pontifice concedente, & contractus non debet claudicare, quinimmò Papa circa hujusmodi contractum utitur Jure privatæ Personæ, ut benè relatis authoritatibus firmat præcitatus *Lotter. de re benefic. d. quæst. 40. num. 70. 71. 72.*

Hincque parùm potest opitulari Episcopo, acceptanti alternativam pro una Diœcesi, illa juris conclusio in præcedentibus admissa, & firmata authoritate Rotæ Romanæ, atque multiplici Doctorum Calculo roborata, quod duæ Ecclesiæ Cathedrales æquè principaliter unitæ, dicantur, & habeantur respectu ipsiusmet Episcopi pro unica Diœcesi, & ipse in qualibet parte Diœcesis possit pro libito residere, siquidẽ hæc conclusio est verissima, & consideranda in aliis circumstantiis, in quibus illam proponunt Doctores juxta singulorum casuum præcipuas qualitates, aliàs si indifferenter esset quoque accipienda in hoc casu, de quo loquimur, malè per Rotam dictum fuisset, quod recurrendum sit ad Libros Datariæ Apostolicæ pro elicienda voluntate Episcopi acceptantis alternativam juxta partitas descriptas, ut suprà notavi, & perperam quoque loquutus fuisset *Gonzalez.* celebris interpres regularum Cancellariæ, quando in *gloss. 58. num. 22.* asserit, plerumque contingere, quod utile sit Episcopo uti alternativâ quoad unam Diœcesim, & quoad aliam consultiùs ei fore, quatuor mensibus anni frui ex variis causis, & occasionibus; Immò *regula 9.* Cancellariæ in subjecta materia loquitur per hæc præcisa verba. *Insuper declaravit, quod si idem Episcopus pluribus Ecclesiis quomodocumqua unitis ex Apostolica concessione, & dispensatione quomodocumque præsit, teneatur hujusmodi alternativæ gratiam, quatenùs ea potiri velit utriusque Ecclesiæ nomine*
36. *explicitè acceptare, aliàs illi non suffragatur &c.* unde cum hęc verba sint adeo clara nulla indigent interpretatione *ad tex. vulg. in l. ille aut ille ff. de legat. 3.*

Cœterum si una Ecclesia Cathedralis uni-
37. retur subjectivè alteri, per quam speciem unionis perdit omnes prerogativas, & fit prædium, seù membrum illius Ecclesiæ, cui fit unio ex vulgatis juribus per me congestis in præcedentibus quæstionibus, in hoc casu materialiter quoque consideratur pro unica Diœcesi, & tunc neque potest cadere dubium nec super intitulatione Episcopi, qui semper denominatur illius Ecclesiæ Cathedralis, cui fuit facta unio subjectiva, ex traditis per *Piton. discept. 9. num. 3.* nec super acceptatione alternativę potius pro una, quàm pro altera Ecclesia, cum illa subjectivè unita non censeatur amplius ad quoscumq; effectus, esse in rerum natura ex re-
38. gula Juris, quod non entis nullæ sunt qualitates *ad text. in l. ejus qui in provincia ff. si certum petatur.*

Non prætermitto tamen hic adnotare, quod cum Episcopus acceptans alternativam debeat residere in sua Ecclesia, vel Diœcesi, nùm si de tempore vacationis Beneficii, ipse fuerit in aliquo loco exempto ejusdem suæ Diœcesis, dicatur in propria Diœcesi residere ad effectum, ut gaudere valeat alternativâ in illa provisione.

Hunc articulum, deducendo rationes super
39. qualitate loci exempti, examinat *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 43. ex num. 180. & num. 187.* tuetur affirmativam opinionem, cui ego quoque adhęreo, ex illa ratione aliàs per me adductâ, quod locus exemptus dicitur esse in Diœcesi, & probatur per *text. in cap. cum Episcopus de Offic. ordin. lib. 6.* dum loquens exemptum, & frustrà impetraretur exemptio, si non esset in Diœcesi, immo illa istam supponit,
40. cum exceptio debeat esse de regula *ad text. in l. nam quod liquidè §. final. ff. de pæn. legat.* & notat *Bart. in l. quæsitum §. denique ff. de fund. Instruct. Deciuf. conf. 656. num. 6. Gonzal. d. gloss. 43. num. 187.*

Demùm pro coronide hujus quæstionis affir-

41. firmo, quod Jus iſtud alternativæ competere nequit Capitulo, nec Archidiaconis, aut aliis inferioribus Collatoribus, quibus jus conferendi ſpectaret ex privilegio, ſtatuto, vel conſuetudine ex traditis per *Tondut. quæſt. Benefic. p. 2. cap. 3. §. 8. num. 25. & 26.* & conſequenter neq; dictam alternativam poſſunt prætendere Abbates habentes Territorium Separatum, & ſint nullius, cum licèt in multis aliis prærogativis æquiparentur Epiſcopis, & veniant appellatione Diœceſani, attamen *regula* 9. Cancellariæ loquitur cum dictionibus taxativis ibi, & *ipſis dumtaxat* ſcilicèt Epiſcopis, ſicque talia verba excludant omnes alios inferiores Epiſcopis, ut firmat *Lotter. de re benefic. lib. 2 quæſt. 40. num. 120.* & dixit *Rot. coram*
42. *Coccin. deciſ. 51. num. 1.* & quod Sixtus V. reſtrinxit alternativam ad ſolos Epiſcopos, immutatâ formulâ antiquâ, firmavit pariter *Rot. coram eodem Coccin. deciſ. 1545. num. 9.*

QUESTIO XXVIII.

ARGUMENTUM.

An confraternitates Laycorum olim erectæ in aliquibus Eccleſiis Regularium poſſint, illis relictis, ſe transferre ad alium locum ſeparatum, & quid dicendum de ſupellectilibus ſacris, & incidenter quoque de tranſitu unius Religioſi, ſeu Monialis de uno Conventu ſeù Monaſterio, aut Religione in aliam, an operetur effectum etiam quoad bona temporalia pertinentia ad tranſeuntem.

SUMMARIUM.

1. *Confraternitates Laycæ ſunt voluntariæ, & neminem obligant, & poſſunt transferri de loco ad locum.*
2. *Manutentio non debetur Religioſis contra Confratres, qui volunt diſcedere ab eorum Eccleſia.*
3. *Unumquodque diſſolvitur eo modo, quo ligatum fuit.*
4. *Actus facultativi nullam inducunt neceſſitatem, & obligationem.*
5. *Eccleſia tantùm Matrix habet intentionem fundatam ſuper ſubjectione aliarum Eccleſiarum inferiorum, & aliæ Eccleſiæ debent hoc probare.*
6. *Confraternitas poteſt diſcedere ab una Eccleſia, & ſe transferre ad aliam.*
7. *Confraternitas non gaudet privilegio Eccleſiæ, in qua erecta reperitur.*
8. *Collegium quando dicatur obligatum loco.*
9. *Religioſus habet conjunctionem inſeparabilem cum Monaſterio, cui ſe addixit.*
10. *Confraternitas poteſt liberè diſcedere, & etiam pro libito dimitti.*
11. *Confraternitas quouſq; durat, habet largo modo conjunctionem cum Eccleſia.*
12. *Supellectilia Sacra ſunt reſtituenda Confraternitati diſcedenti ab Eccleſia.*
13. *Supellectilia Sacra nequeunt alienari, nec converti ad uſus prophanos.*
14. *Altari qui inſervit, de Altari vivere debet.*
15. *Annua præſtatio dari ſolita à Confratribus, Religioſis refertur ad illorum ſervitium actuale.*
16. *Ceſſante Cauſa præſtationis annuæ, ceſſat & præſtatio.*
17. *Religioſus quando, & quomodo tranſire valeat de una in aliam Religionem.*
18. *Licentia tranſeundi de ſtrictiori religione ad latiorem debet obtineri à Sede Apoſtolica.*
19. *Superiores Religionum poſſunt concedere licentiam tranſeundi de latiori religione ad ſtrictiorem.*
20. *Bona Religioſi, vel Monialis in caſu tranſitus, cui Monaſterio applicari debent, vide relativè.*

SÆpè contingit, quod ex motivo devotionis erga aliquem Sanctum, vel aliis de cauſis, erigantur Congregationes, ſeù Confraternitates Laycorum habentes proprium, & Separatum Oratorium, in Eccleſiis Regularium, prout plures reperiuntur erectæ in Civitate Veliterna mea patria, quæ olim fuit Civitas inſignis Volſcorum Octaviæ gentis origine nobilitata, ut in vita Auguſti teſtatur Suetonius; Et plerumque etiam accidit, quod inter Regulares, & dictos Confratres Laycos oriantur diſſentiones, & controverſiæ, ſicuti cecinit *Juvenal. ſatyr. 15.*

Inter finitimos vetus atque antiqua ſimultas.

Quarè volentibus Confratribus Laycis diſcedere ab una Eccleſia, & ſe transferre ad alium locum religioſum prorsùs ſeparatum, poſſet de pluribus dubitari, & primò, an id facere liceat dictis Confratribus, ſecundò, an ipſi valeant repetere ſupellectilia Sacra aliaque bona primæ Eccleſiæ elargita, tertiò, an facta translatione de una in aliam Eccleſiam debeant, & cogi poſſint ad ſolvendum illis primis Regularibus annuam illam præſtationem dari ſolitam prò celebratione Miſſarum.

Quoad primum dubium concernens poteſtatem ſe transferendi, & diſſolvendi confraternitatem erectam in prima Eccleſia regulari,
1. cenſeo poſſe affirmativè reſponderi, quia tales Canfraternitates Laycæ neminem obligant, & ſunt merè voluntariæ, *Tondut. quæſt. beneſi. Cap. 43. num. 3. p. 1.* ergo hujuſmodi actus translationis nequit Confratribus impediri; adeout petentibus Religioſis contra eos
2. manutentionem, non debet per Judicem concedi, ex traditis per *Surd. conſ. 127. num. 81. & 82. in puncto Capon. diſcept. forenſ. 345. num. 2.*

Eâ potiſſimùm concurrente ratione, quia cum

cum ab hominum libera voluntate fuerit dependens prima erectio Confraternitatis, utique eisdem liber permittitur discessus, non solùm ex communi adagio, quod unum-
3. quodque solvitur eo modo, quo ligatum est,
4. sed etiam quia actus in origine facultativi nullam inducunt necessitatem, neque obligationem permanendi ex firmatis per *Rot. decis.* 469. *num.* 2. *p.* 19. *tom.* 2. *recent.* sicuti in proximis terminis absolutum est in Jure, quod
5. nulla Ecclesia, (excepta matrice, seu Cathedrali) potest fundare intentionem suam in subjectionem aliarum Ecclesiarum inferiorum, nisi quatenus illam probet ex jure speciali, vel præscriptione desumpta ex *text. in Cap. dilectus 2. de Cappell. Monach.* ubi communiter Canonistæ, & approbata per *Rot. decis.* 552. *num.* 11. *p.* 5. *d. decis.* 469. *num.* 1. *p.* 19. *tom.* 2. *recent.* &
6. in nostris individualibus terminis, quod totum ipsum Confraternitatis corpus possit liberè recedere ab illa Ecclesia, ad quam accedere consueverat, probat *Capon. d. discept.* 345. *num.* 3. *tom.* 5. *Natt. cons.* 62. *num.* 2. qui
7. propterea concludit, Cofraternitates istas non gaudere privilegio præcedentiæ, quo fruitur Ecclesia, in qua sunt institutæ, cum non sint illius membra, & *Paulus de Castro cons.* 50. *num.* 3. *vol* 2. dicit ex hac Causa tales Confraternitates posse liberè alibi transitum facere *Rot. coram Coccin. decis.* 472. *num.* 7.
8. Solumque quando persona est obligata loco, & inserta loco, sicuti sunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis, seu Collegiatæ, tunc Collegium est in Ecclesia, & Ecclesia inest Collegio, & unum Corpus faciunt, ut in *cap. re-*
9. *quisisti* 15. *de testam.* eodemque modo inter Religiosos professos, & Monasterium est inseparabilis conjunctio *Cap. sicut de Jur. jurau. Can. qui vero* 16. *quæst.* 2. *& prosequitur. Capon. d. discept.* 345. *sub num.* 3.

Secùs autem in istis Confratenitatibus, quæ
10. possunt ad libitum discedere, & pro libito dimitti ab Ecclesiasticis personis illius Ecclesiæ, in qua erectæ fuerunt, cessantibus conventionibus particularibus *Rot. coram Coccin. d. decis.* 472. *num.* 8. ex ratione quia constituunt Collegium personale, non reale naturale, seu necessarium, cum nullam habeant cum Ecclesia conjunctionem, sed per se considerentur; benè verum est, quod durante Confraternitate, adest quædam spiritualis conjuctio inter ipsam, & Eccle-
11. siam largo modo sumpta, quemadmodum Suburbia dicuntur pars Civitatis, seu Castri, cui adhęrent *Soc. jun. cons.* 65. *n.* 68. *lib.* 1. *Calcan. consil.* 90. *n.* 10. *Spada cons.* 11. *n.* 8. *& cons.* 45. *n.* 18. *lib.* 1. *Rot. d. dec.* 469. *n.* 8. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.*

Quatenus attinet ad secundum dubium, fir-
12. manda est conclusio, quod vasa argentea, aliaque supellectilia, dictæ Confraternitati discendenti, sint restituenda; cum numquam fuisse dicantur in dominio Religiosorum, & licèt non videantur facta contemplatione personarum, sed Ecclesiæ *Mascard. probat. conclus.* 965. *nu.* 2. tamen quia Cappella, & Confraternitas transit ad alium locum Sacrum, seu religiosum, ad eum debent transferri quoque dicta supelle-
13. ctilia Sacra, quæ dumtaxat uti talia non possunt alienari, vel converti ad usus prophanos, ut notat *Capon. d. discept.* 345. *sub num.* 6.

Demum respectu ultimi, seu tertii dubii concernentis annuam prestationem, quæ dabatur à Confratribus, dictis Religiosis, est animadvertendum ad illam regulam, quod qui Altari
14. inservit, de Altari vivere debet, ut notat *Sanchez in Opusc. lib.* 4. *Consiliorum Moralium cap.* 3 *dub.* 11. Sicq; dicta annua pręstatio refereñda est
15. ad servitium illud, quod personaliter quoque pręstabant Religiosi, ergo cessante Causa talis pręstationis, cessabit ipsa præstatio, re-
16. spectu primi Monasterii, seu Ecclesiæ Regularis, in qua erat Oratorium Confraternitatis erectæ ab initio, ut benè examinato articulo probat *Tondut. quæst. Benefic. d. cap.* 43. *ex n.* 14. *ad finem par.* 1.

Descendendo modò ad articulum transitus Religiosi de una in aliam Religionem, possent
17. subalternari plures, & diversi dubii, quomodo facienda sit, quibus de Causis, & cum qua licentia, & quibus personis concedi soleat; sed cum de his omnibus latè, & doctè pertractaverit *Barbos. de Jur. univ. Eccles. cap.* 42. *par.* 1. ubi omnes Doctores tàm Claustrales, & Moralistas, quàm Sæculares, & Canonistas methodicè congerit, etiam ad sensum Sac. Congregationis Concilii Tridentini, & Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, quibus in hac materia transitus recurrendum est, ad præfatum *Barbosam* poteris in particularibus casibus benigne lector recurrere.

Hoc unum breviter adnotare hic curavi; quod quamvis inter scribentes ante Concilium Tridentinum, opinionum diversitas habeatur super ista facultate concedendi licentiam transitus; Attamen quæstio sopita fuit per Decre-
18. tum dicti *Concilii sess.* 25. *de Regular. cap.* 19. quod scilicèt, ubi agitur de transitu à strictiori ad laxiorem Religionem, tunc soli potestati Pontificis id reservatum sit; remanente facultate aliorum Superiorum, seu, ut ita dicam
19. Pręlatorum inferiorum cujusvis Religionis diversæ, in casu transitus à laxiori ad strictiorem, ut per *Navarr. Cons.* 63. *de Regular.* atque agendo in specie de Cardinali Protectore habetur apud *Gratian. discept.* 434. *num.* 21. & succincte notat *Card. de Luc. de regular. disc.* 37. *num.* 2. *& disc.* 38. *num.* 5. *& discep.* 39. *per totum*,
20. loquitur etiam de bonis temporalibus, quæ pertinent ad Religiosum, vel Monialem transeuntem, an & cui Monasterio, seu Conventui competere possit retentio, seu nova acquisitio, quam quæstionem, relatis concordantibus, & more collectoris examinat quoque prę-

prçcitatus *Barbos. d. cap.42. ex num.91. ad 97.*

QUÆSTIO XXIX.

ARGUMENTUM.

An, & quomodo Monasteria inter se distinguantur, quorum Abbates regulares, & alii Sæculares, in Cardinalitia tamen Dignitate constituti, quibus per S. Sedem Apostolicam commendata fuerunt, nonnulli habent Territorium Separatum, nonnulli actu litigant pro illo conservando, & nonnulli sperant illud obtinere privativè quoad Episcopos.

SUMMARIUM.

1. *Monachi extiterunt tẽpore antiquo, & ab initio Ecclesiæ Catholicæ, qui vocabantur Cœnobitæ.*
2. *Paulus primus Eremita initium dedit Monachis.*
3. *Divus Antonius Abbas Ægiptius sibi socios addixit.*
4. *Regularium Ordinum Institutio quando incepit.*
5. *Ordines Regulares duo verè fuerunt, ex quibus Cœteri profluxerunt.*
6. *Divus Basilius Magnus instituit Ordinem in Oriente, & fuit author aliorum.*
7. *Divus Benedictus fuit author plurimorum Ordinum in Occidente.*
8. *Ecclesia Cassinensis habuit primo loco Episcopos.*
9. *Post accessum S. Benedicti ad dictam Ecclesiam, seu Montem Casinum, non fuit amplius in ea aliquis Episcopus.*
10. *Abbates Cassinenses semper gavisi sunt Jurisdictione quasi Episcopali cum Territorio Separato.*
11. *Archivium Cassinense facit publicam fidem, & vim scripturis tribuit.*
12. *Congregatio Benedictina in Italia priùs nuncupabatur S. Justinæ de Padua, hodie dicitur Montis Casini.*
13. *Pontifices multa privilegia concesserunt Congregationi Cassinensi cum exemptione amplissima à quocumque Ordinario.*
14. *Ordo S. Benedicti habet alias Congregationes ultramontanas extra Italiam inter se independentes, & referuntur remissivè.*
15. *Monasteria multa in Germania reguntur de per se cum proprio Abbate.*
16. *Privilegia concessa uni Congregationi non extenduntur ad aliam.*
17. *Exemptio generalis concessa Monachis regularibus perperam tribuitur Divo Gregorio Magno, & de ratione, num. 19.*
18. *Monachi de Jure Communi sunt Episcopis subjecti.*
20. *Plures Monachi habent Territorium Separatum cum qualitate nullius, & plures Abbatiæ solent commendari.*
21. *Abbas prætendens Territorium Separatum, illud concludenter probare debet.*
21. *Territorium Separatum, quid importat favore Abbatis.*
22. *Institutio authorizabilis Parocorum pertinet ad Episcopum privativè.*
23. *Clausula* plœno jure *potest aliquandò, concurrente observantia, importare etiam exemptionem passivam, & activam.*
24. *Exemptio activa secum fert facultatem in Abbate committendi Curam animarum in Parochia sibi unita.*
25. *Ab exemptione passiva non infertur ad exemptionem activam.*
26. *Abbates regulares differunt ab Archidiaconis, & aliis Prælatis inferioribus Sæcularibus.*
27. *Favore Abbatum regularium in dubio Capienda videtur interpretatio concurrente observantia.*
28. *Exercitium jurisdictionis activæ, quandodubitari potest fuisse intrusivum.*
29. *Episcopus residens in eadem Civitate, ubi residet Abbas regularis, non potest allegare ignorantiam.*
30. *Abbas potest præscribere adversus Episcopum actus jurisdictionales.*

PRætermissa altiori indagine quomodo tempore Apostolorum vivebatur inter Christi fideles, cum omnium credentium *esset cor unum, & anima una*, ut legitur in actibus Apostolorum, non est dubium sicut etiam habetur *act. 8.* quod cum Judei lapidassent B. Stephanum *facta est in illa die persecutio magna in Ecclesia omnes dispersi sunt per regiones Judeæ & Samariæ præter Apostolos*. Quamobrem, declinandæ persecutionis causa, cœperunt Fratrum Conventus, & diversicula institui; legi-
1. tur namque in Alexandrina Ecclesia, Monacorum extitisse Cœnobia, qui Cœnobitæ dicebantur, quique vivebant communiter in Cœnobiis, ut refert *Cassiodor. lib. 2. de Institut. Monach. Hyeron. plat. lib. 2. de bono statu cap. 21. Carol. Tapia in auht. ingressi verb. Monasteria cap. 1. num. 26. Cod. de Sacros. Eccles. Mirand. in manual. Prælator. tom. 1. quæst. 3. art. 4. in princ.*

Deindè Paulus quidam Tebanus initium
2. Monachis, qui usque ad hæc nostra tempora perdurarunt, dedisse videtur, ut colligitur ex *Divi Hyeron. Epistol. ad Eusthoch. de custodia virginitatis. Nicephor. lib. 8. Histor. Eccles. cap. 41. Canal. decade 1.* ubi de *S. Paulo primo Eremita pag. 260.* Antonius quoque Ægiptius eodem tempore idem vitæ genus instituens,
3. cum post dictum Paulum supervixisset, socios sui instituti habuit, & multorum Monachorum Abbas fuit *Carol. de Tapia in d. authent. ingress. Cod. de Sacros. Eccles.*

Cessante verò persecutione proximioribus,
4. itaut liceret Christum publicè confiteri, & permissum fuisset à posterioribus Imperatoribus; Ecclesias, & Monasteria construi, cœpit

Regularium Ordinum institutio, quorum Cathalogus refert ex nostris Juris Consultis *Barbos. de Jur. Eccles. univ. p. 1. cap. 41. ex num. 21. cum. seq.*

Sed quatenùs attinet ad nostrum Tractatum, qui deservire debet Abbatibus, vel ha-
5. bentibus, vel prætendentibus Territoria Separata, selegi duos fuisse primordiales Ordines regulares, ex quibus ferè omnes alii profluxerunt, distinctis tamen nominibus, ut videre est apud præcitatum *Barbosam de quibus, ut supra mox notavi* ipse singillatim mentionem
6. facit, & signanter exorditur à S. Basilio Magno, qui author fuisse dicitur in Orientali plaga, ubi duriorem illum antiquorum Monachorum ritum ab omni humana societate alienum, & subducto usu carnium, in solo herbarum pastu ferè cum Belluis communem, ad meliorem formam redègit, magisque Religioni congruentem; Sicque scriptis Monachis dedit regulam, & pro eorum majori instructione, & fæliciori gubernio, sanctissimas leges condidit, & Ordinavit, itaut postmodum Beatus Augustinus in Africæ partibus, & in Palestina Hyeronimus Monasteria quoque construxerunt.

7. Alterum ex dictis Institutis in occidentali Ecclesia seù regione, fundavit Sanctus Benedictus, atque plura Monasteria erexit, cum multi ad eum Discipuli quotidiè confluerent; Sed postquã diù latuisset in spelunca Sublaci,
8. accessit ad Ecclesiam Montis Casini, quæ licèt antea habuisset Episcopum, & præcipuè Severum, qui interfuit *Concilio Lateranensi sub Felice* III. *Pontifice celebrato anno* 487. *ut ex tom. 2. Conciliorum pag.* 420. deindè postquam transivit ad dictum montem dictus S. Bene-
9. dictus scilicet de anno 529. nullus ampliùs præter Monachos Cassinenses, Episcopus ibi fuit deputatus, & jure quidem meritò, successivis temporibus, Abbates Cassinenses
10. quamvis non essent Episcopi, jura tamen Episcopalia, & omnimodam Jurisdictionem exercuerunt, & Diœcesim habuerunt, ut tradit Cronologicè *Capon. discept. forens. 79. num. 2. & 3. tom. 2.* & affert authoritatem *Rotę dec. 264. coram Merlino* ubi Rota affirmat, Abbatem Cassinensem habere Jurisdictionem Episcopalem, distinctum Territorium, & Archivium
11. illius publicam fidem facere, & vim scripturis tribuere, tamquam publicis, Ecclesiamque esse veram Cathedralem, & Episcopalem sicque Abbas subjectus tantummodò dicitur S. Sedi Apostolicæ; immo ex dicto Archivio Cassinensi *Cardinalis Baronius de litteraria republica* valdè benemeritus multa deprompsit atque excerpsit, quæ in suis annalibus Ecclesiasticis ad hominum eruditionem inseruit, atque registravit.

12. Hæc insignis religio, seù Congregatio, quæ in Italia priùs dicebatur S. Justinæ, & hodiè appellatur montis Cassini, regitur sub uno Præsidente Generali licèt in singulis Monasteriis sparsim consistentibus in diversis Civitatibus, Castris aliisque Oppidis præsint subalterni Abbates, & Priores, & tempore quo ad reformandos abusus pristinos se congregarunt Monachi in Civitate Paduę, undè dictã primam denominationem desumpsit S. Justinæ, Eugenius IV.
13. dictæ Congregationi multa impartitus fuit privilegia, & illud præsertim amplissimæ exemptionis à quacumque Jurisdictione, & Superioritate Ordinariorum, ut benè observat *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 28. *num.* 7.

Est tamen animadvertendum, quod de hoc Ordine, seu Instituto S. Benedicti extra Ita-
14. liam, adsunt quoquè multæ aliæ celebres Congregationes inter se independentes, prout in Germania, quæ appellatur, Bursfeldensis à quodam Monasterio sito in Bursfeldia Diœcesis Moguntinæ, in Gallia dicitur Casalis Benedicti à Monasterio in eo Pago fundato; in Hispania nuncupatur Vellisoletana à Monasterio in Urde Vallisoleti, in Lusitania dicitur S. Martini de Riboes. Itaut si quis velit Originem singularum istarum Congregationum invenire, de illis loquuntur *Paul. Morigia de Origin. Religios. lib. 1. cap. 23. Suarez. tom. 4. de Religion. tract. 9. cap. 2. Rodriquez. quæst. Regul. tom 1. quæst. 3. art. 2. Azzorius Institut. Moral. p. 1. lib. 12. cap. 21. Cassan. in Cathalog. glor. mund. p. 4. consil. 50. Polidor. Vergil. de Invent. rer. lib. 7. cap. 2.* quos omnes congerit *Capon. discep. 79. num. 5.* benèverum est,
15. quod in prædictis partibus Ultramontanis, præsertim, & frequentius in Germania quamplura adsunt Monasteria Regularium independenter se regentia cum proprio Abbate, & Capitulo, absque communicatione cum aliis Monasteriis, sive Universitate Ordinis, seu Congregationis Benedictinæ; Cujus naturæ est quoddam Monasterium S. Cornelii ad Indam, per ea quæ tradit *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 28. in princip.* qui scripsit pro dicto Monasterio, seu Abbate occasione controversiæ habitæ cum Archiepiscopo Colonien., qui prætendebat illud visitare, vel quia illi non suffragarentur Privilegia exemptiva per Pontificem Eugenium IV. concessa Congregationi
16. Benedictinæ, S. Justinæ de Padua hodiè Cassinensi, cum ista non egrediatur fines Italiæ, & per consequens ejus Privilegia ad alios nequeunt extendi, quam verissimam Conclusionem approbat idem *Card. d. Luc. d. disc. 28. num. 6. & firmat Rot. decis. 507. num. 13. p. 19.*
17. *tom. 2. recent.* vel quia generica exemptio ordini Monastico concessa, quam multi tribunt *Divo Gregorio Magno in Can. quam sit necessarium* 18. *quæst.* 2. nullam habet subsistentiam, ex quo si illa vera fuisset, frustrà Eugenius IV. per speciem novi Privilegii dictam exemptionem concessisset, quod supponit præcedentem

tem subjectionem etiam Monachorum proprio
18. Episcopo in cujus Diœcesi sita sunt eorum Monasteria, prout de Jure communi ego præcedenter firmavi, relatis pluribus textibus in secunda quæstione hujus *mei tractatus num.* 3. & latè hanc Sententiam tuetur congestis aliis concordantibus *Barbos. de potest. Episc. allegat.* 105. *num.* 1. *& num.* 11. redarguit *Gratianum respectu dicti Canonis quam sit necessarium*, *& num.* 12. benè demostrat falsum esse; quod generalis exemptio concessa Regularibus tribuatur dicto Gregorio Magno, cum in Gallia
19. longè diutiùs Episcoporum potestas in Monachos perduravit *Jo: Filesacus de Sac. Episcopi authoritate cap.* 7. §. 3. *pag.* 70. Unde non à tempore Divi Gregorii, sed benè per alios successores Pontifices elargita sunt Ordinibus Regularium, vel Congregationibus Monachorum Privilegia Apostolica, ex quibus attento illorum modo resultat probatio Territorii Separati cum passiva, & activa Jurisdictione, modò dumtaxat concludunt simplicem, & passivam exemptionem, prout latè demostravi *in dicta secunda quæstione*.

Hactenùs hisce consideratis super distin-
20. ctione Monasteriorum, eorumque Abbatum; est certum, quod pleraque ex illis habent Territorium Separatum, absque necessitate hic referendi Cathalogum, prout etiam notum est, quod nonnulli Eminentissimi Cardinales habent dicta Monasteria, & Abbatias regulares in Commendam, & signanter Abbatiam Farfen., & SS. Salvatoris, Abbatiam Griptæ Ferratæ ordinis S. Basilii, Abbatiam Nonantulæ, & alias similes habentes pariter Territorium Separatum cum qualitate nullius.

Quemadmodum actualiter litigant diversi ex dictis Abbatibus regularibus, vel pro acquirendo; vel pro conservando dicto Territorio Separato, & Celebris hucusque, ac famosa est Causa, quę in Sacro Tribunali Rotæ vertitur inter Abbatem Fuldensem, & Episcopum Herbipolensem, ut ex pluribus Decisionibus æditis diversa quidem judiciali censura, super illis tribus punctis nativæ, dativæ, & præscriptivæ exemptionis cum Jurisdictione quasi Episcopali, quas post tractatum inserere curavi, licèt remaneant aliæ super dubiis separatis proditurae coram R. P. D. Casarello Almæ Urbis dignissimo Gubernatore, qui dum hæc scribebam de mense Decembris anni 1711., morbo Podagræ correptus lucis usuram amisit. & vitam cum morte commutavit, atque ob ejus nimiam integritatem aditum ad futuram gloriam sibi aperuit.

Cum tamen sub prælo esset hic meus tractatus, pæter mox celebrem controversiam Fuldensem super Territorio Separato jàm supradictam, mihi devenit ad notitiā prætensio, quam per modum Semiterritorii Separati excitavit iterum in Rota, ubi antiquitus declarata jàm ad ejus favorem extiterat, Abbas Monasterii S. Joannis extra muros Civitatis Burgen. Ordinis S. Benedicti Congregationis Hispaniarum, cui Monasterio unita reperiebatur Ecclesia Parochialis S. Adelelmi cum clausula *pleno jure*, tàm in Spiritualibus quàm in Temporalibus, & litigium denuò instauratum respiciebat principaliter facultatem committendi curam animatum privativè quoad Archiepiscopum; licèt alii tres subalterni puncti, fuerint quoq; per separata dubia examinati, quorum ego nullam hic mentionem volui facere, cum de sui natura videntur dependentes à primo respiciente commissionem curæ veluti esse fundamentum Institutionis authorizabilis curati ad illam deputati.

Introspectis itaque visceribus quæstionis principalis, in qua duæ emanarunt pugnantes *Decisiones prima sub die* 11. *Junii* 1706. *coram R. P. D. Ansaldo, & secunda revocatoria sub die* 26. *Junii* 1709. *coram R. P. D. Lancetta*, non est dubium, quod regula inconcussa est, quod Prælati inferiores Episcopis, quatenùs prætendant Territorium Separatum, illud probare
21. teneantur, vel habuisse ex speciali Privilegio Papæ, ad quem solùm spectat Territoria distinguere, & separare, vel acquisivisse ex præscriptione immemorabili, illud præsupponente, Canonizata quoque per rem judicatam, ut ego latè ostendi in prima quæstione cum Doctrinis, quibus modò addi possunt aliæ, congestæ *in d. secunda decis.* 26. *Junii* 1709. *§. præmissa coram R. P. D. Meo Lancetta*.

Benè verum est, quod quidquid sit de probationibus resultantibus ex scripturis, quæ solent in Causis produci, si Prælatus inferior non prætendat illam plenariam quasi Episcopalem jurisdictionem, resultantem per speciem materialis, ac distinctæ Diœcesis, puta in aliquo Castro, Oppido, cum exercitio omnium actuum jurisdictionalium spectantium ad utramque legem Diœcesanam scilicèt, & Jurisdictionalem, qui omnes actus benè competunt illi Prælato inferiori clarè, ac dilucidè probanti Territorium Separatum, cum qualitate nullius, ex recensitis per me in præcedentibus quæstionibus, & succintè refert *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 12. *num.* 17.

Sed prætensio restringatur quodamodò ad unum actum, & signanter committendi curam,
22. privativè quoad Episcopum, cui licèt ex veriori, ac communi opinione roborata ex authoritate Sac. Concili Tridentini restricta fuit Institutio authorizabilis Parochorum per ea quæ collegerunt *Butr. in Cap. unico de Cappell. Monach. in* 6. *num.* 16. *ibidem Imol. num.* 7. *Abb. num.* 15. *Socin. in cap. cum, & plantare num.* 8. *de Privileg. Fagnan. in cap. cum Ecclesiam num.* 32. *de Caus. poss. & propriet. Gonzal. in cap. cum satis num.* 3. *& sequ. de Offic. Archidiac. Bellam. cons.* 39. *num.* 17. *Murg. de*

T 2 Be-

Benefic. quæst. 2. *num* 183. *Lotther. de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 61. cum aliis *allegatis in prima decisione* 11. *Junii* 1706. §. *neque coram R. P. D. Ansaldo sub titulo Burgen. Jurisdictionis super commissione curæ*.

Attamen quando favore Abbatis concurreret consuetudo; nec non de aliis documentis ab eodem doceretur, quæ possent importare quamdam observantiam Semiepiscopa-
23. lem, attentâ clausulâ unionis Monasterio factæ *pleno jure*, in his circumstantiis non amplius causa versatur in terminis simplicis
24. exemptionis passivæ, sed quoque activæ, ad hunc præcisum effectum facultatis committendi curam citrà necessitatem accipiendi institutionem authorizabilem ab Episcopo, ut docuit *Jo: Andr. in Cap. de Monach. de Praben. & Dignitat. sub num.* 10. ibi *si pleno jure concedatur, tunc Abbas quasi Vicarius Episcopi potest in tali Ecclesia Presbyterum ponere, & curam animarum ei committere*, & prosequitur *gloss. in Cap. unico verbo ipsis de Cappell. Monach. in* 6. *ibique Franc. num.* 3. in tertio membro suæ distinctionis, *vers. ex quibus, Innocent. in Cap. in Lateranensi num.* 3. *de Prabend. ubi Abb. num.* 12. *vers. tractat. hic Innocent. Gaufred. in Cap. Pastoralis sub. num.* 4. *de donat.* ibi *si verò sit Ecclesia Parochialis, tunc Abbas habet præsentare Vicarium Episcopo, & si pleno jure eam habeat, Abbas Vicarium potest, & curam committere, & etiam removere*: ibidem *Gonzal. num.* 2. *Imol. in citat. Cap. Monach.* §. *si autem Ecclesia eod. titul. de Prabend. Passerin. in Cap. Abbates num.* 3. *de Privileg. in* 6. *Feliu. in repert. verbo Ecclesia subdita pleno jure Tondut. resolut. benefic. p.* 2. *cap.* 1. §. 5. *sub num.* 12. *Pitonius discept. Eccles. p.* 1. *discept.* 20. *sub num.* 11. *Ricc. in prax. var. resolut. cap.* 293. *num.* 3. & 4. *Zerol. in prax. Episcop. p.* 1. §. 19. *Turricell. de union. cap.* 4. *num.* 52. *Cochier. de Jurisdict. in exempt. p.* 1. *quest.* 9. *num.* 6. *tom.* 1. *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 10. & *lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 13. & 32. *Barbos. de Offic. & potest. Episc. allegat.* 72. *num.* 185. & 188. *Rot. decis.* 2. *num.* 2. *de Excess. Prælat. in novis. decis.* 5. *sub num.* 8. *p.* 7. & *decis.* 93. *num.* 11. *p.* 16.

25. Clausula enim illa *pleno jure* debet aliquid plus importare, quàm simplicem exemptionem passivam, à qua verissima est conclusio, quod non possit deduci cõsequentla ad jurisdictionem activam, ex traditis per *Fagnan. in Cap. cum Cappella num.* 2. *de Privileg. Calderin. cons. quod incipit Christi, & Gloriosæ Mariæ impress. post Lap. allegat.* 139. *à num.* 20. *ad sequ. Donat. rer. regular. tom.* 2. *p.* 3. *tract.* 10. *quæst.* 4. *num.* 2. *Rot. decis.* 181. *num.* 11. *coram Carill. decis.* 338. *num.* 14. *coram Priol. decis.* 840. *num.* 4. *coram Emerix. Jun. decis.* 324. *num.* 26. *p.* 1. *recent. & in Herbipolen. Jurisdictionis* 28. *Februar.* 1703. §. *sed solum coram Reverendiss. Mollnes Decan. & in Leodien. Jurisdictionis* 7. *Aprilis* 1704. §. *Rursus coram R. P. D. Ansaldo*.

Tamen quando subjectum suaptè natura,
26. est capax etiam jurisdictionis activæ, quales dicuntur Abbates Regulares, qui discriminantur ab Archidiaconis, Archipresbiteris, Decanis Capitulorum, & aliis Prælatis inferioribus sæcularibus, fortassè strictiori vinculo subjectis proprio Episcopo, semper interpre-
27. tatio facienda est favore eorumdem Abbatum, attenta præcedenti consuetudine, & Privilegio etiam non claro, sed aliquo modo dubio, prò jurisdictione quoque activa illis competenti, sicuti consecutivè ad hæc confirmarunt *gloss. & DD. in Cap. cum Ecclesiar. de Offic. Ordin. Innocent. in Cap.* 2. *vers. de Abbat. de Transact. benè Paris. cons.* 22. *num.* 14. *vol.* 4. *Mandos. regul.* 26. *Cancell. quæst.* 3. *num.* 8. *Paris. de resignat. lib.* 7. *quæst.* 15. *num.* 4. *Cochier. de Jurisdict. in exempt. p.* 4. *quæst.* 67. *num.* 3.

Hęcque conclusio fortiùs procedit, quandò aliquis ex dictis Abbatibus non resideret in aliquo proprio Castro, seu loco, ubi haberet
28. jurisdictionem temporalem, ex qua posset dubitari, quod quicquid gestum fuerit per eumdem Abbatem circa jurisdictionem activam, tale exercitium dicatur intrusivum, & Clandestinum absque Episcopi licentia, & patientia, in quibus terminis debent procedere quotquot authoritates in contrarium allegari possunt pro Episcopis, qui semper recurrunt ad has exceptiones, sed si Abbas resideat in
29. eadem Civitate, in qua residet Episcopus, iste nequit allegare ignorantiam, & ille eo fortiùs potest etiam se fundare in præscriptione
30. adversus eumdem Episcopum *ex traditis per me in quæst.* 3. *per totam*, præsertim accedente aliquo præambulo titulo putativo, ex quo removetur qualibet mala fides, ut benè ratiocinatur *Card. de Luc. de Jurisdict. d. disc.* 12. *num.* 19.

QUÆSTIO XXX.

ARGUMENTUM.

An Regulares possint facere divisiones Provinciarum respectu eorum Conventuum sitorum in diversis locis distinctis, & quando locus debeat esse dictæ divisioni, & quomodo facienda sit, & quando unum Monasterium dicatur stare de per se, aut sit membrum alteriùs, itaut in divisione Provinciæ quamvis illius situatio sit in una Provincia pertinere dicatur ad aliam, & quid de divisione confinium inter duas Provincias ad effectum quæstuandi inter religiosos mendicantes, aliaque plura de communicatione Privilegiorum expenduntur.

SUM-

SUMMARIUM.

1. *Regulures quomodo vivere debeunt:*
2. *Divisio Provinciarum inter Regulares quomodo fieri debeat.*
3. *Divisio est species ulienutionis probibitæ.*
4. *Divisio ad boc, ut valeut, quæ in ea concurrere debent, iuter Regulares.*
5. *Divisio Provinciurum an urgeute necessitute fieri possit à solo Generali Ordinis.*
6. *Curdinulis de Luca compilavit tractatum intitulutum* Conflictus legis, & rationis.
7. *Actus, qui omnes tungit, ab omnibus upprobari debet.*
8. *Abbates, & alii Religiosi Superiores Monasteriorum accedere debent ud Capitulum Generale.*
9. *Ad Cupitulum Generale nemo potest uccedere, qui non sit de Ordine Religionis.*
10. *In Cupitulo Generali ex veriori opinione fieri debent divisiones, seu dismembrationes Provinciarum, respectu Monasteriorum.*
11. *Monasteriu uti singula non faciunt unum corpus, licèt sint subjecta Generali Ordinis.*
12. *Privilegia unius Monasterii, quando possunt communicari alteri Monasterio distincto, & sito in diverso loco.*
13. *Provincia Regularis differt in confinibus cum Provinciis temporalibus.*
14. *Quæstuatio quomodo facienda sit per Regulares Mendicantes in diversis Locis, seu Provinciis.*
15. *Regulares extra Claustra subiiciuntur Episcopo loci ubi quæstuant.*
16. *Episcopus, seu ejus Vicarius inquirere potest, an Regulares quæstuantes habeant licentium, & legitimam facultatem.*
17. *Episcopus procedere potest contra Regulares quæstuuntes in Cusibus scundali, & abusus Eleemosinarum.*
18. *Religiosi mendicantes intru Diœcesis limites non tenentur petere licentiam ub Ordinario, & de rutione.*
19. *Religiosi mendicantes, qui volunt quæstuare pro Conventibus sitis in uliena Diœcesi, debent petere licentiam Episcopo.*
20. *Regulares mendicantes non petentes licentium, possunt interdum carcerari ab Ordinario Loci.*

OCcasione magni litigii, quod exortum fuit inter Monachos Ordinis S. Bernardi Congregationis Cisterciensis in Regnis Hispaniarum, in quo difforme tamen judicium prodiit inter supremum Sacræ Rotæ Tribunal & Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium negotiis præpositam, quæ ex rescripto signature gratiæ SS. debebat procedere cum voto illius, in qua causa sub initium Advocationis meæ, & discessus à munere Adiutoris Srudii ab eodem Tribunali rotali, ego quoque scripsi cum aliis Advocatis; plura sparsim vidi, & adnotavi, quæ traduntur à Doctoribus in ordine ad Regulares; quorum aliqua cum mihi visa fuerint posse adhęsivè inseri in hoc meo Tractatu de Territorio Separato, propterea hanc trigesimam, & ultimam quæstionem pro tenuitate mea exaravi.

1. Et primo notandum est, quod de natura alicujus Ordinis, seu instituti Regularis, (quidquid esset antiquis temporibus) videtur esse, ut omnes Religiosi vivant ad instar Reipublicæ, & per modum Universitatis, sociativo quodam jure unicum constituente corpus politicum sub Prælato Generali, aliisque inferioribus Ministris, qui per Provincias vel Nationes, aut juxta diversos mores deputari solent, vel per electionem ab universa Religione in Capitulo Generali, vel per distinctas Provincias in aliis Capitulis Provincialibus, vel per Diffinitorium; quamvis, ut supra notavi in præcedenti quæstione etiam hodiè existant in diversis Mundi partibus Monasteria Regularium, quæ sunt independentia, & vivant sub proprio Prælato.

2. His præmissis, quatenùs attinet ad divisionem Provinciarum, hæc materia etiam inter ipsos Regulares habet aliquam similitudinem, seu connexitatem cum illa divisionis, & dismembrationis Diœcesum cum novæ Cathedralis Erectione, vel cum dismembratione, seu unione Ecclesiarum Parochialium, in quibus possunt adhiberi iidem termini, quod
scilicèt regulariter divisio, seu dismembratio
3. dicitur prohibita alienatio, quæ cadit etiam
sub dispositione extravagantis *Ambitiosæ de*
reb. Eccles. non alien. ut notat. Card. de Luc. de
Regul. disc. 27. num. 4. & consequenter exigit
non solum solemnitates, sed etiam consensum
interessatorum, ac justam Causam necessitatis,
cui aliàs opportunè provideri non possit, pro-
4. indeque multi ex nostris Doctoribus firmarunt, quod in hisce divisionibus faciendis per Regulares quatuor requisita concurrere debent, nempè justa Causa, consensus omnium Nationum, Authoritas Capituli Generalis, & Beneplacitum Sedis Apostolicæ, ut conveniunt scribentes, inter quos *P. Passerin. de elect. cap. 2. num. 60. & 61. Sanct. Ubald. in quodlibet Regul. quodlibet 12. dub. 10. num. 1267. vers. quia tamen Ragg. de regim Regul. dub. 26. Concil. 2. Capon. discept. 49. num. 1. tom. 1. Brun. Neusser. in Polyanth. Theolog. Canon. disput. 120. quæst. 1 §. ultim. num. 10. à Spiritu Sancto in director. Regul. tract. 5. disput. 2. sect. 5. & Card. de Luc. de Regular. disc. 27. num. 4. & firmavit Rot. in d. Castellana validitatis Concordiæ, seù Bipartitæ 12. Januarii 1705. §. evidens coram Reverendiss. Molines Decan.*

5. Hinc non est adhęrendum conclusioni firmatæ per præcitatum *Card. de Luc. in d. disc. 27. num. 5.* quod urgente necessitate, quæ præbet justam Causam dividendi divisio, Provinciarum fieri valeat per solum Ministrum Generalem, prout alternativè per verbum, sivè firma-

vit

vit *Rot. decis.* 279. *num.* 10. *p.* 11. *recent.* in terminis Abbatis. Nàm huic conclusioni repugnare videtur quidditas rationis, quæ dicitur anima legis, adeout ipsemet Doctor Purpu.
6. ratus compilavit quoddam ejus Opusculum insertum inter alia ejus opera legalia intitulatum *Conflictus legis, & rationis*, in quo meo judicio, ostendit præter usitatas Juris regulas ejus præclarum ingenium.

Ratio itaque, cur non possit fieri divisio ab ipso Generali Ordinis, est fundata in illa veriori, ac communiori omnium Doctorum opinione in qualibet materia recepta, ut scilicèt actus, qui omnes tangit, ab omnibus, & singu-
7. lis, nemine discrepante approbari debeat, & originariè docuit *gloss. in Cap. cum omnes verbo Constitutum de Constit. ubi Innocent. num.* 3. *Abb. num.* 5. *Bellam.num.* 5. & 8. *Ecro num.* 9. *Fagnan. num.* 8. *Barbos. num.* 5. *Paris. cons.* 90. *num.* 18. *lib.* 4. *Antonell. de regim. Eccles. lib.* 4. *cap. ult.* §. 1. *sub num.* 9. *Rot. decis.* 307. *num.* 3. *coram Coccin. & decis.* 450. *num.* 13. *coram Cerr. & decis.* 139. *num.* 5. *p.* 14. *& decis.* 224. *num.* 25. *p.* 16. *& in d. Castellana validitatis bipartita* 12. *Januar.* 1705. §. *sicut. coram Reverendiss. Molines Decan.*

Undè cum singula Monasteria in quocumque loco, Civitate, Oppido, Castro, & similibus sita sint, habeantur in ordine ad totam
8. Religionem per modum universalis reipublicæ; & singuli illorum Abbates, Præpositi, Guardiani, & quocumque nomine appellentur subalterni Ministri, accedere debeant ad Capitulum Generale, ut supponitur in *Gabilonen., seù Ordinis Cistercien. Jurisdictionis* 19. *Junii* 1702. §. 1. *coram Reverendiss. Molines*
9. *Decan.* & in dicto Capitulo Generali nullus potest intervenire, nisi sit de gremio Ordinis ex firmatis per *Rot. decis.* 279. *num.* 6. *p.* 11. *recent. ad text. in cap. quia propter de elect.* Utique Capitulum Generale fruitur dumtaxat potesta-
10. te stabiliendi quid congruat toti Religioni, pro feliciori illius regimine, etiam quoad dismembrationes singulorum Monasteriorum ab una, vel altera Provincia, & super earum divisione *Fagnan. in cap. cum dilectus num.* 33. *de consuetud. Donat. in prax Regular. tom.* 2. *tit. de elect. quæst.* 32. *num.* 3. cum aliis relatis in præcitata *Castellana bipartitæ* 12. *Januarii* 1705. §. *pront. coram Reverendiss. Molines Decan.*

Quatenùs verò adesset valida divisio, ob concursum prædictorum quatuor requisitorum, dubitari potest, quid dicēdum foret de uno Monasterio, quod sit membrum alterius Monasterii, quorum situatio reperiretur in diversis Provinciis ob dictam validam divisionem: pro cujus dubii resolutione recurrere poteris benignè lector ad ea, quæ firmata fuerunt per Doctissimum *Fagnanum in parvo Opusculo de Grangiis*, quod ad tuam opportunitatem inseri curavi in hoc meo tractatu in quæstione 13.

11. Advertè tamen quod Monasteria Ordinis non dicuntur constituere unum Corpus, sed sunt omninò Separata, licèt omnia subjaceant Generali Ordinis, ut dixit *Rot. decis.* 279. *num.* 11. & 12. *p.* 11. *recent.* Sicque ego reflecterem ad
12. particulares circumstantias unionis, & ad illius species, ex quibus resultant diversi effectus dependentiæ ex notatis per *Card. de Luc. de Regalar. disc.* 25. *per tot. & disc.* 26. ubi agitur de communicatione Privilegiorum unius Monasterii ad aliud tamquam membrum, & præcipuè pro effectu solvendi onera, seù ratione juris collectandi, de quo principaliter actum fuit in dicta *Cabilonen., seu Ordinis Cistercien. Jurisdictionis* 19. *Junii* 1702. *coram Reverendiss. Molines Decan.*

Remanet nunc videre, quid sit dicendum de quæstuatione, quam solent facere illi Religiosi, qui altissimam profitentur Paupertatem, quem articulum examinavit quoque *Card. de Luc. de Regular. disc.* 28. *per tot.* sed contra illius sensum fuit controversia resoluta per Diffinitorium generale Religionis Cappuccinorum diversarum Provinciarum, ex motivo quod fuerit consuetum, fieri illarum divisionem per flumina publica, tamquam per terminos perennes, & invariabiles.

Et quamvis confines super divisione Pro-
13. vinciarum Regularium sint diversi à finibus temporalibus, dum una Provincia Regularis constare solet ex partibus existentibus etiam in pluribus Principatibus sæcularibus inter se omninò diversis, ac independentibus, sed neque regulantur cum finibus Spiritualibus Diœcesum, vel Provinciarum secundum jus Metropoliticum, cum frequenter accidat, ut unius ejusdemque Diœcesis loca, ad diversas pertineant Provincias Regulares ex latè examinatis per *d. Card. de Luc. de Præemin. disc.* 29.

Attamen quando fines Territoriales non
14. sunt simpliciter temporales, sed etiam Spirituales tamquam dividentes Diœceses; Ego censerem, quod hjusmodi divisio etiam non facta à Capitulo Generali eorumdem Regularium attendenda sit in hac materia quæstuationis, ex ratione quod non obstāte privilegio communi exemptionis hodiè competente omnibus Regularibus; Isti quando sunt extra Claustra, & commorantur alibi ad effectum
15. quæstuandi, subsunt absque dubio Ordinario illius loci, in quo recipiunt Eleemosinas à Christi fidelibus, & Episcopus, aut illius Vicarius benè ab eis exquirere valet, an habeant nec nè legitimam facultatem quæstuandi, & li-
16. centiam ab eorum Superioribus, & proinde si Quæstuarii Religiosi delinquerent, aut aliquod præberent scandalum in petendis Eleemosinis, dum non valet proprius Prælatus, aut Superior illius Conventus, à quo discedunt
17. Quæstuarii illos corrigere, remanent partes Ordinariis Locorum contra illos procedendi.

Qua-

Quamobrem hujuſmodi Religioſi ſignanter mendicantes debent ſe ſe continere intrà limites illius Diœceſis, in qua morantur, & habent Conventus, ad evitandum illud abſurdum, quod conſiderat *Card. de Luc. de Regular. in d. diſc. 28. num. 6.*

Ratio autem ea eſſe videtur, cur Religioſi
18. mendicantes, quandò ſunt in illa Diœceſi, ubi habent conventus, non tenentur petere licentiam ab ipſo Ordinario, nàm in erectione cujuſvis Conventus eis conceſſa ſemper tacitè intelligitur permiſſa facultas quæſtuandi, ut ex conſtitutione Apoſtolica Leonis X. tradit benè *Pignatell. conſult. 12. num. 18. tom. 8.* ubi refert hanc reſolutionem *Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium* ibi *non tenentur Regulares, qui ex Inſtitutione, aut facultate Sedis Apoſtolicæ Eleemoſinas quæritare, aut mendicare poſſunt, petere ab Ordinariis licentiam Eleemoſynas per Diœceſim quærendi, cum in erectione Monaſteriorum hæc licentia eis tacitè ab Ordinariis impertita cenſeatur.*

19. Quando verò Regulares volunt quærere Eleemoſinas in aliqua Diœceſi pro eorum Conventibus ſitis in aliena Diœceſi, tenentur licentiam ſuorum Superiorum Oſtendere Ordinariis, ut cenſuit *Sac. Congregatio Concilii* his verbis *Fratres Ordinum mendicantium nequaquam poſſe ab Epiſcopis prohiberi quominùs per ſe ipſos in Diœceſibus, ubi habent Conventus, Eleemoſinas quærant, ſed tantùm ſi extra loca, ubi Monaſteria exiſtunt, quæritare voluerint, teneri ſuorum Superiorum licentiam Ordinario oſtendere, ac ſi extra Diœceſim, teneri etiam illius conſenſum obtinere* ita hoc Decretum priùs relatum per *Faguan. in Cap. Tuarum de Privileg.* tranſcripſit *Pignatell. Conſult. 12. num. 19. tom. 8.*
20. & quod non oſtensâ licentiâ proprii Superioris, nec petitâ ab Ordinario loci, iſte valeat contra dictos Regulares inquirere, eoſque in carceres detrudi, proſequitur dictus *Pignatell. num. 20. Piaſec. in prax. p. 2. cap. 3. de viſitat. Regular. Campanil. in diverſor. Jur. Can. rubr. 12. cap. 13. num. 134. Sperell. deciſ. 39. num. 28.*

Atque hęc omnia ità ſcripta in hoc meo Tractatu, dicta ſint, ad majorem Dei Gloriam, pro beneficio omnium Juris conſultorum, ea ſubiieiendo correctioni non tàm ipſorum, quàm S. Sedis Apoſtolicæ, edoctus, quod hos meos labores non compilavi, ut in foris gloriam quærerem, ſed ad effugiendum otium, & ſic non die, noctuque ad Cleantis Lucernam applicui, ut mea ſplendeſceret fama; quamvis, ut ajebat Divus Gregorius Papa Homil. 12. *ſunt plerique continentes, qui ab appetitu ſe exteriori cuſtodiunt, & ſpe ad interiora rapiuntur, pro laboribus ſuis recipere laudes humanas nolunt. Et ſunt plerique qui Corpus per abſtinentiam affligunt, ſed de ipſa ſua abſtinentia humanos favores expetunt.*

Licèt me non Lateat, hunc celebrem Pontificem virtute, moribus, ac ſanctitate præclarum, intellexiſſe de Perſonis Hypocritis, quæ ſimulant Sanctitatem, ac vitæ probitatem, non minùs, ac de hiſce Viris, qui exiſtebant temporibus ſuis loquitur *Juvenal. Satyr. 2.*

Qui curioſos ſimulant, & bacchanalia vivunt.

F I N I S.

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ in Appendice hujus Operis habentur, pro majori commoditate Alphabetico ordine digeruntur.

A

B

C

D

F

G

H

L

M

N

P

R

S

T

V

APPENDIX DECISIONUM SELECTARUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

Quæ per extensum positæ sunt ad comprobandum, & fulciendum plura, quæ toto in hoc Opere continentur.

R. P. D. ALBEBGATO DEC.

Leodien. Jurisdict. super bono Jure. Mer. 9. Dec. 1682.

ARGUMENTUM.

Ex situatione loci in propria Diœcesi resultat bonum Jus Episcopi, cujus actus Jurisdictionales in concursu sunt præferendi. Sumptum de sumpto quando probat nec ne, latè ostenditur.

SUMMARIUM.

1. *Bonum Jus Episcopi pro exercitio jurisdictionis resultat ex probatione situationis loci, de qua remissivè.*
2. *Privilegium informe non est aptum comprehendere Separationem Territorii.*
3. *Sumptum de sumpto non est attendendum.*
4. *Archivium tunc dat robur scripturis in eo existentibus, quando est publicum, & ad illius custodiam reperitur officialis publicus, secùs econtra num. 5.*
6. *Jura extracta ex Archivio privato fidem non merentur.*
7. *Archivium dicitur publicum inter Personas ejusdem Territorii, secus quoad personas extraneas.*
8. *Sumptum antiquum extractum authoritate Judicis, habet vim originalis.*
9. *Requisita necessaria in sumpto de sumpto, ut faciat probationem.*
10. *Sumptum non probat, quando sit sine aliqua Causa.*
11. *Negativa Citationis in sumpto de sumpto ex quibus probetur.*
12. *Citatio in sumpto est necessaria, & ubi non adest Persona interesse habens, fieri debet per Proclama.*
13. *Sumptum non præjudicat non citatis interesse habentibus.*
14. *Persona interesse habens potest petere exhiberi Original sumpti de sumpto.*
15. *Citatio tunc præsumitur per lapsum temporis, si concurrat observantia scripturæ.*
16. *Inobservantia fidem minuit scripturæ.*
17. *Ordinaria, & voluntaria Jurisdictio in Episcopatibus Germaniæ tribuitur Vicario Generali.*
18. *Identitas scripturæ debet probari, ubi de illa fit mentio in Bullis Apostolicis.*

19. *Citatio ad videndum Jurare Testes debet præcedere de praxi.*
20. *Fidem quando non merentur Testes.*
21. *Verba Privilegii Apostolici diligenter expendi debent ad effectum Territorii Separati.*
22. *Jurisdictio quasi Episcopalis cum Territorio Separato quando non est concessa, refertur ad simplex exemptionis Privilegium.*
23. *Vltra exemptionem, requiritur Jurisdictio in Clerum, & Populum cum Cura.*
24. *Exemptio sæpissimè confunditur cum Territorio Separato.*
25. *Quicquid per Privilegium non adimitur, censetur præservatum Episcopo.*
26. *Observantia Episcopi in actibus Jurisdictionalibus exercitis concludit exemptionem dumtaxat Abbatis, & Monasterii.*
27. *Actus Jurisdictionales Episcopi potiùs attendendi sunt in concursu, quàm illi Abbatis.*
28. *Actus exerciti ab Abbate, nisi doceantur cum scientia, & patientia Episcopi, ad nihilum inserviunt.*
29. *Actus exerciti ab Episcopo, qui insimul est Abbas, dicuntur potius gesti ex titulo ordinariæ Jurisdictionis.*
30. *Decisiones Rotæ in hac materia declarantur.*

DECISIO I.

LAta Sententia per R. P. D. meum Emerix favore Serenissimi Episcopi Leodien. ac litis Consortum super Jure exercendi omnimodam, & ordinariam Jurisdictionem in Terris, & Villis, Pagis, & Oppidis Territorii Stabulen. ad provocationem Abbatis de hujusmodi Jurisdictione satagetis in gradu appellationis mihi causa commissa disceptandum proposui sub die 23. Januarii anni præteriti: *An Sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda*, cujus dubii resolutione dilata, injunctum fuit, quod strictè scriberetur super legalitate, & compræhensione Privilegii Vitaliani Pontificis super qua hodie reassumpta disputatione, Domini Sententiam Rotalem esse confirmandam censuerunt; Ducti siquidem ex illius validitate, & justitia, quarum prima ex revolutione actorum elicitur, ex quibus servata apparent requisita relata apud *Caputaquen. vulg. decis. 262. par. 2.* Altera verò luculentèr probatur ex binis Decisionibus in Causa editis coram *R. P. D. meo Emerix 23. Januarii 1679. & 21. Aprilis 1681.* in quibus firmissimè adstruitur situatio Monasterii Stabulen., ac illius Territorii intrà limites Diœcesis Leodien., tum ex Testibus vigore Remissorialium examinatis apertissimè de hujusmodi situatione deponentibus, tam ex enunciativis de tempore in tempus in pluribus documentis seriatim emissis, tum., & evidentèr ex actibus utriusque legis Jurisdictionalis, & Diœcesanæ pluriesque Episcopos, & Capitulum ab Immemorabili exercitis; Tum demum ex auctoritate plurium Historiographorum, & Geographorum de rebus Leodiensibus testantium, & singnantèr *Chiappe aville degest. Pontific. Tongren. & Leodien. tom. 1. cap. 55. & 56. & tom. 2. cap. 2.* ubi de Divo Remaclo, qui postquam Monasterium Malmundarien. in Diœcesi Colonien. Stabulenze etiam in propria Diœcesi Leodien. construxerit *Ferrau. in suo Lexicon. Geograph.* in quo stabulum, & Abbatiam in Belgio, & ditione Episcopi Leodiensis exponit *Buccelleni in sua Germania Sacra tom. 1. par. 2.*
1. *in verb. stabulans*, ex quibus simul junctis, & ponderatis in utraque Decisione R. P. D. meo Emerix concludens evincitur situationis probatio, ideoque bonum Jus, ac intentio Episcopi pro exercitio omnimodæ Jurisdictionis spiritualis intrà limites propriæ Diœcesis nedum de Jure Canonico per *text. apertos in cap. Conquerente 76. de offic. Ordin. in 6. Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* Verum etiam in dispositione *Sac. Con. Triden. Sess. 7. & 21. cap. 8. de reformat. cum allegation. in prima Decis. sub. §. fundamentum coram R. P. D. Emerix.*

Nec ad destruendam intentionem Episcopi rursus allegari merebantur Privilegia Regum, Imperatorum, & Summorum Pontificum, & singnanter illud Vitaliani Pontificis usque de anno 657. Monasterio, seu Abbati Baboleno ejusque Successoribus impartitum super legalitate, & compræhensione in hodierna propositione principalitèr altercabatur; nam illa in primis disputationibus uti irrevelantia detecta, satis rejecta fuerunt, ut in prima Decisione *R. P. D. Emerix sub §. neque ad hunc effectum,*
2. *cum tribus sequentibus*. Hoc ultimum verò Vitaliani tanquam informe, & nullatenus aptum compræhendere separationem Territorii cum translatione omnimodæ jurisdictionis Episcopalis in Populum, ad nihilum deservire Domini putaverunt.

Et quidem informe, cum illius Copia fuerit prima vice extracta ex quodam libro Monasterii *Chartario* nuncupato in illius Archivio privato existente, postmodum verò ex quodam trãsumpto in eodem Archivio asservato; adeòq;
3. tamquam sumptum de sumpto nec venit attendendum *auth. si quis in aliquo C. de aden.* ibiq; *Dec. n. 10. cum alleg. per Priol. dec. 330. sub n. 18.*

Nec fidem meretur in præjudicium Serenis-
4. simi Episcopi in privato Archivio extractum, quod non adiicit robur scripturis in eo existentibus nisi copulativè concurrant, & quod Archivium sit publicum, & illius Custodia penès publicum Officialem resideat; Secùs verò pro-
5. ut in casu quando est privatum, & Custos, seu Officialis est Religiosus ipsius Monasterii, ut notat in specie *Parexa de edit. Instrument. tit. 1. resol. 3. §. 3. num. 30. cum seqq. Valenzuel. cons. 100. num. 89. & 90. Gabriel. de probat. conclus. 5. num. 5. Adden. ad Burratt. decis. 667.*

ciſ. 667. num. 15. cum tribus ſeqq. Gratian. diſcept. cap. 582. num. 4. Rot. deciſ. 340. num. 23. par. 15. & in pũcto de Archivio Monaſterii Rot. coram Bichio deciſ. 431. num. 19. Coccin. deciſ. 758. num. 3. & de Archivio Capituli litigantis cum Epiſcopo, cujus Cuſtodia erat penes Ca-
6. nonicum, ſeu Beneficiatos, quod Jura ab eo extracta in prejudicium Epiſcopi nullam fidem mereantur, firmavit Rot. coram Millin. deciſ. 34. num. 1. & ſeqq. & ratione quod de facili poteſt via fraudibus aperiri, cum eſſet in libitu partis inibi ſcripturam informem reponere, ut vires recipiat.

Non obſtante, quod tale Archivium uti
7. continens ſcripturas totius Principatus Stabulen. pro publico ſit habendum, nam hoc quidem procedere poſſet inter perſonas illi Territorio, & Juriſdictioni ſubjectas, non autem contrà Sereniſſimum Epiſcopum dicto Territorio, & Juriſdictioni non ſubditum Decian. reſponſ. 24. num. 49. lib. 1. Parexa de Edit. Inſtrument. tit. 1. reſol. 3. §. 3. num. 30. & 48. ubi de Archivio Ducis, Comitis, Marchionis, Baronis, aut cujuſcumque alterius Domini Gratian. diſcept. 582. num. 5. & 6. Rota in recent. deciſ. 628. num. 6. par. 18. & alias paſſim.

Nec hujuſce privilegii legalitas valuit infer-
8. ri ex eo, quod ſumptum exhibitum auctoritate Judicis Leodien. fuerit centum, & ultra abhinc annis ſolemniter exemplatum, adeoque vim Originalis obtineat juxtà diſpoſita in Cap. final. de fid. Inſtrument. Nam hujuſmodi diſpoſi-
9. tio locum quidem ſibi vindicat in tranſumpto exemplato cum legitima cauſa, quæ in actu exemplationis expreſſa legatur, & quando concurrant alia requiſita à Jure præſcripta, ſecus verò, iſtis deficientibus, ut notant ibi Scribentes, & præcipuè Hoſtien. num. 1. Gonzal. in princip. cum tunc ex defectu formæ inibi præſcriptæ, & non ſervatæ, talis ſcriptura pro Originali nullatenus reputetur, ut plenè diſponitur in cap. cum dilecta de confirmat. util. & inutil. & utrobique ſcribentes omnes Decian. reſponſione 24. num. 40. & 41. vol. 1. Alex. conſ. 112. num. 1. vol. 4. & conſ. 150. nu. 4. vol. 6. Covar. pract. quæſt. cap. 21. num. 4. Caldas Pereira de Empt. cap. 35. num. 41. deciſ. Sicil. in antic. 5. num. 416. impreſſ. in Calce tract. de feud. Eminent. de Luca, & tenet Rota in Recent. deciſ. 70. num. 1. par. 2. & coram Buratt. deciſ. 444. ſub num. 5.

Quod in præſenti juſta, & legitima cauſa deficiat, apertè colligitur ex aſſertiva Officialis auctoritatem ad exemplationem præſtantis, qui
10. privilegium in nulla ſui parte corroſum, aut injuriâ temporis vitiatum teſtatur, quæ ad hunc effectum pro cauſis reputantur ad Gloſſ. in d. cap. final. ſub verb. Vetuſtatem, & verb. juſtam cauſam, & dixit Rot. deciſ. 444. ſub nu. 5. coram Buratt. & deciſ. 703. in princip. par. 2. Recent.

Cœteræ verò ſolemnitates Citationis, nec non actis Judicis Competentis ex ipſo tranſumpto excluduntur; Et quidem Citationis, cum ex illius tranſumpti inſpectione negativa probetur, in quo licèt aliæ ſolemnitates, prout auſcultatio, Collatio, & examinatio ſcripturæ enuncientur, nulla tamen de Citatione habetur mentio, ut de ſimili exemplatione certa auctoritate Legati, quod ex inſpectione
11. Inſtrumenti negativa Citationis probetur, tradit Gratian. dicto Cap. 859. num. 17. & omnes teneri teſtatur Felin. ſuper text. num. 6. Immol. ſub num. 11. & de Communi Maſcard. de probat. concluſ. 711. num. 19. & num. 24. cum ſeqq.

Quæ ſanè Citationis ſolemnitas ità neceſſa-
12. riò requiritur, ut ſi de tempore trãſumptionis certa perſona non adſit, de cujus intereſſe, ſeu præjudicio agatur, Citatio debet fieri per Ædictum, vel per Proclama, ut in hac materia advertit Alexan. conſ. 112. num. 1. vol. 4. Covar. pract. quæſt. cap. 20. num. 8. ad finem. Parexa de fid. Inſtrumen. tit. 1. reſol. 3. §. 3. num. 125. cum ſeqq. ubi infinitos allegat; Si verò prout in caſu noſtro certa perſona exiſtat, tunc ſpecia-
13. lis requiratur Rot. coram Buratt. deciſ. 444. num. 3. & 4. par. 13. Adeò quod Sereniſſimo Ordinario, & Capitulo de quorum præjudicio agebatur non citatis, & Citatione ſpeciali tranſumptum non præjudicat conſiderando plures textus probat Mouer. de Commut. c. 7. a num. 344. ad 348. & poſſunt petere, ut Originale exhibeatur ad effectum inſpiciendi Abb. ſuper text. nu. 4. infer. & num. 8. ubi etiam quod exempla-
14. tio non præjudicat aliis quàm præſentibus, vel contumacitèr abſentibus, & ideò qui tranſumptioni non cõſenſit, nec fuit præſens volens poſteà dicere contra Originale, poteſt petere, ut illud exhibeatur, & tenetur pars exhibere Felin. num. 13. verſic. 3. limita Ubald. deciſ. 534. num. 15. cum ibi alleg.

Nec interventus hujuſmodi Citationis ob
15. antiquitatem centum, & ultrà annorum in præſenti præſumi poteſt, cum nedum obſervantia deficiat, quæ antiquitati temporis ad præſumendas etiam extrinſecas injuncta requiritur ex allegatis, & coram Royas dec. 405. nu. 6.

Verum de inobſervantia doceatur ex pluribus actibus longe ante tranſumptionem, ac eodem tempore, & uſque in præſens exercitis utramque legem Juriſdictionalem, & Diœceſanam continentibus, quos ſeriatim recenſet prima Deciſio R. P. D. meo Emerix ſub §. Quo-
16. rum dicta &c. adeoque intrat Regula, quod ſicuti obſervantia tribuit Robur ſcripturæ etiam informi, ità, & inobſervantia omnimodam fidem minuit, ut his terminis advertit Rot. deciſ. 703. num. 1. par. 2. & deciſ. 253. num. 9. part. 13.

Auctoritas verò Officialis, qui ad hunc actũ interfuit, minus condigna reputetur, nam quicquid

17. quid sit de Vicario Generali, in quo variant Doctores, certum videtur, quod ille uti carens ordinaria, ac voluntaria Jurisdictione, quæ in Episcopatu Leodien. prout in aliis Germaniæ soli Vicario Generali spectat, Officiali verò contentiosa debetur, ut advertit *Choel. de conservat. quæst.* 13. *num.* 3. & probant *Statuta Synodalia Coloniæ fol.* 108. *cap.* 3. *num.* 5. *fol.* 89. *cap.*6.§.2.competens Judex ad transumptãdum non dignoscatur,cum sit de pertinentiis ad voluntariam Jurisdictionem.

Minùs pro legalitatePrivilegii adminiculum valet desumi ex Apostolicis Bullis Leonis III. & Innocentii IV.in quibus de eo specialis mentio habetur, nam, & illæ patiuntur eosdem defectus, quos in extractione patiuntur, referunt tantummodò concessionem Vitaliani cum aliis in genere, nec illam individuant eo modo, &
18. forma, qua exhibetur, & proindè nisi identitas justificetur, quod de privilegio transumptato loquantur, de alio intelligi possunt, ut in
19. proposito advertit allegata Decisio post *Vivian. de Jurepatr.* 16. *la* 2. *à num.*5. *usque ad* 10. *& decis. Sicil. apud Eminentiss. de Luca de feud. num.* 148.

Non obstante talium Jurium recognitione coram Judice Compulsore super illorum legalitate per Testes facta, nam cum Citatio ad videndum illos jurare antè recognitionem non processerit, ut tradit pro forma *Vest. in prax. lib.* 6. *num.* 6. & illi ad sctum recognitionis fuerint turmatim, & in Cœtu admissi contrà
20. expressam protestationem Partis hujusmodi recognitio nulla detegitur, nec prædictis Testibus aliqua venit præstanda fides, ut ex *Rot. coram Duran. d. decis.*6. *num.*10. *&* 11. *Adden. ad Buratt. decis.* 555. *num.* 9.

Probata itaque informitate sæpedicti Privi-
21. legii frustraneum videbatur aggredi quæstionem super illius comprænhensione, an hæc in exemptionem à Jurisdictione Episcopi resolvatur, seu potiùs sonet in translationem omnimodæ Jurisdictionis Episcopalis cum Territorio Separato, & tamen perpensis ejusdem Privilegii Verbis, quæ diligentèr inspicienda monet *text. in cap. recepimus* 8. §. *Inspiciendum, & cap. porrò vers. quod totum de Privil. Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 89. *& seqq.* Domini censuerunt illa dumtaxat Abbates à Jurisdictione Episcopali, non autem à lege Diœcesana eximere; Inibi enim primò conceditur libera Abbatis electio, secundò prohibetur, ne Monasterium alienetur, nec in concambium concedatur. Tertiò, *Ut nulla Ecclesiastica persona* (*stant verba præcisa*) *sive Episcopus, sive Archidiaconus, vel coram Ordinatores illud Monasterium,Territoriumque eidem annexum Territorii Incolas præsentes,futurosque accedat, neque præsumat; & locorum illam imperandi facultatem sibi usurpare, vel justitiam, aut judicium exercere, aut aliquam authoritatem sibi attribuere, sed Tu, Successoresque tui omnia, quæ modo eidem Monasterio commissa sunt, & quæ in futurum cæteri fideles pro remedio animarum suarum tradent cum plena, & omnimoda libertate atq; immunitate sine medio cum potestate B. Petri Romani teneatis, & possideatis &c.* ex quorum
22. contextu evidentèr elicitur non fuisse Abbati concessam Jurisdictionem Episcopalem; cum Territorio Separato, sed simplicem exemptionem à Jurisdictione Episcopi, & Archidiaconi respectu Monasterii, ac Territorii ei annexi, nec ex uno ad illud valet illatio, cum ad
23. transferendam omnimodam Jurisdictionem cum Territorio Separato ultra exemptionem requiritur, quod sit translata in exemptum omnimoda Jurisdictio Episcopalis in Clerum, & Populum, cum Ecclesia, & Parocho, & Cura Animarum excluso in totum ipso Ordinario *Fagnan. in cap Significasti de Offic. Archidiac. sub num* 17. *circa medium vers. illud tamen certissimum est juncto num.* 19. & benè declarat *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 24. *à num.* 112. *usque ad num.* 126. ubi exponit æquivocationem
24. aliquorum inter ipsam exemptionem,& Territorii Separationem, & latè firmatur in *Toletana Jurisdictionis decis.* 70. *num.* 29. *& seqq. par.* 13. *recent.* ubi in fortioribus terminis privilegiorum Religionis Hierosolymitanæ longè isto Majorum, ut ex comparitione peculiari facta in particulari Scriptura, quorum verba ad hunc effectum debent esse clara, cum alias ex concessione exemptionis ad distinctionem
25. Territorii inferri non possit, & succedit regula,quod quidquid per Privilegium non admitur, censetur Ordinario præservatam, ut firmatum fuit in *Vicen. Jurisdictionis* 28. *Aprilis* 1659. §. *Nec separationem Territorii coram R. P. D. meo Emerix*.

Quod eo clarius evincitur ex subsequuta observantia deducta ex actibus in utraque lege Jurisdictionali, & Diœcesana ab Episcopo, ac ejus Ministris, nedum in toto Territorio, sed in ipso Oppido Stabulen. & in ipso Monasterio, & Ecclesiis Abbatiali, & ad Abbatum requisitionem exercitis visitando, corrigendo, Cathedratica, & alia Jura exigendo, & Ecclesias, & Altaria consecrando, beneficia, & Ordines conferendo, concursus indicendo, Synodum convocando, Sacra Olea Parochis distribuendo, Sacramentum confirmationis ad-
26. ministrando, & similibus, qui sanè concludunt simplicem exemptionem à lege Jurisdictionis dumtaxat concessam *Rota coram Ruyas decis.* 218. *num.* 24. *& decis.* 335. *num.* 7. *cum seqq. & dicta decis.* 70. *num.* 56. *par.* 13. *recent.* Non attentis actibus ab Abbate, & Monasterio allegatis, sive quià in concursu standum
27. est potius illis ab Episcopo exercitis habentibus assistentiam Juris *Rota in Marsicana Jurisdictionis coram R. P. D. meo Rondanino dicta decis.* 367. *num.*10. *& decis.*567. *num.*8. *par.*18. *recent.*

retent. & in decis. hujus causæ super manutentione coram R. P. D. meo Emerix 23. Januarii emanatæ §. Non obstante, sive quia non probantur cum scientia, & acquiescentia Ordinarii, prout necessarium est, dicta *Toletana decis. 70. sub num. 16. & decis. 333. num. 8. & seqq. par. 13. recent.* sive demum quià illi convincuntur æquivoci, cum omnes fuerint gesti ab Abbatibus,& coram Ministris eo tempore,quo Episcopi Leodien.erant insimul Abbates,& sic præsumuntur gesti ex titulo Ordinariæ Jurisdictionis, ut optimè respondit *Decis. R. P. D. mei Emerix 23. Januarii 1679. sub §. ultimo cum ibi allegat.*

28.

29.

Hinc non applicantur Decisiones *Martin. Aadr. decis. 54. Dunoz. Jun. decis. 988. & Bich. decis. 454.* in contrarium adductæ, cum istæ loquantur de privilegiis utramque legem Jurisdictionalem, & Diœcesanam importantibus eum translatione omnimodæ Jurisdictionis Episcopalis super Clero, Populo, & Locis, quod secùs est in præsenti, cum in Privilegio Vitaliani nullum verbum habeatur de Territorio Separato, causa non exprimitur, dismembratio, & exemptio Populi à Cura non legitur, ut ex verbis supra recensitis, deprehenditur, quæ vix plenam exemptionem probare posse facta distinctione Casuum in similibus verbis animadvertit *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disputat. 15. quæst. 5. sub num. 11.* & benè declarat *Sanchez. lib. 6. cap. 9. dub. 1.*

30.

Et ità utraque parte acritèr informante decisum fuit &c.

R. P. D. CACCIA

Burgen. Jurisdictionis Ven. 7. Maii 1688.

ARGUMENTUM.

Examinatur concordia inita inter Episcopum, & Capitulum respectu actuum jurisdictionalium, & plura alia concernētia exemptionem adducuntur.

SUMMARIUM.

1. *Capitulum potest fundare suam intentionē in concordia facta cum Episcopo, super Jurisdictione procedendi in criminalibus.*
2. *Persona addicta alicui Capellæ, censetur in iis, quæ pertinent ad illam.*
3. *Persona Capitularis, quando dicitur comprehensa sub concordia facta à Capitulo cum Episcopo respectu delictorum.*
4. *Observantia deferendum est pro interpretatione concordiæ.*
5. *Clericus quando dicatur delinquere ratione Ecclesiæ non exemptæ, ut subsit Jurisdictioni Episcopi.*
6. *Privilegium exemptionis cessat extra locum exemptum.*
7. *Exemptio si non est simpliciter localis, sed etiam personalis, tunc Privilegium non arctatur loco, sed personam sequitur.*
8. *Conclusio fortius procedit, quando exemptio est particularis ratione certæ causæ.*
9. *Exemptio quando dicitur stare limitativè, seu potius demonstrativè ad diversos effectus.*
10. *Exemptio quando dicitur concessa ratione ordinis non autem Personæ, & num. 11.*
12. *Cessante qualitate, cujus intuitu quis est exemptus, cessat exemptio.*
13. *Exemptus quando delinquit ubique locorum dicatur exceptus.*
14. *Decisio Seraphini 1058. declaratur.*
15. *Limitatio Jurisdictionis ad certam speciem non comprehendit reliquos casus non exceptos.*
16. *Observantia est valdè attendenda in materia Jurisdictionali.*
17. *Concordia inita cum Capitulo est attendenda ab Episcopo tam in Visitatione, quàm extra Visitationem.*
18. *Personæ in respicientibus Curam Animarum subsunt correctioni Episcopi.*
19. *Concubinatus lato modo refertur ad crimen respiciens Curam Animarum; Et quando econtrà reputatur.*
20. *Verba Sententiæ sunt strictè interpretanda.*
21. *Observantia subsequuta tollit omnem dubietatē.*
22. *Resolutiones Sac. Congreg. Concilii declarantur.*
23. *Observantia in re dubia est attendenda, quamvis contrarius intellectus esset de jure verior.*

DECISIO II.

In hac secunda Causæ propositione Domini censuerunt Sententiam Rotalem esse confirmandam. Intentio etenim Capituli super jure criminalitèr procedendi contrà Bonaventuram, & Joannem Cappellanos Extravagantes Metropolitanæ Burgen. remanet evidentèr fundata in dispositione antiquæ Concordiæ Alexandrinæ in duplici re judicata Rotali, & in subsequuta observantia, ex quibus constat eidem competere Jurisdictionem privativam in levibus, & simultaneam, cum Archiepiscopo in nonnullis gravioribus delictis Capitularium, aliarumque Personarum d. Ecclesiæ ubique delinquentium; E converso detegitur insubsistens prætensio Archiepiscopi puniendi vigore suæ ordinariæ Jurisdictionis
1. eosdem Cappellanos, quià juxtà formam præscriptam in Concordia non coram Archiepiscopo, sed coram Judicibus Capituli tenentur de eorum excessibus respondere, ut latè firmant *Decisiones hujus Causæ sub die 17. Februarii & 13. Junii 1687. coram R. P. D. meo Hervault.*

Non obstante, respectu Bonaventuræ, quod ipse uti Cappellanus B. Mariæ Visitationis non sit comprehensus in d. Concordia, sed ex lege fundationis reservantis Archiepiscopo jus coercen-

cendi Cappellanos, & Clericos prædictæ Cap-
pellæ, subjaceat Jurisdictioni Ordinarii. Tum
quià reservatio Jurisdictionis est restricta ad
2. correctionem, & punitionem in iis, quæ per-
tinent ad Cultum Capellæ, & proindè nil
commune habent cum delictis ex diversa Cau-
sa, & extrà illam commissis, quorum respectu
3. potiùs apparet nolita exemptio, dum statuitur,
quod d. Cappellani habeant omnia Privilegia,
prærogativas, libertates, & immunitates, quas
habent Capellani de numero ex firmatis in *No-
varien. Aggregationis 20. Junii 1681. & 12.
Junii 1682. coram R. P. D. meo Ursino*; Tum
quià concordia Alexandrina, quæ inita fuit
post 30. annos à d. fundatione, & Decisiones,
ac Sententiæ Rotales loquuntur indistinctè de
omnibus personis Clericis, & Beneficiatis Ec-
clesiæ Burgen. Undè antiquus status videtur de
consensu Archiepiscopi immutatus, & novus
inductus quoad omnes perpetuò intitulatos in
Ecclesia quocumque nomine nuncupentur per
*text. in Cap. per exemptionem de privil. in 6. Se-
raph. decis. 788. per tot.* Tum demum quià ex
pluribus actibus constitit, quod in delictis di-
ctorum Cappellanorum commissis extrà cul-
tum Cappellæ semper processit Capitulum
ad formam Concordiæ, non autem Archiepis-
copus; Et propterea huic successivæ observan-
4. tiæ pro interpretanda comprehensione, quate-
nùs dubia, est omninò deferendum *l. si de inter-
pretat. ff. de legib. Cap. Cum dilectus de consuetud.*
Minùs obstat, quod ipse Bonaventura resi-
5. stendo nonnullis decretis ab Ordinario editis
occasione Visitationis Ecclesiæ Parochialis S.
Stephani, cujus est etiam Beneficiatus, & affi-
ciendo verbis injuriosis Missarum Subcollecto-
rem eum alapæ comminatione deliquerit ra-
tione Ecclesiæ supradictæ Sancti Stephani non
exemptæ, & proindè subjacere debeat Jurisdi-
ctioni Ordinarii, quià concurrit diversa
qualitas ob quam exemptus diverso Jure, & re-
spectu pro re non exempta ab Episcopo coer-
ceri *Cap. Cum Cappella de privileg. Cap. 1. §. In
eos eodem tit. in 6. Innocent. in d. Cap. Cum Cap-
pell. num. 2. Abbas num. 7. Hostiens. num. 11.
vers. Et sic est Ancaran. num. 3. & in cap. Ex ore
de Privileg. Felin. in Cap. Cum dilectus à num. 9.
de rescript. Lap. allegat. 99. num. 2. Navarr. de
Jure jur. lib. 2. cons. 9. n. unic.* Quià cõelusio pro-
cedit in exemptione locali, seù mixta, quæ sit
6. loco circumscripta, tunc enim extrà locum
exemptum cessat privilegium, & ideò subintrat
Jurisdictio Ordinarii ratione rei non exemptæ,
& Causæ limitatæ, ut colligitur ex Texti-
bus, & DD. allegatis, & concordat *Gloss. in di-
cto §. In eos verb. resideant, & ibi Jo: Andr.
num. 8. Barbos. num. 3. & 4. Innoc. in Cap. Ex
7. ore num. 1. de privil.* Sed quando exemptio
non est localis, sed personalis, ut in præsenti est
illa, quæ ex Concordia, & Judiciis rotalibus
tribuitur Capitularibus, aliisque personis Ec-
clesiæ Burgen. tunc privilegium non arctatur
loco, sed personam sequitur ubicumque delin-
quat, ut communiter distinguunt *Gemnian. in
dicto §. In eos num. 8. Abb. in Cap. Quoniam
num. 3. & in cap. Tuarum num. 8. de Privil. &
in Cap. dilecti Filii num. 9. de for. competen. Soc-
cin. in Cap. Recepimus num. 70. de privileg. latè
Fagnan. in d. Cap. Tuarum num. 5. & 6. Sanch.
Consil. moral. lib. 6. Cap. 9. dub. 1. num. 25. &
dub. 5. num. 10. Covarr. practicab. Cap. 11. n. 5.
Kochier. de jurisd. ordin. exempt. par. 2. quæst. 45.
num. 4. 17. & 60. & par. 3. quæst. 15. num. 2.
Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 10.
del Bene de Immunit. tom. 2. cap. 14. dub. 11.
n. 1. & seqq. Pen. decis. 157. per tot.* Quod eo for-
8. tiùs procedit, quando exeptio non est gene a-
lis, sed particularis ratione certæ Causæ, prout est
præsens ratione delicti *Dec. in Cap. Tuarum n. 49.
de privil. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 123. n. 8.*
Nec replicari valet, quod dicta exemptio
9. competat ratione qualitatis Capitularis, quæ
est Causa finalis d. exemptionis, & stat limi-
tativè non demonstrativè, ità cessante dicta
qualitate, cessat etiam privilegium, ut per *Se-
raph. decis. 1058. num. 2. 3. & 9.* Et propterea
reputanda sit localis, seù mixta, non autem
personalis *Pen. d. decis. 157. num. 6.* Præsertim
10. quià concessa Capitulo, ejusque Communita-
ti, quo casu dicitur competere ratione Ordi-
nis, & Dignitatis, non verò personæ *Azor.
tom. 1. Instit. moral. lib. 5. Cap. 22. quæsit. 2.
vers. Sit etiam Castropal. tom. 1. Oper. Moral.
tract. 3. disput. 4. de privil. punct. 2. §. 1. Rot.
decis. 199. num. 25. par. 12.*
Cum etenim ad effectum, de quo agitur, uni-
11. cè inspiciendum sit, an exemptio circumscri-
batur loco, ut censenda veniat realis, an verò
comitetur personas ubicumque delinquant, ut
reputanda sit personalis juxtà distinctionem,
quam ad propositum affert *Kochier. de juris-
dict. in exempt. par. 1. quæst. 2. num. 4. & 5.*
Jam patet, quod in nostro casu versamur in
secunda specie, quià exemptio expressè com-
petit pro delictis ubique locorum commissis,
ut constat ex tenore Concordiæ ibi: *In dicta
Ecclesia, seù extrà*, & ex Decisione *Seraphini
omninò supponenda 1058. nu. 7. & 9.* cui est con-
formis subsequuta res Judicata, ut latè firmat
ultima Decisio *R. P. D. mei Hervault §. Sub quo-
rum*; Nec ex adjectione certæ qualitatis quæ
sit Causa limitativa, & finalis exemptionis ef-
ficitur, quod ex personali transeat in localem,
12. sed tantùm, quod cessante illa qualitate, cujus
ratione, quis est exemptus, cesset etiam exem-
ptio, ut per *Felin. in Proem. Decretal. num. 42.
Beronf. cons. 24. num. 5. lib. 1. Lotter. de re
Benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 22.* & plures sunt
casus, in quibus licèt exemptio competat ra-
tione Ordinis, vel Dignitatis, ut in regulari-
bus, subcollectoribus, Equitibus Hierosoly-
13. mitanis, & similibus; Quià tamen privile-
legia

legia sunt ampla nec ullo loco circumscripta, dicuntur inducere exemptionem personalem, pro delictis ubicumque, & etiam respectu alterius beneficii commissis, nisi sunt de specialitèr exceptis à Jure, ut de regularibus Parochis firmat *Sanch. Consil. Moral. loc. citat. Barbos. de Offic. & Potest. Episc. par. 3. alleg. 73. num. 21. & ad Concil. Cap. 11. sess. 25. de regul. num. 21.* & de subcollectoribus, qui etiam sint Canonici, seu Beneficiati *Barbos. in Summ. Apostol. decis. cap. 180. verb. Collectores num. 3. & ad Concil. sess. 25. cap. 7. de reformat. num. 19. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 51. num. 81. & seqq.* ubi ita refert decisum per Congregationem Concilii *Armendar. in addit. ad recopilat. ad leg. Navarræ tit. 6. de Visit. num. 30.* ac demùm de subditis Religioni Hierosolymitanæ exercentibus Curam Animarum *Rot. decis. 391. num. 3. & seqq. & num. 11. par. 13.*

Ideò nil urget, quod in d. *decis. 1058. Se-*
14. *raphini*, & in subsecuta Sententia definitum fuerit, quod personæ Ecclesiæ Burgen. obtinentes extrà Ecclesiam Beneficia Curata subsint Jurisdictioni Archiepiscopi in delictis concernentibus exercitium Curæ, & Sacramentorum administrationem, quià in eo Casu concurrebat clara dispositio *Conci. Trident. sess. 25. cap. 11. de regular.* Subiiciens Ordinario personalitèr exemptos in iis, quæ concernunt Curam, & consequentèr ratione diversæ qualitatis, quæ prævalet, & habet à Jure certam determinationem, tenebatur exemptus Episcopo respondere, ut ibi: *num. 5. & seqq.* & concordat *Gratian. discept. 298. num. 49. Rota dict. decis. 291. num. 5. par. 13.* Sed in Casu præsenti nullo Jure specialitèr sancitum est, quod ratione simplicis Beneficii non exempti, personalitèr exemptus subjaceat Jurisdictioni Ordinarii, quinimmò constat de contrario ex DD. plenè relatis suprà §. *Minus obstat*; Undè ratio superinductæ qualitatis, quæ prævaleat,& habeat in Jure specialem determinationem, non adaptatur præsenti Hypotesi; Imò dicta Decisio Seraphini retorquetur; Si enim ad sensum partis d. Personæ Ecclesiæ Burgen. obtinentes Beneficia extrà Ecclesiã fuissent obnoxiæ Jurisdictioni Archiepiscopi ratione Beneficii non exempti non erat coarctanda resolutio ad concernentia Curam, & Sacramentorum administrationem juxtà terminos dispositionis Concicialiaris tribuentis jurisdictionem delegatam in exemptos, sed simplicitèr, & indistinctè jurisdictio ordinaria intrasset in omnibus;Qua-
15. propter ex dicta limitatione Jurisdictionis ad certam speciem delictorum optimè infertur, quod in cœteris manebat exemptio. ut agendo de dispositione Concilii benè ratiocinatur *Faguan. in d. Cap. Tuarum num. 23. de privil.*

Idque fit manifestum ex subsequuta obser-
16. vantia, quæ docuit Judices Capituli semper processisse contrà Capitulares, quamvis possiderent Beneficia extrà Metropilitanam, & in eisdem beneficiis delinquerent, ut præ ceteris constat ex Processu Joannis de Lescano Cappellani de numero, & Beneficiati Parochialis B. Mariæ de Viesarrus, qui audiverat Confessiones cum licentia falsa in dicta Parochiali; cum enim priùs processisset sola Curia Archiepiscopalis, fuerunt ejus acta annullata, & inchoatus novus Processus ad formam concordiæ cum declaratione, quod non habebat Jurisdictionem procedendi seorsim contrà d. de Lescano, sed solus Archiepiscopus unàcum Judicibus Capituli, ex qua observantia quampluribus aliis actibus comprobata visa fuit removeri quælibet dubitatio, ut observat *r. decis. R. P. D. Hervault §. Quoniam, & §. Huic namque, & 2. §. final.*

Nèc demum refragatur, quod delicta Bo-
17. naventuræ commissa fuerint occasione Visitationis; Quia Archiepiscopus stante amplitudine, & prægnantia verborum tenetur ad observantiam Concordiæ tam in Visitatione, quàm extrà, & tàm in Visitatione Metropolitanæ, quàm cœterarum Ecclesiarum, ut ex Sententia Seraphini probat ultima Decisio *R. P. D. Hervault §. Neque hoc cum seqq.*

Respectu verò Joannis non obstat, quod
18. ipse, qui est quoque Parochus SS. Cosmæ, & Damiani, uti inquisitus de publico Concubinatu, sit corrigendus ab Archiepiscopo tanquam de crimine respiciente Curam Animarum ad formam dictæ Decisionis 1058. & Sententiæ Seraphini; Quia licèt hujusmodi crimen
19. ratione scandali, ac turpitudinis influat, & referri possit ad Curam, tamen est relatio lata, & impropria, non autem propria, & necessaria, quæ tunc solum diceretur, quando commissum fuisset calore, prætextu, authoritate, vel con-
20. templatione muneris Pastoralis ad tradita per *Bartol. cons. 174. num. 4. in fin. Paris. de Put. de Sindic. in verb. Judices num. 8. inter tractat. tom. 7. fol. 233. & in verb. Officialis offensa sub num. 6. fol. 293. Farinacc. in prax. quæst. 19. num. 44. Rota decis. 754. num. 2. par. 1. divers. Gregor. decis. 233. num. 6.* Ideò non compræ-
21. henditur in Sententia loquente de delictis respicientibus Curam, quia ejus verba non sunt porrigenda ad remota, & impropria, sed accipienda in stricta, & propria significatione. *l. si quis à liberis §. Si vel parens vers. Meminisse ff. de liber. agnoscen. Ubal. decis. 288. num. 5. & 6.* Aliàs enim si procederet hujusmodi extensio, etiam Parochus criminosus ratione Scandali, ac turpitudinis diceretur in Cura delinquere, & consequentèr subjaceret ferè in omni Crimine Jurisdictioni Ordinarii, quod non est admittendum, quià esset eludere concordiam, & abdicare à Capitulo jus puniendi delicta sibi specialitèr reservatum super omnibus personis Ecclesiæ Burgen., ut arguit *Seraphin. decis. 475. num. 1. & decis. 1008. num. 5.* Eoque fortiùs

X quià

quià delictum Concubinatus publici est litteralitèr in Concordia reservatum correctioni Capituli, atque ex pluribus actibus constat, quod super eo semper processit tàm antè, quàm post Sententiam Seraphini, & tam contrà Beneficiatos exercentes, quàm non exercentes
22. Curam; Unde si aliquod dubium adhuc incideret super Interpretatione prædictę Sententiæ remaneret omnino sublatum ex hac diuturna, & uniformi observantia, quæ resultat equè benè ex facto Capituli, quàm ex non facto Archiepiscopi *Bich. decis.* 650. *num.* 17. *Rota decis.* 258. *num.* 8. *par.* 18.

Nec adversatur resolutio Sacræ Congrega-
23. tionis Concilii in una Faventina, in qua declaratur Vicarium, seu Cappellanum exemptum subesse Episcopo in iis, quæ concernunt Curam Animarum in delictis scandalosam turpitudinem habentibus, quàm refert *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 4. *num.* 2. Tum quia ex ipso discretivo modo loquendi deprætenditur alia esse delicta concernentia Curam alia, quæ scandalosam turpitudinem habent, & proptereà dum sentētia Seraphini tribuit cognitionem in concernentibus Curam Archiepiscopo, & concordia reservat correctionem Concubinatus Capitulo, non est prima species delictorum confundenda cum secunda; Sed utraque ad limites suæ peculiaris dispositionis est regulanda *Gregor. decis.* 434. *num.* 6. *& decis.* 251. *num.* 23. *par.* 19. Tum quià dicta resolutio potest intelligi de Parocho scandoloso, qui remaneret impunitus ob negligētiam, vel absentiam Superioris, & in iis, quæ non concernunt pœnas corporales, seu pecuniarias, sed suspensionem ab exercitio Curæ, ut intellexit idem *Card. de Luca in Supplement. ad tit. de Jurisdict. discur.* 101. *num.* 8. Sicque non applicatur præsenti casui, in quo nec dictæ circumstantiæ concurrunt, nec iste modus procedendi denegatur Archiepiscopo; Tum demum quia observantia docuit Jurisdictionem exercitam fuisse à Capitulo super similibus delictis contrà Beneficiatos Parochos, ut dictum est suprà; Adeoque hæc observantia in re dubia, ac disputabili est attendenda, quamvis contrarius intellectus esset de Jure verior *Gregor. decis.* 184. *num.* 8. *Buratt. dec.* 944. *n.* 6. *Royas dec.* 350. *num.* 11. *Triol. decis.* 46. *num.* 29.

Et ità utraque &c.

R. P. D. BENINCASA.

Gerunden. Jurisdictionis, Ven. 1. *Martii* 1690.

ARGUMENTUM.

Manutentio dicitur debita Episcopo, qui docet de actibus Jurisdictionalibus, & Causa potius attendenda est, quàm exercitium, & Territorium Separatum probari dicitur tantùm per Privilegium Clarum.

SUMMARIUM.

1. *Episcopus manuteneri debet in exercitio Ordinariæ Jurisdictionis, constito de actibus possessoriis, adversus Prælatum inferiorem.*
2. *Visitationes lite pendente factæ non sunt attendendæ.*
3. *Archivium Episcopale dicitur publicum, & Jura ab eo extracta probant, maximè si sint adminiculata.*
4. *Lis aliundè probari debet, quàm ex assertione Prælati inferioris.*
5. *Lite pendente omnia gesta dicuntur attentata.*
6. *Visitationes Episcopi factæ de licentia Prælati inferioris, seu ab ipso contradictæ, nullius sunt roboris, secus econtrà.*
7. *Episcopus potest de Jure communi visitare omnes Ecclesias, & Monasteria suæ Diœcesis etiam resistentibus Regularibus.*
8. *Regulares publicantes indulgentias sine Ordinarii licentia subsunt Episcopi Jurisdictioni.*
9. *Actus particulares exerciti ab Episcopo conservant eidem Jus universaliter adversus Prælatos inferiores.*
10. *Causa potius inspicienda est, quàm exercitium respectu actuum Jurisdictionalium.*
11. *Privilegium Apostolicum circa Territorium Separatum non suffragatur si non est clarum, & extractum citata Parte.*
12. *Privilegium Apostolicum usu non receptum non probat, nec sufficit ad retardandam manutentionem Episcopo.*
13. *Prælatus inferior non dicitur constitutus in quasi possessione, ex quo Superior Episcopus non exercuerit Jurisdictionem, nisi illam exercere volens fuerit repulsus.*
14. *Concilium Tridentinum quoad Jus visitandi derogavit omni Privilegio ante illud concesso Prælato inferiori.*
15. *Abbatiæ habentes Territorium Separatum solent conferri in Concistorio, & Abbates convocari ad Concilium Provinciale.*
16. *Collationes expletæ in Concistorio solent referri ad honorem Ecclesiarum, non verò ad amplitudinem Officii.*
17. *Collationes factæ à Prælato inferiori dicuntur clandestinæ non docto de scientia Episcopi, quem non afficiunt.*
18. *Consensus præstitus in permutationibus Beneficiorum intervenire potest ratione Jurispatronatus.*
19. *Actus consecutivus Jurisdictionis est instituere, vel confirmare præsentatum ad Beneficium.*
20. *Libri privati Monasterii non probant, & partitæ ab illis extrahi debent citata parte.*
21. *Rex tamquam Princeps Laycus nequit se ingerere in Jurisdictione Spirituali, nec quemquam*

quam eximere valet à Jurisdictione Ordinarii.

DECISIO III.

Constare iterum dixerunt DD. de bono Jure Episcopi Gerunden. etiam ad effectum manutentionis circà pertinentiam, & exercitium Jurisdictionis Ecclesiasticæ, & Spiritualis in locis, de quibus agitur, quià pro se habet Juris assistentiam resultantē ex situatione Monasterii, & Villæ de Amerio intrà limites suæ Diœcesis, necnon exercitium actuum Jurisdictionalium in eisdem locis à sæculo, & ultrà continuatum etiam cum scien-
1. tia, & patientia Abbatis Collitigantis, quibus simul junctis Ordinarius semper est manutenendus, non verò Prælatus inferior ad *text. in cap. cum persona in fine de Privileg. in 6. & in cap. retinendæ Instit. de Interd. Posthius de manut. observ. 45. nu. 38. & Rota apud ipsum dec. 64. num. 2. & seq. & in recent. decis. 382. num. 4. p. 2. præter relat. in Priori hujus Causæ decis. coram me 27. Junii proximi præteriti in princ.*

Neque ad elidendum exercitium actuum Jurisdictionalium ab Ordinario continuatum afficere videbatur, quod visitationes ab Episcopis factæ Monasterii Sanctæ Mariæ de Amerio, & Parochialis Sancti Michaelis non sint in forma probanti veluti extractæ ab Archivio Episcopali, vel tamquam pro majori parte emanatæ post annum 1602. quando lis adhuc pendebat in Rota inter Prædecessores
2. Collitigantium; Utrumque enim objectum facili responsione dissolvitur, quià cum Archivium Episcopale reputetur publicum, &
3. Jura ab eo extracta adminiculum sumant veritatis ex uniformi depositione Testium, qui de hujusmodi, aliisque pluribus Jurisdictionalibus actibus pro Episcopo testificantur, indubitanter probant *Adden. ad Buratt. decis. 667. num. 15. & decis. 340. num. 24. p. 15. rec. & coram SS. D. N. decis. 245. num. 12.*

Lis verò cum aliundè non justificetur, quam
4. ex propria Abbatis assertione emissa in quadam Cedula appellationis, quæ nunquam prosequuta dignoscitur, nullam meretur fidem, ut monet Jurisconsultus in *l. Hæc autem §. 1.* ibi *constare debet, liquereque Pratori ff. quibus ex Causis in possess. eat.* ubi *Bartol. in l. aliisque relatis concord. plenè firmavit Rota in decis. 280. num. 3. & seqq. coram Buratt.* Quinimò si fides aliqua ei adhibenda foret, penitus destrueretur ex facto ejusdem Abbatis, qui causam istam ex integro coram me agitare cæpit prævia Commissione Jact. Jact. quando si revera fuisset antiqua lis, pinguiori remedio sibi consulere poterat expediendo Rotalem inhibitionem in vim pendentiæ illius, per quam faci-
5. liùs obtinere valuisset omnia gesta medio tempore declarari nulla, & attentata juxta praxim de qua *Vestr. in Cap. 4. lib. 8. Lancellot. de attent. p. 1. cap. 3. sub num. 63. & seqq. Rot. coram Card. Cels. decis. 207. & decis. 224. utrobiq. per tot.*

6. Minùs relevat, quod aliquæ ex dictis Visitationibus Monasterii fuerint contradictæ, aliæ verò sint factæ de licentia Abbatis; Siquidem ultrà quod objectæ contradictiones, particulares actus Visitationis respiciunt, adhuc attendi non merentur, nam ab eis recessum fuit, dum citrà nullum impendimentum deindè Episcopus iteratis vicibus accessit ad Monasterium, & Abbas, Monaci, ac Beneficiati receperunt illum processionalitèr Cruce erecta, & Campanis resonantibus, ut signantèr legitur in Visitationibus annorum 1548. 1573. & 1682. & in puncto aliàs respondit Rota coram *Zarat decis. 10. num. 34.* Nullatenùs refragante, quod aliquando Abbatum licentiæ intercesserint, quià illæ censentur petitæ potiùs ex urbanitate, quàm ex necessi-
7. tate, cum alioquin de Jure communi possit Episcopus visitare omnes Ecclesias, & Monasteria suæ Diœcesis etiam resistentibus regularibus, ut latè tradit *Barbos. de Offic. & potest. Episcop. allegat. 74. num. 21. & seqq.* & præcipuè contrà Benedictinos resolvit *Rota decis. 218. num. 9. 26. & seqq. coram Royas, & decis. 923. num. 1. & 2. coram Eminentiss. Cerro.*

Non dissimili responsione objectum solvitur quoad alias licentias, quas dedisse Abbas prætenditur, occasione publicandi Indulgentias in Ecclesia Monasterii; Nam si loquitur de Jubileo ultimo loco concesso à san. mem. Innocentio XI. licentia per eum præstita, fuit illicò à Promotore Fiscali contradicta; Si
8. verò de aliis licèt ex parte Episcopi similis contradictio non justificetur, illius tamen omissio præjudicare non valet, quià post Concilium publicare Indulgentias in Ecclesiis Regularium fieri nequit sine licentia Episcopi, & Regulares contravenientes Jurisdictioni ipsius remanent subjecti *Fagnan. in cap. Grave nu. 45. de Offic. Ordin.* ubi quod ità fuit à Sacra Congregatione Concilii resolutum *Barbos. d. tract. de Episcop. allegat. 105. num. 69. Tambur. de Jur. Abbat. disput. 15. num. 7. & 35. tom. 1.*
9. Considerando maximè quod non desunt alii quamplures actus ab Episcopo exerciti vigore utriusque legis Diœcesanæ scilicèt, & Jurisdictionalis longa serie designati in præterita mea decisione, & per Abbatem non impugnati, ex quorum frequentia, multiplicitate, & qualitate dubitandum non est, quin Jurisdictio in universali habitualiter saltem remanserit penes Episcopum tamquam sibi competens ex Generali Juris dispositione, adeoque minimè curandum veniat, an exercita fuerit, & quomodo in aliquibus casibus in particulari, cum pro
10. illius conservatione in universum potiùs inspici debeat Causa actus, quàm exercitium

X 2 juxtà

juxta Theoricam *Innocent. in cap. Dilectus sub num. 3. de Capell. Monach. in 6. Bald. in l. 1. sub num.24. vers. Tu dic. cap. de emancip. libert. & in cap. quærelam num. 23. in fine de elect. Posth. de manut. observat. 73. num. 130. cum seqq. Rota apud Covarr. discept. forens. decis. 47. num.9. & apud Tondut. de Pens. decis.11. nu.12. & decis. 775. num. 6. p. 18. rec.*

Quibus omnibus pro bono Jure Episcopi ejusque Manutentione iterum Canonizatis, quidquam non relevare visum fuit Privile-
11. gium san. mem. Clementis III. pro Abbate nuper exhibitum, nam quicquid sit, utrum ex eo inferri possit ad Territorium Separatum, seù an tribuat plenariam exemptionem unâ cum solutione utriusque legis tam Diœcesanæ quam Jurisdictionalis, de quibus solum agendum foret, ubi tale privilegium docere esse in forma probanti, prout hactenùs doctum non fuit, cum re vera sit simplex sumptum ex quibusdam Pergamenis, & Bullis existentibus Barchinonæ absque eo quod insertum appareat in processu Causæ, minusque citata parte compulsatum, prout opus esset ad *text. in cap cum personæ §. Penult. de privileg. in 6.* & benè advertit Rota coram *Royas decis. 211. num.9. usque ad 13.* & novissimè in *Olmicen. Jurisdictionis 23. Junii prox. præt. §. Cæterum coram R. P. D. Manuel.*

12. Nihilominùs est etiam quod probationem faceret, adhuc tamen nullius essent ponderis, quia nullibi fuisse umquam usu receptum, & observatum; Non enim sufficit pro retardanda manutentione Ordinario sola exhibitio privilegii, quando non adest ulterius illius observantia, seù quasi possessio exemptionis, vel Jurisdictionis in eo concessa, & communitèr notant *DD. in dicto cap. cum personæ de privileg. in 6. Rot. decis. 491. num. 4. p. 1. recent. coram Duran. decis. 446. num. 9. & coram Eminentiss. Cerr. decis. 923. num. 5.* In hac autem quasi possessione Inferior dici non potest constitutus ex
13. eo solum quod aliquando non appareat Superiorem exercuisse Jurisdictionem, nisi probetur etiam, quod venerit Casus eam exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, vel aliàs habuerit se pro spoliato, ut egregiè prosequitur *Rota dicta decis. 491. num. 6. & seqq. p. 1. recent.* Quod tantum abest, quod concurrat in hoc casu, ut potiùs contrarium manifestè resultet ex tot actibus Jurisdictionalibus in prima decisione recensitis, ut dictum est, qui propter universalitatem Causæ conferunt etiam ad universalem Jurisdictionem ex suprà *allegat. §. non dissi-*
14. *mili*, non prætereundo, quod præmissa fortiùs procedunt in ordine ad visitationes, dum tale Privilegium concessum fuit anno 1187. & sic longè antè Concilium Tridentinum, quod similibus concessionibus respectu Juris visitandi amplissimè derogavit, ut advertit *Rot. dec. 68. num.3. apud Tambur. de Jur. Abb. & decis. 501. num. 5. p. 2. rec.*

Atque ex his facili negotio dilucidantur Generales aliæ Jurisdictiones, & æquivoca argumenta, quæ ulteriùs favore Abbatis cumulabantur; Non enim refert, quod Abbatia de Amerio provideri consueverit in Con-
15. cistorio, & idem Abbas aliquando evocari ad Concilium Provinciale Tarraconen., quasi utrumque conveniat Abbatibus solum habentibus Territorium Separatum cum Jurisdictione quasi Episcopali, ut de primo notat *Lap. allegat. 84. sub. num. 11. ibique Adden. litt. C.* & de secundo *Florez. de mena var. resolut. lib. 3.*
16. *quæst. 24. num. 28.* Quoniam ex iis minimè inferri valet ad pertinentiam controversæ Jurisdictionis, dum tales actus practicari solent in honorem Ecclesiarum, non verò in amplitudinem Officii, ut inquit *Jo. Andr. in cap. Ut Apostolicæ de privileg. in 6.* & simile objectum aliàs rejecit *Rota in Leodien. Jurisdictionis super bono Jure 23. Januarii 1679. coram Reverendiss. Domino meo Decano, & in confirmatoria 13. Martii sub §. Ex usu coram R. P. D. Meo Caccia, & in Brixinen. Jurisdictionis 5. Julii 1688. §. Nec in præsenti coram R. P. D. Meo Caprara* reflectendo præcipuè, quod ubi Abbas ad dictum Concilium vocatus est, hoc factum fuit per litteras Episcopi Gerunden., cui pariformitèr occasione ejus Synodi medio Juramento promittit ad illam accedere, quotiès impeditus non fuerit, quæ singula potius destruunt, quam foveant prætensam omnimodam Jurisdictionem cum separatione Territorii ex firmatis in Priori *decis. sub §. Correspondent.*

Ejusdemque irrelevantiæ est, quod Abba-
17. tes fecerint aliquando Collationes Beneficiorum, vel eorum permutationi consenserint quià non docto de scientia, & patientia Episcopi, hujusmodi Collationes tamquam clandestinæ non afficiunt *Abb. in cap. olim l. 3. num. 8. & 12. de restitut. spoliat. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 14. num. 34. Rota decis. 70. sub num. 75. & 76. p. 13. & decis. 340. num. 21. & 22. p. 15. recent.* Consensus verò in permu-
18. tationibus præstitus satis est, quod potuerit intervenire ratione Jurispatronatus Abbati competentis, præsertim quià compermutantes postmodum adiverunt Episcopum pro obtinenda illorum collatione, quod clariùs de-
19. monstrat ipsius Jurisdictionem, cujus actus consequutivus est instituere, vel confirmare provisionem anteà reportatam à Colllatore inferiori *cap. ex frequentibus ubi DD. de Instit. Vivian. de Jurepatr. lib. 12. cap. 3. num. 17. & 18. Rot. coram Buratt. decis. 578. num. 9. & in Civitatis Castelli Canonicatus Pænitentiarii 26. Junii 1682. § sed etiam cum seqq. coram Reverendiss. Domino meo Decano, & in d. Olmucen. Jurisdictionis coram R. P. D. meo Manuel. §. Nec obstat.*

Tandem allegari non merentur enunciativæ libro-

librorum Monasterii, & regia transactio anni 1389. ex quibus probari dicitur, quod omnis Jurisdictio diù jam translata fuerit in Abbatem; Quoniam distinguendo utramque Jurisdictionem temporalem scilicet, & Spiritualem; quatenus ad primam pertinet si quam ullam prætendit Abbas, eam non contendit Episcopus in Territorio, ac Valle de Amerio; Et
20. quoad secundam frustrà conatur illam deducere ex privatis libris Monasterii, quorum partitæ non reperiuntur in Processu Compulsoriali registratæ, vel saltem in actis, citata parte productæ, quos singulos defectus in his terminis perpendit *Rota dicta decis. 340. nu. 23. & seq. p. 15. & decis. 227. num. 8. p. 16. &*
21. *decis. 375. num. 8. & 9. p. 18. recent.* multoque minùs ex Concordia inita cum Aragonum Rege, qui tamquam Laicus, & Juris Spiritualis penitùs incapax, nec valuit eximere à Jurisdictione Ordinarii, nec aliquod elargiri privilegium, per quod Jus, & potestas Diœcesani in aliquo quatenùs minimo minueretur *cap. Decernimus de Judic. cap. Causamque de præscript. Rota decis. 218. num. 6. cum duobus seqq. & latiùs dictum fuit in præcitatis Leodien., & Brixinien. Jurisdictionis.*

Et ità utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Salisburgen. Juris Metropolitici lunę 26. Novembris 1691.

ARGUMENTUM.

Agitur de Jure Metropolitico, & negligentia Antecessoris non præjudicat Ecclesiæ Metropolitanæ, Translatio Jurium de una in aliam Ecclesiam debet concludenter probari, & Ecclesiæ duæ Metropolitanę possunt esse in separatis locis.

SUMMARIUM.

1. *Ecclesia Metropolitana habet intentionem fundatam super omnibus aliis Ecclesiis sitis in Provincia.*
2. *Ecclesia Passaviensis nullum alium Archiepiscopum habet, quàm Salisburgensem.*
3. *Indulta Pontificia possunt à Pontificibus revocari, & probant omnia in illis asserta.*
4. *Privilegium exemptionis justificat præcedentem subjectionem Ecclesiæ exemptæ.*
5. *Revocatio Privilegii operatur, ac si illud numquam fuisset concessum.*
6. *Negligentia Episcopi non potest præjudicare Juribus Ecclesiæ.*
7. *Papa non solet supprimere Ecclesias, nisi magna cum Causa.*
8. *Ecclesiæ duæ Metropolitanæ possunt esse in separatis regionibus.*
9. *Pontifex non immutat præcedentem statum Ecclesiæ ob ejus factum.*
10. *Continuatio præsumitur probatis extremis, & docto de titulo antecedenti.*
11. *Enunciativæ simplices non probant.*
12. *Translatio jurium de una in aliam Ecclesiam debet concludenter probari.*
13. *Qualitas juris metropolitici in aliqua Civitate existens, eâ destructâ, etiam remanet.*
14. *Pallium est signum Superioritatis in omnes Episcopos Provinciæ.*
15. *Enunciativæ Pontificum inter se conquassantur, & attendi solent illæ plures.*
16. *Verba Pontificum non præsumptivè, sed causativè prolata in Bullis reducunt ad pristinum statum Jus Metropoliticum in Ecclesia.*
17. *Constitutiones Pontificię statim sortiuntur executionem.*
18. *Enunciativæ antiquæ plurimum conferunt ad probandum jus Metropoliticum.*
19. *Synodus Provinciales, in quibus intervenerunt Episcopi, probant statum Metropoliticum.*
20. *Episcopus non præsumitur, quidquam permittere in ejus præjudicium.*
21. *Assistentia Juris sufficit pro manutentione.*
20. *Possessio juncta cum assistentia Juris habetur pro legitimo, & concludenti titulo.*

DECISIO IV.

Præsidentes Ecclesiarum Salisburgensis, & Passaviensis Regimini duo vigilantissimi Præsules, qui pro conservanda qualitate propriæ Sponsæ, & decore unanimiter solliciti, litem longè ante in hoc Sagro Auditorio introductam, ac variis, & necessariis de causis semper protractam, curarunt hodie coram me proponi, & Domini responderunt constare de Jure Metropolitico Ecclesiæ Salisburgensis, etiam ad effectum manutentionis, non verò de exemptione Ecclesiæ Passaviensis.

1. Extra omnem est controversiam, quod Ecclesia Salisburgensis sit Archiepiscopalis, & Metropolitana, ex quo validissima oritur Juris assistentia, quod illa teneat suam intentionem fundatam super omnibus aliis Ecclesiis in propria Provincia existentibus ad *text. in cap. Pastoralis, ibiq; Gloss. de Offic. Ordinar. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 13. Rota apud Tamburrin. de Iur. Abbat. decis. 56. num. 1. & coram Penia decis. 54. num. 3. & decis. 734. num. 3. in fine*, & consequenter super Ecclesia Passaviensi, quæ intra illius fines existit juxta Indul-
2. tum Joannis XXIII. & alterum Martini Quinti, de quibus fusiùs infra, eoque fortiùs, quia respectu dictæ Ecclesiæ Passaviensis nullus alius adest Archiepiscopus vicinior, qui in ea superioritatem exercere valeat. *Rota corā Buratto decis. 578. num. 3. Royas decis. 218. num. 5. Carill. decis. 126. num. 4. & in recent. decis. 334. num. 4.*

num. 4. *part. xiii. & dec.* 483. *n.* 4. *part. xiv.*

Ultra hanc claram Juris assistentiam afferunt in tali Jure Metropolitico Ecclesiam Salisburgensem quatuor Pontificia Indulta, quorum
3. duo quamvis Passaviensem eximant ab hujusmodi superioritate, fatentur tamen illius subiectionem, imo quantò eidem favorabiliora sunt, tantò magis contra eadem probant; & cum postea hæc per alia duo subsequentia reuocata sint, nullam vim habere possunt pro sustinenda exemptione, sicut omnem fidem faciunt quoad illius dependentiam, atque ita omnia conveniunt, quod jus Metropoliticum sit penes Ecclesiam Salisburgensem.

Primum ex his est Joannis XXIII. anno 1415 quo nulla illum violenta, vel præscripta subjectione movente, sed tantùm quia Ecclesia Passaviensis admodùm solemnis, & famosa, ac, benedicente Domino, magna Cleri, & Populi, nec non Vassallorum, & Subditorum multitudine decorata existit, fatendo illius subjectionem, & existentiam intra limites Jurisdictionis Ecclesiæ Salisburgensis, illam eximit ab omni ejusdem Jurisdictione, & præterea eidem Episcopo, & Successoribus, ut decætero perpetuis futuris temporibus Pallio uti liceat, concedit.

Secundum indultum est primum Martini V. anno 1418. ubi exprimens: quod, cum inter præcipuas Pontificis curas sit, ordinem inter Cathedrales, & Metropolitanas Ecclesias servare, repetendo etiam primam subiectionem, in qua erat Ecclesia Passaviensis, & exemptionem postea eidem concessam, hanc ex certa scientia revocat, ac nullius decernit esse valoris, Ecclesiamque Salisburgensem in statum pristinum restituit, & reponit.

Successit tertium ejusdem Martini anno 1420. qui, sive mutata voluntate, sive ex nova facti circumstantia (suppositum enim illi fuerat, quod Ecclesia Passaviensis olim Laureacensis appellabatur, & antiquitus, prout in ejus privilegiis reperitur, Metropolitana fuerat, ejusque Pontifex pro tempore honore Pallii ex Apostolicæ Sedis gratia uti consueverat) exemptionem, & Indulta prædicta ex certa scientia confirmavit.

Tandem supervenit, & quartum similiter Martini V. de anno 1423. quod etiam ultimum fuit in hac materia, quo, iterum repetitis omnibus supra narratis, & alternativè factis, quodcumque privilegium Ecclesiæ Passaviensis, illam à subjectione Ecclesiæ Salisburgensis eximens, revocat, dictosque Archiepiscopum, & Ecclesiam Salisburgensem in statum pristinum, in quo erant ante litteras Balthassaris Episcopi tunc Joannis XXIII. restituit, & reponit, hoc tamen adhibito temperamento, quod tantum vita functo Georgio tunc Episcopo passaviensi, Archiepiscopus Salisburgensis pro tempore existens, suam possit exercere Jurisdictionem.

Ex quibus actibus toties repetitis, & animo satis deliberato, ac habito diligentissimo examine, peractis, attenta maximè personarum,
4. ac rerum qualitate, non est prorsus dubitandum de existentia Juris Metropolitici in Ecclesia Salisburgensi, deque alterius Passaviensis subiectione, cum privilegium exemptionis justificet præcedentem subjectionem ex allegatis per *Rotam divers. dec.* 207. *n.* 2. *cum seqq. part.* 2. *& dec.* 324. *n.* 3. *& seq. par.* 1. *recent.* &
5. subsequens exemptionis revocatio operetur, ac si hujusmodi privilegia, & concessiones non emanassent, *Rota coram Dunoz. Junior. dec.* 830. *num.* 26. *& melius coram Penia dec.* 546. *n.* 5.

Scribentes quoque pro Ecclesia Passaviensi agnoverunt, hanc esse veram, & unicam viam, quæ illos conducere poterat ad optatum finem; Ideoque omni studio conati sunt demonstrare omnia Jura vetustissimæ, & celebris Ecclesiæ Laureacensis in propriâ translata fuisse, & sicut illius Metropolitica dignitas negari minimè potest, ita neque libertas Ecclesiæ Passaviensis tolli, quia, etiamsi titulum, & usum Pallii per incuriam Antistitum amiserit,
6. suum tamen statum, & qualitatem nunquam mutare debet, cum ex facto Præsulum non possit Juribus Ecclesiæ præjudicari *Rota in recent. decis.* 27. *num.* 1. *cum seq. par. ix. & decis.* 99. *num.* 7. *par. xiv.*

Hanc verò Jurium translationem desumebant, ex quo ab Attila non solum illis omnibus Regionibus devastatis, sed iterum ab Hunnis barbarica feritate radicitùs eversis, nullum neq; securiorem, neque viciniorem Archiepiscopus Laureacensis patere sibi putavit recessum, quàm in Urbe Passaviensi, quo etiam instante Utilone Bojariorum Duce, se contulit cum omnibus suis symmistis, hoc est, Sacerdotibus, Monacis, & Sanctis Virginibus, ibique firmata Sede Archiepiscopali, Successores cæperunt promiscuè appellari Archiepiscopi Laureacenses, & Episcopi Passavienses, imò eadem Persona vtramque dignitatem sustentare. & ex duabus Ecclesiis una tantùm cæpit esse, & pro una ab omnibus haberi; ut pluries refert *Hundius in ejus Metropoli Salisburgensi in Chronol. Episcoporum Passaviensium fol. mihi* 285. *ac fol.* 291. §. *Vivilo*, *& fol.* 290. §. *Theodorus.*

Neque his obstare dicebant Bullam Leonis III. anno 798. qua prætenditur, ob desolationem Ecclesiæ Laureacensis ad præces Caroli Magni sublimatam fuisse Ecclesiam Salisburgensem ad Metropolitanam Dignitatem Regni Bojariorum tempore Arnonis, suppressa Metropoli Laureacensi; Hæc enim primò originaliter non exhibetur, sed tantùm allegatur *penes Hundium in dicta sua Metropoli Salisburgen. fol.* 4. qui pariter testatur, illam vidisse mendosam, ideoque statim illi fidem adimit, illiusque exhibitionem Scribentes pro Ecclesia Passaviensi enixè exoptabant, non ad impugnan-

gnandam Archiepiscopalem Dignitatem Ecclesiæ Salisburgensis; sed ad propriā libertatem tuendam; Cum impossibile videatur, hoc evenisse ad postulationem Vilderici, tunc Antistitis Passaviensis, & Laureacensis, cum propria suppressione, ac spontè renunciasse tantæ Dignitati à suis Prædecessoribus sanguine, & labore acquisitæ.

Ulterius instabant, quod etiam admissa Metropolitana Dignitate in Ecclesia Salisburgensi, non ideo esset destruenda altera Laureacensis in Passaviensi jam radicata, cum necesse
7. sit, quod expressè supprimatur, & Summus Pontifex, cui tantùm est talis potestas, non solet ad istos actus devenire, nisi magna de causa, & non sine maturo examine, quod in tali casu deficere videtur. *Franc. de Eccles. Cathedral. cap. 9. num 1. cum seqq.* Possunt namque stare duæ Ecclesiæ Archiepiscopales, & Me-
8. tropolitanæ, & præcipuè in Regionibus separatis, ut relatis *Vames cons. 10. n. 4. & aliis authoritatibus*, *firmat Rota coram Bichio decis. 665. num. 8. cum seqq.* Ex Bulla enim Leonis III. etiam ad sensum Partis patet, Arnonem fuisse creatum Archiepiscopum in Regno Bojariorum; Passaviensis verò Ecclesia, & ejus Diœcesis non solùm se extendit ab uno latere per Bavariam, sed magna sui parte per Superiorem, & inferiorem Austriam; hoc est, antiquam Pannoniam inter Bohemiæ, Moraviæ, & Vngariæ confinia, de quibus quidem Provinciis, tanquam extra Regnum Bojariorum positis, nullam facit mentionem dicta Bulla, atque ita benè stare potest Ecclesia Salisburgensis Metropolitana in suo Regno, & Passaviensis in propriis Provinciis.

Imò & steterunt, vivente Arnone, nam tantùm Jurgia cæperunt sub Herolfo Arnonis Successore, de quibus certioratus Agapitus II. anno 946. à Gerardo Antistite Passaviensi, confirmauit omnia Jura Ecclesię Laureacensis, illumque iterum inthronizavit, ac inter eosdem Archiepiscopos Provincias divisit, ut legitur in ejus Bulla.

Si verò prædicta minimè sufficerent, alia existit Bulla Benedicti VI. alias VII. anno 980. pro Pilgrino Præsule Passaviensi, in qua apertis verbis legitur eidem confirmatam fuisse, & Archiepiscopalem Dignitatem, & divisionem jam factam.

Cum autem de tali separatione satis constet, & præcipuè cum adhuc Ecclesia Passaviensis possideat illud idem Territorium superioris, & inferioris Austriæ, quæ antiquis vocabulis Regio Avarorum, & Pannonia appellabatur, cum magna parte Bavariæ, seu Norici, dismembrata tantum Ecclesia Viēnensi à Paulo II. non videtur, cur non sit manutenenda in eadem libertate.

Addebant quoque, quod nulla inferri poterat subjectio ex Pontificiis Constitutionibus Joannis, & Martini; Nam cum in ultima ex istis tota vis contraria existat, illa perpensè examinata, nihil aliud operatur, quàm remotionem Bullæ Joannis, & suarum præcedentium, & inhærendo Concilio Constantiensi, restitutionem utriusque Ecclesiæ in earum pristinum statum, ex quo, data libertate Ecclesiæ Passaviensis, pro eadem quoq; venit interpretanda, dum
9. factum, seu dictum Pontificis non immutat precedentem statum *Rota coram Carillo decis. 159. num. 16. cum seqq.*

Ac demùm recurrebant ad observantiam, quæ in hac causa maximam sibi partem vindicare debet, ut ipsi ajebant; Cum enim quartum Indultum Martini restituat prædictas Ecclesias in eo statu, in quo erant ante exemptionem Joannis XXIII. hoc non valet desumi, nisi ex rebus de eo tempore gestis; Quapropter distinguendo tempora prætendebant, illam claram esse pro ejusdem libertate usque ad decimum Sæculum, ex unione latis probata, & ex Bullis emanatis à decimo Sæculo usque ad Concilium Constantiense, si aliqua appareret subjectio, esset tribuenda Juri legationis, ut demonstrant nonnulla acta ab ipsa parte exhibita; A Gregorio enim VII. anno 1076. Ecclesiæ Salisburgensi concessum fuit Jus Legationis Sedis Apostolicæ in Provinciis Regni Theutonici; Unde postea Archiepiscopi pro tempore Legati nati fuarunt appellati; Ab his verò ultimis temporibus usque ad annum 1598. non habent documenta, nisi informia, itaut Sacra Congregatio Consistorialis de anno 1673. non valuerit definire super tali quæstione, sed pronunciavit, servandum ultimum statum sine præjudicio ambarum Partium.

10. Et demùm ab anno 1594. usque ad tempus Martini V. intrat conclusio, quòd, probatis extremis, & docto de Titulo antecedenti, præsumitur continuatio. *Posth. de manutent. observat, 29. num. 12.* Quæ enim exadverso deducuntur, sunt simplices enunciativæ, lit-
11. teris commendatitiis contentæ, quę cum non probentur pręsentatæ, nullum habent pondus: *Alexan. cons. 17. n. 7. lib. 2., Franc. cons. 966. num. 10., Rota in recent. decis. 244. num. 5 part. 4. tom. 2., & decis. 281. num. 20. part. 14.*

Et saltem sufficit pro Ecclesia Passaviensi talem observantiam esse obscuram; quia, cum in hac Causa Rea sit, illi satis est per non Jus Actoris se consovere in ea libertate, in qua actu reperitur.

His tamen non obstantibus, Dominis visum est, Scribentes pro Ecclesia Passaviensi defecisse in maximo fundamento, nempè in probanda
12. translatione Jurjum Laureacensium, itaut istę duæ Ecclesiæ verè dici valeant unitæ; nullus quippe actus datur, ex quo resultare possit talis unio, & si considerare velimus illud refugium à bellicis tumultibus, nihil aliud fuit, quàm in tantis tempestatibus portum quærere,
cum

cum tamen semper Archiepiscopus Laureacensis in eadē Ecclesia distinctè se habuerit ab Episcopo Passaviensi, & si aliquando istæ duæ Dignitates unitæ fuerunt in eadem persona, dicēdum est, quod etiam tunc inter se separatæ extiterunt; Nam utroq; vocabulo distinctè designabatur, & tanquam Archiepiscopus Laureacensis, & uti Episcopus Passaviensis, ut comprobat *Hundius in dicta Metropoli Salisburgensi fol. 289. §. Liber annalium, & fol. 290. §. Philo Romanus, & fol. 293. §. Legitur Udalricus, & fol. 296. §. Item aliud.*

Quod clariùs desumitur ex eisdemmet Bullis Agapiti II., & Benedicti VI., aliàs VII.; Prima enim legitur directa Gerardo Ecclesiæ Laureacensis Archiepiscopo, non verò uti Episcopo Passaviensi, deinde Summus Pontifex benignas aures præbendo pro renovandis sive approbandis ejusdem Ecclesiæ Privilegiis, ac prædictas Barbarorum devastationes repetendo, itaut Episcopi hac necessitate compulsi, Sede illa deserta, atque aliò translatā simul etiam Archiepiscopalem ipsius Sedis deferent honorem. Deinde quia Mortalibus, propitiante Christo, ab hostibus, Sanctæ Laureacensis Ecclesiæ quies, & inhabitandi securitas, concessa fuit, idem Summus Pontifex præcipit Archiepiscopo Laureacensi Cathedram non alibi, quàm ibidem, habere, quapropter illum reinthronizavit eidem Ecclesiæ.

Secunda pariter à Benedicto VI., aliàs VII. condita fuit ad preces Archiepiscopi Ecclesiæ Laureacensis, & quia forsan altera non fuerat executioni demandata, iterum illum restituit ad ejus primæva Jura, & quia Ecclesia Salisburgensis abusa est subjectione Ecclesiæ Laureacensis Pontificis, obliterata, & attenuata sua Dignitate, ex devastatione Barbarorum, illam omninò eximit, & prædicta Confinia, ab Agapito inter eosdem assignata, confirmat.

Cum autem in his duabus Constitutionibus nulla fiat mentio Ecclesię Passaviensis, sed intentio Summorum Pontificum dirigatur semper in Archiepiscopos Laureacenses, illosque d. Ecclesiæ reinthronizent cum hac expressa declaratione, quod non alibi, quàm ibidem Archiepiscopo oporteat Cathedram habere, non solùm ex his induci minimè valet aliqua unio istarum Ecclesiarum, sed si sequuta fuisset, illæ iterum disiunguntur, & omnia Archiepiscopalia Jura in Ecclesiam Laureacensem restituuntur, quo fit, ut minimè dici
13. possint translata in Ecclesiam Passaviensem, cum qualitas Metropolitica semel in aliqua Civitate impressa, adhuc, illā destructā, ibi remaneat, nec alibi transferatur sine auctoritate Pontificis. *Rota in Ampurien., sive Civitaten. Unionis 14. Junii 1683. §. Potissimùm coram R. P. D. meo Ursino, & 4. Junii 1685. §. Supposita perseverantia coram bo. me. Rondinino.*

Verùm quia tales Constitutiones ineffectuatæ remanserunt, cum nullibi doceatur de secunda translatione horum Jurium ab Ecclesia Passaviensi in Ecclesiam Laureacensem, & post mortem Pilgrini, qui ultimus retinuit Archiepiscopalem Dignitatem Laureacensem, omne periit nomen dictæ Ecclesię, & nemini pręter Archiepiscopum Salisburgensem fuit in illis partibus concessum Pallium, nulla apparet creatio, vel consecratio Episcopi, tanquam Suffraganei Ecclesiæ Laureacensis, nullæque istius Cathedræ indicari possunt reliquiæ, dicendum est, quòd totum Jus Metropoliticum illarum Regionum, sicut antea erat in Ecclesia Laureacensi, & postea in Salisburgensi, deinde divisum fuit inter dictas Ecclesias, iterum radicatum habeatur in Ecclesia Salisburgensi, cum ista solùm usa fuerit Pallio in illis Regionibus, quod est Signum, imo concludens ar-
14. gumentum Superioritatis, & præeminentiæ in omnes Episcopos illius Provinciæ, *Rota coram Penia dec. 428. num. 3. & dec. 607. n. 4.* Eoque magis quia Ecclesiæ Salisburgensi ulteriùs addita fuit altera nobilissima prærogativa, quòd dictæ Ecclesiæ Metropolitani pro tempore sortirentur nativam Legationem Sedis Apostolicæ in tota eorum Provincia, & Primatum inter omnes Præsules totius Germaniæ.

Harum rerum vicissitudines testatur pariter. *Hundius in dicta Metropoli Salisbur. fol. 302.* Summario additionali Salisburg. *nu.* 4. & fatetur ipsa Chronologia Episcoporum Passaviensium data pro eadem Ecclesia *eodem Summar. num.* 8. & relata ab eodem Hundio loco citato, in qua signanter dicitur, quod anno 995. Pilgrino successit Chrstiannus, non amplius dictus Archiepiscopus Laureacensis, sed solùm Passaviensis Episcopus, & sine usu Pallii Sedit, quæ omnia conveniunt Indultis Agapiti, & Benedicti, & simul unita indubitatam fidem faciunt, quòd Ecclesia Laureacensis talem finem habuit.

Sed præterea confirmatur ex altero Indulto Benedicti V. aliàs VI. anno 972., quo Archiepiscopus Salisburgensis constituitur in tota Norica Provincia, & in tota Pannonia, superiori videlicet, & inferiori, intra quos limites continentur etiam Ecclesiæ Laureacensis, & Passaviensis *ex Hundio fol.* 54. & ex Summario additionali *num.* 3. quod cum medium sit inter illud Agapiti II. & Benedicti VI., aliàs VII., in observantiam primi omninò concludit, & secundi maximè confovet.

Nec suadere contrarium potest simplex enunciativa, quæ reperitur in secunda Constitutione Martini V., ubi dicitur. Ecclesiam
15. Passaviensem olim fuisse Laureacensem, & Metropolitanam, nec altera Innocentii VIII., qui illam providendo, enunciavit exemptam, & immediatè subjectam Sedi Apostolicæ; Nam prima desumpta fuit ex supplici libello Georgii Episcopi Passaviensis, & cum aliunde concludenter non justificetur, non valet destruere incōcussam facti seriem supranarratam,

& co-

& contra utramque modò intrat regula exadverso allegata, quòd Pontificum enunciativæ tantùm supponunt, sed non disponunt; Ultra quod, cum adsint in contrarium aliæ enunciativæ numero plures, istæ in hoc conflictu præferendæ sunt *Penia decis.* 734. *num.* 10., *Mellin. decis.* 401. *num.* 3. *& in recent. decis.* 5. *num.* 12. *cum seqq. part.* 13.

Exclusâ penitùs dictarum Ecclesiarum unione, cessat quoque prætensa libertas Ecclesiæ Passaviensis, quæ semper fuit subdita, vel Laureacensi, vel Salisburgensi, & cum prima non amplius subsistat, firmum remanet Jus Metropoliticum pro secunda nempe Salisburgensi.

Nec ita facile (: ut Pars supponit:) prætermittenda sunt quatuor prædicta Indulta Joannis, & Martini, quæ veluti basis considerata fuerunt; Nam præter generalem juris assistentiam speciale Jus declarant, ac tribuunt Superioritatis Ecclesiæ Salisburgensis in Passaviensem; Primum quippe, ut supra diximus, magis profuit Ecclesiæ Salisburgensi, fatendo alterius subjectionem, & existentiam in proprio Territorio, quàm illam eximendo, & ultimum præmissa revocando remittit in pristinum statum, & in omnimodam subjectionem.

Nec subsistit, quod exemptio sit tantùm à Jure legationis, & restitutio sit solùm indeterminatè in pristinum statum absque specifica subjectione; Contrarium enim evincitur ex tota lectura dictarum Constitutionum, & præcipuè ex ultima Martini, ibi: *Præfato verò Georgio Episcopo vita functo, Episcopos, qui erunt pro tempore, & Ecclesiam Passaviensem prædictos eidem Ecclesiæ Salisburgensi decernimus esse in omnibus, & per omnia subjectos sicut ante &c.* Ex quibus verbis non præsumptivè, sed
16. causativè prolatis, clarè deducitur, quod Martinus non tantùm rem reducit ad pristinum statum, sed declarat, Ecclesiam Passaviensem ante litteras Joannis fuisse subjectam, illamque ad eandem subjectionem restituit, *per Text. in cap. Abbate §. finali versic. si verò verbum de verbor. significat; Rota coram Coccino decis.* 448. *num.* 11. *& decis.* 1731. *num.* 21. *& in Recent. decis.* 269. *num.* 29. *part.* 19.

Et quod omnem tollit dubietatem, est, quod in primo Indulto Martini dicitur: *nec non à Jure legationis*; quapropter distinguendo duas subjectiones, alteram suffraganeitatis, alteram legationis, in omnibus Ecclesiam Passaviensem subjectam declarat fuisse, & esse voluit in futurum.

Verùm superfluum quoque videri posset adeò diligens dictorum Indultorum examen, quia etiam secundùm Partis intellectum, si dictæ Ecclesiæ restitutæ essent simpliciter ad pristinum statum, cum Ecclesia Passaviensis nullo modo probet suam libertatem, è contra Ecclesia Salisburgensis concludenter suam superioritatem demonstret, nonne idem importat in pristinum statum, ac in pristinam subjectionem?

Non esset quoque acriter insistendum contra Bullam Leonis III. Nam datâ existentiâ alicujus rei, vel de ejus principio non est dubitandum, vel illud facilè supponendum, sed adsunt etiam concludentissima argumenta pro illius validitate; Refertur enim ab Hundio in ejus Metropoli Salisburgensi impressa anno 1582. longè ante hanc motam litem, & sic remota ab omni suspicione, & fatetur Agapitus II. in suis litteris, ibi: *modernis autem, nec multùm retrò elapsis temporibus vacante ab Apostolico Vicario Bojariorum Regno, Arno primus S. Salisburgensis Ecclesiæ subrogatur Archiepiscopus:* Cùm enim omnes conveniant, quòd Ecclesia Salisburgensis evaserit Archiepiscopalis, & Arno fuerit primus ejus Archiepiscopus, cùm iste de tempore quoque Leonis III. regeret dictam Ecclesiam, inutile est negare, quod à prædicto Leone non fuerit erecta in Archie-
17. piscopatum, & quod impossibile videatur, quod Antistites Passavienses consenserint cum propria subjectione, cùm hujusmodi Pontificiæ Constitutiones statim suam sortiantur exequutionem ex notatis per *Rotam coram Penia decis.* 76. *num.* 13.

Ex prædictis cessare videtur præsumpta pro Ecclesia Passaviensi observantia: Nam usque ad decimum Seculum fundabatur in unione, & litteris Agapiti II., & Benedicti VI. aliàs VII., de quibus satis supra dictum est, reliquum temporis excluditur ex infra recensendis.

Primò enim datur observantia ultimi Induiti Martini V., ex quo elapsis tantùm quinque Mensibus à dicta Constitutione, Georgius Episcopus Passaviensis, cui tantùm Summus Pontifex, & ad ejus vitam reservaverat exemptionem, & usum Pallii, decessit, ac statim idem Martinus in Bullis pro Successore editis enunciat Ecclesiam Passaviensem, tanquam Suffraganeam Salisburgensis *Summario Archiepiscopi num.* 6.; Nullum quippe majus dari potest argumentum, quòd Summus Pontifex agnoverit Ecclesiam Passaviensem verè subjectam, quòdque voluerit etiam talem esse futuris temporibus.

Quantam vim habere potuisset hæc enunciativa cognoverunt Ecclesiæ Passaviensis Defensores; Ideoque curarunt illam destruere ex incompatibilitate temporis, demonstrando ex Hundio *fol.* 323. obitum Georgii evenisse eodem mense Januarii, impossibileque fore intra decem dies ad summum omnia effecta fuisse, quæ pro declaratione Successoris necessaria videntur, cum Bulla Martini sit sub die 10. Januarii.

Sed hoc non subsistit, quia non ibi dicitur obiisse anno 1424., sed quòd funus ex inferiori Pan-

ri Pannonia Viennam, & inde lugubri pompa Passaviam deductum apud Sanctum Stephanum sepulturæ traditum est anno 1424., ex quo benè deducitur, quod dictum tempus congruum quoque fuerit pro expeditione Litterarum Martini, si tanta inter idem spatium peracta videntur; Neque de tali enunciativa contingit dubitare, attenta altera decisione coram me edita, qua approbati fuerunt actus omnes contenti *in dicto Summario à num. 1. usque ad 22. inclusivè*.

Secundò dantur aliæ sexdecim Bullę elargitæ in decem provisionibus dictæ Ecclesiæ Passaviensis cum litteris Commendatitiis favore Episcopi noviter electi, expressa qualitate Suffraganeitatis, & Juris Metropolitici, & cum nimis longum esset illas recensere, satis est indicare, quod reperiantur *in dicto Summario Salisburgensi à num.6. usque ad. 22.*; Istæ
18. autem enunciativæ percutientes tempus ab anno 1424. usque ad annum 1561. plurimùm conferre videntur ad probandum Jus Metropoliticum, ut firmat *Rota coram Penia dec.734. num.4. cum seqq. & decis.771. signanter num.5.* maximè quia sunt plures, & antiquæ, & emanarunt à Pontificibus habentibus potestatem super enunciato. *Rota coram Mantic. decis.355. num. 6. & in recent. decis.16. num.3. part.6. & decis. 152. num. 10. part. 10.*

Neque obstat, quod tales litteræ commendatitiæ usque dum non probentur præsentatæ, maximam præbeant suspicionem, quòd fuerint procuratæ ab Agentibus Ecclesiæ Salisburgensis.

Hoc enim supponendum est: Nam semper obstare posset talis exceptio, & tamen in *decisionibus coram Penia, & Millino* placuit hoc idem fundamentum, & præcipuè in casu præsenti sunt attendendæ, cum non dentur aliæ litteræ, quarum vigore Episcopi Passavienses munus consecrationis receperint ab alio, quàm ab eorum Archiepiscopo; & cum tales litteræ expediantur semper matura deliberatione &c, & juxta processus, qui fabricantur in partibus, & examinantur in Sacra Congregatione Consistoriali, & referuntur in Consistoriis coram Sanctissimo super statu Ecclesiæ, & super qualitatibus electi, ideoque neque istæ de facili dici possunt deperditæ, neque illæ subreptæ.

Ulteriùs ad exuberantiam dantur plures actus Sæculis intermediis à dicta Constitutione Benedicti VI. aliàs VII. usque ad Martinum V. Bulla scilicèt Alexandri III. anno 1177. dum Venetiis cum Imperatore Friderico morabatur, confirmatoria electionis Archiepiscopi Moguntini in Archiepiscopum Salisburgensem factæ ab Episcopis Suffraganei illius Provinciæ, & inter istos ab Episcopos Passaviensi Summario *num.* 24. & ex Hundio *fol.* 72. & apud Labb. & Cossart. *in corp. Concilior. Generał. tom.* 10. *fol.* 1499. & quamvis hæc directa sit Choro Salisburgensi, quod desumitur ex hac Bulla, est, quòd inter Episcopos, qui suum elegerunt Archiepiscopum, videtur intervenisse Episcopus Passaviensis; & altera Honorii III. anno 1222. Summario *num.* 5. directa Episcopo Passaviensi, in qua nominatur Archiepiscopus Salisburgensis tanquàm illius Metropolitanus ibi: *Metropolitani tui*.

19. Præterea plures dantur Provinciales Synodus, in quibus interfuerunt Episcopi Passavienses, qui recensentur *apud Labb. & Cossart. ubi supra tom* 10. *fol.* 1052. *tom.* 11. *fol.* 999. & *fol.* 1514. & *tom.* 12. *fol.* 308.

Plures quoque enunciativæ pro Ecclesia Salisburgensi desumuntur ex eodem Corpore Conciliorum Generalium Labbei, & Cossartii; ibi enim in apparatu *cap.5.§.8. fol.16.* ita legitur: *Salisburgensi, sive Juvaviensi Archiepiscopo per Leonem Summum Pontificem instituto Salzburg. suffragantur, & parent Episcopi Brixinensis, Chiemensis, Frisingensis, Gurcensis, Lavantinensis, Passaviensis, seu Pataviensis ad Oeni, & Danubii confluentes Ratisponensis, Secoviensis cum exemptis tribus Labacensi, Neostadiensi, & Viennensi*, cui etiam subscripserunt *Barbos. de offic. & potest. Episcop. part. 1. cap.7. fol. 48. Rebuff. in praxi benefic. & Corrad. in praxi dispensat. lib.10. cap. 5. in fine, & Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 35. fol. 637.*

Ibidem pariter *tom. 9. fol. 498. & seqq.* habetur Epistola Theodmari Archiepiscopi Salisburgensis, & quinque ejus Suffraganeorum, ac specialiter Passaviensis, directa anno 901. ad Joannem IX. in qua conqueruntur de erectione alterius Archiepiscopi, & trium Episcoporum in Terris Schlavorum priùs Antistiti Passaviensi subjectis, absque scientia istius, & Archiepiscopi Salisburgensis.

Et demùm, si foret necessarium, datur Calendarium impressum anno 1689. ad cujus normam dicuntur reliqua omnia edita ab anno 1579. usque ad præsens, & nonnulla etiam Typis mandata in ipsa Passaviensi Civitate, in quibus sub Archiepiscopatu Salisburgensi insculpta apparent insignia Ecclesiarum Suffraganearum, & inter istas Ecclesiæ Passa-
20. viensis. Quod sanè in ejus præjudicium non permisisset Episcopus illius Civitatis, si res diversimodè, se habuisset, ut in simili firmat *Lotter. de re benef. lib.2. quæst.13. nu. 142. Rota in recent. decis.347. num.10. part. 11. & dec.296. num.5. cum seqq. part.15. & decis.809. num.18. part. 18.*

Ex his igitur omnibus, vel Bullæ sint, de quarum validitate dubitari minimè potest, cum contineantur in numeris Summarii pro Ecclesia Salisburgensi in altera decisione admissis, vel Authores, seu Historici pluries à Scribentibus pro Ecclesia Passaviensi laudati, & quibus præcipua eorum Jurium fundamenta subministrarunt, vel reliqui actus, qui quamvis non

non in rigorosa forma probanti, & per se obscuri, tamen positi super adeo insigne prædictorum Candelabrum satis elucescunt, evincetur, Ecclesiam Salisburgensem, tanquam Archiepiscopalem, & Metropolitanam, habere suam intentionem fundatam in Ecclesia Passaviensi, uti in propria Provincia existenti, vel saltem quia nullus alius apparet Archiepiscopus vicinior.

21. Quæ optimè influunt etiam pro manutentione, cum ad istum effectum sufficiat nedum sola iuris assistentia *per Text. in cap. cum persona de priuil. in 6., Rota coram Royas decis. 211. num. 2., & apud Tamburin. de Jur. Abbat. num. 56., & in recent. decis. 333. vtrobique num. 1. part. xiii.*, sed etiam possessio, quæ fortiùs simul iuncta cum assistentia Juris, habetur pro concludenti, & legitimo Titulo,

22. ut firmatum fuit *in Romana Præeminentiarum 16. Junii 1639., & 13. Junii 1681. vtrobique §. final. coram bo: me: Rondinino.*

Et ita Partibus informantibus resolutum fuit &c.

R. P. D. MOLINES.

Gerunden. Jurisdictionis super bono jure. Ven. 13. Junii 1692.

ARGUMENTUM.

Abbas Monasterii debet probare Territorium Separatum, aliàs simplex exemptio non extenditur ad Clerum, & Populum degentem extra septa Monasterii.

SUMMARIUM.

1. *Ecclesia præsumitur semper esse in aliqua Diœcesi, & in ea cui magis adhæret, non prætendente alio Episcopo.*
2. *Episcopus probare debet situationem in controversiis jurisdictionalibus.*
3. *Bonum jus resultare dicitur ex dicta situatione tum quoad Personas, quàm circa Ecclesias favore Episcopi.*
4. *Territorium Separatum non dicitur resultare ex Privilegio Apostolico, nisi istud contineat verba Clara dismembrativa, & separantia locorum.*
5. *Translatio omnimodæ jurisdictionis cum Clero, & Populo est de necessè pro Territorio Separato.*
6. *Privilegium exemptivum non sufficit pro Territorio Separato.*
7. *Exemptio tamquam odiosa est strictè interpretanda.*
8. *Quicquid per Privilegium Apostolicum non conceditur Prælato inferiori, censetur Episcopo reservatum.*
9. *Iudex in materia Territorii separati regulari debet secundum verba Privilegii Apostolici.*
10. *Exemptio passiva est quid diversum à Territorio Separato.*
11. *Per exemptionem Monasterii ejusque membrorum, non dicitur exemptus Clerus, & Populus.*
12. *Cura Animarum concessa Monasterio continet dumtaxat potestatem fori pœnitentialis.*
13. *Ex jurisdictione temporali inferri non potest ad jurisdictionem spiritualem.*
14. *Privilegia Apostolica confirmantia donationes Regias non secum ferunt Territorium Separatum.*
15. *Exemptio quoad certos actus est compatibilis cum Ordinaria Jurisdictione Episcopi, nec inferior Prælatus dicitur habere Territorium Separatum.*
16. *Provisio Abbatiæ facienda in concistorio, & quod Abbas interveniat in Concilio Provinciali, sonat in honorem Ecclesiæ, non infert Territorium Separatum.*
17. *Termini solent apponi ad distinguendas Jurisdictiones, & Territoria.*
18. *Termini solent etiam distinguere jurisdictionem Temporalem.*
19. *Declarantur plures Decisiones Rotæ.*

DECISIO V.

JUrisdictionalis controversia vertens inter Reverendissimum Episcopum Gerunden. & Abbatem de Amerio super competentia Jurisdictionis Ordinariæ Ecclesiasticæ in omnibus Ecclesiis, locis, & personis Vallis de Amerio discussa coram me sub die 5. Martii preteriti, tàm super bono jure, quàm super manutentione præfatæ Jurisdictionis in genere, sed etiam cum specificatione plurium actuum, quos in sequelam hujusmodi Jurisdictionis eidem competere declaratum fuit, iterum hodiè maturè examinata, quamvis Abbas plura de novo deduceret, ne dùm pro separatione Territorii; Verùm etiam pro exercitio plurium actuum Juridictionalium, eundem tamen sortita est exitum Episcopo favorabilem super adjudicatione dictæ Jurisdictionis in genere, & negatione Territorii Separati ab Abbate prætensi, reservatâ tamen speciali disputationi declaratione actuum particularium, quinam ad Episcopum, vel Abbatem pertineant.

Etenim subsistere apparuit præcipuum decisionis fundamentum, quod nimirum Monasterium Beatæ Mariæ de Amerio, unâ cum Villa, & omnibus Ecclesiis, ac locis totius Vallis de
1. Amerio existat in Diœcesi, semperque fuerit, & sit de Diœcesi Gerunden. Tùm ex generali Juris præsumptione militante favore Episcopi, ex Diœcesum divisione, ex qua omnia loca præsumuntur esse in aliqua Diœcesi, & illa, cui magis adjacent, vel circumdantur saltem

pro majori parte, præsertim non prætendente alio Episcopo situationem in sua Diœcesi; *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 1. num. 14. & 15. & disc. 11. num. 4. Rot. decis. 483. a num. 3. ad 5. par. 14.* cum aliis in Decisione hujus Causæ super manutentione coram me §. *fuit decidendi ratio*, tùm ex Testibus remissorialibus Episcopi, & Abbatis junctis pluribus antiquissimis enunciativis emissis ab ipsismet Abbatibus, & Monachis, quibus asseritur Monasterium præfatum, aliaque loca Vallis de Amerio esse in Diœcesi Gerunden. tùm demum ex confirmatione electionis Abbatis expleta per Episcopum, & juramento fidelitatis eidem præstito ab eodem Abbate anno 1343. & alio simili juramento de anno 1344. in quibus juramentis ulterius promiserunt Abbates accedere temporibus consuetis ad Synodum Gerunden. quæ omnia procul dubio manifestant situationem in Diœcesi Gerunden. ut latè in dicta decisione super manutentione citato § *fuit decidendi ratio.*

2. Ex qua situatione, quam ante omnia debet Episcopus probare in controversiis Jurisdictionalibus cum Prælatis inferioribus, tamquam fundamentum suæ intentionis, *cap. cum venerabilis 7. de relig. dom. cap. cum olim 19. de censib. ubi Abbas num. 2. Fagnan. in cap. cum dilectus de relig. domib. num. 15.* resultat bonum jus illius super adjudicatione Jurisdictionis Ordinariæ
3. Ecclesiasticæ, tàm quoad personas, quàm quoad Ecclesias, & loca Vallis de Amerio, *cap. Constitutus 6. cap. Cum venerabilis 7. de relig. domib. cap. conquerenti 16. de Offic. Ordin. cum aliis juribus latiùs recensitis in mox citata decisione cor. me §. Ex qua situatione.*

Nec Abbas Territorium Separatum deducere valet ex Bulla Clementis III. de anno 1187. quia transeuntes etiam DD. cum præsuppolito, quod sit in forma probanti, & per-
4. scrutantes illius tenorem ex ea non probari censuerunt, hanc qualitatem Territorii Separati, non enim in illa continentur verba clara, & individualia dividentia, ac separantia dicta loca à Diœcesi Episcopi Gerunden. prout requiruntur, ut ex verbis Privilegii Apostolici inducatur Separatio Territorii, *Rota decis. 304. num. 8. par. 11. dec. 70. num. 30. par. 13. dec. 483. num. 14. par. 14. & 340. num. 16. par. 15. & in Vicen. Jurisdictionis 28. Aprilis 1679. §. Nec separationem coram Reverendiss. Emerix Decano, & in Leodien. Jurisdictionis 13. Martii 1684. §. in quam sententiam coram R. P. D. meo Caccia, & in Brixiaen. Jurisdictionis 5. Julii 1688. §. At verò cor. R. P. D. meo Caprara.*

Præterea neque colligitur ex tenore dictæ Bullæ, quod præter exemptionem à Jurisdictione Episcopi fuerit in Abbatem translata
5. omnimoda, & plena jurisdictio Ecclesiastica, & spiritualis, non solum in Ecclesias, & loca, sed etiam in Clerum, Populum, & Parochum cum Cura Animarum, excluso in totum Episcopo, ut opus est ad hoc, ut Prælati inferiores habeant Territorium Separatum à Diœcesi Episcopi, *Lotter. lib. 1. de re benefic. quæst. 24. à num. 12. ad 120. & quæst. 25. num. 11. & 14. Fagnan. in dicto cap. significasti num. 17. vers. Illud tamen, & num. 18. 19. & 22. & in cap. Nullas de Parochiis num. 40. & 47. & in cap. Grave de Offic. Ordin. num. 32. 33. 35. & 39. & in cap. cum dilectus de relig. domib. num. 23. & 26. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 1. num. 20. & disc. 34. num. 9. vers. Altera, Rota dicta decis. 324. num. 6. & dicta decis. 70. num. 29. & dicta decis. 340. num. 17. p. 15. & in dicta Leodien. Jurisdictionis coram R. P. D. meo Caccia §. Nec obstare visa sunt in fine, & in d. Brixiaen. cor. R. P. D. meo Caprara §. At verò.*

Ac per consequens præfata Bulla nihil aliud importat nisi simplicem exemptionem Mona-
6. sterii, & contentorum in illa, non autem Separationem Territorii, pro quo non sufficit solum Privilegium exemptivum, *Fagnan. in cap. cum contingat de foro competenti num. 39. Rota decis. 207. num. 2. & 3. p. 2. diversor. dec. 483. num. 12. & 13. p. 14. & in Vicen. Jurisdictionis 28. Aprilis 1679. §. Nec separationem, & 16. Junii 1688. §. Proat, coram Reverendiss. Domino meo Decano.* Imò exemptio, tamquam
7. odiosa est strictè interpretanda, ut minùs lædatur Jus Episcopi fundatum in jure communi *Cokier. de Jurisdict. Ordinarii in exemptos, par. 1. quæst. 2. num. 7. & quæst. 4. per tot. Lotter. lib. 1. quæst. 23. num. 24. Fagnan. in cap. cum. Cappella 16. de privileg. num. 12.* Adeout quicquid per
8. Privilegium Apostolicum clarè non conceditur Prælato inferiori, censeatur Episcopo præservatum, *Ancaran. in cap. Postulasti num. 45. de foro competenti, Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 24. à num. 96. ad num. 99. Fagnan. in cap. Significasti de Offic. Archid. num. 18. & 19. Rot. dec. 324. num. 5. p. 1. rec. dec. 70. num. 32. p. 13.* cum in
9. hac materia unicè pendente ex voluntate Papæ à littera Privilegii exemptionis recedendum non sit, sed juxtà illius tenorem judicandum, *cap. 3. 7. 8. 12. & 14. de privilegiis cap. 7. & 10. eod. tit. in 6. Lotter. d. lib. 1. qu. 24. num. 89. & 90.*

Nec concessionem omnimodæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ, & quasi Episcopalis in Clerum, & Populum cum Territorio Separato deducere potest Abbas ex illis verbis dictæ Bullæ Clementis Tertii, ibi: *In supradictis verò Ecclesiis, quæ ad Jus Ameriensis Ecclesiæ omnino pertinere videmus, vobis, & successoribus vestris omnia Ecclesiastica jura habere decernimus, & Cappellanias sine vinculo, & dominatione Gerunden. Episcopi, sive alicujus personæ liberè semper habeatis,* quia hæc verba important Monasterii, & Ecclesiarum ab eo dependentium passivam
10. exemptionem à vinculo, & dominatione Gerunden. Episcopi, & dum determinant, quod Ecclesiastica Jura habeant Abbates, hoc intel-

intelligitur, ut in ipsos sit translata Jurisdictio Ecclesiastica in Monasterium, & alia membra ab eo dependentia, quæ eo ipso, quod fuerunt exempta à Jurisdictione Episcopi, sequitur, ut in Abbates respectu exemptorum sit translata Jurisdictio, quæ Episcopis competebat, *Fagnan. in cap. Quinto de Offic. Ordin. num. 24. & 27. Tamburin. de Jur. Abb. tom. 2. disput. 1. quæst. 2. num. 2. vers. Supposito enim, Card. de Luca de Jurisdict. disc. 1. num. 6. Rot. decis. 615. in princ. cor. Seraph. decis. 198. num. 4. vers. stante apud Post. de manut. decis. 493. num. 5. p. 2. rec. dec. 390. num. 9. & 10. & dec. 391. num. 1. par. 13.* Non autem supra relata verba significant, ut in eumdem Abbatem translata sit omnimoda Jurisdictio Ecclesiastica in Clerum, & Populum laicum totius Vallis de Amerio cum Territorio Separato, de quo in Bulla nullum verbum habetur, quod omnino necessarium est, ut hæc Jurisdictio ab Episcopo oblata dicatur, & in Prælatum inferiorem translata, ut dictum est,
11. nec per exemptionem Monasterii ejusque membrorum à Jurisdictione, & potestate Episcopi censetur exemptus Populus, Clerus, & Parochus, *cap. per exemptionem 9. de Privil. in 6. ubi Barbos. num. 4. Lotter. lib. 1. quæst. 24. nu. 118. & quæst. 25. num. 11. Cokier. de Jurisdict. in exempt. p. 1. quæst. 13. num. 4. Rot. decis. 181. num. 10. & 11. cor. Carillo decis. 324. nu. 6. p. 1. recent. & decis. 70. à num. 28. ad 32. p. 12.*

Minus refragatur altera ponderatio desumpta pro separatione Territorii ex illis verbis posteà adjectis, ibi, *Nulli omninò hominum tàm Jure Parochiali quàm jure Dominii, nisi vobis, & Monasterio vestro respondeant*, quia ex suppositione, quod Cura Parrochialis sit penes Monasterium, hocque habeat dominium temporale, verba prædicta referuntur ad Curam Parochialem, & dominium temporale bonorum ad Monasterium pertinentium, non autem important, ut Abbati translata sit plena Juris-
12. dictio Ecclesiastica Ordinaria in Populum, & Clerum; Parrochialitas enim, seù Cura animarum nihil commune habet cum illa, sed solum continet potestatem fori pœnitentialis, hoc est ligandi, & solvendi in foro interiori, *Gonzalez. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 35. Barbos. de Offic. & potest. Parochi par. 1. cap. 1. num. 27. vers. Primum est, Rota decis. 52. à num. 2. p. 2. divers.* Neque ex eo quod Abbas ex donationibus Regum, aliorumve Principum sæcularium
13 habet dominium, & Jurisdictionem temporalem in loco, inferri potest ad Jurisdictionem spiritualem, & Territorium Separatum à Diœcesi Episcopi, *Rota dec. 324. num. 10. p. 1. rec. decis. 70. num. 52. p. 13. decis. 483. num. 16. & 17. p. 14. decis. 340. à num. 18. ad 20. p. 15. decis. 218. à num. 6. ad 8. cor. Royas, & in Leodien. Jurisdict. 23. Jan. 1679. §. Deniq; cor. D. Emerix Decano §. Denique, & in Vicen. Jurisdictionis 16. Jun. 1688. §. Neq; qualitas coram eodem* sicuti nec per Privilegia Apostolica confirmantia dd. donationes factas per Reges, vel alios Principes Monasteriis censetur eorum Ab-
14. batibus concessa Jurisdictio Ecclesiastica, & multò minùs Territorium Separatum, etiamsi in dictis Privilegiis Apostolicis Monasteria præfata cum eorum membris recipiantur sub protectione B. Petri, & S. Sedis Apostolicæ ad *text. in cap. recepimus 8. §. si verò cap. ex parte 18. de Privilegiis, Rota in Leodien. Iurisdictionis 23. Ianuarii 1679. coram Reverendiss. Emerix. Decano §. Neq; ad hunc effectum, & 21. Aprilis 1681. coram eodem §. Neq; ad excludendum, & 13. Martii 1684 coram R. P. D. meo Caccia §. Neque obstare.*

Prout exemptio concessa Abbati à decimis, & primitiis, & jus eas percipiendi, facultas sumendi Chrisma, & Oleum Sanctum, Altarium Consecrationes, & Ordinationes Monachorum à quocumque Episcopo, & liberatio accedendi ad Synodum Gerundensem nisi ex spontanea voluntate, sonant in puram, & simplicem exemptionem, seu liberationem ab obligationibus, ad quas Abbas teneretur, si non esset exemptus, non verò apta sunt inducere separationem Territorii à Diœcesi Gerunden. & translationem Jurisdictionis ordinariæ Ecclesiasticæ in Abbatem, quoad Populum, & Clerum, ut in similibus terminis dixit *Rota in Vicen. Jurisdictionis 16. Junii 1688. coram Reverendiss. Decano §. Prout*: Exemptio enim quoad certos, & determinatos actus est compatibilis in reli-
15. quis cum ordinaria Jurisdictione Episcopi, cui per illam non derogatur in sua universalitate Jurisdictionis, sicuti Prælatus inferior habens Jurisdictionem ad aliquos actus particulares non dicitur Ordinarius, & habere Territorium Separatum à Diœcesi Episcopi *cap. si Papa 10. vers. His enim de Privilegiis in 6. cap. cum venerabilis 7. vers. Quia igitur de Relig. domib. cap. cum olim vers. Quia prædictus de præscript. Fagnan. in cap. Cum contingat n. 23. & 26. de foro compet. & in cap. relatum num. 7. 8. & 9. de Clericis non residentibus, & in d. cap. cum olim de præscriptionibus num. 23. Lotterius de re benefic. lib. 1. quæst. 24. à num. 100. ad num. 104. Rota decis. 340. num. 4. & 5. coram Priolo decis. 69. à num. 12. ad 16. par. 19. & in Toletana Jurisdictionis super Tribunali 17. Iunii 1689. coram me §. Et quamvis, & in Burgen. Iuris instituendi, seu conferendi 23. Iunii 1690. coram me §. Minus.*

Prohibitio autem contenta in eadem Bulla Clementis III. ibi: *Ut nullus Monasterium vestrum interdicere, vel in Abbatem, aut Monachos, sive Clericos, aut Conversos vestros Interdicti, vel Excommunicationis sententiam, nisi de mandato Romani Pontificis, vel Legati à Latere audeat promulgare* Sonat pariter in simplicem exemptionem *cap. 1. §. in eos, & cap. Ne aliqui 5. de privileg. in 6. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 98. Cokier. de jurisd. in exemptis p. 4. qu. 14. num. 8.* & in fortioribus terminis prohibitionis,

quod

quod nemo præsumat aliquid facere, vel molestias inferre in Monasterium, & ejus Monachos, & bona, quod nempè ex ea non inferatur Territorium Separatum, sed nuda, & simplex exemptio dixit *Rota in Leodien. jurisdictionis 23. Januarii 1679. §. nihil revelante coram Reverendiss. Emerix Decano, & 9. Decembris §. Probata coram bo. me. Albergato, & 13. Martii 1684. §. Nec obstare coram R. P. D. meo Caccia.*

16. Nihil etiam refert, quod Abbatia provideri soleat in Consistorio Papæ, quod Abbas interveniat Concilio Provinciali Tarraconen., quod habeat usum Mitræ, & alias prærogativas, quia ex his inferri non potest ad Jurisdictionem quasi Episcopalem, cum passim hæc concedantur in honorem Ecclesiarum, & Dignitatum, non autem in amplitudinem Officii *cap. ut Apostolicæ 6. de privil. in 6. & ibi Io. Andreas, Tamburin. de jure Abb. disp. 15. qu. 6. num. 21. Rot. decis. 709. num. 4. p. 4. divers.* & noviter *in d. Leodien. Jurisdictionis 1679. coram Reverendiss. Emerix, & 13. Martii §. Ex usu coram R. P. D. meo Caccia, & in Brixinien. Iurisdictionis 5. Iulii 1688. § Nec in præsenti coram R. P. D. meo Caprara* & in hac causa fuit dictum *in 2. decis. coram R. P. D. meo Benincasa §. Atque ex his.*

Pariter pro Separatione Territorii, nec facit quod in præcitata Bulla Clementis III. expri-
17. matur Vallis Amerien. cum enunciativa, quod terminatur regalibus terminis, quia licet isti apponi soleant ad distinguenda Territoria, & Iurisdictiones, ut dixit *Rota coram Peutingerio decis. 12. n. 5. & decis. 386. n. 3. coram Penia.* Tamen in presenti Casu, in quo neq; ex dicta Bulla Clementis III. neq; aliunde probatur in Abbatē translatam fuisse omnimodam jurisdictionem Ecclesiasticam in Clerum, & Populum totius Vallis de Amerio, excluso in totum Episcopo, designatio ista terminorum, vel deservit
18. pro dominio temporali existenti penes Abbatem, vel describi locum, ubi ipse in exemptos exercere possit suam Jurisdictionem, non autem quod tota Vallis Ameriensis sit Territorium Ecclesiasticum Separatum à Diœcesi Episcopi, & subjectivè pertineat ad Abbatem, ut in similibus dixit *Rota in decis. 46. à num. 5. ad num. 6. post Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3. Card. de Luca de jurisd. disc. 1. num. 16. vers. Nihil refragante.*

Quibus itaque firmatis, non obstant plures in contrarium allegatæ auctoritates, nam sigillatim eas percurrentes DD. observabant præsenti
19. casui non applicari. In decisione enim 54. coram Martino Andrea concurrebat Privilegium Apostolicum concedens amplam Jurisdictionem, & transferens in Priorem omne Jus Episcopale in Populum, & Clerum cum cura animarum junctâ successivâ observantiâ, ut videre est *sub num. 2. §. Præterea, & num. 5. 6. & 8. decis. 988. 1001. cor. Dunoz. Jun.* erant in casu Privilegii comprobati ex præscriptione omnimodæ Jurisdictionis contra Episcopum, *decis. 12. & 23. coram Peuting.* loquuntur in terminis quod ex planta judicialiter facta, Testibus, Bullis, & observantia probatum erat Monasterium S. Guillelmi habere Territorium Separatum à Diœcesi S. Angeli, illudque esse de pertinentiis Monasterii Montis Virginis, quod est nullius, *decis. 459. coram Bichio* versabatur in Privilegio continente plenam exemptionem Monialium, & totalem translationem Jurisdictionis in Abbatem Montis Cassini cum observantia. Tandem *decis. 274. par. 17.* loquitur in casu, quo Abbati elargita fuerat litteris expressis. Jurisdictio activa in locis, & oppidis Monasterii, & ad formam Privilegii Apostolici dictus Abbas erat in pacifica possessione exercendi dictam omnimodam Jurisdictionem, & his auctoritatibus adductis in Causa Leodien. Jurisdictionis pro Separatione Territorii prætensa ab Abbate Stabulen. sic respondit *Rota in citatis decisionibus coram bo. me. Albergato §. finali, & coram R. P. D. meo Caccia §. quibus ita firmatis.* Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Novarien. Portionum Parrochialium Mercurii 4. Julii 1696.

ARGUMENTUM.

Agitur de Ecclesia Parrochiali, & an, & quando cura habitualis resideat penès Capitulum, & Archipresbyterum, pluraque alia adducuntur pro exclusione qualitatis Parrochialis, in qua requiritur concursus.

SUMMARIUM.

1. *Ecclesia Parochialis conferri debet per concursum, si est independens, secùs data dependentia, quæ operatur, ut collatio fieri debet ad nominationem Archipresbyteri, ut ex num. 2.*
3. *Examen, & approbatio fieri debet per Episcopum facta nominatione ab Archipresbytero.*
4. *Cura habitualis ex dispositione juris residet penès Capitulum, & illius Archipresbyterum.*
5. *Exercitium Curæ actualis transfertur in Cappellanum portionarium Capituli.*
6. *Episcopus præsumitur informatus de statu Ecclesiæ propriæ, & de illius Beneficiis.*
7. *Episcopus habet obligationem visitandi Ecclesias in propria Diœcesi, & recognoscendi titulos Beneficiorum.*
8. *Observantia multùm operatur in materia Collationum.*
9. *Cura habitualis probatur, resìdere apud Capitulum, si Cappellanus petit à Sacrista majori Crucem pro associando funere, & dividuntur emolumenta.*

10. Mu-

10. *Mulier una non potest duas habere sponsos.*
11. *Monstruosum est, quod una Ecclesia habeat duos Curatos.*
12. *Beneficiati, seu Cappellani exercentes curã actualẽ Ecclesię Parrochialis, dicuntur Coadiutores.*
13. *Sententia emanata cum legitimo contradictore facit jus quoad omnes.*
14. *Sententia antiqua probat etiam sine actis, presertim stante illius executione.*
15. *Concursus adhibitus ad majorem cautelam, seu per errorem, non alterat qualitatem Beneficii.*
16. *Ultimus status non attenditur, nisi sit legitimè præscriptus spatio 40. annorum.*
17. *Collationes Apostolicæ non mutant Statum Beneficii, nisi sciente Pontifice.*
18. *Nominatus ab Archipresbytero potest expedire litteras Apostolicas in Dataria.*
19. *Litteræ Apostolicæ, ubi sunt justificatæ, merentur executionem.*

DECISIO VI.

Cum vacaverint de mense Octobris 1693. duæ portiones curatæ in Ecclesia Cathedrali Novarien. Altera nimirùm per obitum Joannis Baptistæ Clarini; Altera per mortem Josephi Guglielmi Archipresbyteri dictæ Cathedralis distributive ad dictas Portiones nominavit Gasparem Betium, & Bernardum Borrinum; E' contra verò prætendens Episcopus easdem portiones tanquàm Beneficia Curata providenda esse per concursum, mandavit propterea affigi Edicta, qua Causa ortis dissidiis intèr Vicarium Generalem, & dictum Archipresbyterum appellantem ad Curiam Metropolitanam Mediolanen., in qua pendente adhùc Judiciali contentione, idem Episcopus à Dataria obtinuit iterùm indici concursum, proùt de facto affixa fuerunt nova Edicta; Proptereaq; cùm denuò quoque ex parte Archipresbyteri, & ejus Nominatorum fuerit appellatum ad Sanctam Sedem; Eminentissimus Prodatarius, auditis hinc indè Partibus, mandavit, ut dicti nominati exhiberent supplicationes in forma novæ provisionis, quibus exhibitis, literas Apostolicas expediri obtinuerunt.

Cumque Franciscus Xaverius Barba, & Josephus Maria Tonso ab eadem Dataria impetraverint easdem Portiones tanquàm Beneficia Curata independentia, & vacata in mense Apostolico, litterasque expediverint; In conflictu dd. Provisionum Apostolicarum commissa illarum executione Sac. Rotæ Judicio Dubium proposui: *An, & quæ litteræ sint exequendæ*: cui Domini responderunt exequendas esse illas Gasparis, & Bernardi nominatorum ab Archipresbytero.

Præsuppositis namque vacatione, valore, & idoneitate, de quibus non aderat inter Partes controversia super justificatione. Totum causæ momentum restringebatur, An dd. Portiones essent Beneficia Curata, libera, & inde-
pendentia ab Archipresbytero Curam habitua-
lem nempè, & actualem habentia, itaùt con-
ferri deberent per concursum juxtà præscrip-
1. tum *Sac. Concilii Tridentini sess. 24. de reformat.*
cap. 18. vel potiùs ad nominationem Archi-
presbyteri uti simplices Vicariæ in illius adju-
mentum erectæ cùm sola Cura actuali, juxtà
dispositionem Bullæ B. Pii V. *la* 47. *in ordine*
tom. 2. Proindeque seriò libratis Juribus utrin-
que adductis pro justificatione in hac parte
unicè disceptata, visa sunt præponderare illa,
quæ per dictos Gasparem, & Bernardum addu-
cta fuerunt.

Et sanè quià cum fuerit verificatum in con-
troversas Portiones non fuisse translatum nisi
purum exercitium Curæ actualis exclusivum,
cujuscumque tituli plenarii Parochialitatis,
2. remanente Cura habituali penès Archipresby-
terum, & Capitulum dictę Ecclesię Cathedralis
est certum, quod collatio non debet fieri per
Concursum, ut de mente Sac. Congregationis
Concilii firmarunt *Paris. de resignat. lib.* 8.
quæst. 9. *num.* 93. *& 94. Gonzal. ad reg.* 8.
glos. 9. *num.* 158. latè *Garz. de Benef. par.* 9.
cap. 2. *à num.* 178. *ad nu.* 182. *Massobr. in prax.*
haben. concur. prælud. 3. *dub.* 3. *num.* 24 in
puncto *Rot. coram Coccin. decis.* 2316. *num.* 8.
& melius *in Recent. decis.* 516. *num.* 1. *par.* 18.
Sed ad nominationem Archipresbyteri prævio
dumtaxàt examine, & approbatione faciendis
3. per Episcopum de persona nominata juxtà
dictam Constitutionem sa: me: Pii V., ut
in terminis pluribus congestis respondit *Rota*
decis. 115. *nu.* 2. *coram Merlin. & decis.* 150.
num. 1. *& decis.* 214. *coram Buratt.*

Quod autèm Cura habitualis resideat penès
Archipresbyterum, & Capitulum nedùm vi-
sum fuit resultare ex ipsa dispositione Juris
4. communis *per text. in cap. Archipresbyter, &*
cap. Ministerium, & cap. Officium, ibique gloss.
de Offic. Archipresb. Pignatell. consult. 150.
num. 2. *& 3. tom.* 9. *Rot. coram Seraphin. decis.*
839. *num.* 4. *& coram Cerro decis.* 450. *num.* 2.
decis. 1334. *num.* 2. 3. *& 7. coram Coccin.* &
novissimè dictum fuit *in Romana Funeralium* 4.
Martii 1695. §. *Minùs ex generalitate coram*
Me confirmatum 28. *Januarii proxime præteriti*;
Verùm etiam ex Instrumento erectionis unius
ex dd. Cappellaniis, seù Portionibus factæ de
Anno 1285. nulla intercedente Episcopi Au-
thoritate, proùt opus fuisset, si ageretur de
Parochiali libera, & independente, in qua
erectioné expresè reservatum legitur Jus no-
minandi Archipresbytero cùm hac speciali
circumstantia, quod Capitulum assignavit pro-
pria bona, redditus scilicet Ecclesiæ S. Mar-
tini ad ipsum pertinentes, ut communiter
5. inter ambas Portiones dividerentur, ex qua
assignatione nequit dubitari, quin Portiones
præfatæ remanserint de mensa Capituli, &
quod

quod dumtaxat translatum fuerit in Cappellanos simplex ex ercitium Curæ actualis, *Rot. coram Carill. dec. 75. n. 6. & in recen. dec. 192. num. 7. par. 18. recent.*

Non resistente, quod talis erectio facta fuerit Sede Episcopali vacante,& per consequens tempore, quo nullus aderat Contradictor, & sine scientia Episcopi, quià animadverterunt Domini, quod ex post verisimilitèr supervenerit scientia Episcoporum Successorum; Tùm quià agitur de Cappellanis destinatis ad
6. exercitium Curæ in ipsa Ecclesia Cathedrali, & sic sub oculis Episcopi, qui præsumuntur informati de statu propriæ Ecclesiæ, & de illius Beneficiis, *Rot. decis.*484. *num.* 15. *coram Buratt. & decis.* 1026. *sub. num.* 3. *coram Seraphin. & decis.* 192. *num.* 5. *par.* 18. *recent.* Tùm fortiùs quià postquàm per Sanctionem Sac. Concil. Trident. injuncta fuit Episcopis obligatio visitationis Ecclesiarum existentium in propria Diœcesi, non est verisimile, quod non fuerint recogniti tituli Portionum, seù
7. Cappellaniarum,de quibus agitur,cùm potiùs vigeat validior præsumptio, quod Episcopi prò tempore diligentèr scrutati fuerint qualitatem illarum tanquàm habentium exercitium actualis Curæ Animarum ex doctrinis mox allegatis, quibus addi potest in puncto *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 90. *num.* 12. *cum concordantibus.*

Cùm dispositione Juris communis, & Instrumento erectionis, ulteriùs concordat plurium sæculorum longissima observantia ex qua duo præcipuè eliciuntur, primum quod in pluribus vacationibus in facto recensitis collationes talium Portionum semper apparent factæ ad nominationem Archipresbyteri prò tempore, & institutionem Capituli, quæ ob-
8. servantia multum operatur in hac materia ad tradit. per *Rot. coram Merlin. decis.* 95. *n.* 4. *& coram Coccin. dec.* 2316. *num.* 9.

Secundum quod Portionarii, seù Cappellani nunquam accesserunt, nec possunt ad funera accedere sine participatione Sacristæ Ma-
9. joris Capituli, à quo debent petere Crucem prò funeribus associandis, quæ sunt signa, quod Cura habitualis sit penès Capitulum, solumque nudum exercitium apud Cappellanos ex deductis in puncto per *Rotam dec.* 516. *num.* 10. *par.* 18. *recent. cum concordan.* Et quod plus est emolumenta percepta à funeralibus dividuntur cùm aliis Cappellanis, & Ministris deputatis à Capitulo, ut benè advertit *Pignatell.consult. Canon.* 150. *n.* 6. *tom.* 4. *Tondut. resol. Benef. par.* 1. *cap* 63. *n.* 8.

Prætereà ad exclusionem tituli plenariæ Parochialitatis independentis ab Archipresbytero, & Capitulo ponderatum fuit, quod exercitium curæ actualis non uni,sed duobus Cappellanis commissum apparet, quo casu sicuti
10. una Mulier non potest duos, vel plures habere Sponsos *cap.* 1. *de spons. duor.* neque unum corpus duo capita, quià redoleret monstruositatem, ità monstruosum pariter esset, quod Ec-
11. clesia duos Curatos, seù Parochos haberet *per text. in cap. cum non ignores de Præbend. can. in Apibus* 7. *quæst.* 1. *can. sicut unaquaque* 21. *quæst.* 2. explicant *Trullench. tom.* 3. *tract. de Jur. Paroch. cap.* 14. *num.* 1. *&* 2. *Gonzal. ad reg.* 8. *glos.* 6. *à num.* 42. *ad num.* 47. *Vallensis in paratulis ad Decretales ad tit. de Pareciis* §. 1. ex quibus uno ore comunitèr concludunt Doctores, quod hujusmodi Cappellaniæ, seù Portiones, in quibus cùm duplicitate exercitii reperitur cura actualis, nunquam possunt dici Beneficia propriè Parochialia, sed potiùs Coadjutoriæ prò adjuvamine curæ actualis denotantes curam habitualem, & plenariam residere penès alium principalem Curatum,
12. seù Parochum, cujus Coadjutores dicuntur Beneficiati exercentes dictam Curam actualem, *Cardin.in Clem.unica num.*14.*de privileg. Gonz. ad reg.* 8. *glos.* 6. *num.* 68. cum aliis congestis per *Gratian. discept. forens. cap.* 865. *num.* 26. & in puncto *Rot. decis.* 516. *à num.* 2. *usque ad* 6. *par.* 18. *recent.*

Prædictaque omnia comprobant binæ Sententiæ emanatæ favore Archipresbyteri, & Capituli; Altera de Anno 1598. coram Vicario Generali Novariensi; Altera de Anno 1629. coram Metropolitano Mediolanensi, in quibus occasione similis controversiæ habitæ cum Episcopis providendi has Portiones per Concursum, optimè firmatur Jus nominandi pertinere ad Archipresbyterum cùm solo examine, & approbatione Episcopi, quæ Senten-
13. tiæ cùm fuerint latę cùm legitimo contradictore, faciunt Jus quoad omnes ex vulgat. *text. leg. in ingenuum ff. de stat. hom. Rota coram Zarat. decis.* 15. *num.* 43. alibique passim, &
14. tanquàm atiquæ probat etiàm sinè actis, *Rot. coram Cerr. decis.* 836. *num.* 7. præsertim stante illarum executione in vacationibus posteà subsecutis scientibus, & patientibus Episcopis, *Rot. coram Mantic. decis.* 304. *sub n.* 1. *& dec.* 376. *coram Buratt. & dec.* 104. *num.* 4. *par.* 19. *rec.*

Nec obstant duo concursus in contrarium allegati; Alter de Anno 1574. ab Episcopo post publicationem Sac. Concilii, & alter in
15. ultimo statu ex provisione facta per Sanctam Sedem Apostolicam, quià quoad primum cum ex pręmissis constat de Jure nominandi favore Archipresbyteri, vel censetur adhibitus ad majorem cautelam, vel indictus per errorem, sicq; non est aptus ad alterandum qualitatem in controversis portionibus, minusque ad inducendum ullum præjudicium d. Archipresbytero, quin possit nominare in successivis vacantionibus, *Rot. coram Merlin. decis.* 106. *num.* 8. *& coram Coccin.dicta decis.* 1316.*n.* 12. *&* 13. *Rot. decis.* 305. *num.* 30. *par.* 11. *& dec.* 516.*n.*13.*par.*18.*rec.* Ea-

Eademque responsione tollitur de medio prætensus ultimus status elicitus ex dicta collatione Apostolica facta in mense reservato prævio concursu, quià cum ex premissis appareat clarè, & incontinenti de contrario anteriori statu, & de bono Jure nominandi favore Archipresbyteri, & quidem per duplicem rem
16. Judicatam ex veriori Sententia, his concurrentibus, non attenditur ultimus status Beneficii, nisi ille sit legitimè præscriptus spatio 40. annorum ad terminos *textus in cap. cum de Beneficio de Præben. in 6.* ut explicat *Rot. in dec. 163. num. 3. decis. 188. num. 1. decis. 229. num. 3. par. 1. recent. Adden. ad Ludovis. dec. 77. num. 12. vers. prædictis.*
17. Neque collatio, seù provisio Papæ mutat antiquum statum Beneficii, nisi illius notitiam habuerit, & mutare voluerit *Rot. decis. 482. num. 1. par. 2. recent. dec. 336. num. 14. coram Bich.*

Tandem non refragatur, quod vacatio controversarum Portionum evenerit in mense reservato dictæ Sedi Apostolicæ, quia cessat super hoc omnis quæstio, cum omnes contendentes sint provisi Apostolici, nec repugnat, quod quatenùs dd. Portiones sint Sedi
18. Apostolicæ reservatæ, nominati ab Archipresbytero valuerint expedire in Dataria novam provisionem per ea, quæ in terminis Bullæ Pianæ decisum fuit per *Rot. in Tirasonen. Vicariæ 13. Octobris, & 4. Decembris 1595. coram Litta*, quæ habentur impressæ *apud Garz. de Benef. par. 9. cap. 2. num. 309.*

Et per consequens cùm ex dictis appareat non constare de justificatione providendi controversas Portiones per concursum, sed de
19. justificatione illas providendi ad nominationem Archipresbyteri cum solo examine, & approbatione Episcopi, meritò conclusum fuit litteras præfatorum Gasparis Betii, & Bernardini Borrini uti justificatas esse exequendas per vulgat. *text. in cap. si Capitulo de concess. prebend.* cum aliis adductis per *Rot. decis. 184. num. 1. par. 16. rec.*

Et ita utraque Parte &c.

R. P. D. MOLINES DEC.

Valentina Jurisdictionis Lunæ 6. Aprilis 1699.

ARGUMENTUM.

Tractatur materia Jurisdictionis inter Episcopum, & Rectores Collegii, & quomodo istorum jurisdictio sit exercenda supra Collegiales, præservato Jure Episcopi quoad plura delicta extra Collegium Commissa.

SUMMARIUM.

1. *Episcopus habet intentionem fundatam de jure communi in exercitio omnimodæ Jurisdictionis in Ecclesiis, Collegiis, aliisque locis Piis suæ Diœcesis.*
2. *Constitutiones confirmatæ à Sede Apostolica in limine fundationis sunt servandæ ab Episcopis.*
3. *Jus commune silet, ubi adsunt leges fundamentales approbatæ à Sede Apostolica.*
4. *Rector Collegii cognoscit ea, quæ pertinent ad illius bonum regimen.*
5. *Quidquid ommissum legitur in fundatione, censetur reservatum Episcopo habenti Ordinariam Jurisdictionem.*
6. *Rectori si competunt pluræ prærogativæ, istæ referri debent ad œconomicam Superioritatem, non autem illi tribuunt jurisdictionem.*
7. *Obedientia debetur Rectori in signum Superioritatis, & Dignitatem Officii.*
8. *Episcopus fundator Collegii si aliquid concedit Rectori, non abdicat à se Jurisdictionem in materia contentiosa.*
9. *Jurisdictio contensiosa in Causis Criminalibus, & Civilibus numquam censetur abdicata, nisi expresè legatur, nec venit sub involucro verborum.*
10. *Interpretatio omnis capi debet, ut minùs lædatur Jurisdictio Ordinarii.*
11. *Delicta graviora, in quibus procedendum est judicialiter reservantur Episcopo, quidquid sit de levibus.*
12. *Argumentum ductum à contrario sensu, deservit pro interpretatione Constitutionum, declara ut num. 13.*

DECISIO VII.

IUrisdictionalis controversia circà visitationem exorta in Anno 1653. inter Archiepiscopum Valentinum, & alios Convisitatores Collegii, seù Seminarii Corporis Christi summa cum laude de anno 1594. in executionem Sac. Conc. Trid. in cap. 18. sess. 23. *de Reformat.* fundati à piissimo, & in ævum colendæ mem. Joanne de Ribera, Patriarcha Antiocheno, & Archiepiscopo Valentino devoluta fuit ad nostrum Tribunal, prout videre est in decisione edita coram Peuting. inter ejus impress. la 480. siluitque postmodum per multum tempus hæc causa, donec ocasione nonnullorum actuum gestorum in Curia Archiepiscopali suspicantes Rector, & Collegiales velle iterùm modernum Reverendissimum Archiepiscopum exercere Jurisdictionem in præfatum Collegium, curavit vigore litis pendentiæ contra eum expedire consuetam rotalem citationem cum inhibitione, qua in actis post præsentationem reproductâ præviâ decisione editâ coram R. P. D. meo Priolo sub die 14. Februarii anni præteriti pronunciatum fuit per sententiam, Archiepiscopo non competiisse, nec competere aliquam Jurisdictionem in dictum Collegium, ejusque Collegiales, Officiales, & Ministros, nisi in actu visitationis, &

unà simul cum Convisitatoribus, sed cum ob inordinatum processum, ex quo prædicta citatio cum inhibitione rotali non fuerat præsentata Archiepiscopo, nec ejus Procuratori Fiscali, sed solùm Vicario, & Gubernatori Generali Archiepiscopatus recursum interposuerit idem Archiepiscopus ad Signaturam Justitiæ, quæ rescripsit ad Rotam ex integro, mihique extiterit causa commissa iterùm proposui antiquum Dubium. *An Archiepiscopo competat Jurisdictio in Collegiū extra visitationē*, superquo consultis DD. in hodierna audientia responsum habui, Jurisdictionem competere juxtà modum infrà exprimendum.

Non enim aliquod emersit dubium circà præliminarem juris theoricam, juxtà quam Reverendissimus Archipræsul dicitur de jure habere in hac materia fundatam intentionem pro exercitio omnimodæ jurisdictionis Ecclesiasticæ in omnibus locis piis sitis intrà suam
1. Diœcesim, multoque magis in Ecclesiis, & Collegiis existentibus in Civitate Valentina ad effectum illa visitandi, causas civiles, & criminales cognoscendi, aliaque peragendi, quæ Pastorali Officio incumbunt respectu fori Ecclesiastici, tàm inspecta dispositione juris communis per *text. in cap. 1. & cap. conquerente 16. de Offic. Ordin. cap. cum Venerabilis 7. de relig. dom. cap. cum persona de privil. in 6. Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. Barbos. de potest. Episcopi part. 3. alleg. 125. num. 28. & lato calamo dictum fuit in Gernnden. Jurisdictionis super bono jure 13. Junii 1692. §. ex qua situatione, & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. posita igitur, utraque coram me*, quàm attenta speciali sanctione *Sac. Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de reformat. ut probant mox relatæ authoritates*, quibus attentis, nulla videbatur adesse difficultas respondendi, competere de jure Archiepiscopo plenariam Jurisdictionem in prædictum Collegium.

Attamen quia in illius erectione piissimus Antistes fundator supplicavit san. me. Clementi VIII. Summo Pontifici, tunc temporis, ut pro salubri illius regimine posset condere nonnullas leges, seù constitutiones, quas post obtentam opportunam facultatem compilavit in quodam libro typis mandato, quibus inhærendo juxta ea, quæ in antecedenti instantia proponebantur solùm à Defensoribus Collegii (moderno Archiepiscopo non informante) Sacra Rota coram R. P. D. meo Priolo censuit, eidem esse denegandam Jurisdictionem extrà visitationem, ex ratione, quod quando authoritate Pontificia in limine fundationis factę fuerunt pro regimine Collegii certæ,
2. & determinatæ constitutiones, tunc Ordinarius contra illarum dispositionem non valeat jus aliquod exercere supra illos de Collegio ad tradita per *gloss. in cap. de Monacis 12. verb. de proventibus vers. si habent Ecclesiam ex Conceff. Episcoporum si certa forma fuit apposita illa servetur de præben. Oliva de for. Eccles. p. 3. quæst. 34. num. 38. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 5. in princ. num 4. Rota coram Cerro decis. 161. num. 7. coram Bich. decis. 448. num. 3.*

Etiam si resistant sacri Canones, tribuentes Ordinario d. Juris assistentiam, quia hæc silet, nec operatur suum effectum in illis locis, ubi
3. adsunt leges, seu fundamentales constitutiones approbatæ per Sedem Apostolicam *Corn. cons. 193. num. 5. Gratian. discept. forens. 270. num. 4. & 5. Frances de Eccles. Cathedr. cap. 31. n. 20. Rota dec. 157. sub n. 2. corā Coccin. cum aliis novissimè allegatis in Dertusen. Jurisdictionis 28. Januarii 1697. §. Consulto coram R. P. D. meo Pio.*

Propterea hodie ad instantiam moderni Archiepiscopi, & Collegii iterùm ex integro examinatâ per DD. hujus causæ materiâ ad limites fundamentalium constitutionum ejusdem Collegii jure meritò dixerunt pertinere ad Archiepiscopum Jurisdictionem in Collegium juxta modum, scilicet quod Archiepiscopus
4. illam valeat exercere extrà visitationem in causis contentiosis, civilibus, criminalibus, & mixtis, secùs autem in aliis non contentiosis respicientibus solùm observantiam constitutionum, gubernium Collegii, servitium Ecclesiæ, & Chori, de quibus Rector ejusdem cognoscere possit cum recursu ad visitationem certo tempore, & cum personis à Fundatore designatis faciendam ad formam constitutionum in limine fundationis editarum.

Et sanè medullitus, ac singillatim introspectis dd. constitutionibus datis in Summ. Archiepiscopi à num. 1. ad 9. nullibi legitur fuisse interdictum Archiepiscopo, quo minùs ipse extrà visitationem posset exercere suam ordinariam Jurisdictionem pro delictis commissis à Collegialibus in iis, quæ regulas, seù constitutiones Collegii non concernunt, & pro quibus Juris ordine servato procedendum est ad vindictam. Undè succedit recepta in hac materia propositio, quod quicquid in funda-
5. tione non legitur expressè concessum Rectori, censeatur Archiepiscopo reservatum ex causa universali suæ Ordinariæ Jurisdictionis, omneque omissum, tacitum, vel ambiguum relictum dicatur sub dispositione Juris communis juxtà *Doctr. Anchar. in cap. postulasti vers. quidquid per exemptionem de for. compet. & in cap. 2. sub num. 50. de constit. Chobier. de Jurisdict. in exempt. part. 2. quæst. 45. num. 12. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 24. num. 96. in d. Gernunden. Jurisdictionis 13. Junii 1692. §. ac per consequens coram me, & in Baren. Jurisdictionis 26. Aprilis §. neque juris assistentiam coram bon. mem. Ursino, & in Dertusen. Jurisdictionis super gravibus 4. Maii 1697. §. cum ergo coram R. P. D. meo Pio*,

Absque eo quod obicem præstent præeminentiales prærogativæ concessę Rectori per Fun-

Fundatorem in cap. 5. ubi ſtabiliens Officium illius, ſtatuit in §. primo, quod Rector ſit Caput Collegii, in §. 2. quod in Capitulis, & Congregationibus ſit præſidens, habeatque primum votum cum qualitate Prælationis in caſu paritatis, in §. 3 quod ſit ſuperintendens in
6. omnibus, quæ reſpiciunt beneficium ſpirituale, & temporale Collegii, & Cappellæ, quodque omnes Perſonæ Collegii illi pareant, & obſequantur, in §. 4. quod debeat ſummoperè invigilare ſervitio Chori, & Eccleſiæ ad hoc, ut Divina officia cum omni majori cultu, & devotione celebrentur. Quoniam cenſuerunt Domini has præheminentias, & omnes alias conceſſas Rectori non ſignificare, fuiſſe eidem datam aliquam Juriſdictionem contentioſam, ſed ſolùm præſeferre quamdam ſuperioritatem, & majoritatem Æconomicam quoad regimen ſpirituale, & temporale Collegii, & Eccleſiæ, ac perſonas illius ad hoc, ut Divina Officia cum omni poſſibili cultu, & perfectione celebrentur, in quo conſiſtit principalis intentio piiſſimi fundatoris, & ipſe ſe explicat in dicto §. 4.: *per il primario di queſta noſtra fundatione*, & ad hunc finem mandavit in citato §. 3. quod ab omnibus perſonis Collegii præſtaretur obedientia, & obſequium Rectori, ibi *di maniera, che da tutti ſarà obedito, e riſpettato*: Obedientia enim in ſubjecta ma-
7. teria debetur Rectori in ſignum ſuperioritatis, & regiminis ei commiſſi, prout etiam reſpectus, & obſequium ob excellentiam perſonæ, habentis primam ſedem, & dignitatem Officii, ut in ſimili explicant *Bald. in l. liberti, libertæque num. 10. Cod. de oper. pub. libert. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 16. num. 121. Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 102. art. 2. in Corpor.*

Nec major vis fieri poteſt in dicto §. 4. ubi
8. Rector circa regimen Collegii, Eccleſiæ, & Chori deputatur ordinarius, & perpetuus Viſitator, ibi: *Si tenga per ordinario, e perpetuo viſitatore, come deve eſſere, poiche à ſua carica ſtà la ſopraintendenza di tutto quello, ſi deve fare in queſta Caſa, tanto nel ſervizio della Chieſa, come negl'altri miniſteri*. Nam Fundator non conſtituit Rectorem ordinarium, & perpetuum Viſitatorem cum intentione, quod voluerit à ſe abdicare Juriſdictionem contentioſam in caſis civilibus, & criminalibus, eamque in Rectorem transferre, ſed ſolùm ad hoc, ut ipſe eſſet perpetuus domeſticus Gubernator, ac continuus Viſitator, & ſpeculator, diù noctuque vigilans circa bonum regimen Collegii, & diſciplinam Collegialium, & obſervantiam Conſtitutionum, & nè in exercitio Chori, & ſervitio Eccleſiæ introducerentur abuſus in præjudicium Cultus Divini, qui ſemper in ſumma perfectione conſiſtere, & continuare deberet, prout toto conatu deſiderabat, & commendavit Religioſiſſimus Fundator.

Quodque ipſe intellexit ſolùm concedere Rectori illam ſuperioritatem, & authoritatem neceſſariam pro bono regimine Collegii, & Eccleſiæ in caſibus expreſſis in Conſtitutionibus, & juxta modum in eiſdem ſtabilitum manifeſtè comprobatur ex dicto cap. 5. §. 3. ubi poſtquam loquutus fuit Archiepiſcopus Fundator de ſuperintendentia, & ſuperioritate Rectoris, ſic diſpoſuit quoad ejus uſum *intendendoſi, che hà da procedere conforme all' ordine, che diamo in queſte noſtre Conſtitutioni*: ex quibus cum ſuperintendentia conceſſa Rectori reſtrictionem patiatur juxta ſubjectam materiam ſingularium Conſtitutionum, & ad ordinem procedendi in eiſdem præſcriptum, utique comprehendere nequit majora, ſeu diverſa ab expreſſis in dd. Conſtitutionibus in præjudicium Archiepiſcopi habentis fundatam intentionem in Univerſali, & Ordinaria Juriſdictione contentioſa in cauſis criminalibus, quarum cognitio nunquàm ab Ordinario abdicata cenſetur, niſi ſpecificè, & nominatim exprimatur, non autem ſub involucro verborum
9. *Lap. alleg. 70. num. 9. & 10. Rota coram Bich. deciſ. 167. num. 5. & deciſ. 191. num 10. p. 19. rec. & in d. Baren. Juriſdictionis §. Nec majorem coram bo. me. Urſino*, quinimò dicta ſuperintendentia, & ſuperioritas taliter interpre-
10. tari debet, ut minùs quàm fieri poſſit lædat Juriſdictionem Ordinariam competentem Archiepiſcopo ex diſpoſitione Juris communis *Cocbier. de Juriſdictione in exempt. part. 1. qu. 2. num. 7. & quæſt. 4. per tot. Lotter de re benefic. lib. 1. quæſt. 23. num. 24. Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 30. à num. 124. ad 133. & in d. Gerunden. Juriſdict. 13. Junii 1692. §. Ac per conſequens coram Me.*

Præterea cum in dd. Conſtitutionibus fuerit præſcriptus modus procedendi abſque compilatione proceſſus, & ſine examine Teſtium, ſed tantùm per correctionem extrajudicialem, & inſuper determinata fuerit contra Collegiales delinquentes certa qualitas pœnarum, prout ſunt jejunium in pane, & aqua, recluſio in propriam cellam cum præcepto non egrediendi, expulſio ex gremio Collegii, *dict. Summ. num. 8. §. 4.* quæ ultima pœna expulſionis ſtabilita fuit, veluti omnium maxima, & infligenda dumtaxat in caſu, quo aliquis Collegialis fraternâ monitus correctione non reſipiſceret, ſed effectus eſſet incorrigibilis, illiuſque inflictio reſervata fuit Viſitatoribus cum voto aliorum Collegialium, *dict. Summ. num. 9. §. 8.* Utique ex his clarè aſſequimur in eumdem Rectorem per dd. Conſtitutiones non fuiſſe translatam Ordinariam Juriſdictionem contentioſam cognoſcendi cauſas criminales eorumdem Collegialium juxtà quali-
11. tatem delictorum gravium, ad quorum punitionem procedendum eſt judicialiter, & cum formali proceſſu, quæ omnia ſpectant de

jure ad dignitatem Archiepiscopalem, sicuti ad differentiam punitionis delictorum levium sancitur *in cap. fin. de Offic. Archipresbyteri, ibique gloss. verb. referent. Fagnan. in cap. Cum dilectus à num. 28. ad 35. de rescript. Pyring. in decret. tit. 23. num. 2. & tit, 24. §. 2. vers. & quamvis, & in puncto Rota decis. 20. num. 3. part. 1. rec. & in Gerunden. Jurisdictionis super quinto dubio 27. Junii 1698. per tot. coram. R. P. D. meo Caprara, & in d. Dertusen. Jurisdictionis super gravibus 4. Martii 1697. §. Quod ipsum etiam in fine coram R. P. D. meo Pio,* ubi §. seq. optimè firmatur in terminis consimilium constitutionum, quod quemadmodum fuit concessa alteri mulcta domestica pro delictis levibus, ita censetur consultò ommissa in aliis delictis gravioribus.

Quæ omnia clariora redduntur ex constitutionibus stabilitis in cap. 38. de expulsione Collegialium, *dict. Summ. num. 9. §. 6.* in quo cavetur posse Collegiales expelli, quoties aliquis ex eis propter aliquod delictum fuisset condemnatus in aliquo tribunali Ecclesiastico, vel Seculari, & inter delicta gravia exprimitur concubinatus, addita declaratione, quod in tali casu dum Collegialis delinquens erit carceratus in prædictis Tribunalibus spolietur habitu Collegiali, & in nihilo possit subveniri à Collegio, ex quo palàm fit, Fundatorem non privasse alios Judices sua Jurisdictione in Collegiales delinquentes concubinatu, vel aliis delictis gravioribus, neque intellexisse penès Rectorem Collegii residere debere Jurisdictionem criminalem contentiosam, aliàs injunxisset delinquentes posse retineri carceratos intrà Collegium. Quinimò cum in præcedenti capite 37. loquendo de pœnis Collegialibus delinquentibus infligendis expresse prohibuerit retentionem carceris in eodem Collegio, ut patet ex *dict. Summar. num. 8. §. 4. ibi: perche non è nostra intentione, che vi sia Carcere in questa Casa;* exinde sequitur, Fundatorem noluisse concedere Rectori Jurisdictionem criminalem contentiosam in præjudicium suæ Dignitatis Archiepiscopalis, & successorum in ea, nec Collegiales esse exemptos à Jurisdictione Ordinarii in gravibus delictis ab eis perpetratis. Imò dicendum est pro his puniendis voluisse jus suum intactum relinquere Ordinario ad præscriptum *Sac. Concil. Trid. in sess. 24. cap. 20. de Reformatione.*

Forma igitur ex hucusque perpensis remanente Jurisdictione contentiosa favore Archiepiscopi extra Visitationem in Criminalibus, confirmata etiam ex observantia resultante ex actibus, de quibus testatur Philippus Amoros Notarius Curiæ Ecclesiasticæ Valentiæ, ut refertur *in Summ. Archiepisc. num. 10.* multo minùs dd. Constitutiones eidem Archiepiscopo adversantur in civilibus, quis ex illarum lectura dignoscitur nullam etiam fuisse tributam Rectori facultatem circa cognitionem contentiosam causarum civilium, & proindè quoad istas remanet quoque illæsa assistentia juris militantis pro dicto Archiepiscopo ex doctrinis superiùs allegatis.

Non obsistente, quod cum in eisdem Constitutionibus fuerit eidem Archiepiscopo expresse reservatum jus explendi visitationem Collegii cum duobus aliis Convisitatoribus; hinc censeatur Generaliter illi denegatum
12. exercitium suæ ordinariæ Jurisdictionis contentiosæ, tam in Criminalibus, quam in Civilibus extra Visitationem, argumento ducto à Contrario sensu, quod in concessionibus, sententiis, & contractibus etiam stricti Juris valet per textum *in leg. inter Socerum 26. §. Cum inter ff. de pact. dotal. Surd. dec. 202. nu. 11. & 12. Rota dec. 22. num. 7. Cum sequentibus Coram Ubago, & in Vicen. scribaniarum super bono jure 27. Junii 1692. §. indeque de plano coram Ursino.*

Etenim objectum tunc urgeret, quando versaremur in eodem genere Jurisdictionis, quod scilicèt Rector Collegii vigore dd. Constitutionum posset illam quoque exercere in actibus contentiosis, tam Civilibus, quàm Criminalibus, sed cum ex superiùs ponderatis
13. Jurisdictio Rectoris respiciat diversa & non se extendat, nisi ad ea, quæ concernunt observantiam Constitutionum, gubernium ejusdem Collegii, & Ecclesiæ, quam Domini salvam illi præservarunt cum recursu ad d. visitationem demandatam à Fundatore, & io hoc stetit modus suprà insinuatus juxta quem DD. censuerunt, temperandam esse jurisdictionem Archiepiscopi, habentis intentionem fundatam in jure, ex inde sequitur, quod d. argumentum à contrario sensu non procedit in nostra hypotesi, sed consonat alia Juris propositio, quod quidquid alicui fuit limitatè reservatum, extra Reservatarii dominium dicitur esse totum id, quod in reservatione expressè non legitur concessum *per textum in l. nam quod §. fin. ff. de pæn. legat. Paris cons. 33. n. 59. vers. & quia lib. 3. Rot. dec. 150. nu. 2. p. 16. & dec. 107. nu. 8. & dec. 790. nu. 38. p. 18. rec. & in d. Vicen. scribaniarum 27. Junii 1692. §. potissimum Coram bo. me. Ursina;* adeout Archiepiscopo semper illæsa remanserit sua ordinaria jurisdictio extrà visitationem in causis contentiosis, Civilibus, Criminalibus, vel mixtis, & dumtaxàt limitata in favorem Rectoris Collegii in aliis non contentiosis, respicientibus solùm observantiam constitutionum bonum regimen Collegii, servitium Ecclesiæ, & Chori juxtà regulas, & constitutiones fundamentales ejusdem Collegii.

Et ita resolutum fuit, utraque Parte acerrimè informante &c.

R. P.

R. P. D. MOLINES DEC.

Romana Funeralium Lunæ 15. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Tractatur materia funeralium, & quando, & quomodo illa debeantur Parochis, & quid inter Ecclesiam Parrochialem, & Ecclesiam sepellientem ubi funerale factum non fuit: aliaque plura eruditè enucleantur.

SUMMARIUM.

1. *Consuetudo in materia funeralium est attendenda.*
2. *Funus fieri debet cum precibus, & cereis accensis, aliisque similibus.*
3. *Executioni demandari non debet præceptum, seu voluntas Defuncti, quod ejus corpus humetur sine ulla honorificentia.*
4. *Consuetudo irrationabilis non debet attendi.*
5. *Rituale Romanum præscribit formam ducendi funus.*
6. *Statutum Cleri Romani taxat funeralia juxta qualitatem personæ.*
7. *Episcopus potest decernere super funeris impensa, quando quis moritur sine dispositione juxta illius qualitatem, & statum.*
8. *Pretium aliquod nequit exigi pro tumulandis Cadaveribus de jure Sacrorum Canonum.*
9. *Oblationes spontaneæ pro sepulturis non sunt vetitæ à Sanctis Patribus nec à Sacris Canonibus.*
10. *Consuetudines offerendi pro sepulturis, dicuntur laudabiles, & piæ.*
11. *Officio Judicis, si non jure actionis, quis compelli potest, ad servandam consuetudinem offerendi pro funeribus.*
12. *Explicatur Textus super consuetudine aliquid exigendi pro sepulturis.*
13. *Funerale non factum totum, & integrum spectat ad Parocum.*
14. *Ecclesia erecta in Parochialem habet Populum, Territorium, & Cemeterium.*
15. *Ecclesiæ Parrochiali ex dispositione Juris, competit jus sepeliendi, privativè quoad alios.*
16. *Ecclesiæ Regularium antiquitus non poterant sepelire, nisi Monachos, & alios Regulares.*
17. *Regulares habent ex privilegio Sedis Apostolicæ facultatem tumulandi Cadavera defunctorum, qui elegerunt in eis sepulturam.*
18. *Fagnan. in cap.* Fraternitatem *de sepultur. cum aliis Doctoribus reprobatur.*
19. *Text. in d. cap.* Fraternitatem *de sepultur. declaratur.*
20. *Privilegia concessa Regularibus pro sepeliendis Cadaveribus continebant clausulas præservativas favore Ecclesiæ Parrochialis.*
21. *Portio canonica super funeribus est solùm debita Ecclesiæ Parrochiali.*
22. *Funeris impensa recensetur inter jura Parrochialia.*
23. *Funerale non factum ratione assistentiæ juris competit solùm Ecclesiæ Parrochiali.*
24. *Privilegium allegans debet illud probare.*
25. *Ecclesia sepeliens tenetur solvere quartam funeralem Ecclesiæ Parrochiali.*
26. *Quarta Parrochialis, quanta sit, ostenditur.*
27. *Solutio quartæ funeralis intelligi debet de funere facto in Ecclesia sepeliente.*
28. *Privilegia sunt strictè interpretanda.*
29. *Privilegia ex identitate rationis non sunt extendenda de casu ad casum.*
30. *Text. in Clementina* Dudum *explicatur.*
31. *Defunctorum voluntates sunt servandæ.*
32. *Sepulturâ electâ extra Ecclesiam Parrochialem, isti debetur portio canonica.*
33. *Ratio laboris in funere non facto cessat in Ecclesia sepeliente.*
34. *Jus sepeliendi, & jus funerandi discrepant inter se, & num 35.*

DECISIO VIII.

ANntiquissima viget in Urbe consuetudo taxandi Funerale à defunctis nullo modo præordinatum, aut ab eorum Hæredibus non factum juxta singulorum Dignitatem, gradum, & facultates, quod semper integrum exegit Parochus, quando corpora mortuorum tumulata fuerunt in propria Ecclesia Parochiali; eis tamen in alia sepultis controversum extititit, an etiam totum ad illum spectaret, seu contentus esse deberet suâ Quartâ Canonicâ, remanente residuo pro Ecclesia sepeliente, eo modo, quo fit, quando in ipsa verè, & realiter factum esset. Anno tamen 1690. delatâ hujusmodi controversiâ ad hoc Sacrum Tribunal occasione non facti & taxati Funeris R.P.D. Ritæ, prodiit coram R. P. D. meo Caprara Decisio, totum, & integrum competere Parocho; cui resolutioni Patres S. Augustini succumbentes acquieverunt, litique solemniter renuntiarunt.

Verùm hac re judicata non obstante, ob non factum Funus clar. mem. Principis D. Flavii Ursini, renovata fuit similis contentio inter Parochum Sacrosantæ Basilicæ Lateranensis, ubi in sepulchro præclaræ hujus Familiæ illius cadaver humatum est, & Parochum Ecclesiæ S. Eustachii, in cujus septis idem Princeps naturæ debitum reddidit, super pertinentia dicti Funeris à Camerario Cleri Romani taxati, utque semel hujusmodi disputationes frequenter contigibiles amputarentur, placuit S. D. N. fœliciter Regnanti præsentem Causam definiendam remittere ad Sacram Congregationem Concilii, exquisito Voto nostri Auditorii, cœteris Urbis Parochis pro omni eorum jure, & interesse vocatis, & auditis. Quamobrem cum ad hujus Rescripti normam hodie dubitaverim: *An Funerale non factum deberetur integrum*

grum Ecclesiæ Parochiali, quando defunctus fuit sepultus in alia Ecclesia. Domini, diviso Dubio in duas partes, an scilicèt Funerale non factum debeatur, justeque exigi valeat; Et quatenus affirmativè, an tantùm à Parocho, itaut ipsi totum, & integrum sit adjudicandum. Re maturè, & funditus examinatâ responsum dederunt, *Funerale non factum deberi, & quidem totum, & integrum Parocho*.

Prima pars resolutionis solidum visa fuit re-
1. cipere præsidium non solùm ex efficacia consuetudinis nunquam in dubium revocatæ, quæ in hac, de qua agitur, materiâ multùm operatur, argumento *Cap. Certificari de sepult. in cap. Dilectus num. 4. de Cappell. Monach. & in cap. Ad audientiam*, ubi etiam *Ancharan. num. 6. vers. 4. quæro de Eccles. ædific. Rot. decis. 376. num. 2. par. 1. recent.*

Sed etiam, & principaliter quia Ecclesia Catholica obliteratis, & proscriptis innumeris superstitiosis, & deridendis Ethnicorum Funerum ritibus, necnon ambitiosis, & superfluis expensis, quæ in hanc causam effundebantur, sequens exempla Veteris, & Novi Te-
2. stamenti, instructaque Beatorum Apostolorum, Sanctorumque Patrum regulis, pios, ac religiosos constabilivit Ritus in sepeliendis Corporibus mortuorum servandos, instituendo scilicet, ut eorum Funus prosequeretur, cum piis precibus, Psalmis, & Missis, associatione Clericorum, candelis, & cereis ardentibus, aliâque hujusce generis pompâ, & celebritate; Idque tam in suffragium animarum, solatiumque vivorum, quàm ad significandum animas à corpore separatas vivere, & immortalitatis dona gaudere, defunctos obiisse in Fide, resurrectionem, ac fruitionem æternæ gloriæ expectare, ut ex *D. Augustino in libro de agenda cura pro mortuis, Hieronymo, Ambrosio*, & aliis probant *Cap. Non æstimandum 19. cap. Animæ 22. cap. Tempus 23. cap. Quia 24. & cap. Qui Divina 28. caus. 13. quæst. 2.* & explicant latè *Cardinal. Bellarmin. tom. 1. controvers. lib. 2. de funer. cap. 9. & 10. Gulielm. Benedictus in cap. Raynutius verb. Mortuo itaque Testatore il 1. num. 54. de Testament. Durand. de ritibus Ecclesiæ Catholicæ lib. 1. cap. 23. à num. 10. ad 16. Cassan. in Catalog. glor. mund. par. 2. considerat. 5. Julius Lavor. elucubrat. variar. tit. 2. cap. 3. à num. 32. ad num. 17. & cap. 14. per totum, Beyerlinck in theatro vitæ humanæ vers. Sepultura Ecclesiastica cum sequentib. Frances de Eccles. Cathedral. cap. 17. num. 117. ad num. 156. Passerin. de offic. & stat. homin. tom. 2. quæst. 187. artic. 4. num. 34. & 35. Lar. de anniversf. lib. 1. cap. 1. à num. 52. ad 58. Amostazz. de caus. piis lib. 6. cap. 1. à num. 1. ad num. 27.*

Invaluitque adeò in toto Orbe Catholico hujusmodi vetus Ecclesiæ institutum, ut receptissimi sit inter nostri Juris Inrerpretes, quod
3. mandari non debeat executioni ultima defunctorum voluntas in ea parte, in qua præscriberent eorum corpus humari sine ulla honorificentia ab Ecclesia instituta, ut probant *Valenz. tom. 3. distinct. 3. quæst. 2. Bannez. 2. 2. quæst. 32. art. 3. Lavor. var. elucubr. tit. 2. cap. 16. num. 18. Ventrigl. in prax. rer. notab. for. Eccles. annot. 52. §. unic. num. 16. Frances de Eccles. Cathedral. cap. 17. num. 153. Amostaz. de causis piis lib. 6. cap. 5. num. 13. Passerin. dict. art. 4. num. 35. in fine*. Non obstante qualibet contraria consuetudine, quia hanc tamquam
4. irrationabilem, omnique honestati repugnantem eliminandam, & extirpandam esse, ex *cap. final. de consuetud.* aliisque probat *Pignatell. consul. 229. num. 14. tom. 4.*

Hancque ob causam Rituale Romanum à
5. san. me. Paulo V. approbatum ad compescendam hæredum impietatem negligentium prosequi solemni more funus Defunctorum, districtè in Rubrica de exequiis monet Parochos, ne hujusmodi Ritus omittatur, sinantque in desuetudinem abire ibi: *Sacras cæremonias, ac Ritus, quibus ex antiquissima traditione, & Summorum Pontificum Institutis Sancta Mater Ecclesia Catholica in filiorum suorum exequiis uti solet, tanquam vera Religionis mysteria, Christianæque pietatis signa, & fidelium mortuorum saluberrima suffragia Parochi summo studio servare debent, atque usu retinere*, & parum infra ibi: *Cum autem antiquissimi Ritus Ecclesiastici sit Cereos accensos in exequiis, ac funeribus deferre, caveant Parochi, ne hujusmodi Ritus omittatur, ac nequid indignè in eo committatur*, & Divus Carolus Borromæus inter Constitutiones Concilii Provincialis præcepit etiam, sunt ejus verba, *ut vetus Ecclesiæ institutum mortuorum funus piis precibus, & officiis solemni more prosequendi multis in locis avaritiâ, ambitione, vel negligentiâ depravatum ad pristinam pietatis rationem revocetur*. Et mox subjungit ibi: *si mortuorum hæredes ita se impiè gesserint, ut Religiosum exequiarum Institutum negligentes Crucis, Clericis, & funeri debita lumina adhiberi noluerint ab Episcopo ea cogantur comparere, quæ necessaria videbuntur.*

Stante proindè præfatâ Ecclesiæ vetustissimâ Institutione deferendi ad tumulum cum debito funere corpora Fidelium, improbatio-
6. ne contrariæ consuetudinis, voluntatisque Testatorum illud prohibentium, ac demùm onere Parochis injuncto, ut hujusmodi usus retineatur, & omninò servetur, benè, & secundum Juris regulas sancitum est Romæ speciali Cleri Romani Statuto, ut defunctorum hæredes cogantur consueto Ritu funerali deferre, & exponere Cadavera, negligentibusque hanc pompam, & honorem mortuis exhibere, idem funus non factum taxetur per Cleri Romani Camerarium juxta illorum qualitatem & substantiam; frustra enim Ecclesia pios, & laudabiles institueret Ritus, si ad observantiam non deducerentur, omnesque non arcerentur

fraudes

fraudes illam impedientes, ut omissis generalibus, quæ congeri possent, in terminis funeralium ait *Text. in cap. officii §. verò, & cap. final. de Testam. cap. ex par. in fine de verb. signific. & concordat Rituale Romanum in præcitato titulo de exequiis §. Sacros §. Caveant §. Cum autem, & infra latius.*

Quæ omnia mirificè confirmantur ex communi opinione Doctorum dicentium, quod quando aliquis moritur ab intestato nihil disponens circà funeris impensam Missas, vel alia pia suffragia pro ejus anima posse, & debe-
7. re Episcopum ad istos effectus taxare, & applicare aliquam summam moderatam juxta illius statum, qualitatem, & facultates, & obstringere hæredes ad illam solvendam; maximè stante consuetudine, quæ valdè rationabilis est, ut tenent *Genuens. in prax. Archiepiscop. cap. 79. Nicol. Elucubrat. tom. 1. lib. 2. tit. 10. de Testament. num. 16. pag. 172. Cortiad. decis. 258. num. 45. 46. & 47. Card. de Luc. de Testament. discurs. 24. Amostazz. de caus. piis lib. 6. à num. 55. ad 74.* ubi hoc ipsum comprobat ex legibus Castellæ; Imò, quod magis est *à num. 75. cum duob. seqq.* etiam probat, quod si aliquis cum Testamento decedat, nihil tamen disponendo de expensis funeris, & suffragiis pro ejus anima, quatenùs hæredes spontè eas facere renuerint, posse Episcopum eos cogere ad distribuendam partem bonorum proportionatam qualitati, & substantiæ Defuncti, idemque tuetur *Spino de Testam. gloss. 2. num. 54.*

Neque dicatur hanc Urbis consuetudinem taxandi funerale non factum adversari Sacrorum Canonum dispositioni prohibentium pro
8. sepultura in Ecclesia præstanda, & pro officio, quod impenditur in Corporibus humandis ullum pretium exigi per *Text. in cap. abolendæ 13. de sepult. cap. questa 12. cap. Postquam 13. cap. in Ecclesiastica 14. cap. Præcipiendum 15. caus. 13. quæst. 2. cap. Plerique 7. de pactis, cap. ad Apostolicam, cap. suam, cap. dilectas de Simonia.* Ne aut venalis fortasse, quod absit, dicatur Ecclesia, aut Presbyteri de humanis videatur mortibus gratulari, si ex eorum Cadaveribus studeant quærere quolibet modo compendium, ut totidem verbis scribens ad Episcopos Messanen. & Calaritanum exclamabat *S. Gregorius Magnus lib. 7. Epist. 4. & 56. cum aliis concordantibus latè deductis per Gonzal. in dicto cap. abolendæ de sepultur. & Patrem Tomasin. in veter. & nov. Eccles. disciplin. par. 3. lib. 1. cap. 65. cap. 66. per. tot.*

Nam sicuti innegabile est, quod Sancti Pa-
9. tres, Canones, & Concilia nullo tempore fuerint, quod Clerici, & Presbyteri administrarent sepulturas cum aliqua pactione, & coacta solutione: Verissimum pariter est, nunquam vetuisse, ne spontaneas oblationes in hanc causam factas reciperent, ut prælaudatus *Sanctus Gregorius protestatur in dicta Epistol. 56.* ibi: *Si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis, siquidem Parentes ipsius Proximi, vel hæredes pro luminaribus spontè quid offerre voluerint, accipere non vetamus*, & concordant omnes Canones in objecto allegati, & in hunc sensum intelligendus est *Text. aliàs difficilis in cap. secundùm Canonicam 24. caus. 13. quæst. 8. ut notat Gonzalez. in d. cap. abolendæ num. 8.*

Cumque consuetudo offerendi aliquid pro sepulturis, & exequiis funerum latissimè, &
10. ubique effusa fuerit, atque aliàs talis usus in seipso sit pius, & laudabilis ob rationes supra expensas, hinc ne refrigesceret pietas, aut Religiosa consuetudo alicujus malitiâ obsolesceret, Concilia, & Synodica statuta jubere, & præcipere cæperunt consuetudines hujusmodi omninò servari debere, ut præ cæteris Honorius Papa III. & non Innocentius III. ut benè notat *Gonzal. in d. Cap. abolendæ 13. de sepult.* injungit Magalonensi Episcopo, sunt præcisa verba. *Laudabilem consuetudinem ergà Dei Ecclesiam pia devotione fidelium introductam observent, nè fermento hæreticæ pravitatis illam erumpere videantur sub prætextu Ecclesiasticæ paritatis*, & Alexander III. in Cap. ad Apostolicam idipsum districtiùs præcipit ibi: *Quapropter super his pravas exactiones fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus observari, statuentes, ut liberè conferantur Ecclesiastica Sacramenta, sed per Episcopum loci veritate cognita compescantur, qui malitiosè nituntur laudabilem consuetudinem immutare.* Et ita docuit *S. Thomas 2. 2. quæst. 100. art. 2. in corpore, & ad 4. & art. 3. in corpore, & ad secundùm*, & latè tradunt *Gratian. discep. 110. num. 10. & in decis. Marchiæ 26. num. 14. & 15. Lara de anniversf. & Cappell. lib. 1. cap. 27. n. 17. Amostazo de caus. piis lib. 6. c. 7. num. 27. Antonell. de regim. Eccles. lib. 1. c. 12. n. 55. Gonzal. in d. c. abolendæ n. 9. & solidè Thomasin. d. lib. 3. Cap. 68. per tot.*

Quamobrem *Gloss. in d. Cap. ad Apostolicam*
11. in verb. *nitantur laudabilem de Simon. & in cap. suam 29. verb. pro exequiis eod. tit. & in cap. abolendæ 13.* verb. *exigere de sepult.* docet Populum, si non Jure actionis, officio Judicis adstringi posse ad servandam talem consuetudinem pia devotione fidelium introductam, & comprobant *Cap. ex parte de cens. & Authen. de Sanctis Episcopis §. Pro consuetudine. Abb. in d. cap. ad Apostolicam Baldus cons. 58. par. 2. Castrens. cons. 363. lib. 1.* circa primum quæsitum *Grat. discept. 210. num. 24. Lavor. var. elucubr. tit. 2. cap. 10. num. 23.*

Quin ullatenùs officiat, quod Alexander III. in Concilio Turonensi relato à *Gratiano in cap.*
12. *non satis 8. §. Pro sepultura, & Concil. Lateranense relatū in cap. Cum in Ecclesia 9. de Simon.* ipsam improbent consuetudinem aliquid exigendi pro sepulturis, & exequiis funerum; Quoniam ut rectè distinguit *Gloss. in d. cap. Cum in Ecclesia* verb. *consuetudine*, in antedictis Conciliis repro-

reprobatur consuetudo originem desumens ex coactis solutionibus factis, mediante pacto antecedenter ad datam defunctis sepulturam convento; Secùs verò consuetudo introducta ex pluribus, & frequentatis actibus omnino liberis, & voluntariis incæptis, & prosecutis ex pia, & laudabili devotione fidelium in augmentum Cultus Divini, & ad decentem, & congruam substentationem Parochorum, aliorumque Ministrorum Ecclesiæ; Prima enim utpotè trahens exordium à pacto, & coactione à Jure prohibita potiùs corruptela dijudicanda est, quàm profectò diuturnitas temporis non minuit, sed auget; Secunda verò quia profluit ex actibus spontè factis, & permissis, aliàsque in se valdè piis, & laudabilibus, benè dicitur introducta, ut explicat *S. Thomas 2. 2. quæst. 100. art. 2. in corpore, & ad quartum, & art. 3. in corpore, & ad secundum Abbas in cap. suam 29. de Simonia, & in d. cap. ad Apostolicam. Castrens. d. cons. 363. n. 2 vers. 3. requiritur, & cons. 401. num. 4. tom. 1. Roman. cons. 344. num. 1. & 2. & singul. 433. Gratian. discept. 210. à num. 33. ad num. 39. Lavor. var. elucubr. tit. 2. cap. 10. num. 22. & 23. Lara de anniverf. & Cappellan. lib. 1. cap. 25. num. 17. Amostaz. de causis piis lib. 6. cap. 7. num. 27. Antonell. de regim. Eccles. lib. 1. cap. 12. num. 55.*

Hæc quoad primam partem resolutionis,
13. aggrediendo secundam, quod funerale non factum totum, & integrum debeatur Parocho. Ratio sic decidendi fuit duplex, quarum prima stetit in eo, quod attentâ Juris veteris Canonici censurâ, Jus sepeliendi solum spectabat ad Parochum ratione suæ Ecclesiæ, quæ eo
14. ipso, quod est erecta in Parrochialem, habet proprium Territorium, Populum, & Cœmeterium, & cum his qualitatibus fuerunt divisæ Parochiæ, ut Parochi suis terminis, & districtibus contenti scirent, quibus haberent ministrare Sacramenta, & concedere sepulturam *cap. Ecclesias caus. 13. quæst. 1. cap. Pastoralis 9. de his, quę fiunt à majori parte Capituli, Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 13. vers. In iis quoque.* Et quia de Jure solùm Ec-
15. clesiæ Parrochiales habebant Populum, & Cœmeterium, ideò ex eadem Juris dispositione illis tantùm competebat Jus sepeliendi, *Gloss. in Clement. Dudum de sepult. verb. Sepulturam Innocent. in cap. 1. de sepult. Abbas in cap. fraternitatem 2. vers. Sed ego, eodem tit. de sepulturis, Archidiaconus in cap. certificari 9. num. 89. eodem tit. & in cap. 1. pariter eodem tit. in 6. Faguanus in d. cap. fraternitatem num. 4. & 6. & Lavor. var. elucubr. tit. 2. cap. 9. num. 1. 3. & 7. Frances de Eccles. Cathedral. cap. 17. num. 7. Amostazzo de caus. piis lib. 6. cap. 2. à num. 15. ad 19.*

Adeout communis sit antiquorum Canoni-
16. starum sententia, Ecclesias non Parrochiales, & præcipuè illas Monacorum, & Regularium, quia de Jure non habebant Populum, solùmque retinebant Cœmeterium pro se ipsis, non potuisse, nisi proprios Monachos sepelire ad expressum *Text. in cap. Placuit 1. caus. 16. quæstio 1.* Jusque illud, quo gaudent tumulandi
17. alios, qui in eorum Ecclesiis elegerint sepulturam, non obtinere ex Juris Communis dispositione, sed ex privilegio S. Sedis Apostolicæ, ut probatur ex *Cap. certificari 9. cap. In nostra 10. vers. E contrà, ubi gloss. vers. nisi dolo* ibi, & sic *proptèr dolum cessat privilegium de Sepultur. cap. 1. de pact. in 6.* E magis apertè convincitur *ex Clement. Dudum vers. hujusmodi quoque Statuto de sepult.* ubi per privilegium Sedis Apostolicæ conceditur fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, ut in suorum ordinum Ecclesiis ubilibet constitutis liberam habeant sepulturam ad tumulandos eos, qui in illis humari voluerint, & ità tenet *Abbas in cap. fraternitatem 3. de sepult.* dicens se nunquam aliquam Constitutionem legisse, in qua caveatur, Monasteria habere de Jure Cœmeteria, nisi pro suis, & comprobant *Federic. de Senis cons. 135. num. 19. Navarr. cons. 1. num. 1. de sepult. in novis, Cironius in cap. 2. de sepult. in 5. Compilat. Lavor. d. tit. 2. cap. 9. num. 10. Samuel. de sepult. prælud. 10. num. 2. Lezzan. vers. Sepultura num. 4. Gonzal. in cap. fraternitatem 3. num. 7. & in cap. super 8. num. 11. vers. pro cujus Textus expositione de sepult. Amostaz. de causis piis lib. 6. cap. 3. num. 1. & n. 38. vers. & postea Pontifices.*

Quin attendēdi sint aliqui recentiores, videlicet *Fagnan. in d. cap. fraternitatem num. 5.*
18. *& 6. Passerin. de stat. homin. tom. 2. quæst. 187. art. 4. à num. 137. ad num. 142. Bordon. resol. 51. num. 6.* tenentes etiam Regularibus permissam esse potestatem sepeliendi in suis Ecclesiis ex Juris communis dispositione; Tùm quia contrà illos stat communis omnium antiquorum, & gravissimorum Canonistarum Sententiam; Tùm quia Textus per illos citati potius favent, quàm adversentur contrariæ communi opinioni; Nàm dictum *Cap. frater-*
19. *nitatem 3. de sepult.* explicat Abbas in vers. *unde intelligo*, dicens esse intelligendum de Monasteriis habentibus Populum, vel Jus sepeliendi ex privilegio; Et in hoc etiam sensu intelligenda esse *Cap. ubicumque 6. 13. quæst. 2. cap. Agapitus 23. 16. quæst. 1.* ait Gloss. in eodem *Cap. Agapitus* verb. *Missas, & in cap. Intercedimus* verb. *ab Episcopis 16. quæst. 1.* Quamobrem Innocentius in *Cap. 1. de sepult.* Statuendo in hac materia regulam generalem, omnibus cavendum esse monet (sunt ejus verba) *Quod non omnis Ecclesia habet Cœmeterium, sed illæ tantùm, quæ habent Populum, vel illæ, quibus concessum est ex privilegio.*

Undè ex quo de Jure communi Monachi, aliique Regulares non poterant recipere alios

20. fide-

20. fideles in suarum Ecclesiarum sepulturis, impetrabant Privilegia Apostolica, quæ ne in totum essent præjudicialia Ecclesiis Parochialibus, in eis apponebatur clausula *Salva Justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum Corpora assumuntur*, per quam clausulam Pontifices præservare semper intellexerunt portionem Canonicam debitam Ecclesiæ Parocchiali, ex quo ipsis de Jure, semotis dictis privile-
21. giis, Jus sepeliendi suos Parochianos competebat privativè quoad omnes Regulares, ut dicitur in dicto *cap. certificari 9. cum gloss. de sepult.* & notat *Gonzal. in cap. Cum super* 8. *num.* 11. *eodem tit. Lavor. var. elucubr. tit.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. *Barbos. de Offic. Paroch. par.* 3. *cap.* 25. *num.* 10. *Rota decis.* 83. *post Tamburin. de Jur. Abbat.*

Secundam rationem petierunt Domini ex ipsius Juris communis censura, juxta quam emolumenta funeralia recensentur inter Jura
22. Parrochialia, solisque Parochis exercentibus curam Animarum tributum est Jus illa petendi, non jam ratione laboris in corporibus fidelium humandis adhibiti, sed in compensationem oneris Officii Curati, & admistrationis Sacramentorum: Decet enim Præsbyteros, qui Populum prædicatione instruunt, divina celebrant Officia, nocte, dieque Sacramenta ministrant, precesque pro Populo effundunt, intèr alias obventiones necessarias pro illorum congrua, & decenti substentatione recipiant etiam istam emolumentorum funeralium, ut habetur ex *cap.* 1. 4. *&* 10. *de sepult. Clement. dudum §. Verùm eodem tit.* ubi latè *Vitalin. num.* 5. *Federic. de senis cons.* 3. *num.* 8. *&* 9. *Roman. cons.* 342. *num.* 1. *&* 2. *Petrus de Ubald. in tract. de Canonic. Parrochial. cap.* 2. *per tot. & cap.* 6. *num.* 1. *& cap.* 7. *eodem num. Barbos. de Parroch. cap.* 25. *num.* 19. *&* 32. *Amostaz. de causis piis lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 39. *&* 42. *Rota coram Mantic. decis.* 294. *num.* 1. *& coràm Caval. decis.* 101. *num.* 1. *coram Merlino decis.* 19. *num.* 2. *& decis.* 480. *num.* 5. *cum seqq. & decis.* 99. *num.* 6. *coram Manzaned. & decis.* 402. *num.* 5. *cum seqq. p.* 5. *recent. tom.* 1. *& decis.* 552. *num.* 8. *eadem par. tom.* 2.

Posito autem, quod Jus sepeliendi, ac funerandi, exigendiquè funeris emolumenta de Jure communi spectet ad Parrochum, & non
23. nisi ex privilegio, & Sedis Apostolicæ concessione competat Ecclesiis non Parrochialibus, & Regularibus, in quibus defuncti sepulturam elegerint, sequitur de plano, quod ubi non constet de privilegio concesso Ecclesiis non Parrochialibus sepelientibus consequendi funerale non factum; istud citrà ullam ambigendi rationem debetur Parrocho Juris assistentia suffulto ex notis principiis, quod habens pro se Juris regulam, dicitur habere intentionem plusquàm fundatam ex relatis in *dec.* 151. *num.* 7. *&* 8. *par.* 6. *recent.* & allegans privilegium debet illud probare, & talitèr, ut de
24. eo hæsitari non possit ex congestis per *Franc. de Eccles. Cathedral. cap.* 30. *nu.* 194. *Rota coram Buratt. decis.* 140. *nu.* 1. *& dec.* 185. *num.* 9. *coram san. mem. Alexandro VIII.*

Hujusmodi porrò privilegium usque modo non fuit ostensum in corpore Juris existere, non suffragante deducto, ex *cap. relatum* 2. *cap. Cum super, & cap. In nostra de sepult. Clement. Dudum eodem titulo*; Nàm quamvis ibi disponatur, quod humatis defunctis extra
25. Parochialem Ecclesiam teneatur Ecclesia sepeliens præstare Parochis tantummodo suam portionem Canonicam, quæ à Clemente III. *in cap. certificare* 9. *de sepult.* est taxata in tertia, vel quarta parte emolumentorum funeris,
26. aliorumquem legatorum intuitu sepulturæ relictorum, vel etiam in medietate juxtà peculiares locorum, Regionumque consuetudinem, ut pluribus aliis deductis latè differit *Amostaz. de caus. piis lib.* 6. *cap.* 3. *à num.* 37. *ad* 42. quæ in Urbe viget solvendi medietatem, redactaquè est in legem per Statutum Cleri Romani confirmatum à san. mem. Urbano VIII. anno 1629. sub cap. 4. per ea, quæ tradunt *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 41. *&* 42. *Passerin. de stat. Homin. quæst.* 187. *art.* 4. *num.* 487. *in fine.*

Loquuntur tamen relatæ Decretales, & Conciliares dispositiones de funere facto, & legatis expressè in eorum ultimis tabulis Ec-
27. clesię sepelienti relictis, ut litteraliter patet ex *cap.* 1. *de sepult.* ibi *sed quia dignus est Operarius mercede sua tertiam partem sui Judicii illi Ecclesiæ dari censemus, in qua cœlesti pabulo refici consuevit*, ex quo verbo *Judicii sui* clarè depræhenditur, Pontificem loquutum fuisse de relictis Ecclesiæ sepelienti, & explicàt benè Gloss. ibi in verbo *Judicii*: Idemque statuitur *in cap. relatum* 2. ibi: *Omnium rerum, & possessionum, quas pro salute Animæ suæ decreverit disponere medietatem Ecclesiæ, ad quam dignoscitur pervenire relinquat*; Et concordat *cap. cum super* 8. ibi: *Præsentium authoritate statuimus, ut si aliquem Parochianorum vestrorum alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur*; Rursùs in *cap. in nostra* 10. ibi *talem super his duximus sententiam proferendam, quod prædicti Hospitalarii de cętero non recipiant Parochianos Ecclesiæ supradictæ, nisi apud eos elegerint sepèliri, & tunc Parochialis Ecclesia de oblationibus lectis, & aliis, quæ defunctus inductus fuerit ad dispositionem hujusmodi faciendam*; Id ipsum demùm cauetur in Clement. *Dudum §. Verum* ibi: *ne Parocchiales Ecclesiæ, & ipsarum Curati, sivè Rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica Sacramenta debitis, & necessariis beneficiis defraudentur auctoritate Apostolica constituimus, & ordinamus, fratres de obventionibus omnibus, tàm*

funeralibus, quàm quibuscumq; relictis distinctè, & quomodocumque relictis, &c. nec non de datis, vel qualitercumq; donatis in mortis articulo &c. quartam partem auctoritate Apostolica taxamus.

Si igitur recensita privilegia concedentia Ecclesiis non Parochialibus, & Regularibus sepelientibus funerum obventiones, deducta Canonica portione pro Parochis, restricta dignoscantur ad funerales oblationes, & lega-
28. ta à Testatoribus relicta, nullo modo extendi possunt ad emolumenta funeris non facti, & ex consuetudine taxandi, resistente natura Privilegiorum, quæ sunt strictissimi Juris *cap. privilegium distinct.* 3. *cap. Abbate §. Contra quod de verb. signif. l. quia personale ff. solut. matrim. Surd. decis.* 330. *num.* 4. & tantùm suffragantur, quantùm litteraliter sonant. *Innocent. in cap. dilecto de Offic. Archidiacon. cap. auditis, ubi Felin. num.* 10. *de præscript. Francesc. de Eccles. Cathedral. cap.* 30. *num.* 171, & 185. *Rota decis.* 2252, *num.* 7. *coràm Coccino*.

Minimè refragante identitate rationis, quæ prætenditur intercedere intèr funerale factum, & non factum, quià etiàm hac concurrente
29. privilegia extendenda non sunt de casu ad casum similem *cap. suggestum de decim l. pr. C. de legib.* latè *Giron. de privileg. & exempt. explic. ex num.* 53. *Carol. Tapia ad rubr. ff. de Constit. Princip. cap.* 6. *per tot. Hortig. in patrocin. Gymnas. Cæsaraugustan. par.* 3. *num.* 16. *cum seqq. Fontanell. decis.* 476. *num.* 7. *Rota decis.* 8. *num.* 3, & 4. *par.* 8. & *decis.* 287. *num.* 6. *par.* 18. Et in specie, quod Clementina *Du-*
30. *dum* in iis, quæ adversantur Juri communi, sit strictè intelligenda, ait ibidem *gloss. in verb. de Jure Petr. de Vbald. de Canonic. portion. cap.* 4. *num.* 15. *Passerin. dicta quæst.* 187. *num.* 512. & individualitèr, quod hæc Clementina, utpotè loquens de funeralibus relictis non comprehendat funus non factum, tradit *Pignat. tom.* 6. *consult.* 88. *num.* 2. & 3. *Rota in dicta Romana Funeralium* 24. *Aprilis* 1690. §. *visa est coràm R. P. D. meo Caprara*.

Cœterum pro effectu, de quo agitur, notabile intercedit discrimen intèr funerale à Testatoribus relictum, vel ab hæredibus factum, & funerale non factum, atquè ex consuetudine taxandum. Eatenùs enim Sacri Canones ex funerali relicto Ecclesiæ sepellienti quartam tantùm separaverit in Beneficium Ecclesiæ
31. Parochialis, in quantum ex una parte omnia Jura clamant Defunctorum Judicia servanda esse *l. meminerint Cod. unde vi*, & *Auth. de hæredib. & falcidia in fine*. Ex alia verò parte valdè durum apparuit, quod morientes obliti Ecclesiæ Parochialis, à qua tanquam filii spirituales pabulum salutis æternæ receperunt, debuissent Ecclesiam matrem exhæredare, & fraudare, ad favendum Ecclesiæ sepellienti ex-
32. traneæ; Indequè tributa potestate unicuique ad suum Beneplacitum, & arbitrium eligendi sepulturam, eodem contextu caverunt ex omnibus emolumentis, & oblationibus Ecclesiæ sepelienti factis quartam detrahendam esse favore Ecclesiæ Parochialis, ut sicuti hujus Ministri fuerunt socii passionis fidelium sub ea viventium, sic etiam in morte fierent Comparticipes Consolationis juxtà dictum Apostoli in *cap. primo ad Corinthios relatum in cap.* 1. *de sepult.* & tradunt ibi *Abbas num.* 3. *Hostiens. & Jo. Andr.* magis latè *Gonzal in cap. cum supèr de sepult. Pignatell. cons.* 229. *num.* 10. *tom.* 4. & *cons.* 88. *num.* 6. *tom.* 6. ubi adducit pulchrum locum S. Augustini relatum in *cap. placuit* 7. §. *Sed non videtur libera*, & *cap. si quis irascitur* 13. *quæst.* 2.

Cessante autèm hominis dispositione, quia scilicèt funus nec relinquitur à Testatore, nec fit ab hærede, nullum Jus, nequè ratio suadet emolumenta funeris non facti competere Ecclesię non Parochiali sepellienti, non Jus, quia si attendatur antiquum Sacrorum Canonum, istud (ut dictum est) Jus sepelliendi, & funerandi solùm concedebat Ecclesiæ Parochiali. Nequè Jus novum posteriorum Canonum, quia hoc ex privilegio permisit Ecclesiis non Parochialibus, & Regularibus posse sepellire, & recipere emolumenta funeris expressè relicti, & facti, ut etiàm probatum est; Neque
33. ratio quia si fundatur in labore, qui substituetur in funeris celebratione, & isto non facto, cessat labor, ac per consequens nullatenùs debetur emolumentum ejus occasione præstandum, ut notavit *Rota in dict. Romana Funeralium* 24. *Aprilis* 1690. §. *Idquè comprobatur*, Minusque ratione datæ sepulturæ, Nàm aut sermo est de habentibus sepulturam majorum, & illi habent Jus ibidem se humandi; Aut de non habentibus, & in hoc casu solùm Ecclesia sepelliens pro præstita sepultura prætendere potest, quod est solitum, vel voluntariè oblatum, nunquàm tamèn funerale non factum taxandum juxta Dignitatem, & facultates defuncti, quia hoc Jus est solius Ecclesiæ Parochialis; Aliud enim est Jus sepelliendi, & aliud Jus funerandi; Illud ex privile-
34. gio competit aliis Ecclesiis non Parochialibus, istud verò sempèr competit Parocho ex notatis per *Lapum alleg.* 59. *num.* 3. *ubi citat cap.* 2. *de sepulturis in* 6. & *sequitur Pignatell. tom.* 6. *consult.* 88. *num.* 8.

Econtra verò Jus, & ratio militant favore Parochorum: Jus enim vetus eisdem tribuit tàm Jus sepelliendi, quàm exigendi funus.
35. Novum paritèr quia ex rebus occasione Sepulturę relictis Ecclesiæ sepellienti quartam ad illorum favorem separavit contra ipsius Testatoris voluntatem, ut tradit *Roman. cons.* 343. *num.* 1. & 2. *Federic. de Senis cons.* 3. *num.* 8. & 9. *Ancharan. in cap. Officii de testam.* & *ibidem Abb. num.* 3. & 5. *Petr. de Vbald. de funeral. port. cap.* 3. *num.* 2. Ratio quia Parochi,

chi, ut ait Concilium Viennense in toties citata Clement. *Dudum*, habent ministrare Ecclesiastica Sacramenta, prædicare, & proponere Verbum Dei, confessiones audire fidelium. Justum propterea, & conveniens est, ut sicuti quandò Testatores disponunt favore Ecclesiæ sepellientis, recipiunt Canonicam portionem, sic quandò decedunt, nulla facta dispositione, & eorum hæredes impiè, vel negligentèr cum eis se gerant, non faciendo solitum funerale in integro ejus emolumento ex consuetudine taxando succedat Ecclesia Parrochialis uti mater suis filiis Spiritualibus ab intestato; Sicuti succedit in ipsa quarta Canonica quoties à Testatore non relinquatur, ut *ait Federiens de Senis dicto cons. 3. num. 8. Roman. cons. 343. num. 1. & 2. Piguattell. consult. 229. num. 10. tom. 4. & cons. 88. num. 6. tom. 6.*

Meritò proindè in Statuto Cleri Romani *cap. 4. tit. de Canonica portione §. quartò, quintò, & septimò*: considerando casum, quo funeralia celebrarentur in alia Ecclesia, quam sepelliente cautum legitur, ut illorum obventiones dividantur inter Ecclesiam Parrochialem, & illam in qua funus celebratum fuit, quia revera Ecclesia sepelliens, præscindendo à funere relicto, vel in ea facto, nullum Jus prætendere valet pro taxatione non facti, illiusque petitione, ut notavit *Rota in dict. Romana Funeralium coram R. P. D. Caprara §. Idque comprobatur.*

Stabilito ex hactenùs deductis funerale non factum, attenta Juris dispositione totum, & integrum spectare ad Parochum, nullam promeruit animadversionem consuetudo in contrarium per Parochum Lateranensem allegata, & subnixa pluribus extrajudicialibus attestationibus, quia cum ex parte illius Sancti Eustachii, aliorumque Parochorum Urbis exhibitæ fuerint plures aliæ oppositum comprobantes; Nullum solidum constitui potest fundamentum super observantia adeò difformi, & ex actibus contrariis hinc indè interrupta, ideoquè recurrendum solummodo est ad Juris censuram ex traditis per *Alex. cons. 173. per tot. lib. 6. dec. cons. 214. ferè per totum. Bich. decis. 48. num. 15. & in dict. Romana Funeralium coram R. P. D. meo Caprara §. Penultimo.*

Demùm Vicario perpetuo, seu Parocho Basilicæ Lateranensis ad effectum consequendi funerale non factum parum suffragari visa sunt ea, quæ cumulabantur circà superioritatem, & præheminentialem qualitatem dictæ Sacrosanctæ Basilicæ, quia hujusmodi superioritas, & præheminentia consistit in eo, quod sit Sedes Summorum Pontificum, caput omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis, & inter eas primum locum obtineat *cap. Constantinus 13. distinct. 96. & declararunt Gregorius XI. Beatus Pius V. in constit. 94. & Sixtus V. constit. 19.* quæ præeminentiæ non operantur, quod illius Vicarius exercere valeat aliquod Jus Parrochiale in Subditos aliorum Parochorum: In Urbe enim Parrochiæ sunt distinctæ, suosque habent districtus, & limites, quos Parochi egredi nequeunt, & ipsemet Vicarius perpetuus Lateranensis habet suam Curam distinctam, & separatam cum assignatione emolumentorum provenientium tantùm a servitio actuali suæ Parochiæ, ut patet ex Institutione Vicarii Lateranensis, & aliarum Ecclesiarum Urbis factâ à bo. mem. Pio V. in *constit. 139. & Piguattell. tom. 7. consult. 89. tota, & signanter num. 16. cum seqq.* Sicque præfato Vicario permissum non est in exercitio Curæ, neque in hac materia funerum ponere falcem in messem alienam.

Et ita utraque parte informante resolutum fuit;

R. P. D. DEL OLMO.

Tarraconen. Jurisdictionis Luna 10. Maii 1700.

ARGUMENTUM.

Capitula in Hispaniarum Regnis in pluribus Ecclesiis procedunt cum adjunctis; an, & quandò dicantur exempta pro exercitio Jurisdictionis, & quando valeant condere Statuta, & quomodo illorum Archivia probent.

SUMMARIUM.

1. *Episcopus habet assistentiam Juris, procedendi contra Personas Ecclesiasticas sibi subditas.*
2. *Assistentia juris sufficit pro obtinenda manutentione in materia jurisdictionali.*
3. *Actus exerciti ab Episcopo plenè probant ejus possessionem.*
4. *Pontificis assertioni in Bullis deferendum venit.*
5. *Capitulum si acceptavit Bullam Pontificis, non potest illius tenorem controvertere.*
6. *Possessio titulata faciliùs manutenenda est.*
7. *Episcopus ex dispositione Sac. Concil. Trident. contra Capitulares procedere debet cum Adjunctis.*
8. *Concil. Trident. Sess. 25. Cap. 6. de reformat. loquitur de Capitulis exemptis.*
9. *Bulla Pontificis schismatici non debent attendi.*
10. *Bulla Benedicti XIII. quales fuerunt revocatæ per Concilium Constantiense, & quales non.*
11. *Quod non competit Capitulo, non potest diel alienatum ex post.*
12. *Privilegia, & Jura extincta remanent per sæcularizationem Ecclesiæ regularis.*
13. *Status Ecclesiæ subjectæ per secularizationem simplicem non immutatur.*
14. *Jurisdictio non adempta in Bulla Apostolica expres-*

expressè reservata semper censetur Episcopo.

15. *Interpretatio semper sumenda est, per quam Jurisdictio Ordinarii non minuatur.*
16. *Ecclesia Cathedralis Valentina in Hispania gaudet prerogativâ Adjunctorum, prout in aliis.*
17. *Parificatio exequat Jura inter Ecclesias parificatas.*
18. *Prerogativa Ecclesiarum faciliùs communicantur in iis, quæ tendunt ad illarum honorem.*
19. *Pontifex non censetur absque expressione derogare per clausulas generales juribus competentibus Ecclesiæ.*
20. *Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. c. 14. declaratur.*
21. *Facultas concessa Capitulo condendi Statuta, intelligitur quoad regimen Ecclesiæ, nec ampliari valet in præjudicium Jurisdictionis Episcopi.*
22. *Statutum non attenditur ex defectu potestatis in Capitulo.*
23. *Statutum Capituli non attenditur in iis, quæ sunt contraria Juri communi.*
24. *Usus Statuti probari debet, si continetur clausula* dummodo.
25. *Clausula* dummodo *importat conditionem.*
26. *Juramentum præstitum super observantia Statuti, quando obliget, nec nè.*
27. *Jura extracta ex Archivio Capituli non probant contra Episcopum.*
28. *Scientia, & approbatio Episcopi requiritur, ut sibi præjudicent Jura Capituli.*
29. *Vicarius Generalis, & simul Canonicus non præjudicat Episcopo in ejus actibus.*
30. *Actus non effectuati sunt invalidi ad inducendam consuetudinem, nec tribuunt manutentionem.*
31. *Actus ineffectuati non sunt attendendi.*
32. *Sententiæ latæ ab Episcopo pendente lite in Rota sunt attentatæ.*
33. *Appellans à Sententia, si ex post acquiescit, renunciat appellationi, & confirmat Jus Appellati.*
34. *Qui continuat non attentat.*
35. *Actus æquivocus nil ponit in esse.*
36. *Actus habentes assistentiam juris sunt præferendi in Judicio manutentionis.*

DECISIO IX.

REquisito Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ Tarraconen. per illius Reverendissimum Archiepiscopum, ut duos præeligeret Canonicos, qui cum ipso assisterent examini Testium à Promotore Fiscali præsentandorum contra Gasparem Martì ejusdem Ecclesiæ Canonicum, eò quod lacerasset Edictum concursus ad vacantem Ecclesiam Villæ de Alexar de mandato ejusdem Archiepiscopi affixum ad valvas Chori dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ, ubi de stylo hujusmodi Edicta affigi solent, cum idem Capitulum prætenderet, memoratos duos Canonicos, non tanquam meros Assistentes, sed uti Conjudices intervenire debere, jactationis jactationum causam mihi ex speciali commissione delegari obtinuit; sed postmodùm comperto, plures alias commissiones usque, & de annis 1590. 1616. & 1631. inter Partes expeditas, bon. mem. Manticæ, Picovano, & Ghislerio tunc Rotæ Auditoribus fuisse respectivè directas, adivit Archiepiscopus Signaturam Justitiæ, quæ cum rescripserit, ut Rota etiam quoad modum inhibendi procederet vigore antiquarum commissionum, hinc proindè assumptâ hodiè de consensu Partium disputatione super possessorio, placuit DD. manutentionem concedere Archiepiscopo in quasi possessione procedendi cum Adjunctis tanquam Assistentibus, & non Conjudicibus.

Habet enim ipse juris assistentiam proceden-
1. di liberè contra quascumque personas Ecclesiasticas sibi subditas, & ordinariam jurisdictionem exercendi in omnibus Ecclesiis suæ Diœcesis *ad text. in cap. omnes Basilicæ 16. qu. 7. cap. conquerente cap. dilectus de offic. Ordi. cap. cum Episcopus eodem tit. in 6. Grat. discept. forens. cap. 270. nu. 11. Tondut. qu. benefic. cap. 61. n. 1. Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 14. n. 54. & seqq. Rota cor. Seraph. dec. 140. in princ. coram Merlin. dec. 152. n. 1. cor. Priol. dec. 295. n. 3. & dec. 338. n. 3. & in rec. dec. 128. n. 2. p. 11. & dec. 375. n. 1. p. 17. & in Olomucen. Jurisdictionis 13. Februarii 1688. in princip. vers. quoniam ipse cor. bo. me. Emerix, & 10. Decembris ejusdem anni cor. R. P. D. meo Caprara, & in Gerundea. Jurisdictionis 26. Novembris 1694. §. Primo cor. eodem, & in Valentina Jurisdictionis 6. Aprilis 1699. §. Non enim cor. Reverendiss. D. meo Decano*; Quæ quidèm juris assistentia sufficiens est pro obtinen-
2. da manutentione in hisce materiis jurisdictionalibus per *text. in cap. auditis 15. cap. cum olim 18. de præscript. Cap. cum Persona de privil. in 6. Posth. de manut. observ. 45. nu. 7. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 11. n. 5. Rota. cor. Carill. dec. 126. n. 2. & cor. Zarat. dec. 10. n. 9. & in rec. dec. 128. nu. 4. p. 11. & in Gerundea. Jurisdictionis 5. Martii 1692. cor. Reverendiss. D. meo Decano, & in Leodien Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. § Ita ex eadem cor. eodem confirmata 18. Februarii 1699. cor. R. P. D. meo Priolo.*

Concurrente potissimùm actuali & antiquissima possessione ejusdem Archiepiscopi exercendi jurisdictionem in Capitulares delinquentes absque Adjunctis tanquam Conjudicibus, ut plenè desumitur non solùm ex processibus, & sententiis contra ipsos formatis, & respectivè latis tàm ante, quàm post sæcularizationem Ecclesiæ Tarraconen. ab anno nempè 1358. usque ad annum 1674. *Sum. Archiepiscopi nu. 7.*, qui actus dubio procul hujus-
3. modi quasi possessionem plenè probant *§. Retinendæ instit. de interd. Rota post Novar. ad Samm. Ballar. dec. 26. num. 12. & in rec. decis. 128. n. 6. p. 11. & dec. 375. n. 5. p. 18. & dec.*

dec. 254. p. 19. & in Brixien. Jurisdictionis 15. Junii 1688. §. Et in omnem, & §. Frustra cor. R. P. D. meo Caprara, & in Thelesina Administrationis Ecclesiæ, & Hospitalis 26. Martii 1696. §. Possessio cor. bo: me: Ursino, & in d. Leodien Jurisdict. §. Potissimum cor. Reverendiss. D. Decano; Sed etiã ex Bulla Benedicti XIII. super reformatione ejusdem Ecclesiæ edita usque, & de anno 1411., in qua idem Pontifex testatur de cosimili observantia tunc usque vigente ibi *quia sic hactenùs comperimus observatum*, cui
4. sanè Pontificis assertioni plenissimè deferendum venit *cap. si Papa de privil. in 6. clem. literis de probat. Rot. dec. 210. n. 1. p. 1. rec. & in Hispalen. Præcedentiæ 11. Januarii 1692. §. Nitebatur cor. R. P. D. meo Caprara*; Præmaxi-
5. mè quia cum Capitulum eandem Bullam acceptaverit, & observare promiserit, neutiquam idcirco illius tenorem controvertere potest ex deductis per *Rot. cor. Cels. dec. 323. n. 8. & in rec. dec. 209. n. 28. p. 19.*

Et indubitantiùs, quia præter assistentiam juris, & actualem possessionem concurrit etiam specialis titulus desumptus ex eadem Bulla Benedicti XIII., in qua tribuit plenariam jurisdictionem Archiepiscopo contra Canonicos cum espressa exclusione Adjunctorum tanquam Conjudicum, eos solùm assistere permittens processuum confectioni, ut modus procedendi fiat ejus manifestus, ibi: *In corrigendis autem Canonicorum excessibus &c. inquisitionis processum faciendo, & testes recipiendo, duos d. Ecclesiæ teneatur vocare Canonicos, qui per Capitulum &c. incontinenti eligantur, qui intersint, cum d. Archiepiscopus, seù ejus Vicarius testes examinabit, & relaei recipient confessionem, non uti Conjudices, nec aliquam jurisdictionem habentes, sed ut modus procedendi fiat eis manifestus ad omnem suspicionis materiam expellendam*; quando
6. autem possessio aliquo titulo suffulta reperitur, eò etiam faciliùs manutenenda est *cap. licet causam* ibique *Felin. n. 9. de prob. Card. de Luca de Regal. disc. 145. n. 4. Rota dec. 254. n. 2. p. 19. rec. & in Cavallicen. Bannalitatis Furni super manutentione 5. Decembris 1696. §. Admittebant cor. R. P. D. meo Priolo.*

7. Neque obstat, quod Episcopus ex dispositione *Sac. Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. de reformat.*, cum quo concordat etiã jus commune in *cap. Episcopus 15. qu. 7.*, in causis criminalibus contra Capitulares teneatur procedere cum Adjunctis per Capitulum electis, ut testantur *Saravia de Jurisdict. Adjunct. q. 1. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 14. à n. 57. Pignat. consult. 164. to. 4. Rub. in addit. ad dec. 27. n. 1. & seq. p. 3. rec. Rota cor. Mantic. dec. 202. & 207. & in rec. dec. 105. p. 7. & dec. 254. p. 19* Tùm quia Sacrum Concilium loquitur solùm de Capitulis exemptis, non autem de omninò
8. subjectis ordinariæ jurisdictioni, quale est Capitulum Tarraconense; Tùm etiam quia illius decretum emanavit potiùs ad favorem Episcoporum, quàm Capitulorum, nam Capitulis non exemptis hujusmodi Adjunctorum deputationem minimè concessit, & viceversa Episcopis voluit aliquo modo restituere jurisdictionem, quam ob exemptionis privilegia amiserant, relictâ dumtaxàt Capitulis exemptis Adjunctorum electione, ut constat *ex eodem Conc. Trid. d. cap. 6. in fin.* & observant *Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 25. nu. 62. Grat. discept. for. cap. 892. n. 26. Barbos. in collect. ad Concil. dict. cap. 6. n. 3. & de Canonic. & Dignit. cap. 28. n. 2. Tondus. qu. benefic. cap. 61. sub. nu. 2. Fagnan. in cap. irrefragabili §. excessus num. 10. de offic. Ordinar. & in cap. qualiter, & quando n. 15. de accusat. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 14. n. 60. & 66. Vener. in examin. Episc. lib. 4. cap. 27. nn. 1. & 4. Nicol. elucubrat. Canonic. lib. 3. tit. 39. n. 4. vers. octavò amplia Card. de Luca in Miscell. Eccles. disc. 24. nu. 3. & in annot. ad Conc. Trid. disc. 44. n. 3. & 4. & de Canonic. & Dignit. disc. 23. n. 8. Pignat. consult. 164. n. 2. to. 4. Rota cor. Achill. de Grassis decis. 2. de Offic. Ordinar. & in dec. 743. n. 6. p. 1. & dec. 321. p. 2. divers.*, ubi refert declarationem Sac. Congregationis Concilii. & *cor. Seraphin. dec. 493. n. 1. & dec. 497. per. totam.*

9. Minusque in dubium revocari potest validitas ejusdem Bullæ Benedicti XIII; ex quo ipse uti schismaticus depositus fuerit in Concilio Constantiensi, nullæque, ac invalidæ declaratæ extiterint omnes concessiones per ipsum factæ durante schismate, ut habetur *ex sess. 38. 45. & ultima ejusdem Concilii*, & ex confirmatione Constitutionum Friderici II. Imperatoris *in §. Item d. Sancta Synodus apud Binium tom. 7. Concil. General. p. 2. pag. 1129. & 1131. & apud Labejum tom. 12. Concil. General. fol. 279. & ex Bulla Martin. V. sub Dat. Romæ apud SS. Apostolos 15. Septembris ann. 8. Pontificatus*, & notant *Spondan. in continuat. Annal. Card. Baron. tom. 1. anno 1409. §. 11. pag. 714. Turit. lib. 2. in suis annal. cap. 66. Gemiaian. cons. 35. Rota cor. Buratt. decis. 452. num. 1. & cor. Greg. decis. 509. num. 1. cor. Seraph. dec. 612. num. 4. & cor. Cerro dec. 587. n. 2.*

10. Quoniam cum dicta Bulla, ut præmissum est, edita fuerit de anno 1411. utique in eodem Constantiensi Concilio revocata haud dici potest, cum omnia per eumdem Pontificem gesta ante primam requisitionem, ut se à Pontificatu abstineret, per Principes factam, postquam Concilium prædictum de an. 1414. Congregatum fuerat, remanserint ab illo specialiter approbata, ut constat *ex sess. 20. §. 5. penes Biaium d. tom. 7. Concil. General. part. 2. fol. 1080. col. 2. & penes Labejum tom. 12. Concil. General. fol.* 181. & referunt *Card. de Luca de feud. disc. 104. num. 19. Rota coram Caccin. decis. 335. num. 4. cor. Bich. decis. 267. num. 6. & seq. coram Roxas decis. 335. num. 4. & in*

rec.

rec. decis. 59. *num.* 1. *p.* 10. & novissimè *in Dertbusen. Jurisdictionis* 20. *Januarii* 1697. §. *Præfatis coram R. P. D. meo Pio*; Nec refert, quod approbatio hujusmodi facta fuerit conditionaliter, quatenùs nempè concessiones prædictas obtinentes extitissentde tempore approbationis in possessione, illæque non continerent jura, & emolumenta separata, & segregata à Dignitatibus, & Beneficiis, ut statutum legitur in eodem *Concil. d. sess.* 20. §. 5. ideoque nequaquam valuerit Archiepiscopo suffragari, ex quo non constaret tunc temporis ipsum extitisse in quasi possessione procedendi contra Canonicos sine Conjudicibus Capitularibus, & Bulla Benedicti tenderet in alienationem juris Capitulo, & Canonicis competentis nominandi Adjunctos, qui simul procederent cum Archiepiscopo pro corrigendis excessibus Capitularium; Quandoquidèm possessio judicandi Canonicos delinquentes sine Adjunctis longè ante approbationem prædictam remanet ex parte Archiepiscopi justificata, tum ex antiquissimis sententiis, per ipsum latis de anno 1358. *Summ. illius num.* 7. tum etiam ex ipsamet Bulla Benedicti ibi: *quia sic hactenus comperimus observatum*; Præsupposita verò alienatio juris Capitulo competentis non subsistit, quia cum illi
11. jus præfatum eligendi Conjudices non competeret, consequenter nec illud per eamdem Bullam ab ipso alienatum dici potest.

Multoque minus recurri valet ad Bullam Sæcularizationis Ecclesiæ Tarraconen. secutæ
12. de anno 1530. per quam prætendit Capitulum derogatum fuisse jurisdictioni Archiepiscopi, quam habebat in statu Regulari, eo quod ob d. Secularizationem extincta remanserint omnia jura, & privilegia in eodem statu Regulari existentia, & concessa *ad gloss. final. in Cap. Abbate de verb. signif. Tiraq. tract. cessante causa in princ. num.* 212. *Rot. coram Bich. decis.* 431. *num.* 21. *& seqq. & coram Cerr. decis.* 325. *num.* 14. *& in recent. decis.* 99. *num.* 1. *par.* 7. *& in Cæsaraugustana Jurisdictionis* 13. *Junii* 1692. *per totam coram bon. mem. Emerix.* Cum etenim Clemens VII. in eadem Bulla concesserit tantummodò immutationem status Ecclesiæ de Regulari in Secularem, salvâ semper emissione voti obedientiæ in manibus Archiepiscopi, indè consequitur nullo modo per
13. illam censeri posse ordinariæ jurisdictioni derogatum, tum ex quo per simplicem Sæcularizationem subjectio Ecclesiæ Secularizatæ non immutatur ad tradita per *Innoc. in Cap.* 2. *verb. Monialium de Cappell. Monac. Rot. decis.* 174. *sub num.* 7. *in fin. vers. non obstat par.* 1. *recent.* Tum etiam ex quo cum præfata jurisdictio in
14. dicta Bulla expressè adempta non fuerit, eidem Archiepiscopo reservata omninò censeri debet, ut monent *Anchar. in cap. postulasti num.* 45. *vers. quidquid de for. compet.* latè *Marant. par.* 3. *resp.* 81. *num.* 44. *Frances de Eccles. Cathedral. cap.* 30. *num.* 129. *Rot. decis.* 55. *num.* 7. *post. Tamburin. de Jur. Abbat. & in recent. decis.* 324. *num.* 5. *par.* 5. *& decis.* 70. *nu.* 32. *par.* 12. *& in Brixien. Jurisdictionis* 5. *Julii* 1688. §. *Quibus coram R. P. D. meo Caprara, & in Leodien. Jurisdictionis* 11. *Aprilis* 1698. §. *Neutra in fine coram Reverendiss. D. meo Derano*; Cum in hujusmodi privilegiis semper
15. ea interpretatio sumenda sit, per quam Ordinarii jurisdictio minùs diminuatur ad *text. in Cap. sanè* 9. *ubi DD. de privil. Frances d. cap.* 30. *num.* 130. *& seqq. & à num.* 185. *& num.* 230. *& seqq. Pignatell. consult.* 164. *num.* 7. *tom.* 4. *Rot. coram Cocrin. decis.* 2252. *num.* 77. *& coram Alexand. VIII. decis.* 175. *num.* 12. *&* 21. *& in recent. decis.* 600. *num.* 10. *par.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 291. *num.* 9. *par.* 5. *& decis.* 287. *nu.* 23. *par.* 18.

Nec relevat, quod idem Pontifex in dicta Bulla Sæcularizationis concesserit Canonicis, & Dignitatibus dictæ Ecclesiæ, quod frui pos-
16. sent omnibus, & singulis facultatibus, honoribus, & insigniis, quibus Toletona, Valentina, & aliæ sæculares Metropolitanæ Ecclesiæ Regnorum Hispaniæ potiuntur, ex quo arguebant Capituli Defensores, quod quemadmodùm prærogativâ hujusmodi eligendi Adjunctos gaudet præfata Ecclesia Valentina vigore Sententiæ per Sedem Apostolicam in forma specifica confirmatæ *Summ. Capituli num.* 4. illâque Generaliter etiam fruuntur omnes ferè Metropolitanæ Ecclesiæ Regnorum Hispaniæ, ut testantur *Fagnan. in cap. irrefragabili §. excessus nu.* 21. *ibique Gonzal. nu.* 3. *de Offic. Ordinar. Cardinalis de Luca in annot. ad Sacrum Concil. Trident. disc.* 44. *num.* 5. *Solorzan. de Indiar. Gubernat. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 58. *& seqq. Rot. decis.* 254. *sub num.* 19. *par.* 19. *recent.* Ita eodem privilegio gaudere debeat capitulum Ecclesiæ Tarraconen. Valentinæ,
17. aliisque Metropolitanis Ecclesiis exæquatæ juxta naturam parificationis, de qua in terminis Generalibus sunt *text. in cap.* 2. *de privil. in* 6. *l. omnia privilegia* 33. *ad fin. Cod. de Episc. & Cleric. l. ad similitudinem Cod. de Advor. divers. Judic. DD. in l.* 1. *ff. de legat.* 1. *Mand. in tract. de privil. ad instar. quæst.* 4. *Tamburin. de Jur. Abbat. disp.* 17. *quæst.* 5. *Frances de Eccles. Cathedral. Cap.* 28. *num.* 323. *& var. resol. Cap.* 4. *num.* 12 *& seqq. Pignatell. consult.* 1. *num.* 25. *tom.* 10. & in puncto tradit *Solorozan. de Indiar. Gubernat. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 72. *& seqq.*

Etenim concessio hujusmodi intelligenda est solùm de prærogativis illis, quæ tendunt in honorem Ecclesiæ, & competunt Dignita-
18. tibus, & Canonicis Sæcularibus de jure communi, quæ in nihilo præjudicant jurisdictioni Ordinarii, ut firmant *Tamburrin. de Jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 21. *quæst.* 9. *num.* 4. *Rot. coram Mellin. decis.* 48. *num.* 6. *& in d. Brixien.*

In-

Jurisdictionis 5. *Julii* 1688. §. *Nec in præsenti coram R. P. D. meo Caprara*; Non autem extendenda est ad privilegium, quod tollere aptum sit jus per Bullam Benedicti Archiepiscopo quæsitum, procedendi contra Capitulares absque Conjudicibus, cum per clausulas Generales communicationis facultatum, & honorum cœteris Metropolitanis Ecclesiis com-
19. petentium, non censeatur Pontificem voluisse eidem juri absque alia expressione derogare ad *text. in l.* 2. §. *merito ff. ne quid in loc. public. Rot. coram Cavaler. decis.* 209. *num.* 6. & *seqq. coram Gregor. decis.* 47. *num.* 3. & 41. *coram Bich. decis.* 614. *num.* 6. & *seqq. coram Dunoz. jun. decis.* 131. *num.* 3. & 4. *coram Merlino decis.* 318. *num.* 7. & *decis.* 412. *num.* 3. & *coram Burat. decis.* 510. *num.* 5. & *in recent. decis.* 351. *num.* 5. *par.* 17. & *in Ferrarien. Feudi* 17. *Junii* 1697. §. *Validitas coram R. P. D. meo Caprara*; Quin urgeat auctoritas *Solorzan. de Indiar. Gubernat. d. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 72.
20. in objecto allegata, quia in Bullis erectionum Ecclesiarum Cathedralium Indiarum, de quibus loquitur, communicatio facultatum non erat simpliciter restricta ad honores, & insignia, sed ulteriùs extendebatur ad omnia jura, consuetudines, gratias, indulta, & privilegia, quibus gaudent, & fruuntur Ecclesiæ Metropolitanæ Hispaniarum; Unde nil mirum, si in hujusmodi verborum amplitudine, & prægnantia Auctor prædictus fuit in sensu, quod sub facultatum Communicatione etiam jus deputandi Adjunctos tanquam conjudices intelligeretur comprehensum.

Quemadmodùm neque adversatur, quod in sæpedicta Bulla Sæcularizationis tributa fuerit Capitulo facultas concedendi quæcumque
21. statuta, & ordinationes; Quoniam cum illa restricta appareat ad statuta justa, & honesta, quæ concernunt gubernium, & regimen prædictæ Ecclesiæ, ut constat ex ejus lectura ibi: *quodque Capitulum prædictum pro fœlici, & salubri directione d. Ecclesiæ Tarraconen. quæcumque statuta, & ordinationes salubria, & honesta facere, & condere possit*, ampliari per consequens non potest ad libertatem condendi statuta in præjudicium Jurisdictionis Archiepiscopi ad tradita per *Butr. Abb. & Felin. in Cap. Cum omnes de Constitution.* latè *Oliv. de for. Eccles. par.* 3. *quæst.* 6. *num.* 80. & *seqq. Cardinalis de Luca de Canonic. disc.* 19. *num.* 17. *Rot. Coram Coccin. decis.* 307. *num.* 1. & *decis.* 613. *num.* 5. *Coram Innoc. X. decis.* 679. *num.* 10. & *in recent. decis.* 32. & 76. *par.* 7. & *in Gerunden. Capparum* 27. *Januarii* 1698. §. *Quamobrem Cum seqq. coram R. P. D. meo Pio*.

Undè propterea nullatenùs attendendum esse dixerunt DD. quoddam statutum per Capitulares conditum de anno 1540. in quo sta-
22. bilitum dicebatur, ut quoad modum procedendi ab Archiepiscopo contra Canonicos observaretur in omnibus dicta Sententia lata inter Archiepiscopum, & Capitulum Ecclesiæ Valentinæ, per quam judicatum fuerat, quod in corrigendis excessibus Canonicorum Capitulares tanquam Conjudices cùm Archiepiscopo concurrere deberent; Quia statutum prædictum evidenti nullitatis vitio laborat ex defectu potestatis, cum Capitulo in eadem Bulla permissum non sit, Ordinarii potestatem hisce ordinationibus restringere, minusque illi modum decernere in procedendo contra Canonicos; nec robur recipere valet, vel ex confirmatione Pauli III. vel ex juramento per Archiepiscopum præstito de illud perpetuò observando; non quidèm ex confirmatione Pauli III. nam ea concernit decretum in Synodo Provinciali Tarraconen. editum super exclusione Alienigenarum ab Officio Vi-
23. carii Generalis, & quamvis descendat ad cætera statuta Ecclesiæ Tarraconensis, in nihilo tamen sufragatur, nedùm quia facta est in forma communi, proindeque non attenditur in iis, quæ sunt expressè juri contraria, ut observat *Card. de Luca de Regul. disc.* 2. *num.* 8. *Rota Coram Mantic. decis.* 222. *num.* 2. & *Coram Buratt. decis.* 6. *num.* 4. sed etiam quia continet clausulam, *dummodò sint in usu*, qui hucusq; non
24. solū non fuit per Capitulum probatus, sed imò contrarius per Archiepiscopum demostratus fuit *Gratian. discept. forens. Cap.* 551. *num.* 5. *Rot. in Lucana Jurisdictionis* 23. *Februarii* 1601. *Coram Pamphil. impress. penes Marches. de Commis. par.* 1. *fol.* 556. *num.* 9. & *in rec. dec.* 175. *n.* 22. *par.* 12. & *decis.* 331. *n.* 11. *par.* 15. Mul-
25. toque minus subsistentiam assumere valet ex juramento per Archiepiscopum præstito, quia ultra quod consimili clausula *dummodò tamen statuta sint in usu*, dictum juramentum vallatum est, illud præterea conditionatè emissum legitur, *quatenus nempè dicta statuta decreto Sacri Concilii Tridentini non adversentur*, quocirca cum dictum statutum à Capitularibus conditum, ut Archiepiscopus, qui solus habet plenam jurisdictionem in Canonicos delinquentes, procedere debeat cum Adjunctis Conjudicibus, sit eidem Concilio expressè adversativum in *Sess.* 25. *de reformat. Cap.* 6. *in fine*, juramentum exinde pro illius obser-
26. vantia per Archiepiscopum præstitum, non obligat ad notata in puncto per *Pignatell. Consult.* 129. *num.* 36. *tom.* 9. *Rot. Coram Mantic. decis.* 52. *num* 1. & *per totam*, & *Coram Coccin. decis.* 1700. *num* 8.

Nec est, cur demùm allegari valeat asserta antiquissima consuetudo deputandi per Capitulum Adjunctos, ut simul cum Archiepiscopo, & tanquam Conjudices assisterent in corrigendis excessibus Capitularium: Omisso
27. etenim, quod jura omnia, quæ ad dictam prætensam consuetudinem justificandam adducta sunt, utpotè extracta ex privato Archivio

Capi-

Capituli, nullam probationem contra Archiepiscopum constituere valeant ad firmata per *Rotam coram Seraph. decis.* 642. *num.* 1. *coram Coccin. decis.* 1867. *num.* 71. *& seqq. Add. ad Buratt. decis.* 290. *num.* 15. *& in recent dec.* 379. *num.* 9. *& seqq. par.* 13. *decis.* 339. *num.* 23. *par.* 15. *& decis.* 383. *num.* 4. *& decis.* 453. quæ loquitur in terminis istius Archivii *& decis.* 628. *num.* 6. *par.* 18. *& in Olomucen. Jurisdictionis* 13. *Februarii* 1688. *§. Prout Coram bon. mem. Emerix, &* 10. *Decembris ejusdem Anni §. Nec hujusmodi Coram R. P. D. meo Caprara, & in Leodien. Jurisdictionis* 11. *Aprilis* 1698. *§. Cessantibus Coram Reverendiss. Domino meo Decano*; Hoc rursus in illius eversionem occurrit, quod nominationes dictorum Adjunctorum factæ fuerunt à Capitulo citra scientiam, & approbationem Archiepiscopi, con-
28. tra quem proindè perperam adducuntur ad impediendam manutentionem ex deductis *per Rotam decis.* 128. *num.* 13. *& seqq. usque ad fin. par.* 11. *recentior.* Non relevante, quod in illis aliquando intervenerint Vicarii Generales, quia cum illorum interessentia evenerit, ex quo tunc temporis essent præfatæ Ecclesiæ
29. Canonici, nullum præjudicium ex illa jurisdictioni Archiepiscopali irrogari valuit *Rota in Gerunden. Capparum* 27. *Januarii* 1698. *§. Minimè Coram R. P. D. meo Pio impressa post Antonell. de juribus, & oneribus Clericorum decis.* 41. *sub num* 17.

30. Præterea memoratæ Conjudicum deputationes non solùm non probantur effectuatæ, & quidèm mediantibus sententiis latis cum eorum interventu, quemadmodùm requireretur ad inducendam consuetudinem, & illius vigore manutentionem reportandam, ut advertit *Rota decis.* 38. *num.* 14. *Coram Priol. & in recentior. decis.* 421. *num.* 9. *par.* 18. *& in Lucana Jurispatronatus super Beneficio Sancti Apollonii* 5. *Aprilis, &* 28. *Junii* 1688. *Coram bon. mem. Emerix, & in Ugentina Jurispatronatus* 2. *Maii* 1692. *§. Neque Coram Reverendiss. Hervault Archiepiscopo Turonen.* ut potiùs contrarium ex parte Archiepiscopi remaneat justificatum ex tot, tantisque sententiis sine prætensis Conjudicibus promulgatis, ex quibus sicuti in aperto ponitur, sæpedictas nominationes per contrariàm observantiam effectu omninò caruisse, ita consequitur, de
31. illis nullam prorsus rationem habendam esse, cum actus ineffectuati in nihilo veniant attendendi ad *text. in leg. silendum* 15. *§. Qui fundum ff. qui satisdar. Cogant. l. non est mirum* 26. *in fin. ff. de pignor. act. Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 45. *§.* 2. *num.* 37. *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 67. *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 34. *sub num.* 4. *Rota decis.* 381. *num.* 17. *par.* 19. *recent.*

Absque eo quod adversus sententias præfatas urgere valeat oppositio, quod per Capi-
32. tulum fuerit ab illis appellatum, quodque dictæ sententiæ tanquam latæ pendente lite in Sacra Rota, sint nullæ, & attentatæ ex cumulatis per *Bich. decis.* 462. *num.* 5. *& seqq. & decis.* 578. *num.* 1. *Cerr. decis.* 626. *num.* 10. Nam quantum ad appellationes, cum non constet, eas fuisse interpositas ex capite nullitatis, eo quia sententiæ fuissent sinè Conjudicibus pronunciatæ, atque non valent illarum effectum suspendere, minusque aliquem actum exemptivum favore Capituli inducere; præsertim quia Canonici post illas interpositas ferè semper in Causis acquieverunt, ex qua sanè
33. acquiescentia possessio Archiepiscopi ex illis elicita, eò magis confirmata remansit ad sensum *Rotæ in Barchinonen. Parrochialis del Prat.* 13. *Junii* 1695. *§. Non relevat, &* 2. *Decembris ejusdem anni §. Inenegabilis, & §. Sicque Coram bon. mem. Ursino, & in Bononien. Juris conferendi* 9. *Junii* 1698. *§. Haud resistentibus Coram eodem, & in Gerunden. Prioratus* 15. *Junii Superiores anni §. fin. Coram me*; Nullitas verò adversus illas inflicta ob litis pendentiam in Sacra Rota cessare visa est, tum quia Capitulum dictæ litis pendentiam in partibus non opposuit *Rota decis.* 178. *num.* 20. *par.* 17. *recentior.* tum etiam quia Archiepiscopus pronunciando sinè Adjunctis contra Canonicos de-
34. linquentes, antiquissimam ejus quasi possessionem continuavit, unde nec nulliter, nec attentatè processisse dicendum est, ex regula satis trita, quod qui continuat, non attentat ad *gloss. in cap. non solum de appellat. in* 6. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *num.* 2. *Post. de manut. observ.* 1. *à num.* 64. *& seqq. Rota Coram Bichio dec.* 259. *n.* 6. *& in recentior. decis.* 150. *num.* 9. *& decis.* 170. *num.* 7. *p.* 19. *recentior.*

Neque adduci merebatur, quod Nuncius Hispaniarum revocaverit censuras latas per Archiepiscopum contra Canonicos, quia cum nec pariter constet, ex qua causa idem Nuncius processerit, an scilicèt ex capite nullitatis, vel potiùs injustitiæ, ac rursus nec minima mentio in eodem actu facta fuerit de non interventu Conjudicum *Summar. Archiepiscopi num.* 11. vanum exindè remanet, eamdem
35. revocationem tanquam secutam ex defectu interventus Adjunctorum allegare, cum illa uti æquivoca nil ponat in esse *Rot. Coram Merlin. decis.* 870. *num.* 5. *coram Gregor. decis.* 405. *num.* 2. *& in recentior. decis.* 181. *numer.* 13. *par.* 19.

Hoc etiam corollariè superaddito, quod ubi per malam hypothesim aliqui actus favore Capituli assignari possent, cum attamen plures etiam concurrant ex parte Archiepiscopi, isti in hoc judicio manutentionis semper forent præferendi tanquam juris dispositione, aliisque titulis roborati, ut notant *Innoc. in cap. auditis sub num.* 4. *vers. sed contrarium videtur*

detur de præscript. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 14. num. 65. Rot. Coram Cavaler. decis. 193. num. 6. Coram Gregor. decis. 51. n. 2. vers. qui cum habeant pro se Coram Priol. decis. 328. numer. 18. Coram Zarat. decis. 10. num. 27. & in recent. decis. 153. num. 20. p. 10. decis. 221. num. 28. par. 13. & decis. 340. num. 21. par. 15.

Et ita utraque Parte informante &c.

R. P. D. MOLINES DEC.

Firmana Jurisdictionis Lunæ 10. Maii 1700.

ARGUMENTUM.

Tractatur de dismembratione facta à Pontifice de pluribus Castris à celebri Abbatia Farfensi, applicatis Ecclesiæ, seu Diœcesi Firmanæ, & plura discutiuntur super exercitio Jurisdictionis inter Archiepiscopum, & Abbatem.

SUMMARIUM.

1. *Abbas Farfensis habet Jus quasi Episcopale cum qualitate nullius.*
2. *Dismembratio operatur, ut Ecclesia, quæ erat de Diœcesi unius, fiat de Diœcesi alterius Ordinarii.*
3. *Subrogatio transformat subrogatum in personam illius, in cujus locum subrogatur.*
4. *Conclusio procedit eo fortius, quando Persona subrogata est capax jurisdictionis ordinariæ, quæ competebat ei, cui subrogatur.*
5. *Monachi regulares de jure antiquo suberant legibus Diœcesanis, & Jurisdictionalibus Episcoporum.*
6. *Monasteria Regularium, eorumque Ecclesiæ in vim particularium privilegiorum fuerunt exempta à jurisdictione Episcoporum.*
7. *Exemptio Regularium à quibus Pontificibus initium sumpsit.*
8. *Sub derogatione generali non comprehenduntur Privilegia clausa in corpore juris.*
9. *Breve Apostolicum dismembrationis intelligendum est, ut Ecclesiæ Regularium sint in Diœcesi, non autem de Diœcesi ejus Episcopi, cujus favore fit dismembratio.*
10. *Derogatio expressa requiritur Juri privilegiativo Regularium, aliàs numquam censentur per constitutionem spoliati sua libertate exemptionis.*
11. *Interpretatio fieri debet, ut Constitutio dismembrativa posterior concilietur cum Privilegiis ad evitandam derogationem.*
12. *Loca, quæ authoritate Pontificis transferuntur de una in aliam Diœcesim, retinent primæva Jura, & Privilegia.*
13. *Verba universalia dispositiva restringuntur per alia præservativa subsequenter apposita in Constitutione Apostolica dismembrationis.*
14. *Verba antecedentia declarantur ex subsequentibus.*
15. *Abbates regulares quoad disciplinam habebant jurisdictionem supra Monachos, licèt omnes de jure antiquo subiicerentur Jurisdictioni Episcopi.*
16. *Verbum Superioritas veluti generale comprehendit Jurisdictionem.*
17. *Exceptio intelligitur retentis terminis regulæ.*
18. *Exemptio operatur, ut locus exemptus non sit de Diœcesi, non autem, ut non sit in Diœcesi.*
19. *Cura animarum, an, & quomodò interdicta sit Monachis regularibus, & num. 20. & 21.*
22. *Ecclesiæ Regularium in iis, quæ concernunt Curam Animarum subsunt ordinariæ jurisdictioni Episcoporum.*
23. *Una, & eadem Persona diverso jure censeri potest ad diversos effectus.*
24. *Sac. Concilium Tridentinum nihil immutavit respectu Curæ Regularium, qui subsunt ordinariæ jurisdictioni Episcopi.*
25. *Sac. Concilium Tridentinum respectu Jurisdictionis Ordinariæ, & Delegatæ Episcoporum declaratur, & num. 26.*
27. *Regulares ministrantes dumtaxat Sacramenta absque Cura, si in illis delinquunt, subsunt jurisdictioni delegatæ, non autem ordinariæ Episcoporum.*
28. *Derogatio Juris communis semper evitari debet.*
29. *Interpretatio ea capi debet, per quam tollitur absurdum, & superfluitas.*
30. *Verba ubi sunt clara, non recurritur ad conjecturas.*
31. *Dismembratio tamquam odiosa non presumitur, sed est probanda.*
32. *Potestas concessa Abbati circa ambitum Ecclesiæ, non infert jurisdictionem in Parochiam, & Populum.*
33. *Corruente supposito, corruit dispositio in eo fundata.*
34. *Visitationes in iis, quæ respiciunt Curam Animarum, possunt cumulativè fieri per Prælatum inferiorem cum Episcopo.*
35. *Ecclesiæ de Jure communi presumuntur potiùs sæculares, quàm regulares.*
36. *Ecclesia dependens ab alia exempta, non dicitur exempta.*
37. *Exemptio est stricti Juris, nec trahitur de loco ad locum.*
38. *Ecclesiæ exemptæ sivè sint Curatæ sivè non, dummodò sint sæculares, possunt visitari ab Episcopo jure delegato.*

DECISIO X.

Sanctæ mem: Gregorius XIII. anno 1572. exequendo ea, quæ à providentia Beati Pii V. Antecessoris processerant ad reintegrandum Episcopum Firmanum Jurisdictione spirituali plurium Oppidorum, quæ separata ab

illius Diœcesi, Episcopatui Ripæ Transonæ noviter erecto applicaverat, dismembravit, & separavit à Jurisdictione Abbatiæ Farfensis Castra, seù Oppida S. Victoriæ, Montis Falconis, ac Montis S. Mariæ in Georgio cum omnibus in eis existetibus Collegiis, Præposituris, Parochialibus, & aliis Ecclesiis, ac Monasteriis, Prioratibus, & aliis cum Cura sæcularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, unâ cum utriusque sexus Personis, Habitantibus, & Incolis tàm Laicis, quàm Sæcularibus, Clericis, Presbyteris, & Religiosis cujuscumque status, ordinis, & conditionis, & quæcumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, illaque sic dismembrata applicavit, univit, & appropriavit Diœcesi Firmanæ, & illius pro tempore existenti Episcopo, eodem modo, & formâ, quibus erant Monasteriis, & illorum Abbatibus Farfensibus subjecta.

Declaratione adjecta, quod ex dictis separatione, & unione, quoad superioritatem, quam in Monasteriis, seù Prioratibus Regularibus ejusdem Ordinis habebant Abbates, seù Commendatarii Farfenses, nullum eisdem inferretur præjudicium, sed pro tempore existens Episcopus Firmanus eam tantùm haberet Jurisdictionem, quam cœteri Episcopi in similibus habere solebant.

Inter prædictas Ecclesias dismembratas, altera existebat Regularis Ordinis S. Benedicti sub invocatione S. Victoriæ in Oppido ejusdem nominis, cujus Regularis disciplina cum jamdudum collapsa esset, san: mem: Urbanus VIII. illam unà cum duabus positis in Diœcesi Montis Alti, omni suppressa Regularitate, sæcularizavit, totidem erectis Vicariis in singulis Ecclesiis, in quibus Cura Animarum imminebat, subjiciendo Vicarios ab Abbate Commendatario eligendos omnimodæ ejusdem Jurisdictioni: Ac successivè sollicitus de majori earundem Ecclesiarum sæcularizatarum bono, erexit in præfata Ecclesia S. Victoriæ Collegiatam, reservatis favore Abbatis Canonicatuum collatione, approbatione, & institutione, ac insupèr jure corrigendi, visitandi, omnimodamque jurisdictionem in Canonicos, & Collegiatam exercendi.

Hujusmodi porrò Bullæ dismembrationis, & sæcularizationis causam præbuerunt pluribus controversiis inter præclaræ mem: Cardinalem Franciscum Barberinum Abbatem Farfæ, & clar. mem: Cardinalem Gualterium Archiepiscopum Firmanum super Jure visitandi Ecclesiam prædictam S. Victoriæ erectam in Collegiatam, aliasque Ecclesias olim ab eodem Monasterio dependentes: Causâque delatâ sub variis dubiis anno 1563. ad Sac. Congregationem Concilii, prodiit Decretum: *Constare de omnimoda Jurisdictione tàm Ordinaria, quàm Delegata Ecclesiarum, quæ fuerunt expressæ in Bulla sæcularizationis san: m: Urbani VIII. favore Eminentissimi Commendatarii*: nulla capta resolutione quoad Ecclesias inibi non expressas, subindeque Collitigantes venere ad amicabilem concordiam ad eorum vitam tantùm duraturam, ut patuit ex ejus tenore hodiè exhibito, ejusque meminit *Clar. mem: Card. de Luc.* scribens in Causa *disc. 14. num. 1. de Jurisdict.*

Expiratâ per obitum Cardinalis Gualterii exposita transactione, antiquas in eadem Sacra Congregatione Concilii instaurarunt controversias gemini successores Archiepiscopi, scilicèt Reverendissimus Gualterius prædefuncti Cardinalis Nepos, & clar. mem. Cardinalis Ginnettus, propositâque Causâ anno 1687. ob votorum scissuram nulla prodiit resolutio, sed rescriptum fuit: *Ad Eminentissimum Præfectum pro Concordia*: quæ cum ad finem perduci non potuerit, idem Cardinalis Archiepiscopus Ginnettus, & Eminentissimus D. Cardinalis Carolus Barberinus in eadem Abbatia Farfensi Cardinali Francisco Patruo successor impetrarunt à san: me: Alexandro VIII. Commissionem directam eidem Sac. Congregationi Concilii, ut tamen procederet cum voto nostri Auditorii, omnibus Dominis suffragantibus, & appellatione remota: sed vita hoc interim functo Cardinali Ginnetto, & ad Ecclesiam Firmanā assumpto Eminentissimo D. Cardinali Cincio, nova ad tenorem antecedentis signata fuit Commissio, ad cujus formam cum hodiè dubitaverim: *An, & quo Jure liceat Eminentiss. Archiepiscopo Firmano visitare Ecclesias, de quibus agitur*: responsum fuit *Affirmativè juxtà modum*, qui talis est: *Licere Archiepiscopo visitare jure ordinario Ecclesias contentas in Brevi Gregorii XIII. exceptis Monasteriis, & Prioratibus, in quibus de tempore dismembrationis actu existebant Regulares, eaque posse visitare quoad ea, quæ concernunt Curam Animarum juxtà formam præscriptam à Sacro Concilio Tridentino*: Reservato ad aliam peculiarem disputationē examine quoad alias Ecclesias in dicto Brevi Gregorii XIII. non compræhensas.

Notoria sunt fundamenta, quibus nitebatur prima responsi Pars tribuens Eminentissimo Archiepiscopo potestatem visitandi jure ordinario Ecclesias in Brevi Gregoriano compræhensas. Cum enim illius vigore præmemorata Castra fuerint à potestate, & dominio Monasterii Farfensis dismembrata, & Episcopatui Firmano applicata, in dubium vocari nequit, quin illamet potestas Diœcesana, & Jurisdictionalis, quæ ante dismembrationem in dictis Castrorum Ecclesiis competebat Ab-
1. bati Farfensi, utpotè habenti Jus quasi Episcopale cum qualitate Nullius, de qua testantur *Tamburin. de Jure Abbatiss. tom. 1. disp. 4. quæst. 20. Rota decis. 870. num. 1. coram Coccino, Card. de Luc. disc. 14. num. 1. de Jurisdict.* transiverit post dismembrationem in Episcopum Firmanum, itaùt ubi priùs eædem Eccle-

2. siæ

2. fiæ essent de Diœcesi Abbatis, posteà effectæ sint de Diœcesi Episcopi Firmani, ex vi, & natura veræ Separationis Territorii ab uno Ordinario, ejusq; applicationis, & unionis ad alterum ab habente legitimam facultatem procedentium. *Ancharan. consf.* 114. *num.* 2. *& seqq. Rota coram Seraphin. decis.* 645. *num.* 2. *& decis.* 1090. *num.* 4. *& decis.* 304. *num.* 1. *cor. Gregor. & decis.* 1708. *num.* 3. *coram Coccin. & decis.*30.*n.*1. *par.*6.*& coram Celso dec.*200. *n.*3. *ac dec.*99.*n.*2.*par.*14. *& in Hispalen. Decimarum de Olivares* 3.*Januarii* 1679.*§.Ex hoc igitur cum seqq. coram bo:me:Bourlemont.*

Stantibus potissimè verbis, & clausulis generalibus, ac effrenatis, quibus legitur concepta dismembratio, illisque signantèr subrogationis Episcopi Firmani loco Abbatis, & Commendatarii Farfensis ibi: *Ipsiusque pro tempore existenti Episcopo Firmano, ac illius Jurisdictioni, Dominio, Potestati, Superioritati eisdem modo, & forma, quibus Monasteriis, & illorum Abbatibus, seu Commendatariis prædictis suberant, subjecit, & supposuit*: Quemadmodùm igitur ante secutam dismembrationem Abbas Commendatarius gaudens quasi Episcopali jurisdictione exercebat in dictis Castrorum Ecclesiis Jurisdictionem Ordinariam, ità eis ab ipsius Territorio sublatis, & subjectis Episcopo Firmano evidens est, jus plenarium, quod spectabat ad Abbatem, exerceri posse ab
3. Episcopo in ejus locum subrogato, cum subrogatio transformet subrogatum in personam illius, in cujus locum subrogatur, ex notissimis juribus, quæ refert *Rota decis.*490. *n.*2. *par.* 4. *Dunozet. jun. decis.*495. *num.*16. *& seqq. & coram Alexandro VIII. decis.* 122. *num.* 14. *& decis.* 74. *num.* 4. *par.* 18. *recent.* Quandò aliàs proùt in casu, dubium non est, quin Di-
4. gnitas Episcopalis subrogata sit subjectum capax Jurisdictionis Ordinariæ, quæ competebat ei, cui subrogatur *Innocent. in Cap. Pastoralis n.*2.*de donat.& in Cap.Lateranensis n.* 9. *de Præbendis Hostien in dicto cap.Pastoralis num.* 6. *in fin. Lap. alleg.* 134. *per tot.*

Ex quibus planè equidèm visa est resolutio quoad primam responsi partem; Verùm aliqua dubitandi emersit ratio quoad secundum illius membrum exceptuans à subjectione visitationis Eminentissimi Archiepiscopi jure Ordinario Monasteria, & Ecclesias, in quibus actu habitabant Regulares de tempore dismembrationis; Proponente Eminentissimo Archiepiscopo adeò effrenata, ac generalia esse verba controversæ dismembrationis, ut etiam ad effectum visitationis jure ordinario, Monasteria, eorumque Ecclesias compræhendere sint apta, quinimò neque deesse specialia, illas nominatim compræhendentia ibi: *Cum omnibus, & singulis in eis existentibus Collegiis Parochialibus, & aliis Ecclesiis, & Monasteriis, Trioratibus, Præpositutis, Præpositatibus, & aliis Cum Cura, & sine Cura Sæcularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus.* Et infra: *Necnon utriusque sexus Personis, Habitantibus, & Incolis tàm Laicis, quàm Sæcularibus, Clericis,Presbyteris, Religiosis quibuscumque cujusuis status, ordinis, gradus, & conditionis existerent.* Ex quibus contendebatur litteralem deprehendi concessionem subordinationis Monasteriorum Regularium omnimodæ Jurisdictioni Ordinariæ Episcopi per viam reversionis ad ve-
5. terem juris antiqui dispositionem, juxtà quam Monachi, & Regulares suberant legibus Diœcesanis, & Jurisdictionalibus Episcoporum ad *text.in Cap.Compertum de Offic.Ordinar.& in Cap. final. de Cappell. Monachor.* & tradunt *Barbos. de Episcop. alleg.* 105. *num.* 1. *& seqq. Fagnan. in Cap. nimis grave num.* 3. *de excess. Prælat. Card. de Luc. de jurisdict. disc.* 28. *num.*8. *§. Verùm, & disc.* 29. *num.* 5. *Card. Albic. apud eundem in disput.de Jurisd.Card.in Eccles.suorum Titul.discept.*2.*n.*116.*Rota dec.*15.*par.*1. *recent. per tot.*& uberrimè comprobat *P.Tomassin.de Benef. Can.*26.*& Cap.*27.*per tot.lib.*3.

Domini tamen in contrariam abjerunt sententiam, authumantes non licere Eminentissimo Archiepiscopo Ecclesias Regulares visitare jure ordinario quoad omnia,sed in iis tantùm, quæ concernunt Curam Animarum, tributâ
6. in reliqua Jurisdictione Eminentissimo Abbati: Res namque satis explorata est, cuncta Orbis Monasteria, earumque Ecclesias fuisse in vim particularium privilegiorum tàm à lege Diœcesana, quàm jurisdictionali Episcoporum exemptas. A Diœcesana, quidem in Concilio Lateranensi habito anno 601. sub Divo Gregorio Magno relato *in Canone quam sit necessarium*, ubi *Glos. ibidem verbo Juribus caus.* 18. *quæst.*2. *& in Epistola* 18. *ejusdem Sancti Doctoris lib.* 7. *indict.* 1. & testantur *clar.me. Cardin. Baronius in suis Annalibus sub eodem anno* 601. à quo tempore omnia Monasteria Regularium reputata fuerunt exempta à lege Diœcesana,ut patet *ex Cap.cum pro utilitate* 34. *Caus.* 16. *quæst.*1. *Cap.* 51. *ex laicis* 1. *Can.* 10. *quæst.* 1. ubi etiam refertur in Summa *ante dictum Cap.* 1. *Glos. in Cap. inter Cætera* 8. *verb. solutionis Cau.* 10. *quæst.* 3. & latè disserunt *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*24. *num.*44. *&* 45. & alii plures relati per *Passer. de stat. hom. quæst.* 189. *num.* 10. *inspect.* 10. *num.* 974. *Cochier. de Jurisdict. Ordin. in exemptos par.* 1. *quæst.* 1. *num.* 5. *& quæst.* 16. *Tamburin. de Jur. Abbat. disput.* 15. *quæst.* 3. *num.* 3. *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 19. *num.* 2.

A jurisdictionali, vigore particularium
7. Privilegiorum Summorum Pontificum, quorum primus Adeodatus anno 670. sexagesimo post obitum Divi Gregorii ad hanc anteà inauditam devenit novitatem, liberando à potestate Jurisdictionali Episcopi Turonensis (ipso tamen ultrò potente,& instante) Monasterium

B. Martini, ut refert *Cardin. Baron. d. ann. 676. ex num. 2. juncto num. 5.* ad cujus exemplum fuerunt per Successores Pontifices à vinculo, & potestate Spirituali Episcoporum liberata cœtera Orbis Monasteria, novæque Regularium Familiæ, & Congregationes, vel expressè, vel per communicationem Privilegiorum, semper tamen, vel penè semper consentientibus Episcopis, Teste præ cœteris *P. Tomasin. de Benefic. par. 1. lib. 3. Cap. 30. num. 7.* qui in subsequentibus tribus capitibus latè differit de more juxtà temporum seriem de origine, & progressu exemptionum Ordinis Monastici, & ex nostris *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. à nu. 87. ad n. 90. Cocbier. de jurisdict. in exẽ. par. 1. quæst. 17. num. 9. Barbos. de Episcop. allegat. 105. num. 3. Fagnan. in Cap. nimis grave n. 3. de excess. Prælat.*, & latiùs *in Cap. suarum num. 10. de Privileg. Francesc. Episcopus Barbastrensis in Pastoral. regul. par. 2. qu. 2. Alter Francesc. de Urrutigoyk de Eccles. Cathedral. Cap. 30. n. 75. Cum seqq. Card. de Luca de jurisdict. disc. 28. num. 2. Cum seqq. Tamburin. de jure Abbat. tom. 1. disp. 15. dicto Cap. 3.* ubi per extensum refert Privilegia concessa Ordini Divi Benedicti, sub cujus Regula militant Monasteria Castrorum, de quibus est sermo.

Qua stante Monasteriorum Regularium exemptione in vim Privilegiorum postea in ipso juris corpore insertorum, nullo pacto affirmari potest, Summum Pontificem Gregorium XIII. per controversam Oppidorum dismembrationem quantumvis generalem voluisse ad formam antiquorum Canonum subiicere Jurisdictioni Episcopi Firmani non solùm Ecclesias Sæculares antea Abbati tanquam Ordinario loci subditas, sed etiam Monasteriales, quibus tanquam Regularis Superior præerat, nisi doceatur, & constet, quod in eodem actu dismembrationis derogasset amplissimis Monastici Ordinis Privilegiis, & quidem expressè, non
8. sufficiente derogatione generali, sub qua non veniunt Privilegia inserta in corpore juris, resistente præsumptione, quod dictus Pontifex voluerit uno verbo tollere Privilegia, quæ tot vigiliis fuerunt per Antecessores Pontifices concessa, per ea, quæ notant *Crot. in Cap. licet de Constit. in 6. num. 34. Felin. in Cap. nonnulli num. 6. de for. compet. Butr. in cap. final. eodem titul. Roman. Cons. 498. nu. 13. vol. 1. Suarez de leg. lib. 8. Cap. 38. num. 12. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 7. num. 26. Amostaz. de Caus. Piis lib. 5. Cap. 11. num. 10.* & lato calamo citatis concordantibus *Passerin. super. 6. in Cap. licet de Constit. num. 317. Cum seqq.*, & in specie *Cochier de jurisd. Ordin. in exemptos par. 3. quæst. 9. à nu. 1. & 2. ac per tot.*

In Brevi autem Gregoriano non legitur expressa dictorum Privilegiorum exemptivorum derogatio: Et quamvis inter Ecclesias, & Habitatores Oppidorum dismembratorum recen-
9. seantur Monasteria, & Regulares, talis expressio facta est ad ostendendum, ac declarandum, quod etiam ipsæ Ecclesiæ Regulares abstractæ intelligerentur à Diœcesi Abbatum, & appositæ in Diœcesi Episcopi Firmani, sed non ad illas efficiendas de ejusdem Diœcesi, sicque non ad effectum illas supponendi Jurisdictioni Ordinariæ Episcopi quoad omnia cum subversione amplissimorum Monastici Ordinis Privilegiorum, sed ad illas tantùm subiiciendas Episcopis, quoad ea, quæ non obstante exemptione, jus commune illis reservavit, & Sac. Concilium Tridentinum, vel renovavit, vel tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis concessit; Deficiente propterea expres-
10. sa derogatione juris Privilegiativi Regularium ipsi nunquam censetur per Constitutionem posteriorem sua libertate expoliati, quotiès non constet de contrarietate, & inconciliabili incompatibilitate legis sequentis cum antecedenti, totumque possibile fieri debet, ut Constitutio posterior cum Privilegiis con-
11. cilietur ad evitandam derogationem, ex traditis per *Pasqual. decis. 329. num. 35.* aliosque, quos refert, & sequitur *Passerin. loco supra citato num. 319. & 320.*, & omissis generalibus, quod Ecclesiæ, Civitates, Castra, aliaque loca, quæ Pontificis auctoritate in alia nova loca, aut Diœceses transferuntur, sua
12. Jura, Privilegia, & exemptiones retineant, pluribus adductis latè probat *Tamburin. de Jur. Abbat. disp. 5. qu. 6 per tot. tom. 3.*

Hæc si in stricta Juris censura de plano procedunt inspecta sola parte concessiva Brevis Gregoriani, in qua Defensores Eminentissimi Cardinalis totam eorum vim reponebant, sine ulla penitùs difficultate locum obtinent, considerata parte exceptuativa: Ad amputandam enim omnem dubitandi rationem, quod ob dictam generalem Ecclesiarum dismembrationem, & peculiarem Monasteriorum, & Regularium nominationem, ablata fuerit ab Abbate Farfensi Jurisdictio ordinaria ad ipsum tanquam illorum Superiorem Regularem competens, providè subditum fuit: *Quod ex separatione, & dismembratione, applicatione, & appropriatione prædictis Monasterio Farfensi quoad superioritatem, quam in Monasteriis, seu Prioratibus Regularibus ejusdem Ordinis habebat, nullum præjudicium inferretur, sed pro tempore existens Episcopus Firmanus eam tantùm in illis haberet Jurisdictionem, quam cæteri Episcopi in similibus habere solebant*: Quæ verba sive accipiantur per modum limitationis antecedentis generalis concessionis, sivè per modum illius declarationis, in utraque formà manifestum faciunt, mentem Pontificis Gregorii XIII. extitisse, ut Monasteria non obstante sæpedicta dismembratione, & respectiva applicatione, libera remanerent à Jurisdictione ordinaria Episcopi

Fir-

Firmani, in cujus Diœcesi transferebantur, eorumque immediata subjectio quoad eandem Jurisdictionem ordinariam intacta servaretur Abbati illorum superiori.

Cum itaque ultra Juris interpretationem excludentem in separationibus Monasteriorum de uno loco ad alterum derogationem eorumdem exemptionis à potestate ordinaria Episcopi, concurrat quoque expressa illius reservatio, cessant omnes discursus subnixi in ge-
13. neralitate verborum, quibus concepta est pars dispositiva dismembrationis, cum verba universalia dispositionis restringantur per alia limitativa, ac præservativa subsequentèr apposita *Bart. in l. is, qui ducenta §. Utrum ff. de reb. dub. Jas. cons. 7. num. 4. lib. 1. Tiraquell. in l. si unquam in verbo revertatur num. 95. ff. de revocat. Donat. Rota Coram Merlin. decis. 319. nu. 3. & decis. 76. num. 8. Coram san. me. Alexandro VIII., & in Bononien. Evictionis prima Martii 1697. §. Ex quibus Coram me*: Et decla-
14. rantur ab aliis subsequentibus specificè, ac distinctè loquentibus *l. quæsitum §. Meviæ ff. de legat. 3. l. generali §. Uxori nu. 1. ff. de usufruct. legat. Rot. decis. 128. num. 16. par. 4. tom. 2. & decis. 194. n. 94. par. 5. & decis. 295. num. 1. coram Bichio.*

Minus rectè propterea Defensores D. Cardinalis Archiepiscopi suadere satagebant, Superioritatem reservatam Abbatibus non esse intelligendam de Superioritate Jurisdictionali, sed de ea dumtaxàt, quæ concernit disciplinam,
15. & Instituta Regularia, qua vel juxtà Juris antiqui dispositionem non carebant Superiores Regulares, tametsì Jurisdictioni Ordinariæ Episcoporum subderentur, ut loquendo de Monachis Divi Benedicti statuit *Text. in Cap. fin. de stat. Monachor.*, & firmat *Rot. decis. 15. num. 7. & 10. par. 1. recent.*

Talis quippe interpretatio evertitur, tum quia verbum illud *Superioritas* veluti generale compræhendit etiam Jurisdictionem, adeoque juxtà suam indolem est generalitèr intelligendum, alio desuper non concurrente, quod
16. illud restringat *l. 1. §. Generalitèr ff. de legat. præstan. Rota Cor. Ludovis. dec. 329. num. 3. & Coram Coccin. decis. 784. num. 6.* Tum quia in parte concessiva idem verbum *superioritas* adhibitum fuit ad significandam Jurisdictionem; Unde in eodem sensu accipiendum est in parte declarativa, & exceptuativa *l. si servus plurium 53. §. final. ff. de legat. 1. Corn. cons. 290. nu. 6. vers. Unde succedit vol. 4. Peregrin. de fideicom. art. 16. num. 108. Rota decis. 98. num. 19. par. 17. rec.* Tum demùm quia cum dicta præservatio apposita esset limitativè ad Jurisdictionem ordinariam in parte concessiva Episcopo Firmano generalitèr in omnes dd. Castrorum Ecclesias indultam, exceptio nonnisi de eadem Jurisdictione interpretari debet; Fortiùs ponderando, quod in ipsàmet parte exceptuativa per modum ejusdem declarationis, & intelligentiæ illæsa preservatur Episcopo illa Jurisdictio, quæ in Ecclesiis Regularibus competere solebat Episcopis; sicuti igitur haud dubium est, quod hic nomine Jurisdictionis Papa loquutus non est de superioritate respiciente morum correctionem, quæ Episcopis nullatenùs competit, sed de potestate Jurisdictionali, ita præcedens reservatio favore Abbatis nequit diverso modo
17. intelligi, ac interpraetari, cum exceptio sit de compræhensis in regula, & intelligatur retentis terminis regulæ *l. 1. §. Sed excipiatur de fer. & dilat. Abbas cons. 567. nu. 7. Calderin. cons. 5. de Jur. Jur. Rota coram Bichio decis. 124. nu. 29. & decis. 342. num. 2. & 3. par. 18. rec.*

Procedendo ad ultimā partem responsi concedentem Eminentissimo Archiepiscopo Jus visitandi Ecclesias Regulares curatas in iis, quæ concernunt Curam Animarum juxtà disposita per S. Conc. Trident. Ratio dubitandi ex eo orta est, quia eo pacto, quo Archiepiscopus ex generalitate partis concessivæ Brevis Gregorii XIII. contenebat subjectas fuisse suæ Jurisdictioni ordinariæ Ecclesias Regulares quoad omnia; Ita versa vice Cardinalis Abbas fretus prægnantibus clausulis partis exceptuativæ acritèr pretendebat non fuisse ad sui favorem tantùm preservatam Jurisdictionem ordinariam, quæ sibi tanquam Superiori in Monasteriis Regularium competebat, sed etiam plenariam, quam tanquam Diœcesanus vigore Jurisdictionis quasi Episcopalis exercebat in exemptos Curæ Animarum præpositos; sed eo pacto, quo prætensio Eminentissimi Archiepiscopi apparuit minus habens, ita insubsistens visa est hæc altera Eminentissimi Abbatis.

Amplissimæ namque dismembrationi Castrorum superius expositæ consectarium est, ut ubi
18. priùs illorum Ecclesiæ Regulares positæ essent in Diœcesi Abbatis Farfę, post dismembrationem haberi cœperint sitæ in Diœcesi Firmana. Non adversante earundem Ecclesiarum exemptione, quoniam ista efficit, ut non dicantur de Diœcesi, non verò, ut non sint in Diœcesi *Cap. cum Episcopus*, & ibi *Franc. in 2. notabili, & Gemin. num. 3. de Offic. Ordin. in 6. Abbas in Cap. Apostolicæ num. 13. de Offic. Ordin. in 6., & in Cap. Apostolicæ n. 3. de Donat. Ubald. de Canonic. Episcop., & Paroch. Cap. 4. quæst. 6. num. 11. Cochier. de Jurisdict. in exemptos par. 4. quæst. 55. Card. de Luca de Jurisdict. n. 8. in fin. Rot. Cor. Buratt. decis. 58. n. 14. & decis. 324. n. 3. par. 1. & 97. num. 8. par. 13. & in Gerunden. Jurisdictionis 5. Martii 1692. §. Cujus naturæ in fine Coram Me.*

Indeque sine ulteriori specifica concessione derivat favore Eminenriss. Archiepiscopi Jurisdictio visitandi Parochos, & Ecclesias Regulares curatas ereptas ex alterius Territorio, & positas in sua Diœcesi tàm ex dispositione Juris communis, quàm Sacrosanctæ Tridentinæ

tinæ Synodi : Ex jure quidem communi, quia etsi inter antiquos Canonistas vexata sit quæ-
19 stio, utrum Monachi de Jure prohibeantur Curam animarum exercere, & distinguendo Curam Ecclesiarum Sæcularium à Monasteriis sejunctarum à Cura incumbente ipsi Monasterio, ubi est Congregatio Monachorum, omnes conveniant hanc secundā Curæ speciem de Jure committi non posse Monachis, sed Presbyteris Sæcularibus ab Episcopo per Concilium Monachorum instituendis ad *Text. in cap. in Ecclesiis 1. de Cappell. Monacor.* ubi latè *Abbas*, & latissimè probat *Fagnan. ibidem n. 10. cum seqq.* quā sequitur *Tomassin. de Benef. lib. 3. c. 22. n. 3. §. ex his in fin. Solarz. de Jur. Indiar. lib. 3. c. 16. n. 25. tō. 2.*

Solùmq; variaverint quoad primā Curę speciem; Aliis contendētibus posse Monacum Curę Parochialis Sęcularis extra Conventum pręfici sine ulla dispensatione, dummodò cum eo
20. habitet saltem alter Monachus, *per Text. in c. Monachi de Stat. Monac. c. quod Dei Timorem eodem tit.* ubi *Abb. n. 7. vers. Aut est curata*, ubi testatur de communi opinione, & relatis aliis antiquioribus *P. Lessius de Just. & Jur. lib. 2. cap. 34 n. 6. Garz. de Benefic. par. 7. cap. 10. nu. 17.*, & huic Sententiæ se subscribere videtur *P. Tomassin. de Benefic. part. 1. lib. 3. cap. 22. num. 3. §. Ex his.*

Aliis è contra negantibus tale quid de Jure fieri posse, nisi dispensativè, & in casu necessitatis, & in defectum Clericorum Sęcularium per *Text. in cap. cum pro utilitate, & cap. qui verè 16.,*
21. *& c. Priscis dist. 55.* & tenet *Gloss. in d. Cap. quod Dei timorem* verbo *Regimen de Stat. Monacor.*, & hanc opinionem discusso Articulo tenuit *Rot. dec. 5. de Jurepatr. & 28. de Præbend. in novis. Bellamer. dec. 713. & 750. per tot. Covarru. in Cap. 2. de Testam. num. 3. Navarr. cons. 10. de Regular. Garz. de Benefic. dicta part. 7. Cap. 10. nu. 20. Emanuel. Roder. in quæst. regular. tom. 1. quæst. 34. Art. 5. Sanchez. in Summa. tom. 2. lib. 7. Cap. 29. & 39. cum aliis*, quos refert, & sequitur *Solarzan. de Jur. Indiar. lib. 3. Cap. 16. num. 2.* Et quoad dispensationem aliqui authumaverint necessariam esse Apostolicam, juxtà sensum *Mandosii in tit. de dispens. Monacor. in princip.* & aliorum, quos refert *Garz. de Benefic. ubi supra num. 22.* Alii verò sufficere illam Episcopi, ut ex *Cap. Doctos caus. 16. q. 1.* inquit *Bellam. dicta dec. 750. n. 4. vers. Secunda Conclusio, Covarru. in dicto cap. 2. de Testam. Garz. de Benefic. par. 7. dicta qu. 10. num. 24. Rota coram Verallo dec. 85. num. 2. part. 1.* quam controversiam usque de anno 1581. sustulerit fa: me: Gregorius XIII. expressè declarando, Regulares præfici non posse Curæ Animarum in Ecclesiis Sæcularibus Parochialibus etiam cum licentia suorum Superiorum absque dispensatione Apostolica, solùm instante Episcopo pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ concedenda, ut notat *Fagnan. in dicta cap. quod Dei timorem not. 16., & 17. & Thomassin. loco mox citato n. 9. §. Anno verò.*

Concors tamen, & undique pacificus fuit, & est Canonistarum sensus, quod semel, ac Ecclesiæ Monasteriorum habeant annexam Curam Parochialem Animarum, & Regularibus committitur eadem Cura Monasteriis incumbens, vel hæc ab eisdem exerceatur in aliis Ecclesiis Parochialibus Sęcularibus, sivè à Monasteriis dependentibus, sivè independentibus, semper in iis, quæ concernunt Curam Ani-
22. marum, & Sacramentorum adiministrationem de Jure communi subiiciuntur Jurisdictioni ordinariæ Episcoporum, in quorum Diœcesibus sita sunt talia Monasteria, vel Ecclesiæ Parochiales, non suffragante quacumque exemptione eisdem concessā, quia ista exemptio secundum Sacros Canones, & juxta mentem ipsorum Pontificum eximentium, non comprehendit Curam Animarum, nec Presbyterum illam regentem, neque Populum, cui Sacramenta administrantur, ut declaravit *Bonifacius VIII. in cap. per exemptionem 9. de Privileg. in 6.* & antea etiam dictum fuerat *in cap. 1. vers. qui ratione Plebium de verbor. signific. in 6. cap. cum & plantare. 3. §. in Ecclesiis cap. cum Cappella 16. de Privileg. cap. cum satis 4. de Offic. Archidiac. cap. 1. de Cappellis Monachor. Fusc. de Visit. lib. 2. cap. 8. num. 6. & eodem lib. cap. 20. num. 10. Marant. tom. 4. respons. 21. num. 61. & 67. Francesc. de Eccles. Cathed. cap. 30. num. 163.*

Non enim implicat, quod Regularis in iis, quæ respiciunt Instituta sui Ordinis, & Monasticam disciplinam subjectus sit suis Superioribus Regularibus, & quoad Curam Animarum
23. Personarum Sæcularium, quam administrat, subditus sit Episcopo, quia eadem Persona diverso jure censeri potest, ubi duplicem gerit personam, sicque compatiuntur ista duo, quod aliquis certo respectu sit ab Ordinario exemptus, & alia consideratione sit eidem subjectus, ut expressè dicitur in *dict. cap. cum Cappella 16. de Privileg.* ubi *Barbos. num. 1. & Fagnan. nu. 14.* & ipsemet in *cap. quoniam de Privileg. à nu. 5. cum seqq. Abbas in cap. per exemptionem 9. de Privileg. in 6. num. 1. Gratian. discept. 298. num. 49.* & in terminis *Rota dec. 1058. n. 4. 5., & 6. coram Seraphin., & in dec. 391. num. 5. part. 13.*

Neque Sac. Concilium Tridentinum in hac parte Juris communis dispositionem immutavit, sed imò, & confirmationis robur adjecit; Supponens namque Regulares exercere posse Curam Animarum eorum Ecclesiis incumbentem, vel stante, quod dicta Decretalis
24. *in Ecclesiis de Cappellis Monacorum* abierat in desuetudinem, vel potiùs attentis peculiaribus Regularium privilegiis, ut advertunt *Fagnan. in eodem cap. in Ecclesiis in princ. §. Nota P. Tomassin. de benefic. dicta par. 1. lib. 3. cap. 22. §. 10.* statuit *in cap. 11. sess. 25. de regular.* quod in Monasteriis, seu Domibus, quibus imminet Cura Personarum sæcularium, Parochi tam Regu-

Regulares, quam Sæculares Curam hujusmodi exercentes subsint immediatè Jurisdictioni, Visitationi, & correctioni Episcopi Diœcesani in his, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, & tradunt communiter Doctores, & signanter *Barbos. de Offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 74. n. 18. & de Jure Ecclef. lib. 1. c. 14. num. 24. & cap. 43. à num. 134. ad num. 145. Fagnan. in cap. nullus de Parochiis à num. 38. ad num. 43. & in cap. grave de Offic. ordin. num. 14. 15. 16. & 64. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. disp. 5. quæst. 11. num. 45. & 52. Cappon. discep. forens. tom. 1. discep. 2. num. 63. Rot. dec. 1058. & 1067. coram Seraphin. dec. 391. num. 2. usque ad 7. par. 13. & in Toletana Jurisdictionis 10. Januarii 1689. §. Secundo loco Coram Me impress. post primum discur. Card. de Luca de Jurisdict. iuxta Venetam impressionem, & in Cæsaraugustana Jurisdictionis 8. Februarii 1692. §. Motivum coram bon. mem. Emerix Decano.*

Hancque Jurisdictionem, visitationem, & correctionem in vim *dicti cap. 11. sess. 25.* non
25. exercet Episcopus auctoritate delegata, sed Ordinariâ, eo modo, quo illam de jure communi Sacrorum Canonum, & ante Sac. Concilii promulgationem exercebat in Monasteriis, in quibus erat annexa Cura Animarum, & quoad Regulares illam gerentes, non obstantibus quibuscumque exemptionibus, ut supra probatum est in §. *Concors tamen.* Tum quia Sac. Concilium inibi non statuit Parochos Regulares subesse Jurisdictioni delegatæ Episcopi, prout quando tale quid præcipere voluit, expressit, ut signanter videre est *in cap. 3. sess. 6. cap. 8. sess. 7. cap. 4. sess. 14. cap. 8. sess. 21. cap. 9. sess. 24.* Imò illos quoad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem submisit *immediatè Jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sita sunt,* quod verbum *immediatè* non congruit Jurisdictioni delegatæ, sed ordinariæ: Delegata namque non exercetur immediatè ex propria potestate, & imperio, sed mediante peculiari facultate ab habente potestatem attributâ *l. 3. ff. de Offic. ejus, & ibi Dec. num. 4. Gulielm. Durand. in speculo lib. 1. partic. 1. de Jurisdict. omn. Jud. §. 1. vers. delegata est, Boer. decis. 151. num. 6. Saran. de adjunct. quæst. 32. num. 2.*

Tum etiam quia receptissima est inter Doctores distinctio, quod quando in aliquo particulari casu aliquid committitur Ordinario
26. super eo, quod aliàs sibi de jure communi competebat potestate Ordinaria, per talem commissionem censetur excitata Jurisdictio Ordinaria, & non tributa Jurisdictio delegata: Quando verò non simpliciter, sed additâ aliquâ clausulâ, videlicèt *Potestate Apostolica, auctoritate nostra, aut tamquam Delegatus,* & similibus clausulis significantibus commissionem delegatam, & tunc superior censetur Jurisdictionem Ordinariam inferioris Ordinarii mutare in delegatam ad *Textus expressos in cap. licèt in corrigendis de Offic. ordin. & in cap. cum aliquibus de rescript. in 6. & ibi Glossa in efformatione casus vers. nota secundo, Dec. cons. 404. num. 3. Marant. in speculo par. 4. dist. 5. num. 75. Sperell. dec. 31. n. 9. Cochier. de Jurisd. ordin. in exemptos 2. parte quæst. 14. Ricc. par. 2. collect. 413. Scacc. de appellat. num. 86. extensione 2. per. tot. & à num. 87. cum seqq. Barbos. in collect. ad d. cap. licet num. 2. & plenissimè de Offic. & potest. Episcopi alleg. 92. num. 2. & 9. §. Ad tertium Gonzalez in dicto cap. licèt num. 3. Fagnan. in cap. quoniam num. 7. & 8. de Offic. delegat.*
Ideoque cum ex suprà latè deductis ante Concilium Tridentinum etiam stantibus exemptionibus Regularium ad Episcopos de jure communi spectabat jus visitandi Ecclesias regulares, in quibus exercebatur Cura Animarum, & personas exemptas illam administrantes, concludendum est, quod idem Sac. Concilium non commiserit Episcopis potestatem hanc visitandi jure delegato, & auctoritate Apostolica, dum id non expressit, sed Jurisdictione Ordinaria, illam per novam legem favore Episcoporum renovando, & excitando, & omissis generalibus in specie *cap. 11. sess. 25. de reformat.* tradit de mente S. Congregationis Concilii Tridentini *Fagnan. in cap. cum dilectus de Religios. domibus à num. 41. ad 45. & in cap. nullus à num. 38. & 47. in fin. de Paroch. & in cap. grave de Offic. ord. num. 37.* Licèt verum sit, quod
27. si Regulares non exercent Curam Personarum sæcularium in suis Monasteriis, sed solùm Sacramenta ministrant eisdem sæcularibus, & in illis ministrandis delinquunt, tunc subsint Jurisdictioni Episcopi Diœcesani tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ut ampliando *d. cap. 11. sess. 25. de Regularibus disposuit Gregorius XV. in Bulla* incipien. *inscrutabili 18. in ordine tom. 3. Bullarii,* & explicant *Fagnan. in cap. grave de Offic. ordin. num. 37. & in cap. quanto eodem tit. num. 37. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 24. num. 55. 57. & 58. Tambur. de jur. Abbat. tom. 3. disput. 15. quæst. 11. n. 46. Barbos. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 43. num. 135. idem Barbos. in Concil. Trid. sess. 25. de regul. cap. 11. num. 19.*

Posito ex hactenus deductis, quod in sequelam dismembrationis Castrorum, de quibus agitur, ab Abbatia Farfensi, illorumque translationis in Diœcesim Firmanam, tàm ex censura juris communis, quàm ex Decretis Sac. Concilii Tridentini Ecclesiæ Curatæ Regulares, eorumque Parochi subditi fuerint immediatè Jurisdictioni Episcopi Firmani in concernentibus Animarum Curam, cessat ratio dubitandi orta ex verbis Generalibus, & prægnatibus, quibus reservata fuit favore Abbatum superioritas in Monasterium, & Monacos ibi: *Quoad Superioritatem nullum inferatur præjudicium.*

Nam

Nam sicuti ex Generali separatione Monasteriorum, & Ecclesiarum existentium in dictis Castris non præsumitur de Jure, Pontificem voluisse subiicere Monasteria, & Monachos Jurisdictioni Episcopi Firmani, à qua jure privilegiativo sunt exempti, cessante ejus expressa derogatione, ut latè supra probatum est, ita nec sub Generali præservativa Jurium, Privilegiorum, & exemptionum eorumdem Monasteriorum censeri potest compræhensum illud jus, quod non obstante exemptione, Juris communis dispositio, ac Sac. Concilium Tridentinum illæsum, & intactum reservavit Episcopis, in cujus Territorio sita sunt Monasteria, non concurrente expressa derogatione. Qua ratione igitur ad salvandam libertatem Monasteriorum à Jurisdictione Episcoporum Diœcesana, & Jurisdictionali dictum fuit restringendam esse amplitudinem partis concessivæ dismembrationis juxta formam privilegiorum, & libertatum Regularium: Eodem modo certè concilianda est pars exceptuariva, quantumvis Generalis, ut scilicèt exceptuet ea tantùm, ad quę porriguntur Privilegia exemptionum, & non ultra, itaut non habeat etiam compræhendere jurisdictionem in exemptos quoad ea, quæ concernunt Curam Ani-
28. marum, & Sacramentorum administrationem, ad effugiendam Juris derogationem, quæ quantùm possibile est, evitari debet, potissimè quando esset Juris Conciliarii, quod debet expressè derogari ad *text. in Cap. nonnulli 28. de rescript. & Cap. eam te 4. de ætate, & qualit. & Cap. ex par. 3. & final. de Cappel. Monachor. Jacobat. de Concil. lib. 5. art. 18. Sanchez de matrimon. lib. 3. disput. 26. num. 7. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 33. num. 24. Rota decis. 122. & 123. par. 1. divers. & decis. 279. num. 6. Coram Coccin. & decis. 214. num. 2. par. 2. & decis. 302. num. 12. & 13. par. 9.*

Eo magis ponderando, quod in parte concessiva inter alias Ecclesias dismembratas nominatim recensentur Monasteria, & Ecclesiæ Conventuales, ac Personæ Regulares, hinc si successivè in parte exceptuativa fuissent eadem loca, & personæ penitùs, & in omnibus exceptuatæ, pars concessiva remaneret superflua, & de vento, insurgeretque in eadem dispositione inconciliabilis contrarietas, quin ea salvari possit à natura exceptionis, quoniam ejus indoles est restringendi regulam, & dispositionem, vel absolutè, vel in certis particularibus casibus, & circumstantiis, non tamen revocandi totum id, quod antea reperiebatur nominatim dispositum, nam aliàs non esset exceptio, sed revocatio, non limitatio, sed destructio concessionis, vel dispotionis ex ponderatis per *Coccin. decis. 402. num. 2.* & optimè in casu simillimo respondit nuper hoc Sacrum Tribunal *in Romana, seù Balneoregien. fideicommissi 8. Martii præteriti §. Non obstante coram. R. P. D. Muto*: Ad repellendas propterea hujusmodi repugnantias concludendum est, exceptuationem compræhendere totum id, quod secum ferunt Privilegia Generalia exemptionum Ordinis Monastici, & non etiam jura reservata Episcopis in personas, & loca
29. exempta, capiendo, ut fieri debet, eam interpretationem, per quam repellitur absurdum, & superfluitas *Rot. decis. 404. num. 11. par. 19.* & punctualiter in terminis similis dismembrationis *Rot. decis. 7. num. 15. par. 18. recentior.*

Certiùs quia exceptuata superioritas dignoscitur expressè restricta ad eam, quam Abbas uti Superior Regularis in Monacos, & Monasterium obtinebat, translatâ litteris claris in Episcopum Firmanum eâ Jurisdictione, quam in Ecclesiis Regularibus Diœcesani habere solebant, ibi: *Sed pro tempore existens Episcopus eam tantùm haberet Jurisdictionem, quam cæteri Episcopi in similibus habere solebāt.* Cùm ergò Jurisdictio, qua in Ecclesiis, & Personis exemptis fruuntur Episcopi, sit ordinaria quoad concernentia Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, & delegata in pluribus aliis casibus expressis in Sacro Concilio Tridentino, & signantèr *in sessionibus supracitatis §. Hancque Jurisdictionem*, nil clariùs, quod hujusmodi Jurdictio non fuerit reservata favore Abbatis, sed ad formam Juris communis, & Sac. Concilii favore Episcoporum, adeoùt cum in præsenti adsint verba adeò clarè in hac parte explicantia mentem Pontificis, frustrà
30. recurritur ad conjecturas, & interpretationes, *ad text. in l. ille, aut ille ff. de legat. 3.* cum concordantibus plenè relatis *in Hispalen. Visitationis 30. Aprilis proximè præteriti, §. Domini tamen.*

Huic litterali, obviæ, ac genuinæ Brevis Gregoriani intelligentæ non adversantur documenta, & actus illud subsequentes; Non obstant inquam Bullæ san. mem. Urbani VIII. sæcularizationis Ecclesiæ Sanctæ Victoriæ, illiusque erectionis in Collegiatam, quatenùs in eisdem dicta Ecclesia, ejusque Canonici, Sacristani, Clerici, aliique inservientes cum eorum rebus, bonis, juribus, & pertinentiis universis subjecti, ac suppositi fuerint Visitationi, Correctioni, & omnimodæ Jurisdictioni Abbatis cum eademmet potestate, quæ competit locorum Ordinariis.

Per hasce namque Bullas non intellexit, nec voluit memoratus Pontifex destruendo totum id, quod à providentia Gregorii XIII. Antecessoris processerat novam ab Ecclesia Firmana facere dismembrationem dictæ Ecclesiæ Sanctæ Victoriæ, eamque iterùm reponere in Diœcesi Abbatis Farsensis, ubi anteà sita erat, sivè quia de hac nova dismembratione nullum legitur verbum, undè intrant Juris propositiones supra firmatæ, quod Constitu-

tio

tio posterior nunquàm censetur revocare antecedentem, nisi expressè dicatur, & comprobat *Rota decis. 159. num. 16. cum seqq. coram*
31\. *Carill.* Præsertim in hac materia dismembrationis, quæ utpotè odiosa non præsumitur, sed venit concludentèr probanda, *ad text. in extravaganti ad Apostolatum 2. de Concess. Præben. & in Cap. Quia Monasterium de Relig. Domibus*, cum aliis per *Rot. decis. 14. num. 8. & decis. 92. num. 45. coram Duran.* sivè quia de eadem dismembratione fit mentio in ipsis Bullis, absque ullo verbo denotante illius revocatione, ibi *Et quod sicut accepimus Sanctæ Victoriæ, & Sancti Pauli de Furcis, & Sancti Laurentii de Rotella Terrarum, seù Locorum Montis Alti Diœcesis Prioratus hujusmodi, qui à dicto Monasterio Sancti Salvatoris, ut præfertur, dependentes, & Monasterii hujusmodi etiam postquam Oppidum, ac Terræ, seù Loca hujusmodi à Jurisdictione Abbatis, seù Commendatarii ipsius Monasterii Sancti Salvatoris Apostolica authoritate dismembrata, seù exempta subjacebant, & de præsenti subjacent.* Quæ sanè verba nedùm non important revocationem dismembrationis, sed imò illam supponunt existentem, & in posterum duraturam, eo pacto, quo Pontifici exposita fuerat, ut de se patet.

Ex hoc autem indubitato facto succedit in Jure, quod controversæ Bullæ Urbanæ non revocantes, sed imò præsuppositivè confirmantes antecedentem Gregorianam debeant ad hujusce limites intelligi, & intarpretari, ex relatis per *Rot decis. 211. num. 5. & seqq. par. 6. & decis. 427. num. 29. par. 9. rec.* Ideoque cum ex supra deductis Gregorius XIII. in dicta Bulla dismembrationis præservaverit Abbati Farfensi in Monasteria, & Monacos illam tantùm Superioritatem, & Jurisdictionem, quæ Privilegia exemptionum tribuunt Superioribus Regularibus, illas subiicendo Episcopis Firmanis in iis, quæ pertinent ad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, dicendum est, quod sæcularizato Monasterio Sanctæ Victoriæ, eadem Jurisdictio, quæ competebat Abbati tanquam Superiori Regulari, fuerit eidem concessa in Ecclesiam sæcularizatam, ac Collegiatam, & Canonicos novitèr institutos, cum eadem tamen præservatione immediatæ Jurisdictionis Ordinariæ favore Episcopi quoad Curam Animarum, & Sacramentorum Administrationem; Non repugnantibus generalibus verbis, quibus concepta est potestas tributa Abbati in Collegiatam, quia cum Breve Gregorianum dismembrationis servatum sit illæsum, quæcumque ea sit generalitas, restringi debet juxtà subjectam materiam intra spheram Jurisdictionis Ordinariæ, quam Abbates tanquam inferiores Prælati intra Claustra Monasterii exercere possunt, ut ex prædicta, aliisque rationibus ità in specie hasce Bullas Gregorii XIII. & Urbani VIII. ad concordiam reduxit *clar. mem. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 14. per tot.*

Eoque magis amplexa fuit dicta Interpretatio, quia nullum in Bullis Urbani legitur verbum præseferens subtractionem Populi Sanctæ Victoriæ à Jurisdictione Episcopi Firmani, sed potestas omnis collata in Abbatem
32\. versatur circa ambitum Ecclesiæ Collegiatæ, Canonicos, & Inservientes, quæ non infert Jurisdictionem in Parochiam, & Populum, *ad text. in d. Cap. Per exemptionem de Privileg. in 6.* & ibi *Gloss. Fagnan. in Cap. Cum Cappella num. 16. de Privil. Pignatell. Consult. 8. num. 7. tom. 7. Rot. decis. 233. num. 30. part. 10. & decis. 181. num. 11. Coram Carill. & in Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure 8. Junii 1692. §. Nec concessionem coram Me.*

Sed quatenùs juxtà sensum oppositum amplitudo, ac generalitas verborum, & clausularum, quibus concessa fuit Abbati Farfensi Jurisdictio in Ecclesiam Collegiatam non pateretur limitationẽ circa Jurisdictionem ordinariam de Jure competentem Archiepiscopo Firmano in iis, quæ concernunt Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, adhùc Domini ponderarunt prætensam Jurisdictionis amplitudinem eatenùs fuisse à Papa Urbano concessam, quatenùs eidem suppositum fuerat eandem potestatis plenitudinem præservatam fuisse Abbati in Monasterium, & Monacos in Brevi dismembrationis Gregorii XIII. ut patet ex verbis, ibi: *Et quod sicut accepimus*, quod suppositum cum ex supra probatis sit penitùs erroneum, vel pernecesse
33\. corruere debet tota dispositio super illo fundata *Gemin. Cons. 96. num. 9. Roman. Cons. 180. num. 7. Rot. decis. 32. num. 11. part. 6. & decis. 261. num. 9. part. 7. & decis. 412. num. 2. & 6. part. 12. Buratt. decis. 510. num 7.* vel saltem venit restringenda juxtà mentem concedentis, quæ non fuit indulgendi Abbati plus Juris illo, quod ad ipsum super eadem Ecclesia spectabat de tempore, quo erat Regularis etiam post dismembrationem, per ea, quæ notat *Rot. decis. 159. num. 17. Coram Carill.* & in specie *Card. de Luca dicto disc. 14. num. 5.*

Observantia autem Brevi Gregoriano subsecuta mirificè comprobat illius intellectum à Rota tributum; Doctum quippè fuit ab Eminentissimo Archiepiscopo, quod ejus Antecessores plures fecerint Visitationes dictæ Ecclesiæ Sanctæ Victoriæ de Annis nempè 1583. 1588. 1592. 1597. 1607. 1624. & 1627. Rursùs de interventu in ejus Synodis Diœcesanis Prioris, & Parochorum Curam Animarum exercẽtium, de pluribus approbationibus Parochorum Regulariũ, & Monachorum pro audiẽdis Cõfessionibus Laicorum, Dispensationibus, & licentiis Matrimonialibus, qui actus plenè explicant, & declarant reverà fuisse per Breve dictæ dismembrationis cõcessum Episcopo Fir-

mano eam omnem Jurisdictionem, quæ ex Juris, & Concilii Tridentini dispositione pertinet ad Episcopos in Ecclesiis, & Personis exemptis, ex firmatis per *Rot. decis.* 493. *num.* 4. *par.* 13. *&* *decis.* 48. *num.* 9. *&* 10. *Coram Bichio*, *&* *decis.* 679. *num.* 9. *Coram Buratto*, *&* *in Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. §. *Tale autem Coram bo. mem. Bourlemont.*

Nec prædicta destruuntur, aut offuscantur ex prætensis actibus Jurisdictionalibus per Abbates Farfenses gestis post eandem dismembrationem, nàm Domini dividentes tempora, observarunt, quod ab illo dismembrationis factæ à Gregorio XIII. usque ad alterum Bullæ Urbani VIII. actus expleti ab Abbate sunt pauci in concernentibus Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem comparativè ad eos, quos pacificè gesserunt Archiepiscopi; Imò illud peculiaritèr observatum fuit, quod in unica Synodo Farfensi intra hoc tempus convocata, neque ullus legitur descriptus Parochus Regularis; Hujusmodi proptereà observantia uti proxima dismembrationi venit principalitèr attendenda *Soccin. cons.* 6. *num.* 6. *lib.* 1. *Rota Coram Seraph. decis.* 1410. *num.* 7. *Coram Buratto decis.* 647. *num.* 10. *&* *decis.* 396. *num.* 26. *Coram Bichio*.

Alii actus gesti post Bullam Urbanam quamvis sint in majori numero, verisimilitèr tamen processerunt sub falso supposito, quod scilicèt idem Pontifex Ecclesias Regulares jam separatas à Jurisdictione Abbatis occasione sæcularizationis illas eidem iterum univerit, quod suppositum cum sit omninò insubsistens, corruit totum id, quod in ejus sequelam observatum fuit *l. si Cum te ff. de pact. &* *l. final. ff. de Constit. pecun. Rota decis.* 10. *de Præbend. in antiq. num.* 3. *& decis.* 159. *num.* 20. *Coram Carillo*.

Prætereà ad eosdem actus gestos post Bullam Urbani VIII. & ab Eminentissimo Abbate adductos pro justificanda observantia, generalitèr responsum fuit non esse attendendos, quia, vel dederunt causam liti, de qua supra *num.* 4. *&* 5. vel facti fuerunt pendente lite, aut vigore concordiæ vitalitię initæ intèr Cardinalem Franciscum Barbarinum Abbatem, & Archiepiscopum Cardinalem Gualterium; Vel illos non esse incompatibiles cum gestis ab Archiepiscopis Firmanis pro
34. tempore, proùt sunt Visitationes, quæ etiam in concernentibus Curam Animarum fieri possunt cumulativè ab Episcopo, & à Prælato inferiori juxta communem Canonistarum opinionem, de qua *Fagnan. in Cap. ut Privilegia de Privil. num.* 44. *& in Cap. Quanto num.* 31. *de Offic. ord.* cum pluribus aliis deductis *in dec.* 336. *num.* 1. *cum seqq. Coram Penia*, & firmitèr discursso Articulo *in Toletana Jurisdictionis* 10. *Januarii* 1689. §. *Secundo loco Cum pluribus seqq. Coram Me*, impressa post *Card. de Luc. disc.* 1. *de Jurisdict. juxta Venetam impressionem*. Vel tandem non esse habendos in consideratione in concursu tot aliorum actuum expletorum ab Archiepiscopis suffultis Juris assistentia latè superiùs asserta, ut plenè respondit *Rota in Leodien. Jurisdictionis* 11. *Aprilis* 1698. §. 2. *Coram Me*.

Descendendo post hæc Domini ad examen Ecclesiarum contentarum in Bulla Gregorii XIII. procedentes cum regula generali sta-
35. tuente, quod juxta Juris communis præsumptionem omnes Ecclesiæ censentur Sæculares, & non Regulares *ad text. in Cap. Cum beneficio il* 5. *de Præbend. in* 6. ubi *Barbos. sub num.* 14. *Garz. de Benefic. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 11. *&* 12. *Gonzalez. ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 7. *& num.* 1. *& seqq. Corrad. in prax. Benefic. lib.* 1. *Cap.* 6. *num.* 322. *Rot. decis.* 68. *num.* 1. *&* 2. *Coram Mantic. & decis.* 433. *num.* 18. *Coram Bich. & in Toletana Jurisdictionis super excessibus* 16. *Januarii* 1686. §. *Quibus sic positis Coram bo. mem. Ursino*, *& in eadem Causa super pertinentia Ecclesiarum* 6. *Junii* 1689. §. *His stantibus Coram Me*, impressis post primùm *disc. de Jurisd. Card. de Luca secundum Venetam impressionem*, dixerunt, quod cum usque modo non fuerit per Cardinalem Abbatem probata Regularitas nisi quoad duas Ecclesias tantùm, illam nempè Sanctæ Victoriæ, & alteram Monasterii Sanctæ Catherinæ; Consequens est, ut in omnibus aliis, quas non constat fuisse Regulares de tempore dismembrationis, posse Eminentissimum Archiepiscopum exercere Jurisdictionem ordinariam quoad omnia; In dictis verò duabus procul dubio Regularibus in iis tantùm, quæ pertinent ad Curam Animarum, & Sacramentorum Administrationem.

Parum refragante, quod nonnullæ Ecclesiæ prætendantur dependentes ab Ecclesia S. Victoriæ, quia ultra quod nullo modo in præsenti constat de hujusmodi dependentia, illud removet omnem difficultatem, quod de Jure
36. simplex dependentia unius Ecclesiæ ab altera exempta non facit paritèr illam exemptam, nisi expressè dicatur, *ad text. in Cap. Ex ore*, & ibi *gloss. de Privileg.* ubi exempta Ecclesia, non censentur exemptæ Cappellæ, ex quo inferunt communitèr Doctores, quod exempto capite non præsumuntur exempta membra, & citatis concordantibus tradunt *Cochier. de Jur. ordin. in exemptos par.* 1. *quæst.* 13. *num.* 2. *&* 3. *& part.* 2. *quæst.* 45. *num.* 70. *Fusc. de Visitat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 2. *& seqq. & num.* 15. *Barbos. in Pastor. part.* 13. *alleg.* 75. *num.* 29. *& de Univers. Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 23. Non turbante, quod de annexis idem sit judicium, quia hæc regula non procedit in
37. Privilegiis, illiusque præsertim exemptionum, quæ sunt stricti Juris, neque trahenda de loco ad locum, ut prosequitur *Cochier. in d. cap.* 13. *num.* 3.

num. 3. & latè etiam in specie exornat *Frances de Eccles. Cathedr. Cap.* 16. *num.* 146. 147. *&* *in Cap.* 30. *num.* 152. *&* 154.

Cœterum subdebant Domini, quod ubi etiam dictæ Ecclesiæ probarentur exemptæ, adhùc Eminentissimus Abbas evitare nequit, quin Episcopus illas visitet quoad omnia Jurisdictione delegata; Cum enim in eis non vigeat Regularis observantia, sed omnes deserviantur à Presbyteris Sæcularibus, intrat dispositio Sac. Concilii Tridentini *in sess.* 7. *Cap.* 8. *de reformat.* statuentes Ecclesias Sæculares exemptas, sivè Curatas, sivè non, visitari posse ab Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, & plenè tradunt *Barbos. ibi nu.* 2. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *Cap.* 14. *num.* 19. *de Offic. & Potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 74. *nu.* 11. *Fagnan. in Cap. Grave de Offic. Ordin. num.* 11. *& in Cap. Cum dilectus de Relig. Domib. num.* 41. *& num.* 43. *ad* 46. *Pignattell. tom.* 2. *Consult. cons.* 26. *num.* 28. *& num.* 36. 37. *&* 38. *Rot. decis.* 207. *nu.* 1. *&* 4. *par.* 2. *divers. & decis.* 396. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *& decis.* 493. *num.* 1. *&* 5. *& decis.* 501. *nu.* 2. *par.* 2. *recent. Roxas dec.* 218. *& decis.* 10. *num.* 26. *&* 27. *par.* 13. *Othobon. decis.* 82. *num.* 11. *&* 16. *Merlin. decis.* 101. *num.* 7. *& in Vicen. Jurisdictionis* 28. *Aprilis, &* 16. *Junii* 1688. *Coram bo. mem. Emerix.* Et quidem non solùm quoad Curam Animarum tantùm, si essent Parochiales, sed quoad omnia ad differentiam Ecclesiarum Regularium, quibus imminet Cura Animarum, quæ nonnisi in pertinentibus ad Curam, & Sacramentorum Administrationem visitari possunt *ex d. Cap.* 11. *sess.* 26. *de Regularib.* ut tradit assignando rationem discriminis *Fagnan. in d. Cap. Cum dilectus de Relig. Domib. n.* 41. *in fine, & à n.* 43. *&* 46.

Et ità utraquè &c.

R. P. D. MOLINES DEC.

Hispalen. Visitationis Ven. 30. *Aprilis* 1700.

ARGUMENTUM.

Episcopus, an & quando possit cogere Capitulum ad deferendos libros administrationis plurium Cappellarum ad Palatium Episcopale, nec dictus Episcopus teneatur accedere occasione revidendæ administrationis ad Aulam Capitularem in visitatione.

SUMMARIUM.

1. *Declarationes Sac. Congregationis Concilii, solet Rota reverenter amplecti.*
2. *Judex delegatus debet servare adunguem formam commissionis.*
3. *Interpretatio fieri debet in ambiguis, secùs in claris.*
4. *Locus, ubi fieri debet redditio rationis, est arbitrarius Judici.*
5. *Administrator debet accedere ad Domum ejus, cui reddenda est ratio.*
6. *Ratio reddenda est in loco administrationis.*
7. *Limitatur Conclusio ex qualitate Personæ, & ex arbitrio Judicis.*
8. *Episcopi tenent locum Apostolorum, quibus successerunt.*
9. *Canonici unum corpus constituunt cum Episcopo, & dicuntur ejus fratres.*
10. *Canonici tenentur accedere ad Palatium Episcopi, qui dicitur caput.*
11. *Episcopus tãquam superior habet potestatem ordinariam, & delegatam vigore Sac. Conc. Trid.*
12. *Judex dispurgare debet administrationes more majorum, & salva majestate imperii sui.*
13. *Si Episcopus accederet ad aulã capitularẽ, cogeretur jus dicere more inferiorũ potiùs quã majorũ.*
14. *Utilitas publica est præferenda privatæ.*
15. *Episcopus debet habere proprium Tribunal.*
16. *Diœceses fuerunt divisæ à Papa Dionysio.*
17. *Episcopus potest erigere Tribunal in quacumque parte Diœcesis sibi benevisa, vel plura Tribunalia pro Causis decidendis.*
18. *Episcopus potest erigere Tribunal etiam in propria Camera.*
19. *Episcopus ubi Diœcesis est ampla, an, & quando teneatur sinè incommodo subditorum, delegare alium Judicem, qui accedat ad locũ differentiæ.*
20. *Episcopus quomodo procedere debet in Causis Capitularium.*
21. *Argumentum ductum à majori ad minus valet.*
22. *Rationes Locorum Piorum reddendæ sunt in Palatio Episcopi, ubi deferri debent libri.*
23. *Differentia est inter Visitatores subalternos deputatos, & ipsum Episcopum ex propria Persona visitantem.*
24. *Forma diversa explendæ visitationis localis, & personalis fieri debet, quando visitat Episcopus, & quando deputat Visitatores.*
25. *Episcopus nõ debet magno incõmodo affici in Visitatione, & potest in certo loco cõvocare Clericos.*
26. *Observantia proxima legi editæ multùm attenditur pro illius interpretatione.*
27. *Promissio referri debet ad verisimilia, non autem ad inverisimile.*
28. *Derogationes generales non sufficiunt, quando agitur de derogãdo Constitutionibus Cõciliaribus.*
29. *Actus particulares inducunt specificam consuetudinem in loco attendendam.*
30. *Locus particularis recognosci non potest sinè personali accessu.*
31. *Visitatio localis, & Visitatio formalis differunt inter se.*
32. *Observantiæ aliarum Ecclesiarum, & Diœcesum, multum deservit, ut idem observetur in loco contentionis.*
33. *Epistola particularis contra tertium non probat.*
34. *Episcopus sibi soli præjudicat, si juri suo renunciat.*
35. *Episcopus dicitur Custos Sacrorum Canonum.*
36. *Scripturæ recognosci debent in Archivio,* quan-

quando possunt deperdi.
37. *Text. in c. accepimus de Fid. Instur. declaratur.*
38. *Documenta Originalia exhibẽda sunt in manibus Judicis.*

DECISIO XI.

ANtiquæ, acerrimæque contentiones intèr Reverendissimum Archiepiscopum, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Hispalen. vertentes in Sacris Concilii, & Rituum Congregationibus, ac in nostro Auditorio, præviâ ab hisce judicibus avocatione delegatæ fuerunt geminis particularibus Congregationibus, quarum primam conflatam ex quinque S. R. E. Cardinalibus deputaverat fa: mem: Alexander VIII. ad effectum tamen illas amicabilitèr componendi; Alteram verò trium Cardinalium totidemque Prælatorum præfecerat Sanctissimus Dominus noster Innocentius XII. demandando expeditam illarum definitionem juxtà Juris Tramites, sed quamvis relati Arbitratores Judicesve vel respondendo, proùt de Jure, vel Partes adducendo ad concordiam plures earundem controversiarum absolvissent, cum tamèn pleræque indecisæ remanserint, & super modo exequendi jam resolutas, graves irrepserint discordiæ: Hac de re idem Sanctissimus Dominus Noster prospiciens paterno zelo frustratam remansisse conceptam spem sedandi opportuna cum celeritate tot jurgia inter Caput, & membra Ecclesiæ adeò insignis tamdiù effervescentia, opere pretium duxit mediante nova avocatione omnium prædictarum controversiarum à quibuscumque Judicibus, & Congregationibus, eas definiendas tradere huic Sacro Tribunali in statu, & terminis quoad illas, quæ ante hujusce Commissionis Signaturam pendebant in Sacra Rota, quo verò ad alias in quibuscumque Congregationibus vigentes mihi tanquam Decano direxit commissionem cum facultate easdem Causas dividendi earumdemque ponentias inter Coadiutores distribuendi, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, recursu, & restitutione in integrum penitùs remotis, præcedentibus tamen duabus Decisionibus, ac suffragantibus omnibus etiam Auditore proponente.

Quamobrem in sequelam talis commissionis ea, qua datum est celeritate, resecato priùs ingenti dubiorum numero, plura in unum præstringere, illaque subindè intèr Coauditores juxtà opportunitatem distribuere curavi, quibus sic compositis singulorum propositionem omni postposita mora in separatis audientiis fieri demandavimus. Cumque inter alia dubia mihi reservata alterum esset.

An Archiepiscopus occasione visitationis, eaque durante, possit cogere Officiales Capituli ad exhibendum eidem Archiepiscopo in ejus mansionibus Archiepiscopalibus libros originales continentes fundationes Beneficiorum, eorumque dotationes, necnon libros exitus, & introitus Ecclesiæ Cathedralis, vel potiùs accedere teneatur pro illis inspiciendis, ac perscrutandis ad locum, seù loca in quibus illa asservantur, vel ad aulam Capitularem illis contiguam, vel ad alium similem locum commodum, & decentem: Et itidem libros originales administrationis Decimarum, Fabricæ, Anniversariorum, memoriarum Defunctorum, & similium, & an libros Confraternitatum erectarum in Ecclesia Cathedrali. Et in hodierna audientia proposito, conclusum fuit: *Archiepiscopum cogere posse juxtà sequentem modum* videlicèt, *quod ipse juxtà exigentiam Visitationis jam inceptæ possit in quocumque casu particulari demandare asportationem librorum ad ejus Palatium, quo casu particulari non expleto, cogere nequeat Capitulum ad exhibitionem aliorum librorum ad alios casus pertinentium.*

Præbuit motivum huic resolutioni duplex individuale, ac specificum Sac. Congregationis Concilii decretum, alterum 18. Augusti 1696. generalitèr demandans dictam librorum exhibitionem juxtà Visitationis exigentiam; Alterum verò 17. Augusti anni sequentis præcipiens trasportationem librorum concernentium administrationem Cappellaniarum Card. Tavera, quas Dominus Archiepiscopus visitandas susceperat quibus stantibus decretis in judicatum transactis, & præsentem articulum specialitèr dirimentibus, nil aliud in hac re nobis agendum superesse visum est, quam placitis hujusmodi reverentèr susceptis simplex confirmationis robur adiicere juxtà solitum inveteratum nostri Tribunalis, de quo in *decis.* 479. *num.* 3. *coram Buratt. & decis.* 60. *num.* 4. *coram Cels. & in recent. decis.* 279. *num.* 2. *par.* 18. eâque utpotè à Partibus acceptatâ, & in judicatum transactâ ampliùs non refricare, *ne in infinitum Causæ retractentur, & sopita jam negocia*
1. *per hujusmodi viam iterùm aperiantur* sunt verba nostri Imperatoris *in l. final. C. de fid. Instrumentorum in fine cap. cum inter de re judicat. Roman. Cons.* 41, *num.* 3. *Rota coram Coccin. decis.* 660. *num.* 28. *Prioi. dec.* 269. *nu.* 7. *& in Romana Locationis* 21. *Junii* 1688. §. *Quoniam in fine, & §. fin. coram clar. m. Card. Caccia* cum aliis relatis *in Romana Pecuniaria* 11. *Januarii elapsi* §. *Ultra quod, & in Confirmatoria* 17. *Maii sequentis* §. *Attamen coram Me.*

Nec ultima harum causarum commissio mihi directa viam aperuit controversias jam peremptas iterùm revidendi: Quoniam per oppositum illa restricta dignoscitur ad causas non adhuc per ullos ex præmemoratis Judicibus resolutas ibi: *Hinc Oratores prædicti humilitèr supplicant Sanctitatem Vestram, quatenùs dignetur Lites, & Controversias quascumque inter D. Archiepiscopum, dictosq. Oratores quavis de causa, & occasione hucusque motas tantùm, &* inde-

indecisas pendentes à dicta Congregatione particulari avocare &c. quapropter cum præter reverentiam, ne Oracula Sac. Congregationis revideantur, obicem præstiterit defectus Jurisdictionis illa iterum examinandi, utique certum est nullas in hac re esse posse partes nostras, quàm Decreta jam emanata celeri exequutione ad effectum perducere, ne aliàs egredi
2. videremur cancellos nostræ commissionis, quã ad unguem servare debet Judex Delegatus ad *Text. in cap. cum dilectus 22. de rescript. cap. cum olim 32. de Offic. & Potestat. Judic. Delegat. Gonzales in cap. significasti 36. num. 8. de rescript. & in cap. 1. de Offic. & Potest. Judic. Delegat. Rota coram Verall. decis.* 153. & punctualitèr in simili casu dixit *in Romana Assentistatus 19. Novembris 1698. §. Fundamentum coram Me.*

Ob idque Defensores Capituli satis benè intelligentes nostram Jurisdictionem extendi non posse ad subiiciendum iterato examini controversias jam decisas, insinuabant in eorum responsionibus præfatam Sac. Congregationis resolutionem editam 18. Augusti 1696. involvere dubietatem, quoad intelligentiam illorum verborum: *juxtà exigentiam visitationis*: dum Archiepiscopus ea sic interpretabatur, ut generalitèr, & omni vice, qua ipse visitandam suscipere aliquam particularem Administrationem gestam à Capitularibus, eos adstringere posset ad exhibẽdos in suo Palatio Libros illam concernentes. Contendente è contra Capitulo hujusmodi librorum recognitionem faciendam esse per eundem Archiepiscopum in Aula capitulari, cum eo tamen moderamine, & temperamento, ut si aliqua in eorundem librorum recognitione emergeret difficultas, quæ altiorem, longioremque exposceret indagationem, tunc solùm teneri, & obligatos esse Capitulares ad nutum Domini Archiepiscopi Libros originales ad ejus Palatium deferre, ut mediatè exortas difficultates discutere, & evacuare possit.

Qua de re iidem Defensores Capituli nostram Jurisdictionem optimè versari posse contendebant in interpretando equivocum, & ambiguum modum loquendi Sacræ Congregationis in illis verbis *juxtà exigentiam Visitationis*, ad effectum statuendi certam regulam, qua in futurum prædicta Sacræ Congregationis resolutio executioni demandari debeat. Hancque ob Causam maximè expedire subjungebant Justitiam dicti Decreti in puncto Juris ad novum examen revocare, ut indè Sacrum Tribunal assequi valeat lumen clarum, an illud latè juxtà sensum Archiepiscopi, seù veriùs strictè ad mentem Capituli sit interpretandum.

Domini tamen perscrutata mente Sacræ Congregationis, examinatisque Juris rationibus, quæ hinc indè afferebantur, crediderunt, illis magis consonam esse interpretationem expositam ab Archiepiscopo, quam alteram à Capitulo excogitatam. Et incipiendo ab indagatione mentis Sacræ Congregationis, quod revera per dicta verba *juxtà exingentiam Visitationis*, intellexerit, ut in quacumque visitatione particularium administrationum possit Archiepiscopus, si necessarium judicaverit, cogere Capitulum, vel Administratores ad asportandum Libros in illius Palatium, & non in eo tantùm casu, quo visis prius per eundem Archiepiscopum dictis libris in Archivio, vel Aula capitulari exoriretur gravis difficultas discutienda cum aliquo temporis intervallo, manifestè depræhenditur ex secundo Decreto edito die 17. Agusti 1697. nam cum reluctante Capitulo documenta fundationis Cappellaniarum Cardinalis Tavera exhibere in principio, quo illas visitandas susceperat, cum fundamento, quod adhuc factus non esset locus illorum exigentiæ, Sacra Congregatio specificè ab Archiepiscopo consulta, num in illo Casu Capitulum teneretur ad absolutam librorum transportationem enarrato dicto prætextu, quo eorumdem exhibitionem evadere satagebat, respondisset *affirmativè*: novum hoc rescriptum nullum dubitandi locum reliquit, quin juxta mentem Sac. Congregationis Capitulares obstricti fuerint in quolibet initio particularis visitationis administrationum ad arbitrium Archiepiscopi Libros illas respicientes ad ejus Palatium deferre, absque obligatione accedendi priùs ad Aulam Capitularem, vel alium locum ad effectum revidendi libros; Itaùt cum mens ejusdem Sac. Congregationis satis interpretata, ac declarata remanserit mediante hoc secudo ejus decreto ulteriori non eget in-
3. terpretatione, ad quam solùm deveniendum est in ambiguis, secus verò quando versamur in claris, *l. ille aut ille ff. de legat. 3. l. continuus §. Cum quis ff. de verb. obligation.*, cum aliis vulgatis *in Bononien. Evictionis prima Martii 1697. §. Non refragante responsione coram Me.*

Hinc propterea superfluum apparuit ad effectum interpretandi præfatas S. Congreg resolutiones adeò claras recurrere adeò examen illarum Justitiæ. Ex abundanti tamen degustatis meritis articuli compertum habuerunt Domini controversa Decreta subnixa esse dispositioni Joris Civilis, Canonici, & Sac. Concilii Tridentini; de Jure enim civili remittitur arbitrio
4. Judicis electio loci, in quo rationes reddi debent ad *Text. in l. tales conditiones §. Prifros ff. de condit., & demonstat.* ubi Scevola postquam refert Prisci J. C. responsum, quod statu Liber rationem reddere non debeat io loco, ubi Pater familias decessit, sed accedere tenetur ad locum ubi moram trahit is, cui ratio reddenda est, si Reipublicæ causa abesset, subdit: *verissimum autem esse, ut aliàs aliud ex persona, locoque sit æstimandum*, quem *Textum Accursius in verb. æstimando* sic interpretatur, ut quamvis Prisci opinionem approbet Sceuola, quod Admini-

stra-

strator adire debeat locum ubi moratur Patronus, si abesset ex Causa Reipublicæ, id tamen intelligendum esse cœteris paribus, sed quandò Patronus esset persona illustris, vel aliqua dignitate decoratus, tunc Administrator com-
5. pellendus est pergere in Domum ejus, cui ratio reddenda est, etiamsi esset absens, nec quidem ex causa Reipublicæ ibi: *Arbitrio Judicis, qui dicet statu liberum venire ad Patronum si est Nobilis, & magna Persona Patroni, vel est à remotis licèt non absit causa Reipublicæ*. Undè inferunt communitèr Scribentes, quod licèt regularitèr administrationis ratio præstari debeat
6. in loco administrationis *l. Prætor ait ff. de edend.* concurrente tamen qualitate Illustris Personæ in eo, cui reddendæ sunt, tunc arbitrio Judicis remittitur ęstimare, ac decernere, an congruum sit Administratorem ad Domum il-
7. lius Magnatis pro reddenda ratione accedere, ut benè ibi explicat *Bart.* dicens, *statu liber debet rationem reddere, ubi Judici videtur*, & concordat *Castrens. num. 2. & ex Recentioribus* tradunt *Menoch. de arbitrar. cas. 468. n. 1. Octalor. de Nobilitate par. 5. cap. ult. num. 16. Escobar. de ratiociniis cap. 7. num. 2. cum seqq.*

Repositâ autem in arbitrio Judicis destinatione loci, in quo administrationum rationes reddi debent, spectata qualitate, tàm eorum, qui illas præstare, quàm aliorum, qui eas suscipere tenentur, in præsenti casu nullum certè rectum, Sapiens Judicantis arbitrium existimabit, quod Episcopi locum Apostolorum tenen-
8. tes *cap. quoniam vices distinct. 68. cap. in novo distinct. 21. & quorum honor, ac sublimitas nullis potest comparationibus adæquari*, ut inquit *Ambros. de Dignit. Sacerd. cap. 2.* relatus à *Gelesio in cap. Duo sunt 96. distinct.* subiici debeant ad suscipiendas rationes à particularibus Canonicis in Archivio, ubi rationum Codices asservantur, sed omne sanum æquitatis, & congruentiæ dictamen fugerit par esse, ut ipsi Capitulares Administratores opportunis documentis, rationumque libris in unum collectis accedant ad Episcopum, in suisque mansionibus propriæ villicationis præstent rationem. Et si enim inficiari nequeat Canonicos Ecclesiæ Cathedralis
9. multis decorari prærogativis, dum ipsi unum Corpus constituunt cum Episcopo, *cap. novit de his, quæ fiunt à Prælatis* & Fratres Episcopi nuncupantur in *cap. quanto eodem tit.* Ecclesiæque Senatum componunt, ut ait *Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat.* fateri tamen oportet hujus Corporis caput, hujusce Senatus Principem, seù Præsidem esse Episcopum, ideoque quantùm Caput membris quantùmque Princeps Senatoribus, & Consiliariis præstantior est, tantùm Episcopi Canonicos antecellunt,
10. nullo igitur Jure tàm sublimis Dignitas arctari debet ad suscipiendas redditiones rationis gestas ab ejus Fratribus, & Consiliariis alibi, quàm in proprio ejus Palatio, ne Archiepiscopo imminuatur is honor, qui ejus Dignitati, Ordini, & Gravitati par est, contra præceptum Sacrosanctæ Tridentinæ Synodus *sess. 25. de reformat. cap. 6. vers. Episcopus præterea, & in cap. 17. vers. Quare*.

Præmissum porrò assumptum si procedit in hypothesi redditionis rationis è Liberto Administratore reddendæ Patrono Nobili, ac Magnati; nullam ceteroquin habenti Judiciariam potestatem ad terminos *d. Text. in l. tales conditiones §. Priscus ff. de condit. & demonstrat.* quantò magis obtinere debent in pręsenti themate in quo Archiepiscopus suscipere tenetur hujusmodi redditiones rationis tanquam superior fretus nedùm potestate ordinaria, sed etiàm delegata Sedis Apostolicæ in vim dispositionis *Sac. Tri-*
11. *dentinę Synod. in sess. 22. c. 8. de reform.* & cum facultate puniẽdi Administratores quatenus administratione malè versati fuerint, ut in puncto ex pluribus probat *Saravia de Adiunct. c. 24. n. 20.* dubio procul enim in hisce Terminis; Attento etiam Jure civili, concludendum est, quòd Judex
12. hujusmodi Administrationes dispungere super eisque Jus dicere debeat more majorum, & salva majestate sui Imperii, ut inquit *Paul. in l. penul. ff. de Just. & Jur.* ibi, *Quem locum determinare hoc modo possumus, ut ubicumque Prætor salva Majestate Imperii sui, salvoque more majorum Jus dicere constituit, is locus rectè Jus appelletur* quomodò autem dici potest, quod Episcopus more majorum se gerat, valeatque sui Imperii majestatem salvare, quatenùs ad recipiendas redditiones rationis præstandas à Canonicis ejus subditis accedere in eorum Archivium, ibique Jus reddere cogeretur hac sanè for-
13. ma potiùs cognosceret more inferiorum, quam majorum, ut in simili ait *Hostien. in Summa tit. de feud. §. Apud quam n. 13.* ubi *quod si Curia deberet audire ad locum delicti, non judicaret more majorum, sed more Inferiorum*, ut optimè *Rotæ decis. 537. num. 5. par. 4. tom. 3. rec. ubi quod salva non esset majestas Episcopi si teneretur in loco subditi jus dicere*.

Advertendo signantèr, quod hujusmodi administrationum visitatio expleri nequit brevi temporis intervallo, sed exigit spatium plurium dierum, ac forsàn mensium, dùm tota versatur in recognoscendo multiplices piorum operum fundationes, augumentum & progressum, plures involutas computorum dispunctiones, cœteraque alia in similibus indaganda, quæ, ut notissimum est, requirunt attentam, ac seriam plurium rerum perquisitionem: nullum propterea regulare, ac prudens Judicis arbitrium existimabit, quod Archiepiscopus adstringendus sit ad accedendum semel, vel bis in diem, seù hebdomadam in Archivium Capituli ad explendum cum temporis angustia actus hujusmodi manualis, & improbi laboris, quandò aliàs exhibitis libris in Palatio Archiepiscopali datum est eidem Archiepiscpo hisce negotiis sta-

tis

tis horis incumbere absque notabili ejus incom-
modo , & quod magis interest , sine tanta pro-
fusione temporis adeò necessarii amplæ Diœce-
sis Pastori, ut tot aliis negotiis, quibus premitur
Archiepiscopalis Dignitas præesse valeat, quod
solum motivum læsionis publicæ utilitatis exu-
berat de jure , ut Dominus , qui in Reipublicæ
negotiis est intricatus , compellendus non sit
locum administrationis adire pro ratione reci-
pienda , dùm publica utilitas non solùm pri-
14. vatæ , sed etiam Regiæ commoditati est præ-
ferenda , ut ommissis generalibus adornatum
Text. in d. l. tales conditiones §. Priscus ff. de con-
dit. , & demonstrat ratiocinatur Excobar. de ra-
tiocin. d. cap. 7. num. 2. post med.

Id autem , quod juris civilis dispositio com-
mittit Judicis arbitrio; Sanctiones Canonicæ re-
ponere videntur in absoluta Episcoporum po-
testate. Neminem enim latet Episcopos eo tem-
pore , quo cæperunt judiciariam potestatem in
Ecclesias , & Ecclesiasticos exercere proprium ,
in quo jus dicerent ex Apostolorum institutio-
15. ne , erexisse Tribunal , ut ex Testimonio Car-
din. Baron. anno 57. num. 24. 25. & 27. probat
Francesc. de Eccles. Cathed. cap. 2. num. 108. fa-
ctaque subindè divisione Diœcesum à Sancto
16. Dionysio , ut patet ex cap. Ecclesias 13. quæst. 1.
glos. in cap. nec num. 10. quæst. 3. Glosa in cap. 1.
dist. 99. verb. ante Christi adventum cap. pastora-
lis 9. de his , quæ fiunt à Prælatis sine consensu Ca-
pituli. Barbosa de Offic. , & potest. Episcopi par. 1.
tit. 1. cap. 7. num. 7. Card. de Luc. de Jurisdict.
disc. 1. n. 3. Rota coram Coccino decis. 665. nu. 18.
nemo ausus est contendere , quin Episcopi ha-
bentes Jurisdictionem Ordinariam in tota eo-
17. tum Diœcesi erigere possint unum , vel plura
Tribunalia in locis sibi benevisis ad reddendum
jus in causis , & controversiis ipsorum forum
concernentibus adeoùt Bonifacius Octavus in
cap. 7. de Offic. Ordin. supposuerit veluti rem
indubiam, ac certam, quòd Episcopi tali gaude-
rent prærogativâ ibi : Cum Episcopus in tota sua
Diœcesi Jurisdictionem Ordinariam noscatur habe-
re , dubium non existit quin in quolibet loco ipsius
Diœcesis non exempto per se , vel per alium possit
pro Tribunali sedere , Causas ad Ecclesiasticum fo-
rum spectantes audire personas Ecclesiasticas , cum
earũ excessus exegerint capere, ac carceri deputare,
necnon , & cætera , quæ ad ipsius spectant Officium
solvere , & exercere , & benè explicat Gloss. in
verba loco, & ibi Archidiaconus num. 2. Anchar.
num. 1. Butr. num. 2. Barbos. nu. 2. P. Passerin.
nu. 1. cum seqq. Barbos. in Pastor. alleg. 80. per
tot. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 29. num. 114. ,
& latè Thomasin. de Benef. par. 2. lib. 3. cap. 112.
num. 7. §. Non abs re forsan Rot. decis. 537. n. 9.
par. 4. tom. 3. recen. & decis. 58. num. 1. coram
Carillo .

Si igitur juxta Sacrorum Canonum disposi-
tionem stat in absoluta potestate Episcopi eli-
gere locum sibi benevisum in sua Diœcesi ad
exercendam quamlibet ejus Jurisdictionem ,
immeritò eidem denegatur liberum arbitrium
18. recipiendi redditionem rationis , super eaque
jus dicendi in ejus Palatio ; & in specie , quòd
Episcopus constituere possit Tribunal in pro-
pria Camera tradunt Francus in d. cap. 7. de
Offic. Ord. in 6. P. Passerinus ibidem num. 7. Ber-
racchin. de Episc. lib. 4. num. 70. & 71. Rot.
decis. 1700. num. 3. Coram Coccin. d. decis. 58.
num. 1. Coram Carillo , etiamsi aliàs litigantes
magnum paterentur incommodum , est quip-
pè adeò absoluta , & plenaria talis Episcopo-
rum potestas jus dicendi , ubi eis libet in suis
Diœcesibus , ut licèt aliqui non obscuri nomi-
nis Canonistæ scripsissent , quòd ubi Diœcesis
19. est ampla Episcopus cogere nequeat subdi-
tos ad litigandum in loco longinquo , sed te-
neatur, vel ipse accedere, ubi vertitur litigium,
vel alium delegare , talis tamen opinio in stri-
cta Juris censura communitèr reprobatur ,
eamquæ ad summum procedere posse ex æqui-
tate , quandò causa est modica , & locus valdè
distat , ut post Abb. in Cap. sanè num. 3. de for.
compet. & in Cap. dilectus num. 4. de rescript.
tradunt Barbos. d. alleg. 80. num. 5. Passarin.
ubi supra num. 10. Rota decis. 297. num. 7. par. 2.
divers. & discusso articulo decis. 537. num. 9.
Cum seqq. par. 4. tom. 3. recent.

Magis tamen expressè hanc contoversiam
dirimere videtur Sac. Concilium Trid. sess. 25.
Cap. 6. de reform. ubi decernitur , quòd Epis-
20. copus , vel ejus Vicarius procedere teneatur
in Causis Capitularium de consilio , & assensu
duorum Canonicorum coram Notario ipsius
Episcopi , & in ejus Domo , aut consueto Tri-
bunali , & plenè explicant Antonell. de loc. le-
gal. lib. 2. Cap. 1. num. 47. & seqq. Rot. dec. 1700.
num. 1. & sequen. Coram Coccin. & d. decis. 537.
num. 13. 16. & 17. par. 4. rec. & d. decis. 58.
Coram Carillo . Si ergò in aliis gravioribus
Causis Canonicorum jubet Concilium , ut
Episcopus judicet in proprio Palatio , quantò
fortiùs , & ex ejus mente id indulgendum vi-
detur in redditione rationis tàm minoris pon-
21. deris , & relevantiæ , argumento ducto à ma-
jori ad minus , quod in jure validissimum est
Dec. cons. 76. num. 3. Rota decis. 468. num. 4.
par. 13. recen. & in Romana Multipliciorum 25.
Junii præteriti §. Consonat in fin. Coram Me .

Ex quibus rationibus pluries consulta Sac.
Congregatio Concilii super articulo , de quo
modo disceptatur , semper rescripsit redditio-
nes rationum præstandas esse à locorum pio-
rum administratoribus in Palatio Archiepis-
22. copali , ibique in hanc Causam deferendos
esse libros rationis , & signantèr in una Calagu-
ritana 17. Aprilis 1638. & in alia Cremonen.
11. Aprilis 1609. & in Valentina 11. Maii
1627. datis in Summario Archiepiscopi num. 7.
8. & 9. Et hanc esse inconcussam opinionem
Sacræ Congregationis pluribus aliis relatis re-
solu-

solutionibus testantur, & tenent *Fagnan. in Cap. ad haec num. 33. 34. 36. & 37. de relig. dom. Pignatell. consult. 17. num. 10. & seqq. tom. 8. & Consult. 152. num. 21. tom. 9. Crispin. in tract. della Visita Pastorale par. 2. §. 28. nu. 7. & seqq. Card. de Luc. de jurisd. disc. 42. num. 7.*

Constabilito bono jure Archiepiscopi circa obligationem Capituli deferendi libros rationum reddendarum in Palatium ex utriusque juris civilis, & Canonici sanctionibus, dispositione Sacri Concilii Tridentini, & Eminentissimorum Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum sententia, nullatenùs officere visae fuerunt consuetudo particularis Ecclesiae Hispalen. & Constitutiones Synodales aeditae anno 1585. à clar. mem. Cardinalis de Castro confirmatae à san. mem. Sixto V. nàm quatenùs attinet ad hujusmodi Constitutiones Synodales, observatum fuit, praeceptum ibidem contentum recipiendi computa administrationum in ipsis Ecclesiis injunctum fuisse Visitatoribus subalternis ab Episcopo deputandis, ac proindè afficere nequit Archiepiscopum per se
23. ipsum visitantem; Maximum enim intercedit discrimen inter Visitatores subalternos, & Episcopum visitantem per seipsum, illi enim uti Ecclesiastici inferioris notae sine ullo eorum dedecore, & notabili incommodo recipere possunt redditiones rationis in Ecclesiis, è contra Episcopus in sublimi constitutus dignitate, & tot aliis Pastoralibus sollicitudinibus pressus salvare nequit majestatem suae Dignitatis, neque tot aliis negotiis incumbere, quatenùs cogeretur replicatis vicibus accedere ad Aulam Capitularem, sivè Archivium pro revidendis computis. Atque omnibus notum
24. est ob dictam disparitatem inter Episcopum visitantem per se ipsum, & particulares Visitatores per eundem deputatos longè diversam praescribi formam explendae visitationis tàm localis, quàm personalis, ut depraehenditur ex Caeremoniali Romano, & tradit *Gavant. in praxi compendiaria visitationis personalis*.

Et quamvis in quadam instructione particulari, quam edidit Cardinalis de Castro, & observari praecepit à Subalternis Visitatoribus, ob idque in ipsis Constitutionibus Synodalibus insertam, repetitum legatur idem praeceptum suscipiendi computa in Ecclesiis, atque in dictae instructionis proemio idem Cardinalis per se ipsum visitaturus eam observare promiserit; Nihilominùs quia tàm in dicta instructione Cardinalis de Castro, quàm in aliis successivis Archiepiscoporum Guevara, & Spinola, continetur expressè limitatio in casu incommodi ibi. *Li dd. conti si pigliono dentro delle dette Chiese, eccetto se per grande incommodità non si potessero fare*: Si ergò etiam Visitatoribus subalternis in casu, quo ipsi non possent revidere computa absque magno incommodo, tributa fuit potestas demandandi transportationem librorum extra Ecclesiam, multò magis privilegium hoc suffragari debat ipsis Archiepiscopis, imò cum notabili discrimine in ordine ad considerationem incommodi, dum modicum respectu subalterni Visitatoris erit maximum respectu Archiepiscopi; Qua de re cùm ex supra deductis inficiari nequeat maximum esse Archiepiscopi incommodum, quatenùs teneretur se transferre ad Archivium ad evolvendos libros tot administrationum, procul dubio versamur, in casu exceptionis, & limitationis earundem instructionum, & optimè in specie aptatur censura *text. in Cap.*
25. *Romana de Censibus*, ubi Alexander Tertius Archiepiscopum visitantem suam Provinciam monet, quòd si commodè, & sine difficultate accedere ad unam quamque Ecclesiam non poterit, de pluribus locis ad unum congruum Clericos, & Laicos studeat convocare, ne in illis visitatio postponatur, undè manifestum est, quod in visitationibus spectari debeat, nè Episcopi magno, & exorbitanti afficiantur incommodo, ut plenè tradunt *Ventrigl. de Jurisd. Archiep. Cap. 68. num. 1. & 3. Pavin. de visit. quaest. 6. num. 12. & 13. par. 1.*

Praetereà indagatâ per Dominos observan-
26. tiâ sequutâ de tempore ipsiusmet Cardinalis de Castro, qua melior dari nequit interpres instructionis per eum editae, ac promissionis illam observandi ad *text. in l. non ambigitur ff. de legibus Rota cor. fa. mem. Alex. VIII. decis. 161. num. 11. Ubald. decis. 14. num. 18. & in recent. decis. 48. num. 23. par. 13.* compertum habuerunt quòd duobus annis post dictae instructionis publicationem idem Cardinalis demandavit injungi Cappellanis, & Beneficiatis Ecclesiae Cathedralis ad asportandos libros fundationum, & dotationum Cappellaniarum in ejus Palatium, ut ibi eos cognoscere posset pro suscipienda redditione rationis, *Summar. Archiepiscopi num. 16.* ex quo facto evincitur mentem Archiepiscopi de Castro per dictam promissionem fuisse se obligandi ad observandum alia capita, quae continentur in eadem instructione, & non etiàm illud, in quo praescribitur inferioribus Visitatoribus dispungere computa in Ecclesiis visitandis; Ea quidem ratione, quia redditur inverisimile Archiepiscopum voluisse se, suosque successores obstringere ad explendos actus, qui detraherent decori, ac majestati dignitatis Archiepiscopalis, derogando in hac parte omnium jurium dispositionibus generalitèr Episcopos ab hujusmodi incommodo, vel servitute eximentibus Ideòque si dicta promissio praefatam instructionem observandi optimè referri valet ad quamplurimas alias ejus partes, nullam praeseferen-
27. tes inversimilitudinem, & incongruitatem, ad ea tantum sunt applicanda, & non itidem ad alia inversimilia decori, ac dignitati promittentis non satis conformia, per ea, quae tradunt

dunt *Rovin. cons. 123. num. 12. lib. 3. Alex.*
cons.81. num. 11. Rota Coram Ludovis. dec.384.
num. 2. decis. 536. num. 81. par. 14. rec. Ma-
ximè quia generalitèr intellecta promissio
ultra inverisimilitudinem induceret Juris com-
28. munis, & Sac. Concilii derogationem, quæ
non præsumitur, & nunquàm facta censetur,
nisi concurrentibus verbis expressis, genera-
libus nequaquàm sufficientibus, *Lotter. de re-*
benef. lib. 1. quæst. 7. num. 36. Amostaz. de caus.
piis lib. 5. Cap. 11. num. 10. & lato calamo *Pas-*
serin. super 6. in Cap. licet de Constit. num. 317.
Cum seqq. Rota decis. 302. num. 12. & 13. par. 9.
recent.

Quo verò spectat ad consuetudinem Eccle-
siæ Hispalen. hæc favet D. Archiepiscopo;
Nam Cardinalis de Castro, & Archiepiscopi
successores demandarunt Officialibus Capituli
Librorum asportationem in Palatium *Summa-*
rio Archiepiscopi num. 13. litt. C. & eodem Sum-
mar. num. 16. qui porrò actus, utpotè incon-
29. troversi, ac pacifici inducunt consuetudinem
specificam, & individualem Ecclesiæ Hispalen.
omninò attendendam, *Rota decis. 165. num. 16.*
par. 10. & decis. 350. num. 18. par. 16. Non
attentis plerisq; visitationibus expletis in Ec-
clesia, quia recognitæ, compertæ fuerunt gestæ
à subalternis Visitatoribus, & non ab Episco-
pis. Et licèt modernus D. Archiepiscopus,
visitasset per seipsum Tribunal Vicariatus abs-
que ulla Librorum visitatorum extractione,
hujusmodi tamen visitatio fuit materialis con-
sistens in sola inspectione, an locus sit decens,
rectèque in Archivio custodiantur scripturæ,
30. quod fieri nequit absque personali accessu,
per ea, quæ tradunt *Salod. in prax. Visit. par. 1.*
Cap. 3. in verbo Archivium Pignatell. Consult.
Canonic. 146. num. 167. tom. 9. Verùm longè
diversa est visitatio formalis administratio-
num, quæ cum consistat in recognoscendo, an
plures piæ dispositiones fuerint adimpletæ, &
an fidelitèr Christi patrimonium ministretur,
necessarius non est accessus ad Archivium, sed
hujusmodi redditio rationis explicari debet in
Ædibus Archiepiepiscopalibus, cum opportu-
31. no commodo, ac sine temporis angustia, ut
distinguendo inter visitationem localem, & vi-
sitationem formalem in puncto tradit *Pigna-*
tell. d. Consult. 17. num. 11. tom. 8.

Observantiæ Ecclesiæ Cathedralis confor-
mis est consuetudo particularis Ecclesiarum
inferiorum existentium in Civitate Hispalensi;
Earum quippè Titulares, & Administratores
ad simplicem Archiepiscoporum, sivè ejus Vi-
sitatorum requisitionem ad Palatium Archie-
piscopale Libros detulerunt ad effectum præ-
standi redditionem rationis *Summario Archie-*
piscopi num. 13. Et consonat etiam consuetudo
aliarum Cathedralium adiacentium Hispalen-
si, & de usu Ecclesiarum Malacitanæ, Gadi-
cen. & Corduben. doctum fuit *in Summario*
Archiepiscopi num. 10. 11. & 12. quæ praxis
32. generalis in tot Cathedralibus pacificè ser-
vata, venit maximopere attendenda effectum,
ut idem usus mandari, ac servari debeat in Ec-
clesia Hispalensi, *text. est in Cap. Cum olim de*
Consuetud. Rot. Coram Dunoz. Jun. decis. 581.
num. 3. & decis. 786. num. 6. part. 17. recent.
Non relevante contraria consuetudine Eccle-
33. siæ Cathedralis Astoricen. dum Epistola
unius Canonici ad illam probandam producta,
utpotè scripta pro Tertio, & contra Tertium
nullum genus probationis constituit, *Cyriac.*
controv.91. num. 6. Gratian. disc. 718. num. 10.
Rot. decis. 717. num. 6. par. 2. recent. Minusque
34. refert usus Cathedralis Cæsaraugustanæ, quo-
niam hìc invaluit ex particulari concordia ini-
ta inter Canonicos, & Archiepiscopum, cui
si placuit juri suo renunciare, sibi soli præju-
dicium ingessit, & incongruè affertur tale
exemplum in hypothesi, in qua Archiepisco-
pus studet servare indemnes suæ Dignitatis
35. prærogativas, juxtà censuram Sacrorum Ca-
nonum, quorum Custos est *Cap. Cum quibus*
36. Causa 24. quæst. 3. Germon. de Sac. Immu-
nitat. lib. 3. Cap. 8. num. 41.

Neque ad effectum denegandi Archiepisco-
po potestatem demandandi exhibitionem Li-
brorum in ejus Palatium concludens visa est
ratio semper adducta à Capitulo, quod nem-
pè ob extractionem scripturarum ab Archivio
magnum immineat periculum illarum deper-
ditionis, ad quod evitandum etiàm de jure
36. præscribatur, ut scripturæ originales non
deferantur in domum Archiepiscopi, sed re-
cognoscantur in loco congruo, & securo per
text. in Cap. accepimus de fid. Instrum. Cùm
enim omnes scripturæ, & documenta sint re-
dacta in Libris particularibus benè compa-
ctis, nec transferendæ sint de una Civitate
ad alteram, sed ab Aula Capitulari ad Pala-
tium, quæ inter se distant per spatium valdè
modicum, apparuit omninò insubsistens timor
deperditionis; Non resistente *textu* in con-
trarium allegato *in d. Cap. accepimus*, quoniam
casus *d. textus* erat, quod lata sententia super li-
37. bertate Monasterii S. Augustini in vim pri-
vilegiorum Papalium, illam Archiepiscopus
Cantauriensis, in cujus Diœcesi existebat di-
ctum Monasterium, servare detrectabat, dicens
Privilegia esse falsa, delatisque ex parte Abba-
tis conquestionibus ad Summum Pontificem
Alexandrum III. is considerans ex una parte,
non inspectis Privilegiis, falsitatem argui non
posse, & ex altera parte difficile, & periculo-
sum esse illa ex adeò longinguis Regionibus
transmittere ad Sedem Apostolicam, opportu-
num esse censuit scribere Archiepiscopo Hebo-
racensi Judici in hac Causa, ut exhibere faceret
Privilegia dicto Archiepiscopo Cantauriensi
in Claustro prædictorum Fratrum, vel in alio
congruo, & securo cum interventu duodecim

Testium, ut ex littera deprehenditur, & clarius refert *gloss. ibidem*.

Hujusmodi autem Decretalis censura nullatenus applicabilis est in casu præsenti, quia ibi agebatur de exhibenda scriptura in manibus Archiepiscopi Collitigantis excipientis de illius falsitate, ac de illius trasportatione ex longinguis Regionibus ad Sedem Apostolicam, ob quos respectus Pontifex prædictus noluit, demandando illius transmissionem ad Urbem, eas subiicere periculo deperditionis, proùt non permisit tradi in manibus ipsius Archiepiscopi Collitigantis, sed in loco tertio, & securo ad evitandum timorem etiàm remotum ejusdem corruptionis, & occultationis. In præsenti verò agitur de consignandis Libris redditionis rationis in manibus Archiepiscopi non collitigantis, & excipientis de illorum falsitate, sed à jure, & Sac. Conc. Trid. deputati in figura Superioris ad illos revidendos, neque
38. ullum timeri potest periculum deperditionis ob vicinitatem Archivii, à quo extrahuntur ad Palatium, in quo exhibentur. Hinc propterea quærendus non est locus tertius, & securus ad exhibendos dictos Libros, sed deferri debent in manibus Archiepiscopi, proùt passim exhibentur documenta originalia in manibus Judicis, ut ait *Text. in l. fin. C. de fid. Instrum. & in cap. causam 19. de Testibus Covarru. var. resol. lib. 1. cap. 1. nu. 5. in princip., & pract. quæst. cap. 20. nu. 6. Parex de Instrument. edit. tom. 2. tit. 6. resol. 6.*

Proùt nec obstare visa est altera ratio, quod nempè si penderet à potestate Archiepiscopi delatio Librorum ad ejus Palatium, demandare posset transportationem omnium ferè scripturarum Archivii, & ita illud ad tempus sibi benevisum Libris denundatum relinquere, cum maximo incommodo. Administratorum, qui ob hanc causam incumbere non possent in adnotandis iis, quæ in diem occurrerent; nàm huic inconvenienti satis provisum fuit per Sac. Congregationem Concilii obstrigendo Officiales Capituli ad exhibendos Libros juxtà exigentiam visitationis, quę verba ne ulla oriretur imposterùm disputatio super eorum intelligentia, Domini juxta mentem Sacræ Congregationis, ita interpretati fuerunt, ut in quolibot casu visitationis particularium administrationum licitum sit Arhciepiscopo demandare asportationem Librorum illam concernentium, eoque non terminato petere nequeat Libros ad aliam administrationem spectantes, hicque est modus, quo resolutum fuit Archiepiscopum occasione visitationis cogere posse Capitulum, vel ejus Officiales ad exhibendum Libros in ejus Palatium.

Et ita utraque parte informante, omnibusque Dominis suffragantibus, resolutum fuit.

R. P. D. MUTO.

Marsicen., seu Nullius Jurisdictionis super bono Jure Lunæ 7. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Agitur de Territorio Separato competente Abbati Cavensi, non obstante, quod Episcopus prætenderet exercere Jurisdictionem, & resolvitur favore Abbatis ex pluribus documentis, quæ latè expenduntur.

SUMMARIUM.

1. *Prælatus inferior potest acquirere jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium Separatum tribus modis, de quibus remissivè.*
2. *Exemptio probatur à Jurisdictione Ordinarii, eo ipso quod illi solùm quid annuum fuerit reservatum.*
3. *Dictio* nihil *omnino est universalis, & exclusiva.*
4. *Monasterium ejusque loca eximuntur à Jurisdictione Ordinarii, & tribuitur Abbati, eo ipso quod ex Privilegiis Apostolicis suscipitur sub protectione B. Petri.*
5. *Verba* pertinentiarum, & pleno jure *transferunt omnia Jura temporalia, & Spiritualia.*
6. *Jurisdictio quasi Episcopalis, ex quibus censetur translata in Abbatem, & ablata ab Episcopo.*
7. *Facultas excommunicandi concessa Abbati, arguit in eum fuisse translatam Jurisdictionem quasi Episcopalem.*
8. *Exceptio aliquorum actuum concludit concessionem cæterorum ejusdem generis.*
9. *Facultas concessa Abbati recipiendi ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis à quocumque Antistite, arguit omnimodam exemptionem cum Territorio Separato.*
10. *Abbas nullius Diœcesis, potest vocare, quemcumque voluerit Episcopum, pro administrandis sacramentis respicientibus Ordinem.*
11. *Breve Apostolicum enunciatum in alio Brevi probatur existere.*
12. *Observantia præbet fidem scripturę etiam in formi.*
13. *Archivium Congregationis Cassinensis facit plenam probationem respectu scripturarum in eo existentium.*
14. *Donatio ampla facta ab Episcopo Monasterio, non debet restringi ad simplicem exemptionem passivam.*
15. *Verbum* potest *non inducit necessitatem, sed facultatem.*
16. *Jurisdictio quasi Episcopalis dicitur concessa, ex facultate construendi Ecclesias cum Cruce.*
17. *Determinatio una, plura respiciens determinabilia,*

bilia, pariformiter determinare debet.

18. *Dictio* Alia *importat similitudinem cum expressis..*

19. *Decisiones editæ in Causa de stylo sunt supponendæ.*

20. *Privilegia Apostolica Generalia comprehendunt omnia loca, etiam pertinentia ei, cui conceduntur.*

21. *Clericus non potest initiari primâ tonsurâ, nisi priùs receperit sacramentum confirmationis.*

22. *Observantia actuum probat acquisitionem Jurisdictionis quasi Epscopalis, prout sunt Collatio Ordinum minorum, cõcessio litterarum dimissorialium, Collationes Beneficiorum, & similia, de quibus remissivè.*

23. *Episcopus si non exercuit actus, de quibus supra, in tali loco, censetur non habuisse in eo Jurisdictionem, quæ dicitur residere penès Abbatem cum Territorio Separato.*

24. *Observantia in rebus dubiis dicitur fidelis interpres.*

25. *Decretum Sac. Congregationis Concilii facit Jus quoad omnes pro casibus præteritis, & futuris, etiam in materia Jurisdictionali.*

26. *Territorium Separatum probari potest, etiam ex sententiis Judicialibus, & ab Episcopis succumbentibus approbatis.*

27. *Sententiæ latæ super statu afficiunt omnes.*

28. *In actibus Jurisdictionalibus potiùs attenditur Causa, quàm exercitium.*

29. *Observantia interpretativa inducitur etiam ex novo actu, licèt deficiant antiqui actus.*

30. *Status antiquus dicitur impressus ex observantia, quando non docetur de contrario.*

31. *In materia Jurisdictionali, non est necessè, ut observantia incipiat immediatè post obtenta Privilegia.*

32. *Centenaria duplex, æquipollet immemorabili in materia Territorii Separati.*

33. *Jurisdictio quasi Episcopalis præscribitur per exercitium actuum intrà tempus 40. annorum, quando præcedit titulus præsumptivus.*

34. *Scientia in Præscribente non est probanda, ubi concurrit titulus*

35. *Scientia in Episcopo præsumitur ex multiplicitate actuum jurisdictionalium.*

36. *Ex scientia Vicarii infertur ad scientiam Episcopi, & quando ista dicitur præcisa num. 37.*

38. *Protestatio excludit consensum.*

39. *Actus Æquivoci, & qui non probantur facti cum scientia, & patientia Abbatis ei non præjudicant.*

40. *Assistentia Juris non suffragatur Episcopo in loco exempto, & de Territorio Separato.*

DECISIO XII.

IUdiciales controversias, quas pro tuenda eorum Jurisdictione quasi Episcopali Abbates Cavenses retroactis temporibus substinere coacti fuerunt cum Episcopis Cavensi, & Caputaquensi, acriori hodiè renovata contentione ab Antistite Marsicensi Modernus Abbas experiri compulsus est, non dissimili tamen fato, nam sicut contra præfatos Episcopos Abbates prædicti felicem litis exitum nacti sunt, ut patet ex decisionibus emanatis in nostro Tribunali coram Verospio, quæ est post *Tondut. de pension. dec.* 31. *& coram Emerix in rec. dec.* 274.. *par.* 17. ita hodiernus Abbas à Præsule Marsicensi ad judiciale certamen vocatus illud obtinuit ad sui favorem terminari, dum proposito per me dubio: *An, & quæ sit Jurisdictio Abbatis Cavensis super Clero, Populo, & Terra Tramutulę, ac super Territorio rustico ibi annexo?* Competere Jurisdictionem quasi Episcopalem Abbati, intrepidè DD. responderunt.

Juridicum sanè, & stabile hujus resolutionis fundamentum desumpserunt DD. tam ex donationibus Episcoporũ, & Privilegiis Summorum Pontificum, quàm ex præscriptione legitima nedum centenaria, sed etiam quadragenaria cum titulo ex quibus singulis etiã seorsim sumptis probari, & acquiri posse ab inferiore Jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium

1. Separatum firmat de donationibus Episcoporũ favore Ordinis Cassinensis *Rota in Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. *§. Ex tot igitur, & §. Nec obstat coram bon. me. Bourlemont*, de *Privilegiis Pontificum est Text. in cap. auditis* 15. *de præscript. cap. cum personæ* 7. *de privil. in* 6. *Gratian. discept.* 212. *num.* 17. *Modern. Salentin. consult. canonic.* 26. *num.* 15. 18. *&* 23. *in fine tom.* 2. *& consult.* 85. *num.* 17. *tom.* 5. *Rot. in rec. dec.* 394. *num.* 4. *par.* 1. *coram Royas dec.* 218. *num.* 17. *& dec.* 219. *num.* 13. *& in Nonantulana Jurisdictionis* 22. *Junii* 1693. *§. Etenim coram R. P. D. meo Caprara.* Et in puncto Ecclesiarum ad Monasterium Cassinen. spectan. *Rot. cor. Bich. dec.* 459. *ex num.* 10. *& in dicta Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. *§. Nec inde, & seqq. & §. Ex præfatis coram bo. me. Bourlemont* 17. *Junii* 1686. *§. Primum enim coram bo. me. Matthejo, &* 6. *Aprilis* 1693. *§. Primum verò coram bo. me. Ursino*, & magis in specie hujusmet Abbatię Cavensis *Rot. in rec. dec.* 274. *n.* 1. *&* 2. *par.* 17. *& post Tondut. de pension. decis.* 31. *n.* 5. & de centenaria, ac quadragenaria cum titulo probant auctoritates inferius referendæ *§. Prædictaque &c.*

Et quidem attẽtis donationibus Episcoporũ factis anno 1144. & 1166. In his enim Abbati conceditur Ecclesia S. Petri Tramutulæ cum omnibus Tenutis, Possessionibus, stabilibus fructiferis, & infructiferis, aliisque omnibus ad Episcopos quoquo modo pertinentibus, quæ junctæ cum alia donatione anno 1154. eidem Abbati facta à Silvestro Marsicen. in Abbatem transferunt Ecclesiam cum Terra, & toto Territorio rustico ibi annexo, & quidem cum Jurisdictione quasi Episcopali, cum

hoc suadeant præfatæ concessiones Episcoporum factæ ad hoc, ut Abbates pro tempore possent Ecclesiam regere, gubernare, ordinare, & facere quicquid ad eorum libitum placuerit sine Episcopi, & successorum contrarietate; mortuorum cadavera undecumque delata fuerint in cœmiteriis factis, & faciendis absque ulla Episcoporum exactione sepelire, Monacos, & Sacerdotes, & Clericos in eisdem Ecclesiis immittere, & retinere ab omni Episcopali onere immunes, adeout nihil omninò ab ipsis, aut aliis hominibus, qui sint juris, & ditionis ipsarum Ecclesiarum petere possint, nisi solitum censum ab Ecclesia S. Petri Episcopis Marsicensibus solui consuetum *Summ. impresso Abbatis num. 1. 2. & 6.* & manuscripto *num. 1.* Quæ omnia important translationem jurisdictionis quasi Episcopalis in Abbates cum aliàs actibus ab ipsis gestis contradicere possent Episcopi, tanquam Superiores, Ecclesiæ, Monaci, Sacerdotes, ac Clerici ab omni Episcopali onere immúnes non essent, unica tantùm adjecta exceptuatione præstationis soliti census, ut de prohibita contradictione Episcopi, & de exemptione ab omni Episcopali onere cum facultate tributa Abbatibus faciendis quicquid voluerint firmant auctoritates infra rela-
2. tæ §. *Clariùs*; Et de præstatione solius annui census ab Abbate facienda, quę operatur, ut cętera non exceptuata translata dicatur in Abbatem, in specie *Rot. in rec. dec. 219. n. 2. vers. ponderata signanter reservatione solutionis dicti annui census par. 8. & cor. Seraph. dec. 1025. n. 7. & 20.*

Considerata ulterius dictione illa *nihil omninò*, quæ est universalis negativa, & omnem prorsus Jurisdictionem ab Episcopo adimit cu-
3. juscumque qualitatis, & generis illa sit, ut ponderata simili dictione generaliter exclusiva in specie *Pignatell. consult. can. 85. num. 8. tom. 5. Rot. cor. Bich. dec. 459. n. 6. & in Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Urbanus autem in fine coram R. P. D. Bourlemont.*

Clariùs hoc ipsum convincunt Privilegia Apostolica Summorum Pontificum, neque Urbani II. Eugenii, & Alexandri III. in quibus omnes, & quascumque Ecclesias, Monasteria, res, & bona tunc possessa, & in futurum acquirenda à Monasterio & Monacis recipiuntur sub immediata B. Petri protectione, soli que Romanæ Ecclesiæ subiiciuntur, cum expressa prohibitione ne aliqua persona, sive Sæcularis aliquam quoquo modo molestiam
4. inferat, & perturbationem, eximendo Clericos, & Monacos ab omni Jure Episcopali, itaut in nullo Episcopali Jure, seu contentiosa Jurisdictione respondere Diœcesanis Episcopis teneatur *Summ. n. 3. litt. K. & n. 4. lit. A. & E.* Ex quo modo eximendi, & recipiendi sub protectione B. Petri omnimodam exemptionem, & concessionem Jurisdictionis Episcopalis resultare firmant *Pignatell. consult. can. 85. n. 5. 6. & seqq. & sub. 19. tom. 5. Tamburin. de jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst. 5. n. 12. CoKier. de Jurispict. in exempt. par. 1. quæst. 9. num. 1. vers. deinde, & num. 10. vers. secus, Rot. cor. Seraph. dec. 1025. nu. 3. & seq. cor. Bich. dec. 459. num. 4. Peutinger. dec. 12. num. 26. in recen. dec. 196. sub num. 20. par. 8. & in dicta Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Nec hodie §. Modus autem §. Urbanus §. Innocentius §. Et demum coram Reverendissimo Bourlemont 17. Junii 1686. §. Primum enim coram clar. me. Card. Matthæjo, & 6. Aprilis 1693. §. Primum verò coram bo. me. Ursino, & in Nonantulana Jurisdictionis 22. Junii 1693. §. Etenim coram R. P. D. Caprara*; & in terminis hujus Privilegii Alexandri III. favore Abbatis Cavensis respondit *Rota dec. 274. num. 2. par 17. recen.*

Præcipuè quia in d. Privilegio Alexand. III. dum exprimitur Monasterium S. Petri de Tramutula, subditur illud, & Ecclesias, de quibus in eodem Brevi esse exemptas cum Juribus, & pertinentiis suis, & omnibus suis membris pleno Jure *Summar. Abbatis dicto n. 4. litt. B. & E.* Si enim Papa donationes Monasterii, & Ecclesiarum factas Abbati eidem confirmat cum juribus, & pertinentiis, & membris pleno jure, hæc confirmatio operatur, ut in Abbatem translata dici debeant omnia jura Episcopalia, cum sub nomine *pertinentiarum*, & ver-
5. bis *pleno Jure* omnia Jura temporalia, & spiritualia contineatur, ut de pertinentiis *Lapus allegat. 139. num. 10. & seqq. Rot. coram Ninott. dec. 78. nu. 3. Coccin. decis. 1925. nu. 6. & 13. in rec. dec. 49. num. 4. & seqq. par. 15.* & de verbis *pleno Jure*, *Oliva de for. Eccles. par. 3. cap. 15. n. 32. Barbos. de Episcop. par. 3. alleg. 89. num. 4.* ubi plures alios citat.

Et fortiùs quia interdicitur quibuscumque Episcopis, ne audeant loca, vel Monacos, & absque Romani Pontificis expressa licentia excōmunicationis, & interdicti pœnâ subiicere, *dicto Summ. num. 3. litt. E, & num. 4. litt. F.* quæ juncta cum concessione facta Abbati om-
6. nium Jurium, & pertinentiarum, & membrorum pleno jure, & cognitione Causarum inter subditos eidem reservata, denotat omnem Jurisdictionem ablatam fuisse Episcopo, & translatam in Abbatem in specie *Pignatell. consult. can. 8. nu. 89. tot 7. Rota coram Bich. dec. 459. num. 7. & in dicta Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. Nec inde §. modus §. Urbanus, & §. Alexander coram Reverendissimo Bourlemont, & in Marsicana, seu Nullius Beneficii 7. Junii 1686. §. Nec contra coram Reverendissimo Turonen.*

Quodque plus est ipsimet Abbatibus Cavensibus datur facultas excommunicandi personas cujuscumque generis status, & præeminentiæ, quæ auderent Monasterium Cavense in suis Juribus, possessionibus, & libertatibus per-

perturbare, ut in Bulla Urbani II. Bullar. Cassinen. *in 9. sub num.* 24. & in alia Pauli III. eodem Bullar. *Constit.* 156. *sub. num.* 2. *tom.* 1.
7. Ex qua facultate excommunicandi concessa Abbatibus indubium est argui in ipsos Jurisdictionem quasi Episcopalem translatam fuisse, ut tradit in specie *Rota in rec. dec.* 483. *nu.* 11. *par.* 14. *dec.* 69. *num.* 25. *& seqq. par.* 19. *& coram Bich. dec.* 459. *num.* 26.

Et in eodem Brevi Urbano transferente Jurisdictionem in Abbatem excipitur collatio Sac. Ordinum, confectio Chrismatis, & Consecratio Basilicarum, & Altarium, ut in Bullario Cassinen. *Constit.* 9. *num.* 8. *tom.* 1. *& in dec.* 31. *nu.* 5. *post Tondut. de Pensionibus*, quæ cum exerceri non possint nisi ab habentibus jura Episcopalia *cap. Aqua de consecrat. Ecclesiarum, & Altarium can. perlectis distinct.* 25. & habetur in Sac. Conc. Trid. *sess.* 25. *de Sacram. Ordinis cau.* 4. ac tradit *Ugolin. de Episc. par.* 2. *c.* 28. *num.* 1., *& alii passim* ab hac exceptione aliquorum Jurium Episcopalium infertur alia omnia ejusdem generis, quæ exceptuata non fuerunt
8. Abbatibus fuisse concessa, ut in puncto hujus Brevis *Rota post Tondut. de pension. d. decis.* 31. *nu.* 5. & generalitèr *cor. Dunoz. jun. dec.* 812. *num.* 26. *& in rec. decis.* 762. *num.* 11. *par.* 18.

Insuper in Brevi Eugeniano conceditur Abbatibus facultas accipiendi à quocumque Catholico Antistite dictum Chrisma, Oleum Sanctum, consecrationes Aaltarium, sive Basilicarum, & ordinationes Clericornm *Summ. Abbatis num.* 3. *litt. B.* quæ omnia tanquam
9. ordinem concernentia peti ab Episcopo Marsicen. debuissent, nisi omnis lex Jurisdictionis, & Diœcesis ab eo abdicata esset, & propterea ab hac facultate Abbati concessa argui in eo omnimodam exemptionem ab Episcopo Marsicen. & Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio Separato firmant *Pignateil. d. consult. Canon.* 8. *sub. num.* 89. *& num.* 90. *tom.* 7. *& n.* 102. ubi dicit, quod Abbas nullius potest vocare quem voluerit pro dictis Sacra-
10. mentis administrandis *Tondut. resol. benefic. lib.* 1. *cap.* 60. *sub num.* 3. *versic. verùm quia*, & favore Abbatis Cassinen. *Rota in Capuana seù Montis Cassinen. Parochialium* 1679. *§. Modus enim coram Reverendissimo Bourlemont, & contra Episcopum Marsicen. coram Bich. dec.* 459. *n.* 8. *& seqq.* ubi alios refert, & favore Abbatis Cavensis *decis.* 31. *num.* 5. *post Tondut. de pension.*

Non obstante, quod prædictum privilegium Eugenii III. non sit verum, nec legale, dum illud non reperitur in Bullario Cassinensi registratum; Illius quippè veritas comprobatur, ex quo Breve Eugenianum enunciatur in dicto
11. alio Brevi, seù Privilegio Alexandri III. postea emanato, quod sufficit ad convincendam Brevis enficiari veritatem, & legalitatem in specie *Rot. in rec. decis.* 191. *sub num.* 6. *versic. & quatenùs par.* 8. *cor. Cerro decis.* 463. *sub n.* 16. *& in dicta Nonantulana Jurisdictionis* 22. *Junii* 1693. *§. Non obstet coram R. P. D. meo Caprara*, maximè quia illud docetur observatum mediante exercitio plurium actuum Jurisdictionem quasi Episcopalem denotantium, de quibus infra, quod sufficit, ut eidem sit fides adhibenda tanquam vero, & legali, cum obser-
12. vātia Scripturæ etiam informi præbeat fidem, & robur, ut prosequitur *Rot. in rec. dict. dec.* 191. *num.* 7. 10. *&* 11. *par.* 8. *decis.* 220. *nu.* 20. *& decis.* 221. *num.* 2. *par.* 9., *& in Nonantulana Jurisdictionis citato §. Non obstat in fine*; Nec probatæ legalitati hujus Privilegii obesse potest omissa illius impressio in Bullario Cassinensi, Cum enim ex incuria Collectoris, vel alia ex causa omitti potuerit, talis omissio non
13. existentiam non convincit, dum exhibetur illius sumptum legitimè extractum ab Archivio Cavensi, quod facit plenissimam probationem contra omnes, ut de aliis Archiviis Congregationis Cassinensis *Adden. ad Buratt. decis.* 667. *num.* 23. *& seqq. Rota Coram Merlin. decis.* 264. *num.* 17. *& seqq. & in rec. decis.* 56. *n.* 35. *par.* 19. *& in dicta Capuana* 1679. *§. Immò.*

Minùs obstat; quod donationes Episcoporum nihil aliud importent, quàm nudam facultatem regendi, & gubernandi Ecclesiam Tramutulæ, & Privilegia Apostolica arguant simplicem exemptionem Monasterii, Monachorum, & familiarium, ex quo inferri non
14. possit tributa Jurisdictio quasi Episcopalis in alios Clericos, & Homines existentes in Terra Tramutulæ; Quoniam respectum donationum, cum in utraque ex eis concedatur non solùm Ecclesia, sed Tenutæ, Terræ, possessiones, vineæ, arbores, Montes, stabilia fructifera, omniaque ad Episcopum pertinentia, & ex supradictis constet Episcopos donantes omnem Jurisdictionem voluisse compræhendere, hæc amplitudo verborum operatur, ut donationes contra propriam naturam, & significationem non possint restringi ad solam Ecclesiam Tramutulæ, nec ad simplicem exemptionem passivam, & gubernium Ecclesiæ in specie *Rota Coram Dunoz. Jun. decis.* 1001. *sub. num.* 8. *vers. nec subsistit, & num.* 9. & generalitèr *Seraphin. Massin. de Consecrat. quæst.* 39. *num.* 38. *Rota in recen. decis.* 54. *num.* 19. *p.* 13. *& in Romana, seù Balneoregien. fideicommissi* 8. *Martii præteriti §. Non subsistet Coram me*; Respectu verò Privilegiorum illud Urbani II. impressum in Bullario Cassinensi *Constit.* 9. *tom.* 1. tribuere Abbati plenariam exemptionem, & Jurisdictionem quasi Episcopalem in toto Territorio apertè decisum legitur *in decis.* 31. *nu.* 5. *post Tondut. de Pension. & in recent. decis.* 274. *num.* 1. *& seqq. par.* 17. Non obstante, quod illud contineat duplicem qualitatem construtionis Ecclesiarum priùs ab Abbate faciendæ, & situationis in Diœcesi Salernitana; Quoniam onus construendi Ecclesias tantùm abest, quod

quod deduci valeat ab illis: *Possis Ecclesias construere*, *Cum Cruce signare*, *aliaque Pontificalia*, *& Spiritualia exercere*, quæ, uti facultativa necessitatem non inducunt, quemadmodùm
15. de verbo *possis* tradunt *Desider. Guid cons. 16. num. 35. Castrill. contr. lib. 5. Cap. 14. num. 24. Urceol. decis. Florentin. 38. num. 6. Rot. in rec. decis. 119. num. 11. par. 10.* ut potiùs ex eis con-
16. trarium convincatur, quod nempè tributa fuerit Abbati Jurisdictio quasi Episcopalis, quàm denotat facultas, & licentia construendi, & cum Cruce signandi Ecclesias solis Episcopis competens *§. Sancimus Auth.* ut nullus fabricet Oratorii domos præter voluntatem Episcopi *Can. nemo ubi gloss. verb. veniat de consecrat. dist. 1. Piasec. in prax. Episc. par. 1. Cap. 3. à num. 1. Fusch. de Visitat. lib. 2. Cap. 10. num. 2. Zerola in prax. Episcop. par. 1. verb. Eccles. in principio*; Maximè quia est juncta cum facultate exercendi Pontificalia, & Spiritualia, quæ sicut Jurisdictionem quasi Episcopalem importat *Rot in rec. dicta decis. 274. num. 1. par. 17. & in decis. 106. num. 20. par. 19. & dec. 31. num. 5. post Tondut. de Pension.* ita illam importare debet facultas, seù licentia construendi, & cum Cruce signandi Ecclesias
17. in unica periodo, & oratione adiecta, nè aliàs eadem determinatio respiciens plura determinabilia, ea difformiter determinet contra regulam *text. in l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupill.* de qua *Seraph. Massin. de Confisc. quæst. 45. num. 55. & in Rom. seù Balneoregien. Fideicommissi 2. Decem. præteriti §. Cum quo proprio cor. me.* Præcipuè dum post expressas certas species superadduntur dicta verba generalia, *& alia Pontificalia, & Spiritualia exercere* quod denotat species jam recensitas esse de eisdem Pontificalibus, & Spiritualibus, cum in his terminis dictio *alia* importet similitudi-
18. nem cum expressis, cum quibus mediante dictione *Et* copulatur, & conjungitur, juxta doctrinam *Bartoli in l. quidam relegatus in princip. ff. de reb. dubiis*, quàm sequitur *Rota in rec. decis. 200. num. 14. par. 7. & in Melphiten. Cappellaniæ 4. Julii 1698. §. Quin adversari coram Me.*

Sed dato etiam per hypothesim, quod constructio Ecclesiæ esset necessaria, adhuc ex lapsu tanti temporis cum observantia favore Abbatis, & quasi possessione exemptionis, illa præsumeretur, nisi Episcopus, qui Abbatis possessionem turbare prætendit, contrarium probaret benè in specie *Rota coram Seraphin. decis. 1336. num. 2. & 3. & seqq.*

Situatio verò in Diœcesi Salernitana pariter in dicto Brevi non requiritur cum Jurisdictio concessa fuerit universalitèr in omnibus locis Abbatis Caven. ut patet ex *dicta decis. 31. post Tondut*, ubi controversia erat cum Episcopo Caven. *& ex dicta decis. 274. par. 17.* ubi contentio erat cum Episcopo Caputaquen. super Castro in ejus Diœcesi sito, & tamen firmatum fuit Abbati competere Jurisdictio-
19. nem quasi Episcopalem, quæ Decisiones hodiè juxtà stylum nostri Tribunalis veniunt supponendæ *Rota coram Cerro decis. 209. num. 5. & in Romana Fideicommissi de Alborghettis 3. Decembris 1696. §. Existentia coram R. P. D. meo Scotto, & 9. Julii 1698. §. Argumenta verò coram R. P. D. meo della Tremoille*; Et in specie contra Marsicen. Antistitem *Rota in Marsicana, seù Montis Cassinen. Jurisdictionis 22. Martii 1686. §. Nil refragante coram Clar. me. Cardinali Matthæjo.*

Alia Privilegia Eugenii, & Alexandri III. data *in Summario Abbatis num. 3. & 4.* & quorum ultimum habetur etiam in Bullario
20. Cassinen. 182. in ordine, & cum illo ad unguē concordat, paritèr concedunt Jurisdictionem quasi Episcopalem, ut supra ostensum est, etiam extra Monasteria, & Monacos; Tum quia in eis summus Pontifex loquitur de omnibus Monasteriis, cellis, bonis, & Ecclesiis Monasterio Caven. concessis, & in futurum acquirendis, sivè Parochialibus, & habentibus Populum, sivè non cum suis juribus, & pertinentiis, sicque jurisdictio non potest restringi ad Monacos, & intra septa Monasterii, sed omnes alias Ecclesias, Populum, & bona, à Monasterio acquisita, vel acquirenda, & signantèr totam Terram Tramutulæ eidem à Marsici Comite donatam compræhendunt in puncto *Rot. cor. Martin. Andrea decis. 54. sub. num. 11. & seqq. Dunozet. jun. decis. 988. n. 3. decis. 1001. num. 3. versic. non obstat in fine num. 8. & 9. vers. Nec subsistit, & decis. 274. num. 1. par. 17. & in Nonantulana jurisdictionis 22. Junii 1693. §. Non obstat, quod Abbates cor. R. P. D. meo Fabrara*; Tum etiam quia in utroque privilegio prohibetur Episcopis, nè audeant absque Romani Pontificis licentia interdicere loca Monachorum, vel excommunicare Monacos, aut Clericos in eisdem locis commorantes, quæ prohibitio excommunicationis, & interdicti cum afficiat Terram Tramutulæ, quæ in utroque Brevi recensetur inter dicta loca Abbatis Cavensis, & Clericos in ea existentes, necessariò dicendum est dictam Terram, & Clericos in ea degentes ab Episcopali Jurisdictione esse exemptos, & per consequens exemptionem locorum, & Jurisdictionem super eis Abbati concessam ad solum Cœnobium, & Monacos restringi non posse, ut in specie firmat *Rota in sæpe laudata Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. Modus enim, & seq. cor. bo. me. Bourlemont*; Tùm demùm quia in Privilegio Eugeniano datur facultas Abbati *accipiendi Chrisma, oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, sivè Basilicarum, Ordinationes Clericorum tàm in Cœnobio ipso, quàm in adjacenti Villula à quocunque Catholico Episcopo Summario Abbatis num. 3. littera D.* Cum enim præ-

perceptio Chriſmatis non poſſit intelligi pro Monachis, qui ad Novitiatum, & profeſſionem non admittuntur, niſi confirmationis Sacramento roborati fuerint, ſicut nec de Cle-
21. ricis Eccleſiæ inſervientibus, dùm Clerici nec ipsâ primâ Tonſurâ initiantur, niſi ſuſceperint confirmationis Sacramentum, ut expreſsè ſancitur in Sac. Trident. Concil. *ſeſſ. 23. de reformat. Cap. 4. ibique Barboſ. num. 1. verſ. qui Sacramento de Epiſc. par. 2. alleg. 11. num. 6. & de Jur. Eccleſ. lib. 1. Cap. 38. num. 36. Piaſecb. in prax. Epiſc. par. 1. Cap. 1. ſub num. 24. Molphes. in Summa Theolog. moral. tract. 2. Cap. 3. num. 25.* Facultas recipiendi à quocumque Epiſcopo conceſſa omninò cenſeri debet pro aliis perſonis in locis Abbati ſubjectis habitantibus, proùt de hoc, aliiſquè Sacramentis ſuperiùs recenſitis clarè sè expreſſit Summus Pontifex ibi: *Tàm in Cœnobio ipſo, quàm in adiacenti Villula*: Ac proindè ſi facultas recipiendi Chriſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, & Ordinationes Clericorum intelligi debet tàm pro Monaſterio, & Monacis, quàm pro aliis locis, & Subditis Abbatis; Signum evidens eſt, quod eidem in toto ſuo Territorio, & ſupèr omnes Subditos tributa dici debet Juriſdictio quaſi Epiſcopalis, quæ reſultat à libertate Abbati conceſſa recipiendi hujuſmodi Sacramenta à quocunque Antiſtite, juxta auctoritates ſupra relatas in §. *Inſuper*.

Hæcque omnia, quæ de per ſe clara ſunt adhùc clariora redduntur ex ſubſequuta obſervantia, dùm Abbates indiſtinctè, in toto eo-
22. rum Territorio exercuerunt omnes actus Juriſdictionales; Ipſi enim litteras dimiſſoriales Epiſcopo Marſicen. direxerunt, Primam Tonſuram, minores Ordines, Chriſma, & beneficia contulerunt, illorumquè reſignationes admiſerunt, Juriſpatronatus confirmarunt, concurſum ad Parochiales indixerunt, Sacramenta adminiſtrarunt, Synodos convocarunt, Juriſdictionem in Cauſis Spiritualibus, temporalibus, Civilibus, Criminalibus, & mixtis in Teritorio Tramutulæ, & promiſcuo exercuerunt, & ad hunc effectum Vicarium conſtituerunt, nec non Archipreſbyterum in eodem loco deputarunt, à quo, & ab univerſo Clero Tramutulæ Abbas quotannis intèr Miſſarum Solemnia exegit obedientiam, de decimis etiam ruralibus diſpoſuerunt, illarum partem concedendo Clero Tramutulæ, omnes ejuſdem loci Eccleſias, locaque pia viſitarunt, actus Pontificales faciendo in viſitatione, diſciplinam Eccleſiaſticam ordinarunt, mores Clericorum correxerunt, confeſſarios etiàm prò ſæcularibus approbarunt. Proceſſus confecerunt indiſtinctè contrà omnes de Populo delinquentes, iſtiquè fuerunt ad Abbates remiſſi quotiès capti fuerunt ab Epiſcopis Marſicenſibus, qui ulterius in ſuis Epiſtolis eundem Abbatem Ordinarium, & Tramutulam nullius Diœceſis nominarunt, quarum aliquæ etiam à moderno Epiſcopo ſcriptæ fuerunt Monaſterium Cavenſe uti habens juriſdictionem Spiritualem, & ordinariam fuit deſcriptum in inventario auctoritate Regia confecto, & Curia Romana ad eundem Abbatem litteras abſolutorias, matrimoniales, & ſimiles, tanquam ad Ordinarium remiſit, cæteraquè alia Jus Diœceſanum, & Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem præſeferentia peregerunt, ut latè habetur ex *Summario Impreſſo Abbatis num. 6. ac pluribus ſeqq. uſquè ad finem*, & teſtantur in Individuo *Nicol. in floſcul. verb. Abbas num. 8. & Inſtitut. Canonic. tom. 2. lib. 5. tit. 38. de Pœnitent. & remiſſ. ſub num. 10. verſ. Limita tamèn primo, & tit. 39. de Sentent. Excommunicat. ſub num. 218. verſ. nota quod dic Fagnan. in Cap. Cum contingat 13. ſub nu. 43. verſic. Abbas Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis Caven. & verſic. Abbati Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis de for. compet. & in Cap. ſignificaſti 8. num. 25. de Offic. Archidiac. Panimoll. dec. 30. adnot. 2. num. 24. Rota poſt Tondut. de Penſion. dec. 31. num. 2. & ſeqq. & num. 6. & in rec. dicta deciſ. 274. num. 5. & 7. part. 17.* Qui actus etiam de per ſe ſumpti ſufficientes ſunt ad convincendam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Territorium Separatum in Abbate cùm Clero, & Populo, ut de conceſſione dimiſſorialium *Card. de Luca de Juriſdict. diſc. 12. ſub num. 17. Pignatell. conſult. 26. num. 17. tom. 2. & Conſul. 8. num. 90. tom. 7. & Conſul. 59. num. 10. tom. 8. Gratian. diſcept. 212. num. 25. & ſeqq. & n. 48. & 49. Clarlin. contr. 46. num. 19. & contr. 220. num. 99. & ſeqq. Barboſ. de Epiſcop. alleg. 7. num. 7. ubi affert Decretum Sac. Congregationis de Jure Eccleſiaſtic. lib. 1. Cap. 17. num. 95. & Concil. ſeſſ. 23. de reformat. Cap. 10. num. 14. Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. 2. diſput 2. quæſt. 26. num. 2. & 3. Rota poſt eum dec. 117. num. 4. tom. 3. Merlin. dec. 264. nu. 6., & in rec. dec. 204. num. 4., & 5. par. 19.* Et favore Abbatis Caven. *Rot. poſt Tondut d. dec. 31. n. 1., & ſeqq., & num. 7.*, ubi quod ità declaravit Sac. Congregatio Concilii de collatione ordinum *Grilenzon. conſ. 142. n. 47. Ciarlin. contr. 67. nu. 28., & contr. 220. nu. 120., & ſub. n. 238. Pignatell. conſult. Can. 26. n. 16. & ſeqq. tom. 2. Rota coram Zaratte dec. 21. num. 33.* Et in terminis hujus Abbatis Cavenſis *Rota poſt Tondut. de Penſion. dec. 31. num. 1., & ſeqq. ſub nu. 4. & 7., & in rec. dicta deciſ. 274. nu. 5., & 7. part. 17.* de adminiſtratione Sacramenti Chriſmatis contrà Epiſcopum Marſicen. *Rot. coram Bich. deciſ. 459. num. 25.*, favore Abbatis Caven. *Rota poſt. Tondut. de Penſion. deciſ. 31. num. 4., & 6., & in rec. dec. 274. n. 7. par. 17.* in quarum utraque refertur Decretum Sac. Congregationis Concilii approbatum mediante Conſtitutione Pontificia ſupèr hoc ſpecifico

cifico actu la 238. in Bullar. Cassinen. tom. primo. De collatione Beneficiorum, & Ecclesiarum, quæ prætenduntur exemptæ in terminis Ordinis Cassinensis Rota in dicta Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. concurrit, & §. Pertinentia coram bo. me. Bourlemont, & 6. Aprilis 1693. §. Demum coram bo. me. Ursino. In terminis Abbatis Caven. Rota in dicta decis. 274. num. 5., & 7. par. 17. rec. Et generalitèr Oliva de For. Eccles. part. 3. cap. 15. num. 27. Bellett. disquis. Cleric. tit. de Jurisdict. Abbatis S. Michaelis §. unico num. 4. Pignatell. consult. can. 85. num. 15. tom. 5. Rota in rec. decis. 203. nu. 13. part. 7. coram Dunoz. Jun. decis. 988. sub num. 4., & decis. 1001. num. 6. Coccin. decis. 1054. num. 2., & in dicta Marsicana, seù Montis Cassinen. 1686. §. Fundamentum in Nonantulana Jurisdictionis 22. Junii 1693. §. Non obstat, quod dicta Privilegia coram R. P. D. meo Caprara, de Resignatione beneficiorum Rota in dicta decis. 274. num. 7. par. 17. rec., & in dicta Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. Concurrit; de Confirmatione vel reservatione Jurispatronatus requirente consensum Diœcesani Vivian. de Jurepatr. lib. 2. cap. 1. num. 20. Bellet. disquisit. Cleric. par. 1. dicto §. unico num. 4. Desider. Guido inter decis. Trivisani decis. 55. num. 10., & 23. lib. 2. Rot. in Barchinonen. Jurisdict. 2. Maii 1681. §. Sicùt etiam coram clar. mem. Card. Matthaio, & pluribus relatis in dicta Marsicana, seù Montis Casinen. Jurisdictionis 22. Martii 1686. §. Fundamentum coram eodem. De Indicendo concursu ad Parochiales Pignatell. consult. can. 8. n. 17., & consult. 73. tom. 7. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 12. n. 17. Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 988. num. 4. & dec. 1001. sub nu. 6. Zaratt. dec. 21. num. 33. in rec. decis. 197. num. 20. part. 8. In Nonantulana Jurisdictionis 22. Junii 1693. §. Non obstat quod Abbas coram R. P. D. meo Caprara, & in puncto Abbatis Cassinen. Rota in dicta Capuana, seù Montis Cassinen. 1693. §. Demùm Coram bo. me. Ursino, & favore Abbatis Cavensis eadem Rota post Tondut. de Pension. decis. 31. num. 4. & sub num. 6. de administrat. Sacramentorum Rota d. decis. 274. num. 5. par. 17. De convocatione Synodi Bellett. disquisit. Cleric. par. 1. tit. de Jurisdict. Abbatis S. Michaelis §. ultimo num. 9. & per totum Fagnan. in Cap. quanto num. 50. de Offic. Ordinar. Pegas: de competent. Jurisdict. par. 2. Cap. 160. num. 2. Massob. de Synod. Cap. 2. dub. 8. num. 1. Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 24. quæsit. 7. per tot. Barbos. ad Concil. sess. 24. de refor. Cap. 2. num. 9. Et de Jur. Eccles. lib. 1. Cap. 17. nu. 104. Oliva de For. Eccles. part. 3. quæst. 15. num. 31. Rota in rec. decis. 197. num. 19. part. 8. Coram Merlin. decis. 264. num. 5. Coccin. decis. 1054. num. 2. Coram Dunoz. Jun. decis. 988. sub n. 4. & decis. 1001. num. 6. Zarate decis. 21. nu. 33. decis. 203. num. 13. par. 7. decis. 204. num. 4. & 5. par. 19. recent. Et in Nonantulana Jurisdictionis 22. Junii 1693. §. Non obstat quod dicta, & §. Posito Coram R. P. D. meo Caprara. Et pro Abbate Cavensi Rota post Tondut. de Pension. dict. decis. 31. num. 4. & 7. & in rec. decis. 274. num. 5. & 7. par. 17. De deputatione Vicarii, retentione Tribunalis, & cognitione causarum Spada cons. 129. num. 10. lib. 2. Card. de Luca de Jurisdict. dicto disc. 12. sub num. 17. Sbroz. de Offic. Vicar. lib. 1. quæst. 4. Rota Coram Dunoz. Jun. decis. 988. sub num. 4. Peutinger. decis. 12. num. 20. Coccin. decis. 1054. n. 2. & in rec. decis. 197. num. 16. part. 8. Et de Monasterio Cassinensi Rota in dicta Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. concurrit Coram bo. mem. Bourlemont, & 1686. §. Cæterum Coram clar. me. Card. Matthejo, & de Abbate Cavensi dicta decis. 31. num. 4. post Tondut. de Pension. & in rec. decis. 274. num. 5. par. 17. De obedientia Abbati præstita Roderic. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 64. artic. 9. Chokier. de Jurisdict. in exempt. par. 4. quæst. 34. num. 3. Rota Coram Puteo decis. 114. lib. 3. in correctis, & Coram Seraph. decis. 1025. nu. 19. & Coram Bich. decis. 421. num. 2. & in terminis Abbatis Cassinen. Rota Coram Comitul. dec. 83. num. 4. Bicchius dicta decis. 459. num. 18. De Visitationibus factis ab Abbatibus Spada cons. 129. num. 8. lib. 2. Rota Coram Dunoz. Jun. decis. 988. sub num. 4. & decis. 1001. sub num. 6. post Tamburrin. de Jur. Abbat. decis. 117. nu. 5. in rec. decis 203. num. 13. part. 7. & decis. 197. num. 12. par. 8. Coccin. decis. 1054. num. 2. & in Nonantulana Jurisdictionis 1693. §. Non obstat, quod dicta. Et in termials Abbatis Cassinensis Coram Bich. dicta decis. 459. num. 23. & 27. In dicta Capuana seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. Concurrit Coram bo. mem. Bourlemont, & 1686. §. Cæterum Coram clar. mem. Card. Matthejo, & in terminis Abbatis Cavensis eadem Rota dicta decis. 31. num. 4. post Tondut, & dict. decis. 274. num. 5. par. 17. & num. 7. ubi refert. Decretum Sac. Congregationis Concilii, & declarationem sa. me. Sixti V. de correctione Clericorum, & reformatione morum Rota Coram Coccin. decis. 1054. num. 2. & in citata decis. 31. num. 4. post Tondut. de Pension. repetita apud Pignattell. Consult. Canonic. 59. num. 10. tom. 8. De approbatione Confessariorum Tamburin. de Jur. Abb. tom. 2. disput. 2. quæsit. 11. num. 1. & 2. Campanil. in divers. Jur. Canon. Rub. 12. Cap. 13. num. 76. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 1. num. 182. Molphes. in summa tom. 1. tract. 7. de pœnit. Cap. 14. num. 16. Boss. de triplic. Jubil. privil. sect. 3. cas. 2. num. 62. & seqq. Ricc. decis. 22. num. 4. part. 4. Barbos. de Episcop. par. 2. alleg. 25. num. 9. & ad Concil. sess. 23. de reform. cap. 15. num. 28. ubi declarat contrarias aucthoritates procedere in Abbate, qui nititur simpliei exemptione, non in eo, qui est nullius, & habet Territorium Separa-

paratum, prout eas conciliat, *Modern. Salentin. Consult. Canonic. 8. num. 95. tom. 7. Rotu coram Dunoz. Jun. decis. 988. sub num. 4.* De Processibus factis ab Abbate contra delinquentes, & remissione illorum facta ab Episcopo *Menoch. cons. 147. num. 15. Pignatell. Consult. Canon. 26. num. 9. tom. 2.* Et de agnitione Episcopi desumpta à similibus actibus ab ipso gestis *Spada cons. 129. num. 9. lib. 2. Curd. de Luca de Jurisdict. disc. 1. num. 30. Rotu decis. 204. num. 6. part. 19. recen.* De Confessionibus Episcoporum *Menoch. cons. 147. num. 24. Pignatell. Consult. Can. 26. num. 10. tom. 2. Rotu coram sa. mem. Alexandro VIII. decis. 125. num. 8. & 9. in rec. decis. 152. num. 5. par. 7. & in d. decis. 374. num. 4. part. 17. decis. 106. num. 21. & seqq. part. 19.* Et in citata Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. *Pertinentia, & seqq.* De descriptione facta in Inventario publica auctoritate confecto *Pignatell. d. cons. Can. 26. n. 7. tom. 2. Rota coram Dunoz. Jun. decis. 655. sub num. 1. & sub num. 3. versic. non obstat in rec. decis. 203. in princip. versic. quoad situationem, & num. 12. part. 7.* De Litteris Apostolicis Abbati tanquam ordinario directis *Rota Coram Dunoz. Jun. decis. 983. n. 4. & decis. 1001. num. 7. Merlin. decis. 264. nu. 6. & in Hispalen. Decimarum de Olivares 30. Januarii 1679. §. Amplium & seqq. coram bo. me. Bourlemont. dict. Capuana seù Montis Cassinen. 10. Martii ejusdem anni §. Retento Coram eodem, & in Nonantulana Jurisdictionis 22. Junii 1693. §. Non obstat quod dicta Coram R. P. D. Caprara*, & de Denominatione Nullius, *Spad. cons. 129. num. 8. lib. 2. Rot. in rec. decis. 197. n. 19. par. 8. & decis. 69. num. 16. par. 19. & in Hispalen. Decimarum de Olivares 30. Januarii 1679. §. Amplius Coram bon. mem. Bourlemont. & in d. Capuana 1679. §. Innocentius.*

Istaque observantia validior evadit, si ponderetur, quod in tam longa intercapedine temporis Episcopi Marsicen. in Territorio
23. Tramutulæ nunquam administrarunt Chrisma, Beneficia non contulerunt, Altaria non consacrarunt, Ecclesias non dedicarunt, causas non cognoverunt, nullosquè actus Jurisdictionales pacificè, nec cum scientia Abbatis gesserunt. Inverisimile autèm est, quod si Episcopi Jurisdictionem in Territorio Tramutulæ exercere potuissent, nullos actus Jurisdictionales exercere voluissent, ac proindè hæc abstinentia ab actibus non levem inducit præsumptionem, quod Abbati hæc Jurisdictio quasi Episcopalis competeret, ut in individuo observat *Rotu Coram Seraph. decis. 1025. sub num. 20. vers. Et mirum est, & pluribus relatis in d. Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. Tale autem.*

Positâ autèm observantiâ desumptâ ex tot tantisquè actibus cujuscumque generis, exercitis in ipsa Terra Tramutulæ, & Territorio promiscuo, donationes, & Privilegia Apostolica etiam si dubia essent, ità interpretari
24. deberent, ut ab eis concessa, & translata cênseatur in Abbatem Jurisdictio quasi Episcopalis; & constitutum Territorium Separatum, cùm nulla dari possit melior interpretatio rebus dubiis eâ, quæ desumitur ex subsequuta observantia, ut in specie firmant *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 16. num. 17. Pignattell. consult. Can. 85. num. 9. & 19. tom. 5. Rotu coram Martin. Andrea decis. 54. num. 14. Bich. d. dec. 459. num. 19. & in rec. decis. 273. num. 11. part. 11. & in citata Capuana, seu Montis Cassinen. 1679. §. Tale autèm coram bon. me. Bourlemont. 1686. §. Caeterum Coram clar. mem. Card. Matthejo, & in dicta Marsicen. seù Montis Cassinen. Jurisdictionis 1686. §. Quæ omnia coram eodem*; Et generaliter *Seraphin. Mussin. de Confisc. Bonorum quæst. 11. num. 45. quæst. 35. num. 80. & 83. Rota corum Bich. decis. 48. num. 9. & 10. & in recent. dec. 493. num. 4. par. 13.* Quamvis contrarius intellectus videretur magis conformis Privilegiis, & esset de jure verior, ut generaliter firmat *Seraph. Massin. de Confisc. Bonorum dicta quæst. 35. num. 83. Fontanell. decis. 89. num. 24. & 25. Rota coram Buratto decis. 679. num. 9. & in recent. decis. 216. num. 3. & decis. 520. num. 9. part. 13. & in nostris terminis in dicta Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Tale autèm Coram bon. mem. Bourlemont.*

Idque eo fortius procedit, quando non solùm concurrit observantia extrajudicialis qualis est illa, qua desumitur ex actibus superiùs recensitis, sed etiam judicialis, quæ resultat, ex quo orta controversia, Sacra Congregatio Concilii declaravit, Abbatem Cavensem habere proprium Territorium, & Jurisdictionem quasi Episcopalem, *ut in Summ. Abbatis num. 8.* & refert *Panimoll. decis. 30. adnot. 2. num. 24. Rot. d. decis. 31. num. 6. in fine, & d. decis. 274. num. 7. par. 17. recent.* cujus declarationis vigore eadem Sacra Congregatio postea inhibuit Episcopo, nè se ingereret in cognitione causarum, voluitque quòd pro istis deputari deberet in eadem terra Vicarius ab Abbate, *d. Sum. num. 9.* Cumque præfatum Decretum, sivè declaratio fuerit postea à san. mem. Sixto V. approbata, & desuper expeditæ litteræ Apostolicæ à san. mem. Gregorio XIV. ut testatur *Panimoll. decis. 30. adnot. 2. num. 24. & eadem Rotu in d. decis. 31. & 274. locis mox citatis*, & patet ex ipsamet Constitutione Gregoriana Bullar. Cassinen. *la 238. tom. 1.* in qua dicitur Abbatem Cavensem habere jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium Separatum cum facultate Synodum congregandi, Examinatores in ea eligendi, concursum indicendi, Parochos examinandi, & approbandi. Æconomos deputandi, Chrisma conferendi, dispensationes matrimo-

E e niales,

25. niales, aliasque commissiones Apostolicas recipiendi, ut legitur in eadem Constitutione; Tale decretum, & Constitutio facit jus quoad omnes, tam pro casibus præteritis, quàm futuris, *Fagnan. in Cap. quoniam num. 72. & seqq. de constitut. Pignatell. Consult. Canonic. 44. num. 27. Consult. 84. num. 19. & Consult. 108. num. 1. tom. 1. Barbos. de Jur. Ecclesiastic. lib. 1. Cap. 3. num. 85. Frances. in Pastoral. Regular. par. 3. num. 14. Rot. in Calaguritana Pontificalium 16. Novembris 1696. §. In præsenti Coram bon. mem. Ursino, & in Viterbien. usus Pascuorum 15. Martii præteriti §. Etenim Coram me*; Et in propria materia Jurisdictionis quasi Episcopalis Abbatis Cassinensis, *Rota in dicta Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 17. Junii 1686. §. Certius coram clar. me. Card. Matthejo*.

Fortiusque incalescit hæc observantia judicialis, si ponderetur, quod anno 1605. Abbas Caven. obtinuit ab A. C. inhiberi Vicario, & Archidiacono Marsicen., nè ipse Tramutulenses subditos Abbatis auderet pœnâ, & vinculo excommunicationis ligare, quando Abbas eos voluisset solutos, nec ab eodem vinculo solvere, quos Abbas voluisset ligatos; Rursus anno 1654. 1662. & 1672. renovata adversus Abbatem prætensione ab Episcopis Caven., & Caputaquen. super exercitio jurisdictionis quasi Episcopalis, Causâque introductâ coram A C. & in Sacra Rota *Coram bo. me. Verospio, & Emerix*, emanarunt decisiones, & sententiæ Abbati favorabiles impressæ apud *Tondut. de Pension. d. decis. 31. num. & in recent. decis. 274. par. 17.* & dantur *Summ. Abbatis*
26. *num. 32. & 37.* Inter modos autem probandi pertinentiam Territorii Separati ad Abbates præcipuum esse illud desumptum à sententiis præsertim, ut hic, ab Episcopis succumbentibus mediante acquiescentia approbatis, & executione demandatis, in specie *Rota Coram Dunoz. Jun. decis. 988. num. 4. & d. decis. 1001. num. 7. & in recent. decis. 274. num. 3. par. 17. & in citata Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. Hanc autem coram bo. me. Bourlemont. 1686. §. Prædicta, & seqq. coram clar. me. Card. Matthejo, & 6. Aprilis 1693. §. Et certo coram bo. me. Ursino, in Baren. Jurisdictionis 19. Januarii 1682. §. Quo posito coram Pauluccio, & in dicta Nonantulana Jurisdictionis 1693. §. Verum etiam coram R. P. D. meo Caprara*. Et licèt prædictæ decisiones, & sententiæ non prodierint præcisè contra Episcopos Marsicen. nec super Terra Tramutulæ,
27. attamen cùm declarant Abbati competere Jurisdictionem quasi Episcopalem, & fuerint servatis servandis cum legitimo contradictore latæ super statu, sufficientèr probant ad Abbatem hanc Jurisdictionem spectare contra omnes, in specie *Rota in rec. decis. 234. num. 5. par. 4. decis. 203. num. 19. par. 7. decis. 197. num. 18. par. 8. & decis. 274. nu. 3. par. 17.* Potissimè quia hæc jurisdictio hodiè prætenditur vigore eorundem Privilegiorum Abbatibus concessorum, & vigore eorundem actuum Jurisdictionalium ab Abbatibus in sequelam gestorum, quorum ratione Sacra Rota alias judicavit Abbati competere jurisdictionem quasi Episcopalem; ac proindè sufficit, ut respectu unius ex locis sub dicta concessione, & Privilegiis comprehensi, fuerit declarata Jurisdictio quasi Episcopalis, ad hoc, ut respectu aliorum, illius competentia non possit denegari; Ex regula, quod in actibus provenien-
28. tibus à causa universali, ipsa causa potiùs attenditur, quàm aliquorum actuum exercitium, *Rota coram Mantica decis. 320. num. 6. & seqq. Cels. decis. 7. num. 7. & 8. & in Januen. Abbatiæ 10. Martii 1692. §. Etenim Coram Reverendiss. Zamoren., & 15. Junii 1693. §. Quandoquidem Coram R. P. D. meo Caprara, & in Dertusen. Jurisdictionis super bono jure 26. Aprilis 1694. §. Etenim coram eodem*.

Nec ad evertendam supradictam observantiam extrajudicialem, & judicialem quicquam obesse valet, quod ex parte Abbatis adducti incipiant ab anno 1505. undè ab hoc tempore dici debeat, Abbates se intrusisse in exercitio prædictæ Jurisdictionis, cùm alioquin, si ea, vigore Privilegiorum, competiisset, utique Abbates pro tempore præterito, & immediato illam exercere non omisissent; Etenim ad pro-
29. bandam observantiam interpretativam, & declarativam Privilegiorum, non est necesse afferre omnes actus ab initio usque ad tempus motæ litis gestos, sed satis est, si aliqui tantùm afferentur, cùm ad illam introducendam sufficiat, ita aliquando observatum fuisse *Seraphin. Massin. de Confisc. Bonorum quæst. 35. num. 82. Fontanell. decis. 482. num. 11. Larrea decis. 45. num. 24.*

Et quatenùs etiã requireretur multiplicitas actuum, quodque essent continuati per longum tempus, adhùc cùm illi adducantur per duo ferè sæcula, & de tempore antecedenti non doceatur legitimè Episcopos actus con-
30. trarios exercuisse censetur à principio idem status impressus, & usque ad præsens continuatus *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 34. n. 24. Rot. decis. 69. num. 18. & seqq. par. 8.* & in nostris terminis egregiè *in sæpè laudata decis. Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Tale autem exercitium in fine coram. bo. me. Bourlemont*, talique casu non resistit observantiæ, quod actus Jurisdictiona-
31. les non doceantur gesti immediatè post emanata Privilegia, *Rota coram Buratto decis. 779. num. 9. versic. in quarum prima, & num. 13. & 14.* ubi de observantia post 82. annos, *& coram Bich. dec. 287. num. 11. Coccin. dec. 466. n. 6.* & de intervallo plurium sæculorum inter Privilegia, & observantiam, *Rota in mox rela-*

ta

ta Capuana; seù Montis Cassinen. Parochialiam
1679. §. Tale autem, & §. Aut ex tàm longeva.
Prædictaque observantia clarè, ut supra
probata; est adeò potens, & valida, ut non
solùm sufficiat pro interpretatione Privilegio-
rum, sed ad effectum præsumendi Privilegium
Apostolicum, vel alium similem titulum tri-
buentem Jurisdictionem quasi Episcopalem,
dum actus toties replicati in quacunque mate-
ria, & genere adducuntur per spatium ferè
32. duorum sæculorum, quæ duplex centenaria
æquipollet immemorabili, uti excedens me-
moriam hominū, ut in individuo firmavit Card.
de Luca de Jurisd. disc. 96. sub num. 21. & disc.
97. num. 9. & seqq. Rota post Tamburin. de Jur.
Abbat. decis. 40. num. 1. & 2. in dicta Capuana,
seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §. Aut
ex tam longæva Coram bo. me. Bourlemont 1686.
§. Ceterùm Coram clar. mem. Card. Mathejo: &
6. Aprilis 1793. §. Demum Coram bo. me. Ursi-
no, in Volterrana Jurisdictionis 22. Martii 1673.
§. Hæc autem Coram bo. mem. Albergato, & in
Marsicana, seù Nullius Beneficii 7. Junii 1686.
§. 2. concesso Coram Reverendiss. Turonen. & Ge-
neraliter Rocca disput. 59. num. 6. Desiderius
Guido inter decisiones Trivisani decis. 55. sub
num. 73. & 75. lib. 2. Rota in Recen. decis. 253.
num. 6. & seqq. par. 13. decis. 574. num. 10.
par. 18. decis. 106. num. 27. & decis. 152. nu. 2.
par. 19. & coram Buratto decis. 875. num. 7.
Bich. decis. 98. num. 3. Coram Celso decis. 193.
num. 4. & 5. & in Theatina Abbatiæ super bo-
no Jure 28. Junii 1694. §. Etenim Coram bo. me.
Emerix.

Quinimò concurrentibus prædictis dona-
tionibus, & Privilegiis Apostolicis, neq; opus
esset probare centenariam, ad hoc, ut jurisdi-
33. ctio quasi Episcopalis præscripta dici pos-
set, & intraret titulus præsumptivus, sed suf-
ficeret probare illorum exercitium per 40. an-
nos, ut in his terminis Tondut. resol. benef. 60.
num. 10. Bellet. disquisit. Cleric. d. §. unico n. 17.
Barbos. de Episc. par. 3. alleg. 89. num. 4. Gra-
tian. disc. 918. num. 43. Tamburin. de Jur. Ab-
bat. tom. 1. disput. 15. quæst. 9. num. 17. Rota
post eum decis. 40. num. 1. & decis. 48. num. 8.
Coram Coccin. decis. 448. n. 12. & decis. 870. n. 2.
Dunoz. Jun. decis. 988. num. 2. & 5. & decis. 2001.
num. 2. & in citata Capuana, seù Montis
Cassinen. Parochialium 1679. §. Aut ex tam
longeva, ubi testatur ita decrevisse san. mem.
Clementis III. favore Ordinis Cassinen. anno
1188., & §. Ex præfatis, & 1686. §. Concur-
rentibus, In Gerunden. administrationis Episco-
patus Sede Vacante 10. Junii 1686. §. Qua stan-
te Coram bo. me. Emerix, & in dicta Marsicana,
seù Nullius Beneficii 7. Junii ejusdem anni §. 2.
concesso.

Nullatenùs obstante, quod hæc præscriptio
induci non potuerit, dum non probatur Epis-
34. copos Marsicen. scivisse ab Abbatibus prædi-
ctos actus Jurisdictionales gestos fuisse; Nul-
la enim scientia probanda est à præscribente,
quando concurrit titulus expressus, vel taci-
tus à centenaria resultans, Rota Coram Dunoz.
Jun. decis. 96. num. 3. Bich. decis. 267. num. 24.
& in his terminis post Post de manut. decis. 628.
num. 12. & in d. Capuana, seù Montis Cassinen.
1679. §. Scientia verò Coram bo. mem. Bourle-
mont.

Cœterum in casu præsenti nec deficit etiam
scientia, quæ resultat; Tùm ex multiplicita-
te actuum publicè, & palàm gestorum, illo-
35. rumque exercitio continuato per tot sęcula
Terra Tramutulæ sex. milliaria circiter tan-
tùm distante à Civitate Marsicen. in puncto
Tondut. resol. benefic. 60. num. 13. Rota Coram
Martin. Andr. decis. 54. num. 15. dicta Capua-
na, seù Montis Cassinen. Parochialium 1679. §.
Scientia, & in d. Marsicana, seù Montis Cassinen.
Jurisdictionis 1686. §. Quæ omnia Coram eodem;
Tum etiam ex Processu contra Archidiaco-
num Marsicen. ab Abbate compilato super
Territorio promiscuo, & ex Inhibitione con-
tra Vicarium Marsicen. exequuta, nè se inge-
reret in absolutione Excommunicatorum ab
Abbate, Summ. Abbatis num. 25. & 29. Scien-
tia enim Archidiaconi, & Vicarii infertur ad
36, scientiam Episopi, ut de scientia Canonici
Rota in d. Capuana 1679. §. Scientia, & de Scien-
tia Vicarii Rota Coram Seraphin. dec. 306. nu. 6.
Rembold. decis. 342. num. 11. & in citata Ca-
puana, seù Montis Cassinen. Parochialium eodem
§. Scientia. Tùm, & fortius ex remissione
delinquentium facta ad Abbatem ab Episco-
pis, & ordinatione Tramutulensium facta ab
eisdem, imò etiam à moderno Antistite cum
37. litteris dimissorialibus Abbatis, istum vocan-
do Ordinarium Summar. Abbatis num. 28. 34.
35. & 36. quæ indubitanter scientiam arguunt,
ut in specie observat Pignatell. Consult. Cano-
nic. 26. num. 10. tom. 2. Rot. apud Post. de ma-
nutent. decis. 184. sub num. 22. vers. In quam
sententiam, & cor. Dunoz. Sen. decis. 309. n. 24.

Proùt non relevat, quod præscriptio inter-
rupta remanserit à contrariis actibus gestis ab
Episcopis, quià isti, vel fuerunt contradicti,
qualis est absolutio excommunicatorum facta
à Vicario Abbatis d. Summ. n. 29. vel fuerunt
gesti inscio Abbate, & sub falso supposito,
proùt sunt litteræ obtentæ à Sac. Congrega-
tione Teste Rota in d. decis. 274. num. 11. par. 17.
recent. & licentia laborandi obtenta in diebus
festis ab Episcopo, vel sunt enunciativæ emis-
sæ à Tramutulensibus, de tempore, quo ipsi
litigabant cùm Abbate super appellatione in
secundis instantiis interponenda ad Urbem, &
non in Auditorio Abbatis, proùt sunt enun-
ciativæ de annis 1605. & 1608. quod Episco-
pus dederit beneplacitum construendi Con-
ventum, & erigendi Confraternitatem, quæ
insupèr non fuerunt effectuatæ, dùm Confra-

ternitas non fuit erecta, & Conventus non apparet vigore dictæ licentiæ constructus, dùm Episcopus non affert Bullam super hoc expediri solitam; Vel sunt visitationes factæ in Ecclesiis exemptis, qualis est illa Franciscanorum, quæ post Concilium Tridentinum ab Episcopis visitari possunt Jure delegato, & ultimæ visitationes anni 1698. dederunt Causam liti; Vel consistunt in afferto consensu præstito in Jurisdictionem Episcopi Marsicen. à Subditis Abbatis, proùt factum fuit in Causa Marsicen. Decimarum, quæ hodiè agitatur in hoc nostro Tribunali coram R. P. D. meo della Tremoille, qui consensus non adest, dùm Tramutulenses comparuerunt, semper impugnando, & solemnitèr protestan-
38. do de defectu Jurisdictionis, quæ protestatio omnem consensum excludit *Abbas in Cap. gratum. sub. num. 7. de Offic. delegat. Rota Coram Bich. decis.* 215 *num. 7. & 8. in rec. decis.* 240. *num.* 15. *par.* 7. Et quatenùs adesset consensus Subditi non potuisset præjudicare Abbati, nec eidem auferre Jurisdictionem quasi Episcopalem; Vel deducuntur à dicta licentia laborandi concessa in diebus festis ab Episcopo, quæ cùm verificari possit de licentia laborandi in partibus Diœcesis Marsicensis, super qua Abbas non prætendit Jurisdictionem, sed solùm illam allegat in Terra Tramutulæ, & in Territorio promiscuo super bonis, & personis Tramutulen. præfata licentia remanet actus æquivocus, qui Abbati non præjudicat, ut de actibus contradictis in individuo *Rota Coram*
39. *Dunoz. Jun. decis.* 988. *num. 9.* apud *Post. de manutent. decis.* 627. *num.* 8. post *Tamburin. de Jur. Abbat. decis.* 59. *num. 7. & 8.* & favore Abbatis Caven. *decis.* 274. *num.* 10. *part.* 17. *rec.* de actibus, qui non probantur gesti sciente, & patiente Abbate in specie *Spad. Conf.* 128. *num.* 6. ibique *Rota num.* 14. *& Conf.* 129. *sub num* 10. *&* 11. ibique *Rota num.* 20. *lib.* 2. *Pignatell. Consult. Can.* 85. *num.* 13. *tom.* 5. *& num.* 14. *Rota Coram Dunoz. Jun. d. decis.* 988. *num.* 15. *Dunoz. Sen. decis.* 309. *num.* 21. *Coccin. decis.* 832. *num.* 9. post *Tambur. de Jur. Abbat. decis.* 59. *num.* 3. *& in rec. citata decis.* 274. *num.* 9. *part.* 17. *decis.* 204. *num.* 13. *par.* 19. *In Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium* 1679. §. *Scientia, &* §. *Tùm quia Coram bo. me. Bourlemont, &* 1686. §. *non attentis Coram clar. mem. Card. Matth.* de actibus non effectuatis, in specie *Rota coram Dunoz. Jun. cit. decis.* 988. *num.* 13. *& in Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium* 1679. §. *scientia, &* §. *tum quia coram bon. mem. Bourlemont,* & 1686. §. *non attentis coram clar. me. Cardin. Matthæjo,* & generaliter de actibus non effectuatis in materia Jurisdictionis *Rota cor. Bic. decis.* 328. *num.* 18. *&* 19. & intèr *diverf. decis.* 709. *num.* 8. *vers. Tertiò fuit responsum par.* 4. de actibus, qui fieri potuerunt ab Episcopo Jure delegato in terminis *Spad. conf.* 128. *nu.* 5. ibique *Rota nu.* 10. *& conf.* 129. *sub num.* 11. *lib.* 2. *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 1. *num.* 30. *vers. Eoquè magis, Rota coram Dunoz. Jun. decis.* 988. *num.* 8. *&* 11. *Dunoz. Sen. decis.* 309. *num.* 19. *& apud Marchesan. de commis. tom.* 1. *fol.* 981. *num.* 4. *Coccin. decis.* 832. *num.* 7. *&* 8. *& decis.* 870. *nu.* 3. *Ubald. decis.* 75. *num.* 4. *& in rec. decis.* 148. *num.* 14. *par.* 13. *de actu gestu à persona, quæ præjudicare potest, Tondut. resol. benefic. lib.* 1. *d. cap.* 60. *num.* 15. *&* 16. *Pignatell. consul. Can.* 85. *num* 14. *tom.* 5. *Bellett. d.* §. *Unico num.* 27. *Rota coram Seraph. decis.* 1025. *nu.* 23. *& in rec. decis.* 303. *num.* 10. *par.* 7. & de actibus æquivocis in puncto *Spada consil.* 128. *num.* 5. *lib.* 2. ibique *Rota num.* 11. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 348. *Rota cor. Dunoz. Sen. decis.* 309. *sub num.* 19. *Coccin. decis.* 832. *num.* 8. *&* 10. ubi præcisè de actu gesto ab Episcopo in loco non exempto, idemque dicitur in *decis.* 1054. *num.* 9. *vers. quartò deducitur Dunoz. Jun. decis.* 988. *num.* 7. *& seqq. & decis.* 1001. *sub num.* 9. *vers. denique non relevant, & num* 10. *& in rec. decis.* 204. *num.* 12. *par.* 19. ubi paritèr de actu, qui non probatur gestus ab Episcopo in loco exempto, & in dicta *Capuana* 1679. §. *Quo verò in fine.*

Sicut nec aliqua vis fieri potest in supplici libello porrecto de anno 1620. s. m. Paulo V. in quo fuit ab Abbate petita licentia concedendi dimissorias, & conferendi ordines, quasi ex hoc inferatur, talem licentiam priùs non habuisse; siquidèm hoc totum petitum fuit ad benè esse, & quià, ut dicitur in dicto supplici libello *da alcuni Scrupolosi si fà difficoltà, se l'Abbate possa dar dette dimissorie, e cercano dargli fastidio, e molestarlo da detto antichissimo possesso, si supplica per tanto umilmente la S. V. per levare ogni difficoltà, & occasione de lite &c.* Si itaque facultas hæc petita fuit à Pontifice ad tollendos scrupulos, difficultatem, & occasionem litium, ex hoc elici non potest aliqua confessio Abbatis super talis facultatis deficientia; Verba enim, quæ ad benè esse, & ad majorem cauthelam proferuntur, non præjudicant *Rot. in rec. decis.* 212. *num.* 12. *& decis.* 320. *num.* 47. *par.* 6.

Potissimè quià hujusmodi actus conquassantur ab aliis Abbatis, qui uti numero, ac qualitate majoribus, & titulo suffultis præferuntur illis ab Episcopo gestis, & prætensam petitionem, & confessionem Abbatis declarant *Rot. d. dec.* 274. *n.* 9. *vers. actus par.* 17. *rec. Capuana, seù Montis Cassinen.* 1679. §. *Tum quià, &* 1686. §. *non attentis, & in d. Marsicana, seù Montis Cassinen. Jurisdictionis* 1686. §. *minimè resistente coram clar. mem. Cardinal. Matthæio.*

40. Sublatis actibus Jurisdictionalibus, faciliùs tollitur assistentia Juris, quæ pariter allegabatur ab Episcopo; Hæc enim eidem suffragari non valet in loco exempto, qui probatur spe-

ctare

ad Abbatem cùm Jurisdictione quasi Episcopali, *Pignatel. consult. Canon.* 85. *n.* 4. *tom.* 5. *& num.* 10. *Rot. cor. Martin. Andrea dec.* 54. *n.* 5. *coram Dunoz. Jun. dec.* 309. *n.* 6. *& seqq. Coccin. dec.* 832. *n.* 5. *& in rec. dec.* 373. *n.* 12. *par.* 11. *dec.* 204. *n.* 3. *& seqq. par.* 19. & pro Abbate Congregationis Cassinensis *Rot. cor. Bich. dec.* 339. *ex num.* 11. *& in Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. *§. rursus coram bon. mem. Bourlemont.* 17. *Junii* 1686. *§. Cæterùm coram clar. mem. Card. Matthaeio, & 6. Aprilis* 1693. *§. Juridicum coram bo. mem. Ursino*, & pro Abbate Cavensi *Rota* post *Tondut. de Pension. dec.* 31. *n.* 2. *& dec.* 274. *num.* 8. *par.* 17. *rec* & contra Episcopum Marsicen. *Rota in Marsicea., seù nullius Beneficii* 7. *Junii* 1686. *§. Domini responderunt cor. Reverendiss. Turonen.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES DEC.

Firmana Jurisdictionis super reservatis,
Ven. 15. *Aprilis* 1701.

ARGUMENTUM.

In hac Causa, quæ celebris fuit in Rota, reassumitur materia Jurisdictionalis super pluribus Ecclesiis reservatis in alia præcedenti Decisione, & plura resolvuntur favore Archiepiscopi Firmani.

SUMMARIUM.

1. *Exercitium Jurisdictionis Diœcesanæ consistit in Visitatione Ecclesiarum sitarum in Diœcesi.*
2. *Juris assistentia suffragatur Episcopo tàm in possessorio, quàm in petitorio, etiam non docto de possessione in materia Jurisdictionis.*
3. *Ampliatur conclusio concurrente possessione.*
4. *Duo Capita in eadem Diœcesi adesse, videtur Monstruosum.*
5. *Prælatus inferior ad effectum visitandi Ecclesias cum Jurisdictione quasi Episcopali docere debet de Privilegio Apostolico, vel de Immemorabili, illud presumente.*
6. *Immemorabilis interrumpitur ex solo rumore in contrarium.*
7. *Unio communicat Privilegia, & prærogativas inter Ecclesias unitas.*
8. *Privatio supponit habitum.*
9. *Cura Animarum debet explicitè narrari, aliàs Privilegium Apostolicum dicitur subreptitium.*
10. *Pontifex ex descriptione confinium censetur non tantum eximere Monasterium, sed etiam Populum, & Clerum à Jurisdictione Episcopali.*
11. *Exemptio, ubi non egreditur limites, & septa Monasterii, non comprehendit Populum, licèt d. Monasterio incumberet Cura Animarū.*
12. *Episcopis præcipuè incumbit onus pascendi Ovile Christi, eisque relinquitur Cura investigandi Populum, & Clerum pro administratione Sacramentorum.*
13. *Monachus regularis, & simul Parochus duppliciter est considerandus, tanquam Regularis exemptus, & in respicientibus Curam Animarum subjectus Episcopo.*
14. *Text. in cap. per exemptionem de Privileg. in 6. declaratur.*
15. *Per simplicem exemptionem non infertur ad Separationem Territorii.*
16. *Capacitas Personæ non sufficit, nisi concurrant verba Pontificis concedentis Jurisdictionem.*
17. *Per unionem Ecclesiæ unius Diœcesis, factam ad favorem alterius Episcopi, non dicitur abdicata à primo Episcopo jurisdictio.*
18. *Afferuntur plura exempla unionum Ecclesiarū.*
19. *Innocent. in Cap. Pastoralis de Donat. declaratur.*
20. *Cura Parochialis, & Populus, non venit appellatione pertinentiarum, nisi de illis fiat expressa mentio.*
21. *Lapus in allegat.* 139. *confutatur, & approbatur Doctrina Calderin. cons.* 6. *de Donat.*
22. *Consulentibus deferendum est, si obtinuerunt in Causa.*
23. *Multiplicitas Ecclesiarum sub eodem titulo non præsumitur, & præsumptio excludens diversitatem, inducit probationem identitatis.*
24. *In antiquis qualitates rei, & Ecclesia possunt mutari, nec operatur discrepantia.*
25. *Adminiculum identitatis potest etiam desumi ex scriptura informi, sed requirit subsistentiam fundamentalis probationis.*
26. *Enunciativa non probant, quando principaliter dubitari contigit de enunciato.*
27. *Episcopus exercere valet jurisdictionem in Ecclesiis non exemptis, & sitis in ejus Diœcesi.*
28. *Exemptio Ecclesiarum ubi est passiva, non impedit exercitium Jurisdictionis supra Clerum, & Populum illarum.*
29. *Episcopus visitare potest Ecclesias materiales Sæculares licèt exemptas vigore Concil. Trident.*
30. *Episcopus vigore dicti Concil. Trident. potest visitare Ecclesias regulares, etsi in eis vigeat regularis observantia, quando in illis adest Cura Parochialis exercita à Religioso.*
31. *Ecclesiæ regulares, ubi cessavit regularis observantia licèt sint membra Monasterii commendati, possunt visitari ab Episcopo.*
32. *Visitationes Expletæ ab Abbate dantes Causam liti, & Sede Episcopali vacante, non prajudicant Episcopo.*
33. *Visitationes Episcopi habentes juris assistentiam præferuntur aliis factis ab Abbate exempto.*
34. *Actus Clandestinè gesti non sunt attendendi, prout etiam alii non effectuati.*
35. *Episcopus non potest visitare Ecclesias in quibus Prælatus inferior habet quasi Episcopalem jurisdi-*

risdictionem cum Territorio Separato.

DECISIO XIII.

Vetus Jurisdictionalis controversia inter Archiepiscopum Firmanum, & Abbatem Commendatarium Farfæ nuper instaurata in vim novæ Commissionis directæ Sac. Congregationi Concilii cum Voto nostri Auditorii, quamvis non solùm versaretur super Jure visitandi Ecclesias positas in tribus Castris à fa: me: Gregorio XIII. dismembratis ab Abbatia Farfensi, Diœcesiquè Firmanæ applicatis, sed respiceret quoque potestatem Visitandi alias Ecclesias in hac dismembratione non cõpræhensas, in eadem tamen Diæcesi Firmana ab antiquiori tempore situatas; Propositâ tamen Causâ die 10. Maii 1700. sub dubio utramque Ecclesiarum speciem complectente, prodiit resolutio quoad Ecclesias dismembratas tantùm; reservato ad aliam disputationem examine respectu aliarum in dicta dismembratione non compræhensarum.

Cumquè postmodum hujusmoni Ecclesiæ reservatæ restrictæ fuerint ad quinque, nempè *Ad Ecclesiam Sancti Petri in Penna intùs Civitatem Firmi. Ecclesiam Parochialem S. Laurentii, & Blasii Montis S. Petri Angelorum. Ecclesiam Ruralem Sancti Blasii ejusdem Montis Santi Petri Angelorum. Ecclesiam Sancti Flaviani in Territorio Altetæ. Ecclesiam Collegiatam Sancti Antonii in Castro Altidonæ*: in sequelam proterea antedictæ reservationis proposui hodierna die dubium; *An, & quo Jure liceat Eminentissimo Archiepiscopo Firmano visitare Ecclesias, de quibus agitur*, & habui sequens responsum; *Licere Eminentissimo Archiepiscopo Visitare primas quatuor Ecclesias, quo Jure autem Ordinario, vel Delegato particularitèr videatur, non autem licere Visitare Ecclesiam S. Antonii in Altidona.*

Subnixa fuit pars affirmativa resolutionis in certa, ac incontrovertibili situatione dd. quatuor primarum Ecclesiarum in Diœcesi Firmana, qua stante resultat de consequenti fundatam esse Archiepiscopi intentionem super lege Diœcesana, & Jurisdictione spirituali
1. tàm in ipsas Ecclesias, quàm in Clerum, & Populum eisdem subjectum, ac per consequens super Jure illas visitandi in quo principalitèr versatur Diœcesanę Jurisdictionis exercitium per *Text. in cap. Omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. conquerente, & cap. constitutus de Offic. Ordinarii Conc. Triden. sess. 7. cap. 8. de reform.* & millies dixit *Rota* signanter *coram Mantica decis. 322. num. 1. coram Priolo dec. 295. num. 3. dec. 334. num. 3., & dec. 391. num 12. par. 3. dec. 124. n. 4. par. 11., & in Brixien. Jurisdictionis super Manutentione §. Agnoverunt enim, & in alia super bono Jure in principio 4. Julii 1685. coram bo: mem: Benincasa, & in Juvenacen. Jurisdictionis 11. Januarii 1686. coram bo: me: Reverendissimo Ursino Decano; in Leodien. Jurisdictionis 23. Januarii 1679. §. Fundamentum coram bo: me: Reverendissimo Emerix paritèr Decano, & in alia Leodien. Jurisdictionis 23. Januarii 1699. §. Posita igitur coram Me confirmata 17. Junii ejusdem Anni §. Probata ex his coram R. P. D. Scotto.*

Quæ quidem Juris assistentia cum suffragetur Episcopis tâm *in* possessorio, quàm in pe-
2. titorio etiamsi aliàs non docerent de eorum possessione, vel exercitio Jurisdictionis ex cumulatis per *Adden. ad Euratt. dec. 219. litt. A.* & per *Rotam apud Posth. de manutent. dec. 184. num. 2. apud Tamburinum de Jure Abbatis dec. 50. nu. 4., & in recent. dec. 600. nu. 2. par. 4. tom. 3., & dec. 70. num 21. part. 13. recent.*, & dixit plenè *in Tarraconen. Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. Habet enim coram R. P. D. meo dell' Olmo*; Multò magis proficere debet Eminentissimo Archiepiscopo Firmano, qui adju-
3. vatur actuali exercitio, & quasi possessione illam exercendi, & in specie quoad controversum jus Visitandi, ut infrà docebitur ad *Text. in cap. sopitæ versic. indè utique videmus, & ibi gloss., verb. consuetudine de Censibus*, & firmat *Rota dec. 810. num. 1. coram Coccino decis. 436. nu. 3. coram Amato Dunoz. nu. 10., & dec. 10. num. 18., coram Zarata, & decis. 43. num. 6. post Antoneli. de Juribus, & oneribus Clericorum.*

Et licèt constabilita Juris dispositio cesset, sileatque concurrente privilegio Apostolico,
4. vel consuetudine, tamen cum monstruosum in Jure reputetur, quod in eadem Diœcesi, multoquè magis in eadem Civitate duo præhemineant capita, ut notat *Hostiensis in cap. cum contingat n. 1. de foro competenti, & in cap. quanto n. 13. de Offic. Ordinarii gloss. in cap. cum personæ verb. Causa de privilegiis in 6. Gratian. discept. 212. n. 16., & 17.* Non alias Eminentissimus Abbas Farfensis prætendere valet jus exercendi Episcopalem Jurisdictionem in controversis
5. Ecclesiis, nisi doceat expressè de claro, & litterali privilegio Apostolico, vel de inconcussa consuetudine citrà hominum memoriam, quævè fuerit Canonizzata per tres Sententias omninò conformes, ex quo tunc eadem immemorabilis in defectu privilegii expressi tribueret possibilitatem præsumpti, quemadmodum reassumptis traditionibus omnium Canonistarum Sacrarum Congregationum resolutionibus, ac demùm famigeratis Sac. Rotæ decisionibus latè probat *Pignatell. consult. Canon. 26. ex nu. 18., cum seqq. lib. 2. Carolus Antonius de Luca ad Gratian. dicta discept. 221. num. 3. De Rosa de residentia cap. 4. sect. 6. ex n. 495. & signanter num. 497. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 9. num. 5., & lib. 4. Miscell. Eccles. disc. 1. n. 92. versic. probatio autèm cum seqq., Rota dec. 304. num. 7. par. 11., & decis. 70. num. 60., & decis. 334. num. 16. 17., & 18. par. 13., & in Gerunden. Jurisdictionis. super bono Jure 5. Martii*

Martii 1692. §. Absque eo quod coram Me impressa post disc. 117. Card. de Luca secundum novam Venetam impressionem.

In præsenti autèm themate immemorabilis non prætendebatur,& Jure meritoque,ex quo, ut præfertur, & ex infrà dicendis patebit, observantia potiùs favet Eminentissimo Archiepiscopo docente de quam plurimis actibus Jurisdictionalibus gestis in præfatis Ecclesiis, qui improbabilem reddunt quamcumque consuetudinem favore Abbatis exuberante in Jure
6. ad illam intervertendam, solo, & simplici rumore in contrarium, per ea, quæ tradit *Rota decis. 506. num. 10. decis. 310. num. 9. apud Posth. de manut. & in recent. decis. 70. num. 67. part. 13.*

Quatenùs verò attinet ad Privilegia duo anteponebant Scribentes pro Eminentissimo Abbate, alterum Honorii III. datum Anno 1221. Alterum Gregorii IX. Anni 1240. contendentes primum tribuere, secundum confirmare Monasterio, & Abbatiæ Sancti Salvatoris Majoris Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato, non solùm in locum, in quo situm erat idem Monasterium; Sed etiã in omnes Ecclesias populatas eidem Monasterio subjectas, quantumvis per alias longinquas Diœceses sparsas, prætendendo inter hasce Ecclesias dependentes litteralitèr comprændi illas quinque, de quibus disputatur. Cum-
7. què Monasterium prædictum Sancti Salvatoris unitum fuerit à fa: mem: Clemente VII. insigni Abbatiæ Sanctæ Mariæ Farfensis, concludebant Abbatẽ Farfæ vigore hujusce unionis gaudere illa eadẽ Jurisdictione quasi Episcopali, qua fruebatur antè unionem Abbas Sancti Salvatoris ex traditis per *Rotam decis. 159. num. 6. coram Carillo, & dec. 54. nu. 24. coram Martino Andrea, & dec. 239. num. 7. & 10. par. 8. recent.*

Perpensis tamen tenore, ac natura talium privilegiorum, DD. convenerunt in eorum suffragiis, illam ad summum importare posse exemptionem passivam,& activam quoad Monasterium, & Ecclesiam Sancti Salvatoris Majoris, Clerum, & Populum loci, in quo Monasterium ipsum situm erat, & Abbates residebant. Quo verò ad Monasteria, & Ecclesias ab eadem Abbatia dependentes extrà tamen dictum locum, & in aliis longè dissitis Diœcesibus situatas, præseferre exemptionem simplicitèr passivam restrictam ad septa, & ambitum Monasteriorum, nullo modo tamen activam in Clerum,& Populum. Adeout cum vigore horum privilegiorum Juris communis dispositio vivida, & illesa remanserit respectu Jurisdictionis Diœcesanæ, quæ competebat Episcopis super Clero, & Populo Ecclesiarum dependentium, absque ulla difficultate impediri nequeat Eminentissimo Archiepiscopo Firmano illius exercitium, proùt nec eidem controverti potest, quo minus exerceat in eisdem Ecclesiis exemptis, illorumque Presbyteris, & Rectoribus illam potestatem, quam Jus commune,& Sacra Conc.non obstãte exemptione, eisdem Episcopis tribuerunt, de quibus infrà.

Hanc assertionem fundarunt DD. in duplici ratione, quarum altera est, quod ex lectura dd. privilegiorum non constat, ullum ex Monasteriis annexis, & dependentibus à Monasterio Sancti Salvatoris habuisse de tempore concessionis Curam Animarum Personarum Sæcularium,cum omnia in BullaHonorii enuncientur sub simplici nuncupatione Monasteriorum,hinc inevitabile intrat dilemma, quod vel hujusmodi Monasteria nullam habebant de eo tempore Curam Animarum, & est de subjecto non supponente prætendere, quod Pontifices prædicti voluerint eximere dictas Ecclesias dependentes ab Abbatia Sancti Salvatoris unâ cum Populo, & Clero, si enim eisdem Ecclesiis nulla incumbebat Animarum Cura, proculdubio nullum habebant Territorium, nec Populum illis addictum,quod unâ cum eisdem Ecclesiis abstrahi potuerit à Jurisdictione Episcopi, & applicari Jurisdictioni Abbatis, nisi præsupponi velit privatio sine ullius habitus
8. præexistentia contra principium tàm vulgare dialecticorum, de quo *in l. manumissione ff. de Just. & Jur. Bald. in l. licet num. 2. C. locat. Rota decis. 605. num. 5. & 6. coram Bichio*; Undè dicendum est concessam exemptionem non potuisse ex natura rei egredi limites,ambitumque Monasteriorum.

Aut revera dicta Monasteria habebant Curam Animarum, & cum de ea in privilegio, nulla facta sit mentio, etiamsi aliàs illius verbis
9. inesset vis, & efficacia importandi concessionem Jurisdictionis in Populũ, indultum remaneret subreptitium, & per consequens nullum, cum ad effectum, ut Cura Animarum contineatur in Privilegio,seù Gratia, oportet illam individualitèr narrare, & specificare ad *Text. in Clement. In illis de Præbendis,& Dignitatibus*, qui licèt loquatur in terminis provisionis Beneficii Curati factæ tanquàm de simplici, nihilominus illius dispositio extenditur etiam ad gratias, & privilegia unionum, prout in his terminis tradunt *Turricella de Unione cap. 9. num. 84. Murgas de Beneficiis par. 4. num. 14. Rota coram Gregorio decis. 450. num. 2. & 3. & ibi Adden. num. 9. & coram Dunoz. Jun. decis. 584. num. 6. & sequen.* Et de unione facta ad favorem Mensæ Episcopalis, *Borgninus Cavalcanus in consult. inserta in repertorio Brixian. ad ipsius decis.verb.Unio num.16. & in fine num.23. & rursus habetur in seq. consult. in principio*, & magis in specie dixit *Geminianus ad consil. 6. Calderin. de donat.* ibi: *Sed ista concessio est subreptitia, quid non exprimitur, de qua Ecclesia, & ubi sit sita, & an sit curata, vel non, & sic gratia nulla est*.

Se-

Secundum fundamentum deprompt um fuit ex modo, quo legitur concessa exemptio favore dd. Ecclesiarum dependentium, qui est longè diversus ab illo, quo indulta fuit exemptio principali Monasterio Sancti Salvatoris, hæc namquè restricta non fuit ad Monasterium, illiusquè ambitum, sed litteris expressis noscitur extensa ad locum, in quo ipsum Monasterium situm erat, facta expressa designatione terminorum, & confinium ipsum claudentium, ac circumdantium, ibi: *Locum ipsum, in quo prædictum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, & quicquid habens inter flumina, quæ vocantur Saltus, & Toranum, Villas videlicet. Curtes, atquè Castello à Rivo Paganici, & Palesorii, & Campulano usquè ad Pontem Reatinum.* Ex qua loci, suorumque cofinium denomina-
10. tione evincitur, Pontificem non voluisse à Jurisdictione Episcopali Monasterium tantùm abstrahere, sed omnem Populum, & Clerum in eodem loco existentem, ut tradunt communitèr Canonistæ relati per *Cochier. de Jurisdict. in exemptos tom. 1. par. 1. quæst. 9. num. 1, Rota decis. 149. num. 1. coram Carillo, & decis. 239. num. 1. par. 8. rec.* cum aliis *in Nullius, seù Fulden. Jurisdictionis 28. Junii 1701. coram R. P. D. meo della Tremoille.*

Exemptio verò indulta aliis Monasteriis dependentibus ab illo Sancti Salvatoris non egreditur septa, ac limites ipsorum Monasteriorum, dùm in sepedicto Breve recensetur simplex Monasteriorum nomen, absque eo quod adiiciatur locus aliquis Populatus cum suis cofinibus, quibus illa circumdarentur. Hinc
11. propterea, quatenus etiam de tempore editi Privilegii alicui dd. Monasteriorum Ecclesiæ immineret Animarum Cura, ea certè non remansit sub illo comprænhensa, cum per *simplicem exemptionem Ecclesiæ concessam, ipsa Ecclesia, & Monachi, vel Canonici, Clerici etiam, & Conversi perpetuoquè oblati, non autem Ecclesiæ ejusdem Presbyter, qui Parochianorum curam habet quoad ea, quæ ad Curam Animarum pertinent, neque ipsi Parochiani etiam intelliguntur exempti*, ut per hæc verba definitum legitur *in cap. per exemptionem de Privileg. in 6.* Ubi omnes Canonistę collecti per *Fagnan. in cap. cum Cappella nu. 16. de Privil. & per Pignattel. consult. 26. ferè per tot. lib. 2. Rota coram Carillo decis. 181. n. 11.* Quam juris dispositionem renovavit Sacrum Concilium Tridentinum *in cap. 11. sess. 25. de regular.* ut latè probat *Decisio edita die 10. Maii 1700. coram me §. 22. cum seqq.* super puncto aliarum Ecclesiarum, & in ejus confirmatoria hodie paritèr emanata §. *Hoc ipsum*.

Idquè jure optimo factum esse nemo inficiabitur, cum enim officium pascendi Sacrum Christi Ovile præcipuè, ac specialitèr incumbat Episcopis, ipsique de suis ovibus districtam reddere debeant rationem conveniens, & ne-
12. cessarium erat sub Privilegiis exemptionum, nec Populum, nec Regulares Curæ Animarum propositos includere, sed illos juxtà primævam antiquorum Canonum Institutionem Subditos Episcopis relinquere, ut isti antequam ad Sacramentorum administrationem illos admittant, perscrutari valeant eorum aptitudinem, eisquè admissis jugiter incumbere in pervestigando, an Populus ipsis commissus ritè, piè, ac diligentèr pabulis Sacramentalibus mundetur, reficiatur, & roboretur, ut appositè advertunt *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 4. num. 4. versic. circa verò, & de Parochiis disc. 13. num. 4. Spada consult. 57. num. 6. lib. 1. Pignatell. tom. 3. consult. 58. num. 5. Rota decis. 391. num. 4. & 5. par. 13. decis. 20. n. 7. par. 18. recent. & in d. Geruuden. Jurisdictionis super bono Jure coram me impressa post Card. de Luca disc. 117. de Jurisd. §. Pariter.* Nullam alias involvente repugnantiam, quod Parochus Regularis ob duplicem Personam, quàm representat, uti Religiosus virtute Privilegiorum sit exemptus ab Episcopo in iis, quæ con-
13. cernunt disciplinam, & regulare institutum, & tanquàm Parochus subiiciatur Episcopo, circa ea, quæ spectant ad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, ut egregiè ponderavit *Rota decis. 1058. num. 4. 5. & 6. coram Cardinali Seraphino*.

Non relevante, quod dictum *cap. per exemtionem videatur militare*, quotiès exemptio Ec-
14. clesiæ concessa esset Prælato inferiori nullam habenti Jurisdictionem quasi Episcopalem, non autem quando Papa eximendo Ecclesiam à Jurisdictione sui Ordinarii illam sic exemptam liberè concedit alteri Episcopo, vel Prælato inferiori Jurisdictione quasi Episcopali gaudenti juxtà doctrinam *Innocentii in cap. Pastoralis de donat. & cap. in Lateranensi de præben.* quam secutus fuit *Lapus in alleg. 139.* consulendo in celebri causa Fesulana favore Episcopi illius Civitatis contra Archiepiscopum Florentinum super simili controversia, de qua est quæstio, & dixit *Rota in alia paritèr simili Causa Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 6. Aprilis 1693. §. Quibus positis coram bo. me. Ursino*.

Veriùs namque est, quod sivè exemptio Ecclesiæ emanaverit favore Episcopi, seù Prælati Jus quasi Episcopale habentis, sivè favore alterius inferioris Prælati tali jure carentis, semper stat firma conclusio à Doctoribus communitèr recepta, & à Rota, & Sac. Congrega-
15. tione Concilii passim canonizzata, quod per simplicem exemptionem inferri non valet ad separationem Territorii, & translationem Jurisdictionis in Populum; Omni quippè imaginabili ratione destituta est distinctio inter hos casus, cum virtus Indulti pendere debeat ab efficacia verborum, ab intentione concedentis, atquè à natura Privilegii, non autem à Privilegiati qualitate, quæ illud tamquam odio-

odiosum, & monstruositatem continens, ampliare non debet ultra verba Papæ concedentis; Et licèt verum sit, quod in qualibet concessione requiratur capacitas recipientis, necessarium tamen quoque est verba talia esse,
16. quæ saltem implicitè comprehendere valeant totum id, cujus recipiens est capax, ut benè ponderant *Parisius cons.20. num. 13. lib. 1. Rota decis. 229. num. 18. coram Bichio*; Ac proindè per unionem Ecclesiæ unius Diœcesis, quantumvis factam ad favorem alterius Epis-
17. copi non censeri abdicatã à primævo Episcopo Jurisdictionem in Populum pro veritate consultus respondit *Cardin. de Luca disc. 21. de Jurisdict.* ubi agebatur de Ecclesia Parochiali
18. Civitatis Amalphitanę unitâ Archiepiscopali Salernitanæ, & de Ecclesia Parochiali Diœcesis Urbevetanæ unitâ Ecclesiæ Cathedrali Castrensi habetur apud *Duran. decis. 14. & 92.* & de simili Ecclesia sitâ in Civitate Nuceriæ unitâ Mensæ Salernitanæ dixit *Rot. in decis. 41. num. 9. par. 5. tom. 1. recent. & in decis. 274. num. 11. versic. simili responsione par. 17.* Idemque resolutum fuit per Sac. Congregationem Concilii de mense Octobris 1581. & deindè confirmatum de mense Februarii 1582. in controversia, quæ vigebat inter Episcopos Tranensem, & Sipontinum super Ecclesia S. Jacobi Terræ Baruli Tranen. Diœcesis, quæ vigore unionis subest Ecclesiæ Sipontinæ, declarando Archiepiscopum Tranen. esse Ordinarium illius Ecclesiæ, ut refert *Card. Bellarminus in suis observationibus ad Concil. Trid. sess. 7. cap. 8. de reformat. litt. B.*

Quibus non adversatur Doctrina Innocentii, nam in *cap. Pastoralis de donat.* dubitativè loquitur, ibi *Undè fortè videtur, quod si Papa*
19. *daret Ecclesiam alicui alteri Episcopo &c.* In *cap. verò* in Lateranensi proponit casum donationis Ecclesiæ factæ ab Episcopo alteri Episcopo cum clausula *pleno Jure*, ibi: *Sed si alii Episcopo donaretur pleno Jure*. Indeque manifestè patet Innocentium præcipuè, & principalitèr non constituere vim in capacitate, vel in incapacitate Prælati, cui conceditur Ecclesia exempta, sed in efficacia verborum, & clausularum concessionis, à quibus eruitur, quid Pontifex indulgere voluerit in similibus exemptionum Privilegiis, ut in specie explicando eundem Innocentium notavit *Imola in cap. de Monachis nu.7. de præben. & dignitatibus*, ibi: *Tù adverte ne erres, quid hoc dictum procedit, quando conceditur Ecclesia pleno Jure, si autem simpliciter concederetur, tunc idem esset dicen. sine concedatur Religiosis, vel alteri Episcopo*.

Non officiente, quod in casu præsenti dicta Monasteria dependentia fuerint expressa cum suis pertinentiis, quià cum nulla facta sit men-
20. tio de illarum qualitate curata, nec Cura Parochialis, nec Populus sub nomine pertinentiarum continetur, sed veniunt tantùm muri septa, aliaque accessoria ad Ecclesiam, vel Jura competentia Rectori Ecclesiæ ratione Rectoriæ per ea, quæ tradit *Rota coram Duran. decis. 14. num. 12. coram Cavaller. decis. 599. num. 2. Zarat. decis. 23. num. 21. & in recent. decis. 30. num. 1. & seqq. par. 6. & decis. 49. num. 4. & 5. par. 15. decis. 321. num. 1. par. 19.*

Explicatâ Doctrinâ Innocentii, corruunt
21. etiam omnia ea, quæ scripsit *Lapus in objecta allegat. 139.* cum ejus principale fundamentum constituat super illius distinctione, & super multis aliis in facto non subsistentibus, ut dignoscitur ex *cons. 6. Calderin. de donat. qui scripsit contra Lapum*. Nequè dubitandum quin hodiè amplectenda sit opinio Calderini, cum instaurata de anno 1688. causa, super qua consuluerant gemina hæc Juris Canonici lumina, Congregatio particularis conflata ex quinque eximiis Cardinalibus, nempè Otthobono, postmodùm san. mem. Alexandro VIII. clar. mem. Card. Casanatte, & de Angelis, & Eminentissimis Carpineo, & Mariscotto respondit, & posteà pronunciavit, Episcopum Fesulanum non potuisse Ecclesiam S. Mariæ in Campo existentem in Civitate Florentiæ denominare de Diœcesi Fesulana, nec exercere Jurisdictionem aliquam in Parochianos, & Populum, & imposterum abstinere debere,
22. sicque in concursu consulentium illi adhęrendum est, qui in judicio obtinuit, & non ei, qui causa ceciderat, ut notavit *Franc. dec. 260. num. 5. & 6. Card. de Luc. de success. disc. 16. num. 15. & disc. 25. num. 13. de alienat.* Nec turbat decisio *in Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialis*, tùm quia revocata aliàs ad examen Domini non fuerunt concordes, & adhuc pendet illius revisio; Tùm etiam quia privilegia, de quibus ibi agebatur sunt longè ampliora iis, de quibus agitur, illaque ulterius coadjuvabantur inconcussâ observantiâ, quæ hic deficit.

Stabilito, quod privilegium Honorii Ecclesiis annexis, & dependentibus ab Ecclesia S. Salvatoris non indulserit nisi simplicem exemptionem passivam, examinarunt etiam Domini, an quatuor Ecclesiæ, de quibus disseritur, sint in illo comprehensæ, itaut ad effectum de quo agitur, regulanda veniant juxtà illius dispositionem; Et quoad Ecclesiam Sancti Petri de Penna intus Civitatem Firmi visi sunt concordes, eam esse de comprehensis, cum inter alia Monasteria, quæ inhibi dictus Pontifex recensuit, legatur illud S. Petri de Penna infra Civitatem *ibi in Episcopatu Firmano Monasterium S. Salvatoris, & S. Petri de Penna infra Civitatem*. Parùm urgente, quod recens Ecclesia S. Petri non habeat annexum Monasterium, & est curata, qualem non probatur fuisse de tempore ęditionis d. Bullę. Nam cum inconcussum sit extitisse in Civitate Fir-

mana Monasterium, & consequenter Ecclesiam sub dicta nuncupatione S. Petri de Penna, & alioquin Archiepiscopus non doceat de
23. illius destructione, vel de multiplicitate Ecclesiarum sub hoc titulo, Juris præsumptio diversitatem excludit, inducitque identitatis probationem *l. 1. ff. de liber. & posthumis*, & *in §. Nominavit institution. de hæred. liber. Rota decis. 543. num. 3. in fine, & decis. 681. num. 5. par. 3. & decis. 66. num. 5. & 8. coram Pamphil.* Non obstante discrepantia circa qualitates aliquas extrinsecas, quià cum versemur in anti-
24. quis, hujusmodi qualitates tractu temporis, vel cessare, vel supervenire potuerunt *Decian. consi. 17. n. 14. cum seqq. Rota dec. 118. n. 12. & decis. 117. n. 45. & Merlin. dec. 87. n. 6. cum seqq. par. 5. recent.* Concurrente præsertim quodam Invetario Ecclesiarum Abbatiæ Farfen. & S. Salvatoris, in quo descripta legitur dicta Ecclesia S. Petri, quod quidem Inventarium licèt constituere nequeat plenam probationem, ut infra dicetur, deservire tamen potest ad adminiculandam expressionem hujus Ecclesiæ in dicta Bulla contentam, cum adminiculum etiam desumatur ex actu plures exceptiones patiente *Rot. decis. 313. num. 2. & 7. coram Card. Cerro*, & passim.

Quod attinet ad Ecclesiam Præpositturalem, & Parochialem Sancti Laurentii Montis S Petri Angelorum, Domini valdè dubitarunt de illius compræhensione in sæpè dicta Bulla Honorii, cum in ea nulla fiat mentio Ecclesiæ, seù Monasterii sub ista nuncupatione, nec referibilem esse dicebant ad expressum Monasterium S. Blasii, cùm Castello suo sub obtentu, quod Ecclesia Sancti Laurentii fuerit unita Monasterio Sancti Blasii, quoniàm non constat de hac prætensa unione, & licèt de ea aliquid innui videatur in antedicto Inventario, super eo tamen, ut præfertur, Domini constituere non potuerunt fundamentum ad eliciendam plenam probationem, cum ignoretur à quo, & quo tempore fuerit factum, patiaturque in ordine ad ejus legalitatem quamplurimas exceptiones à scribentibus pro Eminentissimo Archiepiscopo latè accuratas, considerratum autem uti simplex adminiculum nihil
25. operatur, cum adminicula requirant subsistentiam alicujus principalis, & fundamentalis probationis, quæ hic deficit, ut benè respondit *Rot. decis. 274. num. 17. inter impressas post Consil. Farinac. & decis. 633. num. 12. & decis. 152. num. 18. coram Bichio.* Minusque urgentibus nonnullis actibus Jurisdictionalibus exercitis in dicta Ecclesia ab Abbatibus, cum Eminentissimus Archiepiscopus majorem contraposuerit numerum illos suffocantem, & enunciativæ emissæ per Abbates in prædictis eorum
26. actibus nullum contra Archiepiscopum probationis gradum constituere possint, *Rot. decis. 661. num. 8. coram Pamphil.* Maximè quia de veritate enunciati contingit particulariter dubitari *Rot. coram Otthobono decis. 227. num. 11, decis. 169. num. 18. par. 9. & decis. 363. num. 7. par. 18. recent.*

Ex eisdemque rationibus admodum etiam æsitarunt Domini de compræhensione Ecclesiæ Ruralis Sancti Blasii extra Mænia Terræ Montis S. Petri Angelorum, quia licèt in Bulla nominetur Monasterium Sancti Blasii cùm Castello suo, hujusmodi tamen denominatio convenire non potest Ecclesiæ, de qua est sermo, quæ est Ruralis sine Monasterio, & nullum habet Castellum. Et sine difficultate hoc ipsum procedere visum fuit quoad Ecclesiam Sancti Flaviani, de qua nullum adest verbum in dicta Bulla, non obstantibus enunciativis emissis in pluribus actibus Jurisdictionalibus, quia sunt Abbatis, eorumque Ministrorum, adeoque recurrunt ea, quæ supra dicta sunt de Ecclesia S. Laurentii.

Propterea que conclusum fuit de rigore dispositionem dictæ Bullæ Honorii afficere non posse, nisi simplicem Ecclesiam S. Petri de Penna, ut potè in illa expressè compræhensam, & per consequens exemptam; Atque ideò quoad alias tres, nempè Parochialem Sancti Laurentii, & Rurales SS. Blasii, & Flaviani, utpotè in Bulla non compræhensas, & per con-
27. sequens omni exemptione carentes, dubium ullum non cadit, quin Archiepiscopus Firmanus habeat fundatam intentionem ex assistentia Juris ad exercendam in illis omnimodam Jurisdictionem ordinariam Ecclesiasticam *ex cap. Omnes Basilicæ 16. quæst. 7.*, cum aliis supra plena manu relatis *in §. Subnixa fuit*.

Cœterùm quatenùs etiam hujusmodi tres posteriores Ecclesiæ essent compræhensæ in Bulla sicuti expressè continetur illa Sancti Petri de Penna, adhùc tamen cum supra pleno calamo ostensum fuerit Privilegium Honorii non præseferre, nisi exemptionem passivam, absoluti Juris est, Eminentissimum Arhiepiscopum exercere posse omnimodam Jurisdictionem Episcopalem in Populum, & Clerum dictarum duarum Ecclesiarum Parochialium
28. SS. Petri de Penna, & Laurentii tàm circa illorum visitationem, quàm in ordine ad cognitionem Causarum omnium ad forum Ecclesiasticum spectantium, collationem ordinum majorum, & minorum, ministrationem Sacramenti confirmationis, aliaque Jurisdictionis, & ordinis Episcopalis distinctè recensita *in dicta Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure 5. Martii 1682. §. Prout cum seqq. coram Me.*

Quo verò ad Ecclesias materiales, earumque Parochos, & Rectores, adhùc visitari posse ab Archiepiscopo, non obstante earum exem-
29. ptione; Quia vel supponendæ sunt Ecclesiæ Sæculares, & intrat dispositio Sac. Concilii Tridentini *in cap. 8. sess. 7. de Reformat.* tribuens Episcopis facultatem visitandi Ecclesias Sæculares

lares exemptas tàm curatas, quàm non, quoad omnia, & tradunt collecti *in decisione præterita super aliis Ecclesiis §. final.*, & præter ibi allegatos comprobant *Ros. de resid. cap. 4. sect. 6. num. 161. Rot. in Gerunden. Jurisdictionis super quarto dubio 23. Junii 1698. §. Et cessat, coram R. P. D. meo Caprara*, & respondit Sacra Congregatio Concilii *in una Mediolanen Juris visitandi 12. Novembris 1684.*

Aut supponendæ sunt Ecclesiæ Regulares, & si in eis viget Regularis observantia, Curaque Parochialis exercetur à Regulari, & Archie-
30. piscopus potest illas visitare quoad ea, quæ pertinent ad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem ex Decreto Sac. Concilii Tridentini *cap. 11. sess. 25. de Regular.*, & tradunt cumulati *in dicta præterita dec. §. 24.* Vel in eis non viget Regularis observantia, & gubernantur à Presbytero Seculari, & cum sint Ecclesiæ dependentes à Monasterio S. Sal-
31. vatoris commendato, adhuc visitari possunt ab Archiepiscopo, vigore alterius Decreti Sac. Concilii Tridentini *in cap. 8. sess. 21. de Reformat.* quod æquè procedit in Monasteriis commendatis, quàm in illorum membris, quotiès urget eadem ratio sublatæ observantiæ Regularis, & servitii paritèr Regularis, ut tradunt *Fagnan. in cap. Grave nu. 18. de Offic. ord. Ventriglia in praxi annot. 24. §. unico nu. 7.* sicque qualiscumque sit Status dictarum Ecclesiarum semper Archiepiscopo competit Jus eas visitandi.

Nec à præmissis Juris communis, & conciliaris sanctionibus tribuentibus Archiepiscopo d. Jus visitandi, dissonat observantia, nàm quatenùs spectat ad Jurisdictionem in Populum, & Clerum dictarum Ecclesiarum Parochialium, illam semper exercuit Archiepiscopus absque ullo minimo actu incontrarium. Quo verò attinet ad visitationem Ecclesiarum materialium, constat primo loco quoad illam Sancti Petri de Penna Archiepiscopum undecim vicibus illam visitasse, non solùm in concernentibus Curam Animarum, sed etiam in omnibus *Summario Eminentissimi Archiepiscopi num. 2.* & quo ad alias tres Ecclesias Parochiales nempè Sancti Laurentii, & Rurales SS. Blasii, & Flaviani liquet de tresdecim visitationibus expletis ab Archiepiscopis Firmanis, etiam quoad omnia *dicto Summario Num. primo.* Et quamquàm Eminentissimus Abbas produxisset duas visitationes Sancti Petri de Penna, & septem Sancti Laurentii parvi tamen pensæ fuerunt, ex quo aliæ dederunt Causam liti
32. motæ inter illius temporis Archiepiscopum, & Abbatem Commendatarium, ex notatis per *Rot. dec. 41. n. 10. par. 5. Recent. & dec. 216. num. 3. & dec. 334. coram Pamphil.* Aliæ celebratæ dignoscuntur, dùm Sedes Archiepiscopalis vacabat, ac proindè nullum ingerere potuerunt præjudicium Ordinario, ut prosequitur *Rot. dicta dec. 41. n. 13. par. 5. Recent.*; Recentiores demùm visitationes processerunt post concordiam Vitalitiam initam inter Cardinalem Archiepiscopum Gualterium, & Cardinalem Abbatem Barberinum, quæ concordia non afficit Successores, & in omni casu cum visitationes Abbatum sint perpaucæ comparativè ad gestas ab Archiepiscopis, & quod magis stringit, illæ sunt destitutæ, istæ verò ful-
33. ciantur Juris præsidio, non dubium est, quin in concursu secundæ primis prævalere debeant *Innocentius in cap. Auditis sub nu. 4. vers. Sed contrarium videtur de præscriptione, Rot. coram Priolo decis. 338. nu. 18. & in Recent. dec. 153. nu. 10. par. 11. & dec. 340. nu. 21. & dec. 45. nu. 5.*, penès *Antonellum de Jur. & oner. Clericorum, & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1699. §. Secundò, quia coram Me.*

Nec turbant prætensi accessus Rectorum Sancti Laurentii, & Sancti Petri in Penna ad Synodum Farfensem, nàm ultrà quod non
34. probatur dictos accessus secutos fuisse sciēte, ac patiente Ordinario, ideoque tanquàm actus clandestinè gesti præjudicare non poterant Archiepiscopis, ut notat *Gloss. in cap. Inter dilectos verb. adjudicare de donat. & in cap. Venerabilis 21. verb. Causa correctionis de censibus, Rota dicta dec. 340. nu. 22. par. 15.* cessat difficultas, quia de secuto accessu constat quoad Parochum S. Laurentii tantùm in Synodo celebrata anno 1604., & cum ille habere potuerit alia Beneficia, quorum ratione in Synodo intervenire tenebatur, hujusmodi interventus referendus non est ad subjectionem ratione Beneficii Curati, pro qua militat favore Episcopi Juris assistentia ob situationem Ecclesiæ Curatæ in ejus Diœcesi; Parochus verò Sancti Petri tametsi vocatus fuisset ad Synodum anni 1628. reverà tamen non accessit, nec contrà ipsum actum fuit pro luenda consueta pœna inflicta adversùs contumaces, sicque hujusmodi actus non effectuatus nihil posuit in esse *Rota coram Celso dec. 7. nu. 9. & in Seguntina Præeminentiarum 21. Februarii §. Quoque demùm, & 9. Julii 1687. §. finali coram Reverendissimo Hervault Archiepiscopo Turonen.*; Fortiùs quia plures aliæ fuerunt convocatæ Synodus, in quibus non constat dictum Parochum Sancti Petri, unquam accessisse, ut signantèr patuit ex lectura ultimæ celeberrimæ promulgatæ de anno 1685. à moderno Eminentissimo Cardinali Abbate.

Hactenùs deducta respiciunt primam partē affirmativam resolutionis concedentem Eminentissimo Archiepiscopo Jus visitandi primas quatuor Ecclesias in præsenti dubio compræhensas. Quo verò ad aliam partem denegantem visitationem Ecclesiæ Collegiatæ S. Antonii in Altidona, ratio decidendi stetit in eo, quod hujusmodi Ecclesia concludentèr apparuit dependens ab Abbatia S. Victoriæ unitæ

Abbatiæ Farfensi, ac subjecta omnimodæ Jurisdictioni illius Abbatis, & posteà Abbatis Farfen. virtute d. unionis, ut constitit ex Bulla Sac. Pœnitentiariæ tempore Pauli IV., in qua dicitur illam dependere à Monasterio S. Victoriæ Farfen. nullius Diœcesis; Ex censu in signum dominii, & subjectionis solvi solito per dictam Ecclesiam Monasterio S. Victoriæ; Ex licentiis per Abbatem concessis Præbendatis dictæ Ecclesiæ abessendi causa studii ex visitationibus ab anno 1576. usque in præsens factis à dicto Priore S. Victoriæ, & respectivè post illius secularizzationem per Abbatem Farfen. Ex vocatione, & accessu ad Synodum Farfen. Rectoris, seù Prioris dictæ Collegiatæ Sancti Antonii, ut ex *Summario Eminentissimi Abbatis Num. 12. cum seqq.* Ac demùm ex Bulla san. mem. Urbani VIII. super erectione ejusdem Ecclesiæ Sancti Antonii in Collegiatam, in qua dicitur, quod à Jurisdictione Farfensi, sivè ejus Monasterio antiquitus dependebat, nominando Priorem S. Victoriæ, & Abbatem Farfensem ejusdem Ecclesiæ Ordinarium, & ulteriùs eadem Ecclesia sub Jurisdictione Farfensi confirmatur, ex quibus actibus liquidò costat super hac Collegiata Abbates Farfæ habuisse, & exercuisse Jurisdictionem quasi Episcopalem, ac propterea non intrant Decreta Sac. Concilii Tridentini superiùs expensa facultatem visi-
35. tandi Episcopis concedentia, cum illorum censura procedat quoad Ecclesias, & loca simplicitèr exempta, secùs verò quoad alias, in quibus Prælati inferiores habent Jurisdictionem, quasi Episcopalem cùm Territorio separato, ut latè firmavit *Rota dec. 83. num. 14. cum seqq. coram san. mem. Alexandro VIII.*, ubi concordantes.

Ex quibus omnibus igitur conclusum fuit, quod excepta hac Ecclesia Sancti Antonii in Altidona, licitum sit Eminentissimo Archiepiscopo visitare quatuor alias Ecclesias in dubio compræhensas, quo autem Jure Ordinario, vel delegato Domini certiùs statuendum reservarunt in alia particulari disputatione, ut majori cum circumspectione in hac intricata Causa possent judicium proferre.

Et in utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES DEC.

Firmana Jurisdictionis Ven. 15. Aprilis 1701.

ARGUMENTUM.

Examinantur qualitates Plurium Ecclesiarum, quæ antiquitus erant Regulares postea Sæcularizatæ, & quomodo debeat exercere Jurisdictionem super illis Archiepiscopus Firmanus.

SUMMARIUM.

1. *Dismembratio operatur, ut Ecclesiæ Sæculares, & Regulares transeant in aliam Diœcesim, cui applicantur.*
2. *Personæ Regulares, & Sæculares exercentes Curam Animarum in Ecclesiis dismembratis fiunt subditæ illi Episcopo, cui fuerunt applicatæ.*
3. *Abbas Farfensis duplicem repræsentabat Personam, unam Superioris Regularis respectu Monachorum, & alteram Ordinarii habentis jurisdictionem quasi Episcopalem.*
4. *Rationi repugnat quod id, quod conceditur in una parte statim in alia parte Privilegii, seù Constitutionis revocetur.*
5. *Præservatio facta in dismembratione Ecclesiæ intelligitur de aliis juribus, præterquam consecutivis ad dismembrationem ipsam.*
6. *Exemptio Monachorum, & Monasterii, non infert exemptionem Populi, & Cleri à lege jurisdictionis ordinariæ, licèt in Monasteriis adesset Cura Parochialis.*
7. *Exceptio est de comprehensis in regula, sed non semper continet totum id, quod in regula constitutum est.*
8. *Verba licèt amplissima, & generalia restringi debent juxta subjectam materiam, cui adiiciuntur.*
9. *Verbum cœteri importat diversitatem Personarum ab expressis.*
10. *Restitutio æqualis esse debet in omnibus prerogativis, prout erat ablatio.*
11. *Dispositio nè sit superflua, capi debet interpretatio etiam in correctoriis.*
12. *Visitationes erroneæ, & factæ cum falso supposito non sunt contraponendæ aliis veris.*
13. *Actus unicus, & ineffectuatus non attenditur.*
14. *A Collatione Beneficiorum non infertur ad jus visitandi, & ad alia Jura Episcopalia.*
15. *Verba Privilegii, ubi sunt dubia, non debent comprehendere, ut duo Capita in una eademque Civitate adsint, quod sapit monstruositatem.*
16. *Ecclesia ædificata in solo Lateranensi, ob ejus specialem prærogativam statim dismembrata dicitur à Jurisdictione Episcopi, & à quacumque Diœcesi.*
17. *Privilegia exemptiva pluribus Abbatibus concessa declarantur.*
18. *Ecclesiæ de mensa Abbatiali, & quæ reguntur à Regularibus censeri debent tanquam regulares, nec visitari possunt ab Episcopo jure ordinario.*
19. *Ecclesiæ ubi non viget amplius regularis observantia licèt antiquitus essent de Mensa sivè sint Curatæ, sive non, possunt visitari jure delegato ab Episcopo.*
20. *Ecclesiæ pertinentes ad Collationem Abbatis Sæculares, possunt etiam visitari ab Episcopo, & quatenus reputarentur exemptæ, visitatio expleri valet jure delegato.*

DE-

DECISIO XIV.

Revocatis ad examen viribus Decisionis æditæ coram me sub die 10. Maii 1700. in præsenti Causa commissa Sac.Congregationi Concilii cum Voto nostri Tribunalis Eminentissimus Abbas Farfæ illam non impugnabat quoad primam ejus partem, qua resolutum fuit,licitum esseArchiepiscopo Firmano visitare Jure Ordinario Ecclesias positas in tribus Castris à san:mem: Gregorio XIII. dismembratis ab Abbatia Farfensi, & applicatis Diœcesi Firmanæ. Similiter Eminentissimus Archiepiscopus Firmanus æquo animo acceptabat secundum resolutionis membrum exceptuans à subjectione suæ Visitationis Monasteria,& Ecclesias, in quibus actu habitabant Regulares de tempore dismembrationis, solùmque Eminentissimus Abbas strenuè insurgebat adversus tertiam, & ultimam partem responsi conceden. tem Archiepiscopo potestatem Visitandi jure Ordinario Ecclesias Regulares curatas in concernentibus Curam Animarum, aliasque Ecclesias, quas ab illis dependentes esse contendebat. Dominis tamen post sedulam, attentamque discussionem rationum hinc inde deductarum, semper firma, & stabilia visa sunt fundamenta decisionis, eamque propterea in omnibus confirmarunt, præterquam in illa parte, in qua firmatum extitit prædictam visitandi potestatem in concernentibus Curam Animarum competere Archiepiscopo Jure Ordinario, & non Delegato, demandando, ut punctus iste particulariter dispungeretur; Convenientes pro modo in genere Archiepiscopum Visitare posse ad formam Sacri Concilii Tridentini in locis inferius exprimendis.

Inconcussa siquidem apparuit basis substinens pondus resolutionis, etiam quoad partem in discrimen adductam, quod scilicet cum vigore amplissimæ dismembrationis
1. trium Castrorum, de quibus agitur ab Abbatia Farfensi, eorumque applicationis ad Ecclesiam Firmanam omnes illorum Ecclesiæ Regulares unà cum universali Animarum Cura à Diœcesi Farfensi transiverint ad Diœcesim Firmanam. *Rota decis.* 200. *num.* 3. *coram Cardin. Celso*, & *decis.* 99. *num.* 2. *par.* 14. *recent.* Hinc procul dubio subsequitur quod in illis Ecclesiis dismembratis, quibus imminet Cura Animarum Personarum sæcularium, Personæ tam sæculares, quàm Regulares curam hujusmodi exercentes evaserint Subditi in iis,quæ ad dictam curam, Sacramentorum administrationē pertinent ju-
2. risdictioni, visitationi, & correctioni ejusdem Archiepiscopi, in cujus Diœcesi virtute unionis dictæ Ecclesiæ Regulares curatæ superappositæ fuerunt juxta litteralem sanctionem Sacræ Tridentinæ Synodus *in cap.* 11. *Seff.* 25. *de Regular.* & tradunt communiter Canonistæ collecti *per Faguan. in cap. Nullus de Parochiis à num.*38. *ad* 43. & *alii congesti in Decisione quæ confirmatur* §. 24.

Nullatenus contradicente sequenti Bullæ parte præservante favore Abbatis superioritatem, qua ipse ante dismembrationem in Monasteriis, & Prioratibus Regularibus Ordinis S. Benedicti fruebatur; Iterum namque responderunt Domini san: mem: Gregorium XIII. in vim talis exceptuationis non præservasse favore Abbatis Jurisdictionem quasi Episcopalem, quam in dictis Monasteriis, & Ecclesiis Regularibus Curatis, & in Populum illis addictū Abbates ante dismembrationem exercebant, sed solùm Jurisdictionem Abbatialem, quæ ipsis Abbatibus tanquam Superioribus Mona-
3. chorum competebat. Duplicem namque personam repræsentabat ante dismembrationem Abbas Farfensis quoad Monasteria, & Ecclesias Ordinis Sancti Benedicti existentes in Castris dismembratis,unam Abbatis, seù Superioris Monacorum successi loco Abbatis Regularis post Abbatiæ commendationem, ut deprehenditur ex *hodierno Summario Cardinalis Abbatis num.* 4. 10. & 21. *litt. A.* Alteram verò Ordinarii, & Diœcesani ob Jurisdictionem quasi Episcopalem cum qualitate Nullius, qua iidem Abbates gaudebant in eisdem Castris, de qua testatur *Card. de Luc. disc.* 14. *num.* 1. *de Jurisdict. Rot. coram Coccin.decis.*870. *n.* 1. Pontifex itaque Gregorius virtute præfatę dismembrationis abstulit in parte dispositiva omnem Jurisdictionem quasi Episcopalem,quę pertinebat ad Abbatem tanquam Diœcesanum, & præservavit in parte exceptuativa Superioritatem, quæ eidem competebat tanquam Abbati, seù immediato Monacorum Superiori, & Rectori.

Hujusmodi interpretationem fundaruntDomini in amplitudine partis concessivæ, in limitatione, ac restrictione præservativæ; in ratione utriusque partis Bullæ animativa; ac demum in subsequuta observantia; In parte siquidem concessiva leguntur dismembrata, & respectivè concessa Castra cum omnibus in eis existentibus Collegii Parochialibus, & aliis Ecclesiis, ac Monasteriis, Prioratibus, Præpositituris, & aliis cum cura, & sine cura Sæcularibus, & quorumvis ordinum Regularibus,unà eum Habitantibus, & Incolis, Clericis, Presbyteris, & Religiosis cujuscumque status, Ordinis, & conditionis, cum qua porrò amplissima dismembratione specialiter continente Ecclesias curatas Monasteriorum cujuscumque Ordinis compatibiliter stare nequit exceptuatio Ecclesiarum Parochialium, Monasteriorum Ordinis Sancti Benedicti, præsertim quia non probatur quod in eisdem Castris alia extiterit Animarum Cura sub gubernio Regula-rium

rium alterius Ordinis Monastici: Aliàs enim quicquid antea dispositum fuerat in parte concessiva, totum immediatè, & successivè remaneret destructum, & revocatum in præservativa,
4. quod repugnat rectæ rationi, & consonum non est naturæ reservationis, & exceptionis, quæ solet dispositionem generaliter constitutã, vel absolutè restringere, vel in aliquibus casibus limitare, sed nunquam in totum revocare, penitusque delere, perindè ac si facta non esset ex traditis in *Romana*, *seù Balneoregien. Fideicommissi* 8. *Martii* 1700. §. *Non obstante coram R. P. D. meo Muto*; & latiùs observatum fuit in *decis. quæ confirmatur* §. 29. *in fine*. Ad evitandam propterea hanc inconciliabilem re-
5. pugnantiam partis dispositivæ cum exceptuativa, optimè conclusum fuit, quod in prima fuerit separata ab Abbatia Farfensi Jurisdictio quasi Episcopalis, quam Abbates in omnibus Ecclesiis, & Populum exercebant, & in secunda reservata fuerit Jurisdictio Abbatialis in ambitu Monasterii, & Monacos inhibi degentes, ut punctualitèr in simili observat *Rota decis.* 7. *num.* 15. *par.* 18. *recent.*

Hoc ipsum apertiùs suadet ipsius partis præservativæ restrictio, ac limitatio, ea etenim concepta non legitur cum illa verborum amplitudine expressa in parte concessiva continente, ut præfertur, omnimodam Jurisdictionem Ecclesiasticam, quam Abbates exercebant in Castris dismembratis, sed cum verbis admodum restrictis, solùmque comprehendentibus nudam, ac simplicem Superioritatem, quam Abbates in Monasteriis, seù Prioratibus Regularibus Ordinis Sancti Benedicti ante dismembrationem habebant; Verbum enim hoc Superioritas quamvis non restringatur ad potestatem corrigendi Monacos in concernentibus disciplinam, & instituta Regularia juxta Beati Benedicti Regulam, & Apostolica instituta pœnitentiam salutarem injungentia, de qua in *cap. finali de Stat. Monachorum*, sed extendatur etiam ad Superioritatem jurisdictionalem, ut dictum fuit in decisione, quæ confirmatur §. 16. Attamen cum hujusmodi Jurisdictionis
6. exercitium præservatum fuerit in Monasterium, & Prioratus Regulares tantummodò, nulla facta mentione Populi, nec Curæ Animarũ illis addictæ, nihil aliud comprehendere censetur, nisi illam simplicem subjectionem, quam in Monasteria, & Monacos reduplicativè uti Monacos Abbates veluti eorum Superiores habebant, secùs verò Jurisdictionem quasi Episcopalem anteà ab illis avulsam, & quam in Ecclesias Regulares Parochiales, ac Monacos curam Animarum exercentes, & Populum illis subjectum pariter exercebant per *Text. in cap. per exemptionem de Privileg. in 6.* in quo disponitur, quod per exemptionem Ecclesiæ concessam, ipsa Ecclesia, & ipsius Monachi, vel Canonici, Clerici etiam, & Conversi, perpetuòque oblati, non autem Ecclesiæ ejusdem Presbyter, qui Parochianorum Curam habet quoad ea, quæ ad Curam eandem pertinent, nec ipsi Parochiani etiam intelliguntur exempti, & notant ibidem relatis antiquioribus *Barbos. & Passerin. uterque num.* 1. *Fagnan. in cap. cum Cappella num.* 16. *de Privileg. Marant. respons.* 21. *n.* 67. *tom.* 4. *Cochier. de Jurisdict. in exempt. par.* 1. *quæst.* 13. *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap.* 30. *num.* 174. *Rota dec.* 324. *nu.* 6. *par.* 1. *Recent. dec.* 605. *nu.* 10. *par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 233. *num.* 30. *par.* 10. *& coram Carill. decis.* 181. *num.* 11.

Minimè urgente replicatione, quod exceptio sit de regula, & de comprehensis in ea, unde cum in parte concessiva contineatur omnimoda Jurisdictio, eadem contineri, & comprehendi debeat in exceptuativa, stantibus potissimè illis verbis, quod *nullum inferatur præjudicium Abbatibus quoad Superioritatem, quam antea habebant*, quæ veluti generalia, omnem Jurisdictionis speciem, nullâ penitus exceptâ, comprehendere videantur.

Vera namque est propositio, quod exceptio sit de comprehensis in regula; Verum tamen
7. quoque non est, ut continere debeat totum id, quod in ipsa regula constitutũ est. Si enim amplecteretur cuncta ea, quæ in principali dispositione cauta reperirentur, jam non esset amplius exceptio, sed revocatio, non limitatio, sed destructio concessionis, ut supra firmavimus in §. *Hujusmodi*. In præsenti autem themate præservata Superioritas Abbatialis, vel absolutè, vel dubitativè erat de Regula, dum in parte concessiva professus est Pontifex dicta Castra unà cum Monasteriis, & Ecclesiis, Populo, ac Religiosis dismembrare *à Jurisdictione, Potestate, Dominio, & quacumque alia Superioritate Farfensi*; Quæ verba tam ampla, vel juxta eorum litteralem significationem apta erant comprehendere non solùm Jurisdictionẽ quasi Episcopalem, sed etiam Abbatialem, vel saltem rem relinquebant ambiguam, an utramque Jurisdictionem comprehenderent: Quia verò mens Papæ erat privandi Abbates Jurisdictione quasi Episcopali, & non etiam Abbatiali, idcircò opere pretium, & expediens erat, ut expressis verbis hanc ejus voluntatem patefaceret, declarando quod per dictam separationem Nullum Abbatibus quoad Superioritatem Abbatialem, quam antea habebant, inferretur præjudicium. Nil amplius addente generalitate dictionis *nullum*, quia intelligi debet restrictivè ad Monasteria, & Prioratus ibidem expressos, non autem extensivè ad Populum, cujus respectu eadem pars præservativa nihil disponit in præjudicium omnimodæ Jurisdictionis antecedentèr Archiepiscopo tributæ, nec enim in jure novum est, quod verba quamtumvis generalia restringi debeant juxta
8. subiectam materiam, cui adjiciuntur *l. non est*

no-

novum ff. de legib. Surd. conf. 431. *num.* 12. *Rot. decis.* 542. *num.* 4. *par.* 1. *Recent. & passim.*

Manifestiùs hoc ipsum confirmant verba, quæ dictæ præservativæ continuato Sermone adiiciuntur ibi: *Sed pro tempore existens Episcopus Firmanus eam tantùm haberet Jurisdictionem, quam cæteri Episcopi in similibus habere solebant*: Si igitur Jurisdictio, quam in similibus, idest in Monasteriis, & Prioratibus exemptis habere soleant, & habeant Episcopi, sit quoad concernentia Curam Animarum, & Sacramentorum Administrationem, tam ex dispositione Juris communis, quàm S. Concilii Tridentini nulla remanet difficultas, quod cum hæc litteris rotundis concessa fuerit Archiepiscopis Firmanis, antecedens superioritas reservata Abbatibus sit illa pura, & simplex Jurisdictio, quam tamquam Superiores Regulares exercebant in Monacos, uti Monacos virtute Privilegiorum exemptionis.

Plana sanè est hujusmodi consequentia, nec ejus antecedens evertitur ex responsione, quod prædicta verba adversativa *sed pro tempore Episcopus Firmanus &c.* non stent certitudinaliter, sed conditionaliter, & dubitativè, adeout referri debeant ad eam Jurisdictionem, quam fortasse idem Episcopus Firmanus ante dismembrationem obtinebat, adeoque resolvi debeant in nihilum, cum re vera Firmanus Episcopus nullam exerceret Jurisdictionem in Territorio Farfensi, utpotè Nullius Diœcesis Abbatis Farfæ.

Quandoquidem omninò insubsistens apparuit assumptum, quod Papa concesserit Episcopis Firmanis illam Jurisdictionem, quam
9. ipsi ante dismembrationem exercebant, illis namque eam tradidit Jurisdictionem, quam cœteri Episcopi in similibus habere solebant, quæ dictio *cæteri* suaptè natura importat diversitatem personarum ab expressis, ex notatis per. *Menoch. in conf.* 335. *num.* 10. *& sequen.*, *Onded. conf.* 6. *nu.* 25. *tom.* 2., *Surd. conf.* 449. *num.* 26., & dixit *Rota in Bononien. Evictionis prima Julii* 1696. §. *Nec resistunt coràm Me*... Prout de aliis; & non de eisdem Personis, de quibus est Sermo, prædicatur alterum verbum in *similibus*, ut eleganter notavit *Accursius in l. quod nemo, verbo dolum esse ff. deposit.*, & pulcrè etiam *Rotâ. decis.* 307. *num.* 17. *par.* 16. *recent.* Idque ad evidentiam usque confirmatur ex alia simili bulla dismembrationis præcedenter edita favore Episcopi Ripæ Transonæ, in qua post reservatam Abbati Farfæ Superioritatem in Monasterium, & Prioratus Ordinis Divi Benedicti per eadem verba declaratum fuit, quod Episcopus Ripæ in illis Monasteriis *eam tantùm habere Jurisdictionem, quam cæteri Episcopi in similibus habere solent*, & tamen impossibile erat dicto Episcopo traditam fuisse Jurisdictionem, quam antea in Monasteriis exercebat, cum Episcopatus hic antè dismembratione non esset in rerum natura juxtà Regulam *Text. in l. ejus qui in Provincia ff. si cert. petat.* quam in simili exornat *Surdus decis.* 317. *n.* 6. *cum seqq.*

Jurisdictio propterea illa, de qua loquuntur verba prædicta, ea non est, quam in Monasteriis, & Prioratibus Regularibus antè dismembrationem Episcopus Firmanus habebat, sed illa, quam cœteri Episcopi obtinent in Monasteriis, & Ecclesiis Regularibus existentibus in earum Diœcesi, prout denotant verba *in similibus*: Non obstante, quod sermo erat de Monasteriis existentibus in Territorio Separato Nullius Diœcesis, in qua Episcopi nullam neque in concernentibus Curam Animarum exercere soleant Jurisdictionem; Separanda namque non sunt verba partis exceptuativæ à parte concessiva, sed cum illis congruè unienda, atque ideò cum in concessiva dismembrata fuerint Monasteria, & Ecclesiæ Regulares à Diœcesi Farfensi, & appositæ in Diœcesi Firmana, sequens præservatio Superioritatis favore Episcopi, & immediata declaratio illis tribuens Jurisdictionem, quam in similibus obtinent alii Episcopi intelligendæ sunt retento eodem themate jam factæ separationis, & dismembrationis; qua supposita dismembratione verbum *in similibus* explicari non potest de simili Jurisdictione, quæ competit Episcopis in locis Nullius Diœcesis, sed de Jurisdictione, quæ ad eos spectat in locis exemptis in illorum Diœcesi existentibus, aut noviter super appositis, ut patet ad sensum.

Certior evadit Principalis intelligentia, quam Rota atribuit d. parti reservativæ, reflectendo ad causam, & rationem, propter quam facta fuit dicta dismembratio, ea namque processit ad reintegrandum Episcopum Firmanum Jurisdictione Spirituali plurium Oppidorum, quæ separata ab illius Diœcesi, applicata fuerat Episcopatui Ripæ Transonæ noviter erecto, ut litteraliter dicitur in illius proœmio, sicuti igitur Ecclesia Firmana, ratione d. dismembrationis privata fuit omnimoda Jurisdictione Episcopali, quam in locis dismembratis antea exercebat, & si quæ aderant Ecclesiæ Parochiales sub Cura Regularium, fuerunt translatæ in Diœcesim Ripæ, ita justo jure reintegratio fieri debuit mediante concessione universalis Jurisdictionis in omnes Ecclesias, tàm Sæculares, quàm Regulares, quoad Cu-
10. ram Animarum Castrorum Farfę unitas Diœcesi Firmanæ, ut sic procederet equalis restitutio in eo, quod abstulerat læsio, *l. quod si minor §. Restitutio ff. de minor. l. restituere, ff. de verbor. significat. l. cum Prætor eod. tit. cum l. final.* Fortiùs ponderando, quod totus ferè Populus Castrorum Farfæ dismembratorum Subditus erat Curæ Animarum addictæ Monasteriis Regularibus S. Benedicti, undè quoties Episcopo Firmano concessa non fuisset Tognine Jurisdi-

dictio quasi Episcopalis in Ecclesias Curatas,
11, ejusque Parochianos, dicta dismembratio esset de vento, & resolveretur in nihilum, quod repugnat rectæ rationi, ac naturæ actus reintegrationis *Roman. cons.* 44. *n.* 6. *Dec. cons.* 283. *num.* 2. *Menoch. cons.* 4. *num.* 6. *Rot. dec.* 460. *num.* 26. *coram Bich.*

Observantia demum cujuslibet humanæ dispositionis proba, & fidelis interpres *l. de interpretationeff. de legib.* satis hanc quoque intelligentiam comprobavit; Docuit namq; Eminentissimus Archiepiscopus, ejus Antecessores post Bullam Gregorianam septies visitasse Ecclesiam Parochialem S. Victoriæ existentem in Castro ejusdem nominis; totidem exhibuit approbationes Parochorum pro audiendis Confessionibus, novem licentias, seù dispensationes Matrimoniales, duas Synodus Diecesanas, in quibus intervenere Parochi, & Priores Regulares, qui actus utpotè respicientes Animarum Curam, & Administrationem Sacramentorum manifestè produnt expletos fuisse in vim potestatis antecedenter eisdem traditæ à Bulla Gregoriana, ut latè probat Decisio, quæ confirmatur §. 36. *cum seqq.*

Non officientibus Visitationibus per Eminentissimum Abbatē allatis in hodierno *Summ.*
12. *Num.* 12. 13. 14. 15. Nam illæ, quæ emissæ fuerunt antè Breve Gregorianum non merentur animadversionem, cum ab eo tempore sumpserit initium Jus Archiepiscopi. Prout seponendæ sunt Visitationes secutæ post concordiam vitalitiam initam inter clar: mem: Cardinalem Barberinum Abbatem, & Cardinalem Gualterium Archiepiscopum, cum hæc non afficiat Archiepiscopos successores. His demptis ab Anno 1572., quo emanavit Bulla Gregorii usque ad Annum 1629., quo edita fuit Bulla Urbani super sæcularizatione Ecclesiæ S. Victoriæ, nulla datur ejusdem Visitatio, solumque enunciatur unica Anni 1595. absque illius exhibitione per extensum. Visitationes autem gestæ post Bullam Urbanam sunt perpaucæ, & non universales quoad omnes Ecclesias Castrorum dismembratorum. Et in omni casu vel sunt compatibiles cum gestis per Archiepiscopum, vel processerunt cum erroneo supposito, quod Bulla Urbana sæcularizationis destruendo quicquid dispsuerat Gregorius, iterum Ecclesiam S. Victoriæ Jurisdictioni Abbatis Farfensis subjecisset, quod non subsistit, ut respondit Decisio præterita §. 36. *cum duobus seqq.*

Eodem modo responsum fuit ad alios actus, agendo namq; prius de convocatione Synodorum unica tantum convocata cernitur ante sæcularizationem Ecclesiæ S. Victoriæ, illa nempè Anni 1604., & in ea nullus legitur descriptus Parochus Ecclesiarum, de quibus agitur. Alia verò Synodus, quæ celebrata enunciatur de anno 1628. deprehenditur convocata post sæcularizationem, cum in Constitutionibus editis in eadem Synodo fiat mentio jam secutæ sæcularizationis, *Summar. Eminentissimi Abbatis præpositionis præterita num.* 13. *litt. G.* & sic non est ad hunc effectum attendenda. Quoad licentias pro ædificandis Ecclesiis in Castro S. Victoriæ transcriptas in *Summ. Abbatis n.* 17. una solummodò datur post secutam dismembrationem, ea nempè Anni 1585., &
13. cum sit unica, & non constet de illius effectuatione, nihil ponit in esse *Rota coram Celso decis.* 7. *an.* 9. *& decis.* 381. *num.* 17. *part.* 19. *recent.* Facultates approbandi Confessarios exhibitæ in *Summ. num.* 18. apparent concessæ ab anno 1635. usque ad annum 1663., & sic post dictum Breve sæcularizationis. Idem dicitur de tribus cognitionibus super statu libero datis in *Summ. num.* 19. cum gestæ fuerint de anno 1673. atque ità non solum post sæcularizationem, sed etiam de tempore, quo adhuc vigebat dicta Concordia vitalitia. Concessio dimissorialium deducitur ex enunciativa emissa in mox dicta Concordia, quæ indubitanter successores non afficit. Deputationes Vicariorum Generalium, de quibus in dicto *Summ. nu.* 21. minorem promeruerunt considerationem, nam prima anni 1586. est generalis, & absque ulla specificatione Ecclesiarum, & Castrorum, de quibus agitur. Secunda anni 1613. percutit duntaxat reformationem Monacorū & Monialium. Vltima denique anni 1651. est generalis sicuti prima, & est proxima liti motæ in Sac. Congregatione Concilii per Cardinalem Gualterium. Collationes demum Beneficiorum datæ in *Summ. num.* 2. non evincunt in conferente Jurisdictionem Ordinariam, ut firmavit *Rota in Leodien. Jurisdict.* 11. *Aprilis* 1688. §. *Pariter non obstat coram Me, & in ejus confirmatoria* 4. *Februarii* 1699. §. *Nec in comprobationem coram R. P. D. meo Scotto.*

Atque hinc parum quoque relevat declaratio Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium anni 1582. quod dismembratio non ademerit Priori dicti Monasterii S. Victoriæ Collationem Beneficiorum, quia ut dictum est, à Collatione Beneficiorum non infertur ad Jus Visitandi, & alia Jura Episcopa-
14. lia exercendi, ut præter supra allegatos dixit etiam *Rota dec.* 41. *n.* 8. *par.* 5. Præter quam quod dicta declaratio emanavit in terminis Bullæ dismembrationis factæ favore Episcopi Ripæ Transonæ, & non alterius Gregorianæ, à qua sua desumit Jura Archiepiscopus Firmanus; Quemadmodum non refert aliud Decretum Sac. Congregationis Concilii editum super hac controversia, quia remansit suspensum per novam Audientiam cum rescripto *dilata*, & deindè per ulteriorem Causæ Comissionem ad nostrum Tribunal de Partium consensu impetratam.

Nec majoris ponderis sunt enunciativæ

Nul-

Nullius, quibus etiam post dismembrationem nuncupata fuerit Ecclesia S. Victoriæ. Siquidem quo attinet ad emissam in Brevi Indulgentiarum Gregorii XIII. de qua *in dicto Summario num. 9.* placuit responsio, hujuscemodi enunciativas regulariter emitti ad instantiam, & suggestionem Partium, & semper renovari consuevisse sub narrativis, & expressionibus præcedentibus, sicque per errorem Minister dd. litterarum Extensor, vel ob ignorantiam, seù ob non reminiscentiam Bullæ dismembrationis denominavit dictam Ecclesiam *Nullius*, proùt antea nuncupari consueverat. Altera verò enunciativa emissa in litteris Sac. Pœnitentiariæ prorsus non officit, cum fuerint expeditæ pro Monialibus Sanctæ Catherinæ, quorum Monasterium non enunciatur *Nullius Diœcesis*, sed Jurisdictionis Abbatiæ Farfensis, quod Eminentissimus Archiepiscopus ultrò admittit.

Quo demùm pertinet ad Brevia Urb. VIII. super sęcularizatione Ecclesiæ S. Victoriæ, illiusque erectione in Collegiatam satisfacit Decisio quæ confirmatur *à § 32. usque ad 36.* ponderando, quod in eis nullum legitur verbum præseferens subtractionem Populi S. Victoriæ à Jurisdictione Episcopi Firmani, sed omnis potestas collata in Abbatem versatur circa ambitum Ecclesiæ Canonicos inservientes, adeoque non destruunt, sed potiùs confirmant dispositionem Gregorianam in eo sensu, in quo ab ipsa Rota accipitur. Et quatenùs accipi velit in sensu opposito, corrueret in hac parte uti fundata in erroneo supposito facto Pontifici, ut resultat ex illis verbis, *& quod sicut accepimus*. Non suffragante quod eadem Brevia emanaverint Motu proprio, & prævia discussione in Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium, nam Motus proprius cadit super actu, de quo principalitèr agebatur, nempè super sęcularizatione, & erectione in Collegiatam Ecclesiæ S. Victoriæ, & discussio versabatur circa suppressionem, & abolitionem Regularitatis ejusdem Ecclesiæ, nullatenùs autem referri valent ad narrativam concernentem Diœcesim, in qua Ecclesia sęcularizzata post dismembrationem existebat; In illa enim processit Papa cum supposito eidem à Partibus facto, ut ponderatur in Decisione quæ revidetur §. 35.

Cum itaque ex præmissis omnibus dilucidè probatum remaneat san. me. Gregorium XIII. in toties memorato Brevi dismembrationis abstulisse à Diœcesi Farfensi etiam Ecclesias Regulares Ordinis S. Benedicti Curam Animarum obtinentes, easque quoad hanc Curam supposuisse Jurisdictioni, & Potestati Episcopi Firmani, frustrà pleno calamo insudarunt scribentes pro Eminentissimo Abbate in adducendo Doctores, & exempla ad probandum novum non esse, neque in Jure, neque in Praxi, quod Parochiales Ecclesiæ præsertim Regulares, licèt sitæ intrà materiales fines alterius Diœcesis Episcopalis retineantur ex Privilegio Apostolico, vel immemorabili per Abbates, Capitula, seù alios Prælatos, cum omnimoda Jurisdictione etiam in Parochos, Clerum, & Populum ratione Curæ Animarum, & Sacramentorum administrationis. Quoniam nemo unquam negavit hujusmodi dismembrationes fieri posse, & factas esse; verùm tamen quoque est, quod cum contineant monstruositatem à Sacris Canonibus aborritam, non alias indultas fuisse credendum, ac pronunciandum est, nisi quoties constat de claro, rotundo, & expresso Privilegio, vel de consuetudine immemorabili canonizzata per tres Sententias conformes juxtà receptam Sententiam Doctorum, & S. Rota de qua in *Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure 5. Martii 1692. coram Me impress. post dis. 117. Card. de Luca juxta Venetam impressionem*. Quorum neutrum concurrit in casu, sufficeretque verba Privile-
15. gii esse dubia ad effectum, ut admitti non debeant hujusmodi monstruosæ separationes constituentes duo capita in una, & eadem Civitate contra disposita *in cap. quoniam 14. de Offic. Ord.* & tradunt *Hostien. in cap. cum contingat num. 1. de for. competent. Gratian. discept. 212. num. 16. & seqq. Rota decis. 55. num. 14. post Tambur. de Jur. Abbatissarum*.

In contrarium autem adductæ auctoritates sunt communi calculo rejectæ, & exempla percutiunt casum expressi, & clari Privilegii. *Lapus namque in allegat. 139. confutatur à Calder. cons. 6. de donat.* & quod notabilius est in Causa, in qua scripserunt hi celebres Canonistæ, post habita opinione primi pronunciatum fuit juxtà Sententiam secundi, ut latissimè comprobat altera Decisio hodie prodita super Ecclesiis reservatis *à §. Non relevante usque ad §. Stabilito*. Quo verò attinet ad exempla, primum Echlesiæ Lateranensi est penitùs inapplicabile, dum neminem latet primariam hanc Urbis, & Orbis Ecclesiam adeò amplis ditatam esse Privilegiis, ut sufficiat Ecclesiam edi-
16. ficare in ejus solo, accedente consensu Ordinarii, ad hoc, ut statim dismembrata censeatut à quacumq; Diœcesi, ut in *dec. 383. & dec. 530. part. 18. recent. & decis. 333. part. 19. recent.* Secundum Abbatis Cavensis est itidèm dissimile à nostro casu, dum illius Privilegium
17. comprehendit Terras, & Vassallos, ut in *decis. 374. ante num. 1. part. 17. recent.* Idemque Privilegium habet Abbas Montis Virginis allatus pro tertio exemplo, dum san. mem. Clemens VII. eidem indulsit exemptionem, tàm quoad Ecclesias, quàm quoad loca, & Homines ibi habitantes, ut patet ex *decis. 99. par. 14. recent.* Ultimum deniquè exemplum Abbatis Cassinensis Ordinis S. Benedicti non merebatur allegari, nam Decisiones in *Capuana seù*

Montis Cassinen. Parochialium 10. *Martii* 1679. §. *Modus enim iste curam Bourlemont. confirmata* 15. *Junii* 1686. §. *Etenim coram Cardin. Mathejo* stant adhuc sub revisione, & nupèr concessæ fuerunt coram Me subrogato loco bo.me. Ursini litteræ Remissoriales ad instantiam Archiepiscopi Capuani. Et multo minùs valuit exemplum ejusdem Abbatis Farfensis, cum supposito quod fruatur Jurisdictione quasi Episcopali in pluribus Ecclesiis sparsis per alienas Diœceses, & signantèr in illa Eminentissimi Archiepiscopi Firmani. Quoniam formitèr hodiè examinatis Privilegiis, in quibus talem prærogativam fundabant Abbates, resolutum fuit dictis Ecclesiis concessam fuisse simplicem exemptionem passivam quoad Monasteria, secus verò quoad Populum, & Clerum, sicque multo magis repugnat omni, & cuicumque verisimilitudini voluisse san. mem. Gregorium in Castris à Diœcesi Farfensi dismembratis, & applicatis Ecclesiæ Firmanæ in restaurationem damni sibi illati per antecedentem aliam dismembrationem præservare favore Abbatis exosa hæc Territoria Spiritualia in aliena Diœcesi, & totidem, quot numerabantur Ecclesiæ Regulares curatæ, quando cœteroquìn non constet simile unquam obtinuisse Privilegium.

Deducta usque adhuc respiciunt Ecclesiam Regularem Curatam S. Victoriæ, & Monasterium Monialium S. Catherinæ. Quo verò spectat ad alias Ecclesias annexas, & dependentes à dicta Ecclesia S. Victoriæ, cum istæ sint diversç speciei, aliæ namque ad Mensam Abbatialem dicti Monasterii, aliæ verò ad illius Abbatis pro tempore existentis collationem pertinebant, ut deprehensum fuit ex antiquis donationibus Abbatum Farfensium, & ex Bulla Sixti IV. de quibus in *Summario Cardinalis Abbatis super unione num.* 3. hinc Domini procedentes cum distinctione censuerunt Ecclesias de Mensa, quales fuisse dicuntur Parochialem Sanctissimæ Trinitatis, illam S. Cru-
18. cis, & alias quæ hodiè non extant, visitari non posse ab Archiepiscopo Jure Ordinario, quia semel, ac fuerunt de Mensa censentur unitæ, ac subjectivè dependentes à Monasterio, & rectæ à Regularibus, ac per consequens habentur uti Regulares ex traditis per *Fagnan. in cap. grave de Offic. Ordin. num.* 18. *in fine, & in cap. nullus de Parochiis num.* 34. *Rota decis.* 252. *num.* 10. *coram Priolo*. Quoniam verò in eiisdem Ecclesiis, quæ olim erant de Mensa, hodiè non viget Regularis observantia, ipsæque dependent à dicto Monaste-
19. rio S. Victoriæ Commendato, poterunt utique visitari ab Archiepiscopo Jure Delegato, sivè sint curatæ, sivè non, quoad omnia in vim Decreti Sac. Concilii Tridentini *cap.* 8. *sess.* 21. *de reform.*, & communitèr tradunt Canonistæ, & signanter *Barbos. in dicto cap.* 8. *num.* 1. *& de Offic. & Potest Episc. part.* 3. *allegat.* 74. *nu.* 15. *cum seqq. Fagnan. in dicto cap. grave de Offic. Ordinarii num.* 17. §. *Si verò, & in cap. nullus de Parochiis num* 35. *Ventriglia in praxi par.* 2. *annot.* 24. §. 1. *num.* 10.

Alias verò Ecclesias pertinentes ad Collationem Abbatis posse Archiepiscopum visitare Jure Ordinario, quia hujusmodi Jus simplicis collationis non inducit illarum exemptionem,
20. ac per consequens non aufert Episcopo Jus visitandi, omniaque alia exercendi, quæ sunt Jurisdictionis, & Ordinis, ut tradit *Lotter. de re benef. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 5. *&* 14., & dictum fuit in *Lrodien. Jurisdictionis* 11. *Aprilis* 1688. §. *Paritèr coram Me*. Atque eo ipso, quod sunt ad simplicem collationem Abbatis prçsupponendç sunt Ecclesiç Sçculares, proùt tales de Jure præsumuntur ex congestis in præterita Decisione §. 40. Idque confirmat observantia, cum semper rectæ fuerint, & modò gubernentur per Presbyterum Sæcularem juxtà disposita in *cap. extirpandæ* §. *Qui verò de Præbendis cum aliis relatis in decis.* 5. *num.* 2. *part.* 7. *recent.* Atque ideò quatenùs aliundè præfatç Ecclesiæ probarentur exemptæ, adhuc veluti Sæculares possent ab Archiepiscopo visitari Jure Delegato ex Decreto Concilii Tridentini in *sess.* 7. *cap.* 8. *de reform.* Et quidem non solùm quoad Curam Animarum si sunt Curatæ, sed quoad omnia ad discrimen Ecclesiarum Regularium, quæ non alias, quam in pertinentibus ad Curam Animarum visitari possunt ex *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regularibus*, ut distinguendo explicat *Fagnan. in cap. cum Dilectus de Religiosis Domibus num.* 41. *in fine, & num.* 43. *&* 46. & in Decisione, quç confirmatur §. *finali*.

Et ità utraque Parte acerrimè informante resolutum fuit &c.

R. P. D. MOLINES DEC.

Firmana Jurisdictionis super modo visitandi Monasteria in concernentibus Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem,
Lunæ 13. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Latè, & eruditè examinatur materia super modo visitandi Monasteria Regularium, quibus incumbit Cura Animarum, an scilicet Episcopus procedere valeat jure ordinario, seù potiùs delegato.

SUMMARIUM.

1. *Monachi, & eorum Monasteria de jure antiquorum Canonum subiiciebantur ordinariæ Jurisdictioni Episcoporum.*

2. *Epis‑*

DECISIO XV.

RESolutum fuit die 10. Maii 1700. me proponente cõpetere Eminẽtiss. D. Cardinali Cincio Archiepiscopo Firmano potestatem visitandi Jure Ordinario Monasteria, ac Prioratus, in quibus tempore dismembrationis triũ Castrorum Sanctæ Victoriæ, Montis Falconis, & Montis Sanctæ Mariȩ in Georgio actu existebant Regulares, in concernentibus Curam Animarum juxta formam à Sacra Tridentina Synodo præscriptam; Revocatisque die 15. Aprilis 1701. ad examen fundamentis Decisionis insuper æditæ, capta resolutio in omnibus confirmationis robur obtinuit, citrà quàm in parte definiente memoratam visitandi facultatem spectare ad Archiepiscopum Jure Ordina-

rio, & non delegato, peroptantibus tunc Do-
minis meis, ut articulus iste aliàs exemplaris,
novæ, & particulari subiiceretur trutinationi.
Quare in sequelam hujusce mandati exquisivi
hodie, *Quo Jure competat Eminentissimo Ar-
chiepiscopo facultas visitandi Ecclesias, de quibus
agitur*, Et quia scribentes pro Eminentissimo
Domino Cardinali Barberino Abbate Farfensi
sub recitato Dubio disputandum proposuerunt
non solùm quo Jure Archiepiscopus visitare
posset Ecclesias, quæ erant actu Regulares de
Tempore dictæ dismembrationis, sed etiam
Ecclesias Sæculares ab illis dependentes, vel
eisdem unitas contrà mentem Dominorum per
memoratam reservationem 15. Aprilis præte-
riti demandantium., ut solummodò excutere-
tur articulus quoad illas Ecclesias Curatas,
quæ de tempore dismembrationis Regulares
existebant, & cœteroquìn nimis involutæ ap-
paruerunt Informationes hinc indè exhibitæ
respectu aliarum Ecclesiarum, idcircò puntum
definierunt quoad primas expressas Ecclesias
consequenti responso videlicet: *Archiepisco-
pum posse visitare Jure Ordinario Ecclesias Paro-
chiales dismembratas in concernentibus Curam
Animarum tantùm sivè sint actu Regulares, sivè
Secularizatæ, & in reliquis proponatur in secun-
dam post sequentem etiam cum eisdem.*

Fundamentum resolutionis subnixum fuit
tàm dispositioni Juris communis, quàm etiam
decretis Sacri Concilii Tridentini: Attentâ
1. namque uniformi omnium antiquorum Cano-
num censurâ, Monachi, & eorum Monasteria
subiicebantur potestati, & Jurisdictioni Ordi-
nariæ Episcoporum ad instar Cleri Sęcularis,
ut statutum fuit in Concilio Aurelianensi regi-
strato *in cap. Omnes Basilicæ 16. quæst. 7. in Con-
cilio Calcedonensi sub Leone I. anno 451. can. 4.
registrato in cap. quidam Monachorum 10. caus. 18.
quæst. 2. & in Concilio Aurelianensi primo sub
Simmaco Papa anno 511. relato in cap. Abbatec
8. eadem causa, & quæstione, & in Concilio Aure-
lianensi quarto sub Joanne I. anno 524. de quo in
cap. Monasteria 17. eadem pariter causa, & quæ-
stione.* Ex quibus apud omnes Canonistas abso-
luta, nimisq; famigerata est propositio, Episco-
pos habere de jure communi fundatam intẽtio-
nẽ super omnimoda Jurisdictione Ecclesiastica
nedum in Clericos, & Ecclesias Sęculares, sed
2. etiam in Regulares suæ Diœcesis, ut relatis
antiquioribus, latè probant *Fagnan. in cap. nimis
prava num. 3. de excess. Prælat.* & latiùs adstruit
*P. Thomassinus de Benefic. lib. 3. cap. 26. & 27.
per tot. Antonius Dandinus Altaserra in Asceti-
con. sivè origin. rei Monast. lib. 2. cap. 5. per tot.*
& recentissimè *Van. Espen. in ejus opere intitola-
to Jus Ecclesiasticum universum par. 3. tit. 12.
cap. 2. per tot.* & pluriès respondit *Rot.* ac si-
gnantèr *decis. 78. p. 1. divers. & dec. 5. n. 38. p. 1.
recent. & dec. 47. num. 14. post Tamburin. de
Jur. Abbat.* Et huic sententiæ adhærent ferè
omnes magni nominis Scriptores Claustrales,
ut præ cœteris formitèr discussa quæstione
concludunt *Frances Episcopus Barbastren. in suo
Pastorale Regularium quæst. 2. par. 2. à num. 8.
usque ad finem*, & magis distinctè *clar. mem. Car-
din. Albit. in docta ejus disceptatione de Jurisd.
Card. in Eccles. s. or. Titul. quæst. 1. per tot. impress.
post tract. Card. de Luc de Jurisd.* ubi refellit non-
nullos oppositum tenentes.

Et licèt hujusmodi Ordinaria Episcoporum
potestas, & Jurisdictio in Ecclesias Regulares
gravissimum, & sensibile receperit vulnus ex
3. superuentis exemptionum privilegiis, quæ
priùs ipsi Episcopi, & deindè S. Sedes Apo-
stolica per Indulta particularia Claustralibus
omnibus tribuerunt, eos variis ex causis, ac
respectibus immediatè Summis Pontificibus
subiiciendo, & signantèr ob Principum sup-
plicationes, Ordinariorum sævitiem, obque
præclara alicujus Ordinis in Romanam Sedem,
& Religionem Catholicam merita, ut uberrimè
differunt tractantes de exemptionis Regulariũ
origine, *Coppin. de Jure Cœnobitico lib. 1. tit. 2.
cum seqq. Joannes Lomedè in tractat. de exempt.
inserto in specimine Juris Ecclesiastici apud Gallos,
tom. 2. cap. 4. per tot. fol. mihi 252. Altaserra
in Asceticon. lib. 7. c. 12. Jo: Federic. Karg. Pax
Religiosa, sivè de exemption. decad. 1. cap. 3.
& cap. 5. per tot.* & omnium latè *Thomasin. de
benefic. lib. 3. cap. 29. & cap. 30. per tot.*

Patribus cæteroquin quamplurimis non mi-
nus doctrina, quàm morum sanctimonia cumu-
4. latissimis hasce Regularium emancipationes à
patria Episcoporum potestate, vel non appro-
bantibus, vel acri stylo perstringentibus. Ipse
namque Gregorius Magnus quamquam ad
sensum Claustralium Antesignanus exemptio-
num omnium Auctor existimetur, vero tamèn
excusso, nullum unquàm concessit privilegiũ
eripiens Monasteria, Monachosue à potestate
Jurisdictionali Episcoporũ sed cumulus exem-
ptionum, quibus Claustrales suos olim Com-
militones donavit ad aliud non pertinebat,
quàm ad subducendas ab Episcoporum pote-
state res, & Bona temporalia Monasteriorum,
liberando eorum redditus à Cathedratico, &
Synodatico, nonnullisque aliis oneribus, &
Juribus legis Diœcesanæ specialis, sub qua
comprehenduntur Jura Episcoporum recipien-
di utilia, juxtà distinctionem inter legem Di-
œcesanam, & Jurisdictionalem, antiquis Ca-
5. nonistis incognitam, & quadringentis ab hinc
annis à Joanne Ugutio, sivè Teutonico Veteri
Canonum Interprete adinventa, Teste *doctissi-
mo Francisco Florente I. C. Aurelianensi oper.
Juridica tom. 2. ad lib. 1. Decretal. tit. de Offic.
Judic. Ordinar. ad cap. 18. §. 1. in medio fol. mi-
hi 187.*, & latiùs *de stat. Monach. ad cap. 16.
quæst. 2. §. In reliquis, & §. Ex Canonibus fol.
70. & 71.* Rursùs ad prospiciendum, ne Mo-
nachi in eorũ Ecclesiis Monasterialibus à Ge-

no-

nobilica quiete per populares Episcoporum functiones distraherentur; Ac demùm ad vin-
6. dicandam libertatem electionis Abbatum, idque genus similia, quæ non egrediebantur disciplinam Regularem Monacorum intra claustra Monastica, ut litteralitèr colligitur *ex cap. quō sit necessarium, & cap. luminoso 18. quæst. 2.* & ex professo percursis ferè omnibus ejusdē Magni Pontificis Epistolis ad rem facientibus benè probat *P. Thomassin. de Benef. lib. 3. c. 30. per tot. Altaserra in Asceticon. c. 11, in fin. Florent. ubi suprà de stat. Monasth. fol. 70. in fine §. In reliquis.*

Quo forsan eximii Pontificis ductus exemplo Divus Bernardus quamquàm, & ipse Claustralis; acri, & acuto stylo hujusmodi Regu-
7. larium liberationes à potestate Ordinaria Episcoporum perstrinxit, ac signanter scribens sub initium 12. seculi ad *Henricum Senonensem Archiepiscopum in tractat. de moribus, & Officio, & in Epist. 41. & acerbiori calamo libertate verò Ecclesiastica ad Eugenium Tertium c. 3. De consideratione*; Ac circà idem tempus ex Anglia adversus cujuscumque generis exemptiones acerbis conquestionibus exclamavit celebris ille, ac eruditissimus Barbastriensis Archidiaconus Petrus Blesensis tota Epist. 68. conscripta ad Papam Alexandrum III. sub nomine Riccardi Archiepiscopi Cantuariensis, addita 90. ad fratrem Germanum Abbatem Maniacensem electum directa; Missisque aliis Vetustioribus Patribus memorabile est in hac re monumentum Historicum S. Francisci Seraphici Ordinis Fundatoris, ei scilicèt adeò displicuisse exemptiones, ut in humanis agente nullum à Sede Apostolica expetierit privilegium suos fratres à potestate, & Jurisdictione Ordinaria Episcoporum subtrahens, moriensque inter alia in ejus Testamento disposita, illud præcipuum extitit, ut ejus successores omninò abstinerent ab hujusmodi privilegiis impetrandis. Fraterque Elias illius in dignitate successor, & non imitator humilitatis, & modestiæ fuit, qui posthabito Patris monito Fratrum Minorum exemptiones obtinuit, ut testatur *Card. Baron. anno 676.* & latissimè disserunt *Altaserra cap. 12, per tot. Karg. cap. 4. & cap. 8. Van. Espen. par. 3. tit. 12. cap. 4. per tot. tom. 2. Tomasin. d. cap. 29. nu. 11. cum seqq.*

Planum tamen, & absolutum illud est mentem Summorum Pontificum unam, & constantem ferè semper extitisse solvendi per exemptionum privilegia Monachos, & Regulares à Jurisdictione Ordinaria Episcoporum, quatenùs Regulares sunt, nempè ab illa subjectione, & correctione, quæ ad disciplinam, & Regimen Regularium intra Claustra Monasteriorū, & Conventuum spectat, secùs verò circa ea, quæ ad Regulares non uti Regulares, sed speciali Hierarchico officio illis ab Episcopis commissio attinent. Idcircò cum de Jure Jurisdictionalem Animarum Regimen, quod artem
8. artium Antonomasticè vocat *Innocentius III. in cap. cum sit de ætat., & qualit.* Episcopis privativè quoàd omnes incumbat, ut *ex cap. 20. actuum Apostol.* ibi: *Attendite vobis, & Universo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo*, & aliis latè probat *Rota in Toletana Jurisdictionis 11. Decembris 1690. §. Verùm coràm Me*, quotiescumque Regulares, vel voluntariè causa concurrente assumuntur in
9. Parochos in adjutorium generalis Animarum Curæ, vel necessariò ob Privilegium illis tributum exercendi eandem Curam suis Monasteriis incumbentem, certum videtur, quod ratione hujusce muneris, quod non uti Regulares, sed veluti Parochi obeunt, in omnibus iis, quæ ad illud pertinent, subditi Jurisdictioni, & potestati Ordinariæ Episcoporum remanserint, eisdem præcisè modo, & forma, quibus ante exemptionum privilegia subiiciebantur, nisi aliàs disertis verbis constaret per dicta privilegia subtractos fuisse à Jurisdictione Ordinaria Episcoporum unà cum Plebe Regulares quantumvis Parocorum munere fungentes, quæ sanè privilegia, vel nunquam, vel rarò Pontifices concesserunt claustralibus quantis libet eos prærogativis cumulaverint. Et ubi eorum aliqui dilatando fimbrias suorum Indultorum evadere studuerunt subjectionem Episcoporum in iis, quæ concernunt Curam Ani-
1 marum, consultis Summis Pontificibus, semper causa ceciderunt, isteque fuit etiam Conciliorum, & Patrum omnium sensus, exceptis casibus, in quibus abstracta aliqua Diœcesis parte, placuit S. Sedi Apostolicæ Prælatis Regularibus Jurisdictionem quasi Episcopalem cū Territorio Separato concedere, de quibus privilegiis non loquimur, cum sermo præsens sit de exemptionibus passivis datis Monasteriis, & Regularium Conventibus in Diœcesi Episcoporum existentibus.

Et sanè in hujusce assumpti comprobationem abs re non erit anteponere *Epistolam 33.*
10. *lib. 7.* Sancti Gregorii Magni Episcopo Scillitano directam, qua eum monet, ne in res, & bona temporalia Monasteriorum manus iniiciat, veruntamen *sollicitus sit* (sunt ejus verba) *in his, quæ ad disciplinæ rectitudinem, vel animarum custodiam pertinēt*: Et quamvis, ut paulò ante exposuimus, memoratus Sanctus Pontifex nūquam relaxaverit Regulares à Jurisdictione Ordinaria Episcoporum, undè parùm concludens videatur ad rem nostram illius testimonium, magnoperè tamen eos urget, qui minùs rectè contendunt Monacorum liberationes ab ordinaria Episcoporum Jurisdictione initium desumpsisse tempore ejusdem Magni Pontificis, ut saltem negare non audeant, quin per eundem Animarum Cura semper exemptionibus non obstantibus præservata fuerit Episcopis, & numquàm Regularibus communicata, pro-

Proprius verò accedendo ad argumenta, magis ad hominẽ assumptum evincentia. Sub Pontificatu Urbani II. olim Monachi Cluniacensis, qui vivebat in sæculo 11. Teste Platina in ejus vita, contendentibus Monachis Jus Ordinarium Episcoporum auferre circa constitutionem Parochorum in eorum Ecclesiis, & Curam Animarum illis incumbentem, statuit Põtifex *ne in Parochialibus Ecclesiis, quas tenent, absq; Episcoporum consilio Presbyteros collocent, sed Episcopi Parochię Curam cum Abbatum consensu Sacerdoti committant; ut ejusmodi Sacerdotes de Populi quidèm Cura Episcopis rationem reddant, Abbati verò pro rebus temporalibus ad Monasteria pertinentibus debitam subjectionem exhibeant, ut sic sua cuiq; Jura serventur*: ut latiùs legitur *in cap. sanè quid 6. caus. 16. quæst. 2. ubi Gloss. & in cap. seqq.*, *& Gratian. in tit. quintæ quæst.* ibi: *Tales* (idest Monachi, ut ibi explicat Glossa) *etsi Jus Territorii habeant, tamen potestatem gubernandi Populum, & Spiritualia ministrandi non habent*.

Eandemque prætensionem instituendi Pres-
11. byteros Curæ Animarum, illosque destituendi excitarunt Templarii, & Hospitalarii vigore suorum Privilegiorum, delatisque contrà primos Regulares conquestionibus ad Concilium Lateranense celebratum sub Alexandro III. anno 1179. sancitum fuit Templarios nullum aliud jus habere, nisi præsentandi Presbyteros Episcopis, & ab ipsis instituendos, ac destituendos fore, ut *eisdem de Plebis cura respondeant*, idest de regimine Animarum sibi commisso reddant rationem, ut videre est *in cap. cum plantare 3. de privil.*, ibique omnes antiqui repetentes congesti per *Fagnan. nu. 6. Gonzal. Fellex. n.* 4. Idemque rescripsit quoad Milites Hierosolymitanos *Eugenius IV. in cap. 1. de significat. verbor.*, interpretando illorum antiqua Privilegia, ut scilicèt illorum vigore jus haberent præsentandi idoneos Clericos Episcopis, qui tamèn ab eisdem prævio ipsorum examine curam reciperent Animarum, reddita ratione, *quia Plebes Episcopis sunt subjectæ*, sunt verba Decretalis benè etiam declaratæ per *Franc. ibi §. Illum num.* 4.

Pariformiter cum Privilegium exemptionis concessæ Cappellæ Ducis Burgundiæ extendere fategisset quidam illius Canonicus Parochus alterius Ecclesiæ non exemptæ ab Epis-
12. copo Ligoniensi constitutus, etiàm ad ea, quæ Animarum Curam respiciebant, consulto prælibato Pontifice Alexandro III. prodiit responsum dictum Privilegium suffragari Canonicis uti Canonicis, & sic quoad actus, & functiones, quas uti simplices Canonici gerebant, secùs verò quoad functiones respicientes Officium Parochiale, cujus respectu ordinariæ Episcopi Jurisdictioni subesse deberent, perindè ac si non essent exempti, ut meliùs dignoscitur ex ipsius Pontificis rescripto relato *in cap. cum Cappella 16. de privileg.* ibi: *Quò circà mandamus quatenus in quantum exempti sunt ejusdem ratione Cappellæ Apostolicis Privilegiis deferas reverentèr, sed in quantum ratione Parochialium Ecclesiarum, vel aliàs Jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur Officii tui debitum eosdem liberè prosequaris*: & latiùs explicant hìc *Innocen. Fagnan.* & *Gonzal.* & optimum hujus Decretalis Commentariolum ex recentioribus edidit, *Salgad. de reg. protect. 2. par. cap. 15. per tot.*

Et quoniam sæpissimè ad Sedem Apostolicam deferebantur quęstiones inter Episcopos,
13. & exemptos super interpraetatione hujus Exemptionis Privilegiorum, & potissimè super eorum extensione ad Curam Animarum, & Presbyteros illas regentes, Bonifacius VIII. ad generalitèr hasce obtruncandas controversias, plures *sub titulo de Privileg.* edidit Decretales, quarum alteram *in cap. si Papa 10.* ubi formas privilegiorum exemptionis refert, & explicat, *& in cap.* antecedenti *per exemptionem 9.* statuit generaliter, quod: *Per exemptionem Ecclesiæ concessam ipsa Ecclesia, & Monachi, vel Canonici, Clerici, & Conversi, perpetuoque Oblati, non autem Ecclesiæ ejusdem Presbyteri, qui Parochianorum Curam habent quoad ea quæ ad eandem Curam pertinent, neque ipsi Parochiani intelliguntur exempti*: & latè hìc Interpretes relati per *P. Passarinum num.* 3.

Consimile generale decretum ad compescendas exemptionum omnium dilationes in
14. eadem materia Curæ Animarum, quibus Regulares, & potissimè Fratres Mendicantes Ordinem, & Jurisdictionem Episcopalem nimis confundebant, ut inquit Odoricus Raynaldus ad annum 1516. promulgatum fuit in Concilio Lateranensi celebrato sub Leone X. de dicto anno 1516. in Constitutione; *Dum intrà mentis arcana revolvimus, in publica sess. 11. edita 19. Decembris*, in qua habetur: *Ad conservandam inter Episcopos, & eorum Superiores, ac Prælatos, & Fratres hujusmodi mutuam charitatem, & benevolentiam, Divinique cultus augumentum, pacemque, & tranquillitatem universalis Ecclesiæ status, quod demum fieri cognoscimus, SI UNICUIQUE QUANTUM FIERI POTEST SUA JURISDICTIO CONSERVETUR Sacro approbante Concilio statuimus, & ordinamus, quod Episcopi, & eorum Superiores, & alii Prælati præfati Parochiales Ecclesias ad eosdem Fratres ratione locorum legitimè spectantes quoad ea, quæ ad Parochianorum Curam, & Sacramentorum conservationem, administrationemque pertinent, sinè tamen Visitatorum in solito gravamine, vel impensa visitare, & illarum Curam gerentes, & circà illam Delinquentes, si Religiosi fuerint, juxta ipsius Ordinis Regularia Instituta intrà Septa Regularis Loci, Sæculares verò Presbyteros, & Fratres hujusmodi Beneficia obtinentes liberè tamquàm suæ Jurisdictioni subjectos punire valeant*: ut latius legitur in *tom. 14. Conciliorum collect. a P. Philippo Labbei*

bei fol. 315. Ex qua quidem Conciliari Constitutione deprehenditur, Jurisdictionem, quoad Curam Animarum, & Presbyteros illam regentes fuisse in omnibus Privilegiis exemptionem semper præservatam Episcopis, ut significantèr eruitur ex illis verbis prohemialibus: *SI UNICUIQUE QUANTUM FIERI POTEST SUA JURISDICTIO CONSERVETUR* mutuatis ex rescripto Urbani II. anteà expenso, ibi: *ut sua cuique Jura serventur*, quæ sanè veba *sua Jurisdictio* significant Jurisdictio-
15. nem Ordinariam, ea enim est Ordinaria Jurisdictio, quam Episcopi jure suo, idest per consequentias Dignitatis obtinent, ut optimè explicant *Floreus. ad lib.* 1. *Decret. tit.* 31. *de Officic. Ordin. in princ. fol.* 173., & alterum verbum *conservetur* clarè designat nunquam fuisse per exemptionum Privilegia Episcopis ereptam hanc Jurisdictionem in concernentibus Curam Animarum, licètque perconsequens legitimè inferre Sac. Concililium hanc Constitutionem non evulgasse ad restituendum antiquum, & Canonicum Jus Episcopis, sed, ut illud, quod semper habuerunt, & post exemptiones retinuerunt, sartum, & tectum servaretur, per ea, quæ tradunt in similibus, *Rip. in rub. extra de Judic. num.* 6. *Cagnol. in rubric. ff. de orig. Jur. num.* 1. *ad med. vers. & sic continuatio.*

Et quatenùs ullum adfuisset privilegium liberans Regulares etiã Parochiale munus exercentes à potestate Episcoporum, nemo negare
16. poterit, quin per hujusmodi decretum Conciliare tribuens Episcopis liberam facultatem visitandi Regulares in concernentibus Curam Animarum remanserit pœnitùs derogatum, & extinctum, ut expressè dicitur in parte prohemiali Bullę *sub §. Sanè cupientes*, & distinctius in parte executiva, ibi: *non obstantibus Constitutionibus &c. Privilegiis quoque, ac Indultis, & litteris Apostolicis contra præmissa &c. eisdem Ordinibus concessis etiam in mari magno contentis quibus &c specialitèr, & expressè derogamus*: Et quamvis talis Constitutio præcipuè, & principaliter emanaverit prò moderatione Privilegiorum Fratrum Mendicantium, in ejusdem tamèn postrema parte declaratur, & decernitur ad reliquos Religiosos Ordinum quorumcumque extendendam fore, ut in *§. Omnia etiam*; Quibus consequens est, quod cum per hanc Constitutionem submo-
17. tum fuerit in hac parte obstaculum exemptionum, revivixit favore Episcoporum illa potestas Jurisdictionalis Ordinaria, quam Canones omnes attribuerunt Episcopis in Monachos, & Ecclesias Parochiales Regulares in iis, quæ ad Curam Animarum spectant, per ea, quæ post *text. in cap. cum aliquibus vers. si verò, & ibi Ancaran. de præscript.* tradunt *Felin. in cap. cum ex officii num.* 33. *vers. & quia de præscript.* & latè explicant *Barbos. de potest & offic. Episc. par.* 3. *alleg.* 92. *num.* 9. *§. Ad tertium vers. per contrariatamen, Villadiego in Speculo Visitatorum num.* 32. *fol.* 35. *Salgad. de supplicat. Sanctissimi quæst.* 25. *num.* 35. *&* 36. & latius infra.

Et ad tenorem præfati Conciliaris Decreti cl. mem. Card. Laurentius Campegius olim nostri Ordinis Auditor, & posteà S. R. E. Cardinalis, & Legatus Apostolicus à Clemente VII. in Germaniam missus, teste *Cardinali Pallavicino in Historia Concilii Tridentini cap.* 10. *§. Deliberò egli fol. mihi* 224. inter alias Constitutiones editas anno 1524. ad Germanici Cleri disciplinæ emendationem, quarum majorem partem refert *idem Cardinalis*, & per extensum *P. Labbei tom.* 14. *Conciliorum fol.* 414. *cum seqq. in cap.* 11. *per totum*, unam edidit, quæ concessit Monachis potestatem regendi Ecclesias Curatas Monasteriis unitas, in ea tamen unico contextu præscripsit ad formam Concilii Lateranen nupèr celebrati Religiosos qualitercumque exemptos Curata Beneficia habentes Jurisdictioni Ordinariæ Episcoporum esse subjectos, & refert etiam *Thomassin. de benefic. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 4. *vers. Constitutiones Campegii*.

Ex qua Decretalium, & Conciliorum strue dilucidè probatum remanet assumptum, quod & si exemptionum Priuilegia Regularibus concessa grave inflixerint vulnus Ordinariæ Jurisdictioni Episcoporum, quam de Jure generalitèr in Monasteria, & Ecclesias Regularium, ipsosque Regulares, qua Regulares sunt obtinebant, ea tamen non vulnerata, sed illæsa sempèr remansit in Ordine ad subjectionem Animarum degentium sub Parochiis rectis à Regularibus, ipsorumquemet Parochorum Regularium quoad actus, & functiones ad illarum Curam, & Regimen pertinentes: Idque rectè, sanctè, ac prudentèr actum fuisse nemo inficias ire potest; Tales quippè separationes Ovium ab una Grege, illarumque delegatio alteri tradita inferiori Prælato independenter à Superiore Ordinario Pastore illam adeò à Sacris Canonibus exosam præsefert monstruositatem, quod in una Diœcesi, & Civitate duo præemineant capita contrà omnes boni, ac perfectioris Regiminis Regulas nequaquàm Superiorum multiplicitatem patientes, ut ad propositum benè notat *Gloss. in cap. cum personæ verb. causa de privileg. in* 6. *Hostien. in cap. cum contingat. num.* 1. *de for. compet. & in cap.* 4. *num.* 13. *de Offic. Ordin.* cum aliis concordantibus relatis in *decisione edita* 15. *Aprilis* 1701. *§. Cùm itaquè coram Me*.

Majusque profectò consequeretur absurdum, & inconveniens, si, ubi Plebs non esset liberata à subjectione Ordinaria Episcoporum, Regulares nihilominus ad illius Regimen assumpti, quà Parochi sunt, & in iis, quæ ad Animarum Curam spectant, Jurisdictioni Episcopi

copi Ordinarii, & nativi Pastoris non subderentur; Inferior namque Hjerarchia Divina Ordinatione instituta, & constans ex Episco-
18. pis, Presbyteris, & Ministris, ut docuit *Tridentina Synodus in sess. 23. can. 6.* confunderetur, ac dissolveretur, nec foret, prout esse debet *uti Castrorum Acies benè ordinata*; Nonnulli enìm ex Presbyteris, & Ministris, ex quibus eadem constituitur Hjerarchia, seù Sacer Principatus, subordinati non essent illius capiti, idest Episcopo, sed alterum recognoscerent Superiorem, ab eoque per consequens
19. recipere deberent instructiones, monita, vel correctionem prò Regimine Animarum illius Curæ non commissarum, quæ irregularitas produxisset Sacri Regni divisionem, & desolationem, ut per quàm benè ponderavit *Joannes Gerson Cancellarius Universitatis Parisiensis in sermone contra Bullam Mendicantium habita in eadem Universitate*, & relato *in Historia universali Parisien. pag. 200.* Ad evitandas propterea hujusmodi perturbationes Hjerarchiæ, ejusque totalem confusionem benè factum est, ut privilegiorum omnium exemptiones non extenderentur ad functiones Hjerarchicas, ut benè notarunt etiam *Karg. Pax Religiosa decad. 4. cap. 1. per tot.* & melius uberiusque *Van. Espen. in Repagulo Canonico adversus nimiam exemptionum à Jurisdictione Episcoporum extensionem regul. 9. per tot.* & apposite advertit quoquè *Rota in Brixien. Jurisdictionis 14. Martii 1689. §. Præterea, coram R. P. D. meo Caprara.*

E'converso nullam, vel minimam præsefert monstruositatem, sivè implicantiam, quod Regulares duplici, & quidèm Ordinariæ subii-
20. ciantur Jurisdictioni; Quoniàm omni jure attento novum, & inusitatum non est, ut unus, & idem diversis respectibus, diverso Jure censeatur *cap. cum olim de re judic. cap. ex litteris de probation. leg. si consult. de adoption.* Ideoquè stat benè simùl, ut Religiosi, quâ Religiosi sunt, subjiciantur Jurisdictioni Ordinariæ suorum Superiorum in Concernentibus disci-
21. plinam Regularem, & quâ Parochi, & Sacramentorum Ministratores supponantur Ordinariæ potestati Episcoporum in iis, quæ ad Animarum Curam, & Sacramentorum ministrationem spectant, ut expresse dixit *Alex. III. in dicto cap. cum Cappella de privileg.* & concordat *cap. tuorum, & cap. ex ore eod. tit.* & benè in his terminis, infinitis propè modum adductis exemplis, ratiocinatur *Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 17. num. 47. & seqq. Salgad. de supplicat. ad Sanctissimum cap. 15. per tot. Van. Espen. in Repagul. resp. 5. per tot.* omissis concordantibus relatis *in decisionibus hujus Causæ, in illa nempè 10. Maii 1700. §. 23. ac in alia 15. Aprilis 1701. §. 13.*

Ex quibus juribus, & rationibus communis est omnium Doctorum traditio, Privilegia exemptionum non extendi regulariter ad ea, quæ respiciunt Curam Animarum, & ad Regulares illam exercentes, & Sacramenta mini-
22. strantes; adeout in omnibus, quæ ad hoc Regimen spectant, pendeant ab omnimoda Jurisdictione Episcoporum, ut præter citatos *in decisione 10. Maii 1700. §. 22. & 23.* tradunt *Avendan. in Thesaur. Judic. tit. 17. cap. 7. nu. 43. Ugolin. de Offic. & potest. Episc. cap. 20. §. 4. Zipeus respons. Can. lib. 5. tit. de privileg. resp. 3. num. 1. & seqq. Ziegher. de Episc. cap. 26. nu. 16. Minan. Bas. Jurisdict. Pontif. tract. 2. fund. 1. quæst. 2. §. 4 num. 19. Priviter. Man. Antist. par. 1. potest. 196. num. 1. & 8. Navar. singul. Jur. Pontif. verb. Visitatio conclus. 3. num. 6. Squillan. de Offic. Episc. par. 1. cap. 3. num. 13. Bengeus de Benef. Eccles. par. 3. §. 3. num. 10. Cened. quæst. can. 26. num. 25. Fras. de reg. Jurepatr. Indiar. tom. 2. cap. 56. per tot. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 17. num. 47. cum seqq. Lomedè de exempt. cap. 6. num. 3.*

Et quamvis prælaudati Doctores specificè non declarent, cui Episcoporum subiiciantur Jurisdictioni, Ordinariæ scilicèt, aut delega-
23. tæ, tamèn præsuppositivè de Ordinaria loquutos fuisse firmandum est, non solum quià delegatæ non meminerint, prout discretivè loqui consueverunt in casibus, in quibus illa non nisi eo jure ab Episcopis exercetur, sed etiàm, & certiùs, quià ferè omnes eorum assertionem probant argumentis desumptis ex Juris Canonici locis superiùs expensis, nempè ex *cap. cum Cappella cap. cum plantare, & c. cum per exemptionem de privileg.* quæ, ut suprà dilucidavimus, docent Animarum Regimen, & Jurisdictionem in illas Regentes comprehensam non fuisse in privilegiis exemptionum; Sed non desunt authoritates expressè firmantes hanc Jurisdictionem, qua gaudent Episcopi in concernentibus Curam Animarum attento Jure communi, etiam post exemptiones esse Ordinariam, & non delegatam, prout sunt *Marc. Anton. resol. 112. num. 50. vers. non fuit autem dubitatum, Card. Albit. dicta discept. quæst. 7. num. 4. 5. & 6. Van. Esp. in dicto Repagul. Canon. regul. 10. §. 1.* & respondit etiam *Rota in Gerunden. Jurisdictionis 5. Martii 1692. §. Pariter est coram Me, impress. post disc. 117. Card. de Luc. de Jurisd. juxtà Venetam impressionem.*

His sic constitutis, facilitate præmaxima ostenditur Sac. Concilium Tridentinum præfatam Juris communis dispositionem nequa-
24. quàm vulnerasse, & consequentèr minus veram esse Sententiam opinantium hanc Synodum eandem Juridictionem Ordinariam in delegatam commutasse: Cùm enìm antè illius celebrationem Summi Pontifices, & antecedentes Oecumenicæ Sinodi, ac signanter Lateranensis ultima limites, & repagulum constituissent adversus extensionem Privilegiorum omnium Claustralium in iis, quæ spectant

ctant ad Regimen Animarum, & de tempore illius celebrationis comperto, quod non adhùc essent sufficienter eradicati illorum excessus, & abusus, clarissimus ille Prælatorum consessus acerbis conclamationibus extirpandos, ac delendos esse insteterit, imò Germani Episcopi non contenti simplicis moderationis privilegiorum, proposuerint ipsorum revocatio-
25. nem ad Jus commune, prout illa revocare meditatus fuerat usque ad Bullæ extensionem Calistus II. & Paulus II. teste *Raynaldo anno 1471. num. 69. suorum Annalium*, Sacrumque Concilium tametsi hisce instantiis circà omnimodam exemptionem revocationem non annuisset, eas tamèn ad notabilem reduxerit moderationem usque adhuc, ut *Sanctus Præsul Franciscus Salesius scribens lib. 1. epist. 30. ad ejus Confratrem* lætatus fuerit *in hoc esse magnam Dei Gloriam, quòd Ordo Episcopalis agnoscatur, qualis est, quodque muscus ille exemptionum ab Ecclesiæ arbore sit avulsus, in qua tantum mali fecit, sicut benè observavit Sac. Concilium Tridentinum*, & notarunt etiam in specie *Altaserra in Asceticon. lib. 7. cap. 12. in fine, Van. Espen. in Jus Eccles. univers. par. 3. tit. 12. cap. 6. per tot. & in Repagul. Canon. in ejus Epilogo §. Deniquè, & §. Similitèr cum seqq.*

Hæc inquam cum ità sint, nihil absurdius excogitari, & affirmari potest eò, quod Patres Sac. Concilii Tridentini tractaverint, voluerint, vel intellexerint auferre Episcopis illas Ordinariæ Jurisdictionis reliquias, quas in concernentibus Curam Animarum Privilegia Regularium, vel non comprehendebant, vel ad omne pejus Lateranense Concilium restituerat, quando aliàs tantùm abest illorum mentem fuisse expoliandi Episcopos ea Jurisdictione quam exemptiones nunquàm sustulerant, quod imò ex universali suorum Decretorum lectura constat fuisse eisdem restitutam in pluribus casibus potestatem anteà per illas ablatam, quorum casuum, *P. Thomassin. par. 1. lib. 3. cap. 40.* numerum 43. recenset, & quadragenarium observavit *Fagnan. in cap. grave de offic. Ordin.* & alios duos suprà quadraginta notavit *Barbos. de Offic. & potest. Episc. alleg. 105.* nonnullosque alios refert *Campanil. in divers. Jur. can. quæst. rubr. 12. cap. 13.*

Sed opus non est hæc generalia emendicare suffragia ad hujus assumpti comprobationem, suppetentibus argumentis specialibus desumptis ex Decretis Concilii specificè loquentibus de Jurisdictione ad effectum, de quo agitur, Episcopis in Regulares tributa, & signantèr *ex cap. 11. sess. 25. de Regular.* in quo sancitum fuit, *ut in Monasteriis, seù Domibus Virorum, seù Mulierum, quibus imminet Cura Animarum Sæcularium præter eas, quæ sunt de eorum Locorum, seù Monasteriorum familia personæ tàm Regulares, quàm Sæculares hujusmodi Curam exercentes subsint immediatè in his, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent Jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi*; In quo sanè Decreto nullum occurrit verbum indicans Sacrum Concilium voluisse Episcopis auferre eorum Ordinariam Jurisdictionem, & delegatam tribuere, imò omnia suadent roborare, & confirmare voluisse Ordinariam, sivè quia ubi voluit Episcopis tribuere Jurisdictionem delegatam id expressè dixit, proùt *in cap. 3. sess. 6. in cap. 8. sess. 7. in cap. 4. sess. 14. in cap. 8. sess. 21.* & alibi passim; Undè, cum in hoc Capitulo expressè nõ legatur hujusmodi delegatio Apostolica, confirmata censetur Ordinaria, argumento petito à discretivo modo loquendi, quod validissimum est interpretatione legum,
26. & constitutionum *l. cum Prætor ff. de Judic.* cum aliis collectis *in decis. 174. num. 48. & decis. 599. num. 9. par. 18.*

Sive quia nedum non leguntur inibi verba importantia delegationem Apostolicam, sed adesse noscuntur contrarium significantia; Præcipitur namquè, ut Regulares Parochi Sacramenta administrantes *Episcopi immediatè*
27. *subsint*, quod verbum *immediatè* litteraliter excludit delegatam, & Jurisdictionem evincit Ordinariam, cum delegata profluat ex Superioris majoris communicatione, & datione; Ordinaria verò ea sit, quæ immediatè jure
28. proprio, & ex Juris communis dispositione ad exercitium deducitur, ut ex pluribus firmat decisio ædita die 10. Maii 1700. §. 25. & ultrà ibi alleg. & benè explicat *Francis. Florens. ad lib. 1. decretal. de Offic. Judic. Ordin. in princ. Molin. de Just. & Jur. tom. 6. disput. 14. num. 1. Barbos. de Offic. & Potest. Episc. alleg. 92. nu. 6. par. 3.*

Sive quia Sancta Synodus ibi æquiparat Regulares Curam exercentes cum Sæcularibus, ut
29. patet ex illis verbis: *Personæ tàm Regulares, quàm Sæculares hujusmodi Curam exercentes subsint immediatè*, qua stante æquiparatione arguere licet, quod sicuti Episcopi in Sæculares Curam Animarum exercentes in Ecclesiis Regularium Ordinariâ utuntur Jurisdictione, sic etiam Ordinaria debeat esse Jurisdictio, quam exercent in Regulares eidem Animarum regimini præpositos, ut benè ratiocinatur *Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 17. num. 62. & seqq. Ugolin. de Offic. & Potest. Episc. cap. 20. num. 1. Frass. de Jurep. Indiar. cap. 56. num. 10. Vulp. prax. for. Eccles. cap. 42. num. 6.*

Quibus omnibus ea potentissima accedit ratio, quòd in quæstione illa adeò inter antiquos, & modernos Doctores confusè pertractata: An Jurisdictio concessa per decretum Canonis, seù legis censeatur ordinaria, vel delegata, cum ea tandèm conveniunt distinctione, quòd aut Jurisdictio, quæ tribuitur, est omninò nova, nec Episcopo competebat de Jure antè concessionem, & tùnc concessio dicitur

facta jure delegato, cum à sola delegantis authoritate profluere dicatur: Aut verò hæc Ju-
30. risdictio pertinet ad ea, quæ Episcopo competebant de Jure communi ante concessionem, & tùnc illius concessio, seù confirmatio dicitur potius excitatoria Jurisdictionis anteà competentis, & consequentèr refertur ad Jurisdictionem Ordinariam, ut post *Falin. in cap. licet in corrigendis in princ. de Offic. Ordin. & in cap. ea te num. 11. vers. quarta differentia de rescript. tradunt communiter Bobadill. Politic. lib. 2. cap. 21. num. 26. litt. B. Paul. Granutius theorem. 21. Molin. de just. & jur. tom. 6. tract. 5. disput. 24. num. 1. vers. quandò verò. Cuchier. de Jurisdict. in exemptos par. 2. quæst. 14. Moys. Ricc. par. 2. collect. 413. P. Sanch. in tract. de matrim. tom. 3. lib. 8. disput. 2. sub num. 7. & 10. & latè Salgad. de retent. Bullar. 2. par. cap. 25. num. 16. 17. & 18. Fagnan. in cap. quoniàm num. 7. de Offic. delegat.* Quamobrèm cum in præsenti casu de jure communi competeret Episcopis Jurisdictio ordinaria in Regulares Curam Animarum exercentes, nequè in hac parte ea læsa fuerit à privilegiis exemptionum; & quatenùs unquàm aliquod adfuisset in hac parte Regulares Parochos eximens sublatum remanserit à Concilio Lateranensi ultimo; Certo certiùs fatendum est, quod hujusmodi Jurisdictionis iterata concessio facta *in d. cap. 11.* intelligi debeat de ordinaria, & non delegata; Maximè quia, utsuprà diximus, addita non legitur in eodem decreto clausula *tanquàm Sedis Apostolicæ delegatus*: in quibus terminis citrà ullum dubitandi principium censetur excitata ordinaria, & non tributa potestas delegta ex deductis per *Sanchez. de matrim. lib. 8. num. 10.* & pleniùs *Barbos. de offic. & potest. Episc. d. alleg. 92. num. 9. §. ad tertium*. Et omissis generalibus ità in specie hujus *cap. 11.* reformitèr discussa tenuerunt *Fagnan. in cap. cum dilectus de relig. domib. à num. 41. ad 45. & in cap. nullus n. 38. & 47. in fine de Paroch. & in cap. Grave de offic. ordin. num. 37. & benè etiàm Cardin. Albic. in ejus dissertat. de Jurisd. Card. in Eccles. suor. tit. quæst. 7. num. 4. & seqq.*

Cœterùm (ut unus ex suffragantibus subdebat) non desunt graves Doctorum auctoritates firmantes quòd etiam in casibus, in quibus
31. Sacrum Concilium Tridentinum demandat Episcopis, ut procedant *tanquam Delegati Sedis Apostolicæ*, si cognitio earum Causarum Episcopis indistinctè pertinebat de Jure communi, per dictam commissionem non censetur revocata, sed excitata eorum Ordinaria potestas, & præ cœteris ex optimo *Tex. in d. cap. Licet in corrigẽdis de Offic. Ordin.* tenet *Ceued. in Collectan. ad Decretal. 157. sub num. 1. & quæst. canon. 34. num. 7. Zerol. in praxi Episc. par. 2. §. Visitatio vers. 3. in fin. Francesc. in Pastoral. Regular. quæst. 20. Karc. in pac. relig. decad. 3. cap. 2. num. 102. Van. Espen. in Repagul. regul. 10. §. 1. cum seq.*

Neque sanè hujusmodi opinio caret ratione, & quidèm validissima, si examinetur causa, ob quam Sacrum Concilium pluribus in locis attribuit Episcopis potestatem delegatam: Litteris quippè traditum est, quòd intendentibus
32. diligenter, & prudenter illius Patribus ad extirpandos abusus exemptionum, in ea potissimùm parte, quæ impediebat Pastoribus liberam, & rectam suarum Ovium gubernationem, insurrexerint acie facta Regulares, enixissimè instantes, quominus eorum vulnerarentur privilegia, majoresque efferbuerint contentiones, quando primò actum, & statutum fuerat in Congregationibus Sessionis quintæ de instituenda Lectione Sacræ Scripturæ non solùm in Cathedralibus, sed in Monasteriis quoque Monachorum, proponentibus Patribus, operæ prætium esse, ut Episcopis committeretur superintendentia, & potestas ad compellendos Abbates, qui talis Decreti exequutionem negligerent, opponentibus è contra Monachis, per hanc potestatem Episcopis tradendam violata remanere eorum privilegia; ad hasce autem sedandas controversias opportunum suggessit temperamentum Sebastianus Pighinus nostri Ordinis olim Auditor, & postea à Julio III. inter S. R. E. Cardinales emeritè cooptatus, ut ea facultas demandaretur Episcopis tanquàm Sedis Apostolicę delegatis, exemplo ejus, quod statuerat Innocentius III. *in cap. Irrefragabili 13. in §. Cæterùm de Offic. Ordin.* ubi considerans Pontifex, quòd de Jure Archiepiscopus Jurisdictionem in suos Suffraganeos exercere non posset, ut sancitur *in cap. Pastoralis de Offic. Ordin.* illi attribuit Jurisdictionem delegatam ad effectum procedendi in illo casu contrà Canonicos sui Suffraganei.

Arrisit hæc cautela Patribus Concilii, dùm in substantia sinè violatione Privilegiorum eundem favore Episcoporum producebat effectum, fuit proindè amplexa, & ad effectum deducta *in 1. cap. d. sess. 5.* in quo instituta fuit lectio Sacræ Scripturæ, *& in cap. 2.* ubi traditur Episcopis Jurisdictio in Concionatores exemptos, deinde passim adhibita in aliis sequentibus Sessionibus, in quibus congruum, & expediens apparuit moderari quòad effectum privilegia exemptionum, ut patet ex pluribus Capitibus Concilii suprà *in §. sed opus non est* indicatis, ut refert *Cardinalis Pallavicinus in Hystor. Sac. Concil. Trident. cap. 10. lib. 18. §. In quest'ultimo* ibi: *Venne anche aggiunto à quel Decreto, che gl'Ordinarj procedessero in quest'opra come Delegati della Sede Apostolica, ciò per torre gl'ostacoli dell'Esenzioni, e de privileggi, il che fù parimente usitato negl'altri Capi, & à noi basterà d'accennarlo una volta per sempre*: Neque ab eo in hac parte discordat Hystoricus damnatus, quem confutat *lib. 2. §. Giunte fol. mihi 175. in exemplari quartæ Editionis anno 1560.* & latè etiam differit *Karg. d. decad. 3. cap. 2. per tot.*

Cum

Cum itaque ex præmissa hystorica narratione liqueat Patres Tridentini communicasse Episcopis facultatem procedendi tanquàm Sedis Apostolicæ delegatis in eis casibus, in quibus obstabant exemptionum privilegia, ad finem illa præservandi, dùm Episcopus cognoscens tanquam Delegatus non procedit nomi-
33. ne proprio, sed tanquàm gerens vices Papæ, cui exempti immediatè subiiciuntut, ut ad propositum notat *Fagnan. in cap. Grave num.* 57. *de Offic. Ordin.* necessarium consequens est, ut in illis casibus, in quibus Episcopi procedere poterant antè Concilium Jurisdictione Ordinaria sinè ullo obstaculo exemptionum utpotè eosdem casus non comprehendentium, per adjunctionem authoritatis Apostolicæ censendũ non sit, fuisse sublatam potestatem, & Jurisdictionem Ordinariam, eamque mutatam in delegatam, sed talis potestas Apostolica data præsumitur, vel conditionaliter, quatenùs occurrere poterat obex recentiorum Exemptionum, vel cumulativè, ut Episcopi majori authoritate exercere possent id, quod eis præcipitur, & Subditi Superiorem duplici gladio munitum eò magis pertimescerent *ut ex Canon. Quis nesciat distinct.* 11. ibi: *Vt majori authoritate tuos instruas*. Tenent *Zerol. Salgad. supracitati*, & omnium meliùs *Van. Espen. citato cap.* 10. *in repagulo* ibi: *Per hanc delegationem nihil derogari authoritati Ordinariæ Episcoporum si quæ ante hanc delegationem Competierit Episcopis in Exemptos, Concilium quippe Tridentinum admodum sollicitum, ut quantum temporum acerbitas ferret, authoritas Episcopalis multiplicibus privilegiis, ac prætensis exemptionibus penè conculcata in pristinum erigeretur, noluit eam per adjunctionem authoritatis Pontificiæ diminuere, sed potiùs roborare, ac firmare*.

Non urgente si dicatur quod duæ Jurisdictiones ordinaria, & delegata concurrere ne-
34. queant in una, & eàdem persona, ut censuit *Butrius in cap. cum ex Officii n.* 8. *vers. non puto de præscript.* Quia contraria Sententia harum
35. Jurisdictionum compatibilitatem admittens est verior, & à communi Doctorum calculo recepta, eamq; substinent *Innocent. in dicto cap. cum ex Officii num.* 3. *Abbas n.* 18. *Felin. n.* 22. *Sanchez. in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *nu.* 181. *Lotter. de re benefic. quæst.* 25. *num* 93. Et huic opinioni etiam se subscribunt omnes Doctores in casibus, quibus Sac. Concilium demandat Episcopis, ut procedant *etiã* Jurisdictione delegata, ut tradit *Barbos. de potest. Episc. cap.* 92. *num* 12. *par.* 3., & latius infra.

Eidemque Sententiæ adhæsit Sanctus Præsul Carolus Borromeus in Concilio Mediolanensi quinto *par.* 3. *cap.* 11., ubi statuit: *Vt si Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus Sententiam in iis causis tulerit, in quibus antè Concilium Tridentinum tanquam Ordinarius eadem Jurisdictione, potestatevè uti poterat, non ad Sedem Apostolicam, sed ad Archiepiscopum ab illa Sententia devolveretur appellatio*: Quod decretum apertissimè ostendit, Concilium Mediolanense fuisse in sensu, Episcopos in illis casibus procedere posse etiam Jurisdictione Ordinaria, & non delegata tantùm; nàm quatenus credidisset, non potuisse procedere, nisi authoritate Apostolica, utiquè non statuisset, appellationem devolvi ad Metropolitanum, ex ea recepta propositione, quod à Delegato Papæ non datur appellatio, nisi ad ipsum Papam *ex cap. super quæstione §. potuit de Offic. deleg.*, & latiùs loco magis opportuno infrà, & in specie prosequitur *Van. Espen. præcitato c.* 10.

Nèc dicatur Bullam fa. me. Gregorii XV. editam anno 1622. incipien. *Inscrutabilis* supponere, imò declarare Jurisdictionem attribu-
36. tam Episcopis *in d. cap.* 11. *sess.* 23. *de regul.* esse delegatam, & non ordinariam, Siquidèm perscrutata etiàm origine hujus constitutionis memoriæ proditum est, ei causam dedisse quandam controversiam agitatam inter Episcopum Gienen., & Exemptos ejusdem Diœcesis; Cum enim eorum nonnulli quantùmvis non essent Parochi, nec Curam Animarum suis Ecclesiis incumbentem exercerent, ausi nihilominùs fuerint de facto matrimonia solemnizare, gravis orta fuit quæstio inter Episcopum, & Superiores delinquentium supèr jure in illos animadvertendi, contendentibus Superioribus ad eos tale jus spectare virtute suorum privilegiorum regulares liberantium à potestate ordinaria Episcoporum, non obstante quod ageretur de delicto concernente Sacramentorum administrationem, quià Sac. Canones superius expensi, & signantèr *cap. per exemptionem de privil. in* 6., & *cap.* 11. *sess.* 25. *Trid.* loquebantur de Regularibus actu Parochis, quiq; Curam Animarum exercerent, inapplicabilia proptereà redderentur ad Exemptos in Officio Parochorum, & Cura Animarum non delinquentes, opponentibus è contra Episcopis, quòd licèt verba Decretalium, & Concilii in littera non disponerent nisi de Regularibus Parochis, in spiritu tamen comprehendebant etiam alios Exemptos, qui de facto in Sacramentorum administratione se ingessissent: Posito quippe quod omnia ea, quæ spectant ad regimen, Animarum, & Sacramentorum administrationem commissa sint solicitudini, & Curæ Episcoporum, censetur eis tradita facultas procedendi contra quoscumque qui quocumquæ modo adversùs regimen hoc delinquerent, cùm exequutio sit potissima pars Jurisdictionis; Hisce, aliisquæ rationibus hinc indè propositis delatâ causâ ad Sac. Congregationem Concilii, quamũis illius Patres tùnc potiora esse Jura Episcoporum credidissent, quià tamèn revera casus non esset comprehensus in antedictis Juris Canonici,

& Conciliaris dispositionibus, illud speciali Pontificia determinatione egere autumarunt, factoque verbo cum Sanctissimo ædita fuit particularis Constitutio à R. P. D. Fagnano tùnc Secretario extensa, qua cautum extitit,ut deinceps Regulares etiam non exercentes Curam Animarum, sed solummodò Sacramenta, vel de facto, seù præviâ licentiâ Episcopi administrantes subsint omnimodæ correctioni Episcopi in iis, quæ eandem Sacramentorum administrationem spectant additâ clausulâ *tanquam Sedis Apostolicæ delegati*; ad evitandum obstaculum Exemptionum, quatenus adesset; ut patet ex illius tenore, & Historia latius relata ab ejus extensore *Fagnano in cap. cum Cappella de privileg. à num. 19. usq; ad fin.*, quam etiàm, Fagnano tamen non citato, transcribit *Karg. in pace Religiosa decad. 6. cap. 10.per tot.* inserto etiam Bullæ tenore.

His sic stantibus, patet expositam Constitutionem Gregorianam nihil innovasse circà ea, quæ disposita fuerant *in cap. 11. sess. 25. de Regular.*, nequè illius casum subditum fuisse huic decreto Conciliari; sed processisse in ipsius augumentum ad extendendam potestatem Episcoporum in Regulares non Parochos Sacramenta, vel de facto, vel præviâ licentiâ Episcopi administrantes, proindeque nullo pacto dici potest, quod Jurisdictio ordinaria, quam Concilium attribuit Episcopis *in d. c.11.* fuerit per dictam Constitutionem commutata in delegatam, contradicent principio,quod ea, quæ in augumentum sunt disposita, non debeant diminutionem operari *l. legata inutilitèr ff. de adim. legat.*, & quamvis constitutio in principio generalitèr subiiciat Regulares in his, quæ concernunt ipsius Curæ administrationem Jurisdictioni delegatæ, tamen *in vers. itaùt* limitat, & restringit dispositionem ad personas delinquentes in administratione alicujus Sacramenti, proùt declaravit Sac. Congregatio Concilii, de cujus voto ædita fuerat eadem Constitutio, & declarationem approbavit idem fa.me. Gregorius XV.illius cōditor, per ea, quæ tradit *Fagnan. in cap. grave n. 37. de Offic. Ordin.*, ubi assignat differentiam inter disposita in dicta Constitutione, & in sæpe dicto *cap. 11.* concludens Jurisdictionem Ordinariam hìc à Sacro Concilio traditam Episcopis non fuisse sublatam per dictam Constitutionem, idemque ex Fagnani auctoritate latè etiam probat *P. Passerin. de stat. hom. art. 10. inspect. 10. num. 942. per. tot.*

Consimili ratione non urget, quod Parochiales Ecclesiæ Ordinis Hierosolymitani, & illarum Parochi in concernentibus Curā Ani-
37. marum subsint Jurisdictioni delegatæ Episcoporum ex Bulla 163. B. Pii V. Hujusmodi namque altera constitutio condita fuit ex quo Religio prædicta contendebat vigore suorum Privilegiorum, quæ, post supra expressa, ab Eugenio IV. *in cap. 1. de significatione verborum* obtinuerat, habere potestatem Episcopalem in omnes suas Ecclesias etiam Parochiales, proptereàque sub dictis Sac. Concilii Tridentini decretis minimè comprehendi; Quò circà ad evitandas quamplurimas controversias super hac re ortas inter Episcopos, & Milites, præfatus B. Pontifex Sanctæ memoriæ particulari constitutione statuit, & declaravit Episcopos tanquàm Sedis Apostolicæ delegatos visitare posse omnes Ecclesias, & Beneficia, quibus imminet Cura Animarum in iis, quæ ad eam, & Sacramentorum administrationem spectant, etiamsi Religio in easdem Ecclesias Jurisdictionem Episcopalem haberet, ut deprehenditur ex ejus lectura;Ex hac autèm particulari Constitutione condita pro speciali Ordine Hierosolymitano munito, ut saltèm prætendebat, asserta potestate quasi Episcopali, non potest inferri, quod eadem Jurisdictio delegata fuerit concessa Episcopis quoad alios Regulares similibus privilegiis carentes, ac per consequens citrà omnē dubietatem comprehensos sub dispositione Sacri Concilii Tridentini in *dicto cap. 11.* per ea, quę dixit *Rota coràm Pen. decis. 1090. num. 14. par. 15. coram Caval. decis. 101. num. 3. & in recent. decis. 70. nu. 43. part. 13.*

Atque hinc etiam nullam promeruit animadversionem *Murga de benefic. quæst.5. nu.85.* inquiens Jurisdictionem per Concilium Epis-
38. copis tributam in sępedicto *cap. 11.* esse delegatam, tùm quià loquitur incidenter articulo non eximanato, ac signantèr non advertendo, quòd ibi Regulares subditi fuerint immediatę Episcoporum Jurisdictioni in concernentibus Curam Animarum. Tùm etiàm quià fundatur in erroneo supposito, quòd exemptionum privilegia liberent Regulares à visitatione ordinaria Episcoporum, quę assertio vera est, quoad alios actus, sed non etiàm circa spectantes ad regimen Animarum, quod non comprehendunt privilegia, & Concilium Lateranense ultimum sustulit ea, quę fortasè poterant illud comprehendere: Propterea in concursu Auctoritatum absquè ullo dubio amplectenda potius venit opinio aliorum Doctorum, & Canonistarum, quam Murgę Regularis scribentis pro Domo sua. Claustrales namque in hac materia exemptionum dilatant ultrà quam dici potest fimbrias usque adhuc ut missis aliis *Mirand. in Manual.Prælator. par.1.qu.23.* teneat Regularium exemptiones esse de Jure
39. Divino, quam assertionem rejicit *Aluisset Benedictinus in Murenula vermiculata*, seù de *Privileg. ordin. Regular. cap. 8. num. 11.* Et magis ad rem nostram *Brunus Chassain Ordinis Minorum* dicere ausus fuerit Episcopos visitare non posse etiam Jurisdictione delegata Parocum Regularem Ecclesię exemptę unitę Monasterio, quem ipse *Murga in d. quæst. 2.* latè confutat.

Ex

Ex quibus omnibus abundè probatum remanet, quòd tàm attenta dispositione Juris communis, quàm Sacri Concilii Tridentini Ecclesiæ Parochiales actu Regulares dismembratę à Diœcesi Farfensi, & applicatæ Ecclesiæ Firmanæ subjacent Jurisdictioni Ordinarię Archiepiscopi Firmani; Ac proindè cùm Ecclesia Sanctæ Victoriæ posita in Castro ejusdem nominis fuerit de tempore dismembrationis actu Regularis, dubio procul visitari debeat ad eodem Archiepiscopo jure ordinario, & non delegato. Non refragante, quod hujusmodi Ecclesia fuerit sæcularizata à san: mem: Urbano VIII. undè potiùs cadat sub dispositione Sac. Concilii Tridentini in *cap. 8. sess. 7. de reformat.* definiente Ecclesias Sæculares exemptas etiam curatas visitari posse ab Episcopis Jurisdictione delegata, ut latè probant etiàm relati in decisionibus hujus causæ.

Huic enim objecto unus ex Dominis occurrebat cum sententia Doctorum exposita in §. *Cæterum*, quòd scilicèt cum ante Concilium
40. etiam Ecclesiæ sæculares exemptæ habentes Curam Animarum, & Parochi illam regentes fuerint non obstantibus exemptionibus subjecti Jurisdictioni Ordinariæ Episcoporum, ut signantèr patet ex *cap. cum Cappella de Privil.* loquente de Parochis Sæcularibus exemptis, fit exinde, quod Sacrum Concilium, quando *in dict. decreto sess. 7. in cap. 8.* tribuit Episcopis eandem potestatem visitandi Ecclesias exemptas Sæculares, & per consequens ejus Parochos, noluerit illis auferre potestatem ordinariam, quòdque superaddita commissio procedendi tanquàm Sedis Apostolicæ delegati communicata fuerit, vel conditionalitèr, quatenus earum aliqua haberet privilegium speciale eripiens à potestate ordinaria etiam Parochos exemptos, vel ad magis roborandam, & auctorizandam jurisdictionem ipsam ordinariam, utsupra explicatum fuit; Pro quorum comprobatione duplex accedit peculiaris ponderatio, quarum una est, quòd præfatum *cap. cum Cappella de Privileg.* fuit *à Sacro Concilio Tridentino* innovatum *in cap. 11. sess. 24. de reformat.* ibi: *Et quoad Cappellanos Regios juxtà Constitutionem Innocentii III. quæ incipit cum Cappella, subjecti existant:* Et tradunt *Fagnan. in dicto cap. cum Cappella num. 7. in fine Zerol. in Prax. Episcoporum verbo exemptus num. 2. Barbos. ad Concilium Trident. dict. cap. 11. vers. quoad Cappellanos Regios*: Si ergo juxta Decretum hoc Cappellani Regii subduntur ordinariæ jurisdictioni Episcoporum in iis, quæ spectant ad Curam Animarum, quam per illos administrari contingerit ad normā dictæ Constitutionis Innocentii III. ibi: *Sed in quātum Parochialium Ecclesiarum curam obtinent, vel aliàs jurisdictionem suam respicere dignoscuntur Officii tui debitum eosdem liberè prosequeris*; & uberius supra §. *pariformiter* imperceptibile redditur quod idem *Cōcil. in d. c. 8. sess. 7.* privare voluerit Episcopos jurisdictione ordinaria in visitatione Parochorum Sæcularium Ecclesiæ Sæcularis exemptæ in iis pariter, quæ ad Curam spectant, reddendo hac ratione melioris conditionis simplices Parochos exemptos Cappellanis Regiis.

Nec minoris ponderis est altera animadversio, quod scilicèt nulla congrua assignari valet ratio discriminis, quare Cōciliū in *c. 11. sess. 25. de regular.* Subjiciendo Ecclesias Parochiales, & Parocos Regulares Episcopis excitaverit jurisdictionem ordinariam, *& in c. 8. sess. 7. de reform.* loquendo de Ecclesiis Sęcularibus exēptis pariter Curatis commutaverit ordinariam in delegatam. Non quadrāte discriminis ratione ex-
41. cogitata per *Fagnan. in c. cum dilectus de Relig. domib. n. 44.* hoc ideò scilicèt factumfuisse, quià Monasteria Regularium noluit visitari posse nisi in his, quę ad Curā Animarum, & Sacramentorum administrationem spectant, & sic in hac tantùm parte vulneravit illorum Privilegia; At verò Ecclesias Sęculares voluit posse visitari etiam in aliis, quę ad Curā Animarum non spectant, unde cum has magis gravaverit, quā Monasteria Regulariū, voluit etiam relevare in hoc, ut visitari non possent nisi auctoritate Apostolica nullo modo ipsarum exēptiones vulnerante.

Nàm in primis gratis supponit Fagnanus, Concilium pręcipiendo *in dict. cap. 11.* ut Episcopi procedant immediatè, & sic jurisdictione ordinaria quòad concernentia Curam Animarum vulnerasse Privilegia Regularium, quià utsuprà diximus Privilegia exemptionum regularitèr Curam Animarum, & Presbyteros illam regentes non comprehendunt, & si ullum privilegium obtinebant, remansit sublatum per Concilium Lateranense ultimum; undè verius est, quod Sac. Concil. ibi confirmaverit, & renovaverit Jurisdictionem, quàm anteà habebant Episcopi; Et profectò si Cōcilium existimasset, quod decreto *dict. cap. 11.* obstarent privilegia, tribuisset Jurisdictionem delegatam, prout illam attribuit in omnibus illis casibus, in quibus occurrere poterat obstaculum exemptionum, juxtà opportunum Sebastiani Pichini adinventum. Et quatenùs supponendum sit, quòd de tempore Concilii adesset obstaculum exemptionum, quòdque nihilominus, cùm ageretur de Cura Animarum placuisset illius Patribus illa in hac parte vulnerare, parùm stringens est ratio pręadducta à Fagnano, quod non vulneravit talia privilegia etiàm quòad Ecclesias curatas exemptas ad compensandum majus gravamen illis illatum, ut quòad omnia ab Episcopis visitarentur, quià satis compensatum remansisset hoc gravamen disponendo, ut Ecclesiæ Curatæ Sæculares exemptæ subderentur ordinariæ potestati Episcopi in iis, quæ spectant ad Curam Animarum, & in reliquis Jurisdictioni delegatæ, sic enim nullum præjudicium irrogatum fuisset Episcopis, nullaque

inter

inter *dict. cap.* 8. *sess.*7. & *dict. cap.* 11. *sess.*25. fuisset relicta contrarietas, & dissonantia; Undè ad concilianda hujusmodi decreta probabilissima remanet opinio DD. supra §. *Caeterum* relata, quam etiàm tenuit S. Carolus Borromeus, quod Jurisdictio delegata tributa Episcopis ab hoc Sacro Concilio, non sustulit ordinariam, quando illam non obstantibus exemptionibus antè Concilium obtinebant.

Hæc inquàm omnia ponderavit tantùm alter ex Dominis. Cœteri verò ex alio dupplici capite censuerunt secularizationem Ecclesiæ Sanctæ Victoriæ non impedire quo minùs Archiepiscopus illam visitare valeat jure ordinario, & primò, quia Papa Urbanus in sæcularizatione voluit remanere integrum, & illibatum tàm jus, quod tempore regularitatis habebat Abbas Farfensis tanquàm Superior, quàm etiam Episcopus ratione suorum jurium ibi: *Præsentes quoque desuper conficiendas litteras per quae Privivilegiis prærogativis, & aliis juribus quibuscumque, quibus Ecclesia, & eorum personæ, & bona in statum regularem, & ante eam sæcularizationem utebantur, & potiebantur, ac uti, & potiri poterant præjudicare non intendimus*: Proindeque cum ante Sæcularizationem Archiepiscopus procedere po-
42. tuisset jure ordinario *ex cap.*11. *sess.*25. *de regular.* eodem Jure procedere potest post Secularizationem juxta naturam reservationis *Aym. cons.* 15. *num.* 2. *Paris. cons.* 39. *num.* 11. *lib.*4. *Rot. decis.* 70. *num.* 18. *par.* 2. & *decis.* 795. *num.* 7. & 8. *coram Coccino*.

Secundò, quià in omni casu, cùm agatur de Monasterio Sanctæ Victoriæ in Commendam concesso, ejus respectu militat alia parti-
43. cularis dispositio Sacri Concilii Tridentini in *cap.* 8. *sess.* 21. *de reform.* in quo tribuitur Episcopis facultas visitandi Commendata Monasteria, Abbatias, & Prioratus tàm Curatos, quàm non Curatos, & exemptos *etiam* Jurisdictione delegata qua dictione *etiam* attenta omnes conveniunt Doctores Episcopos procedere posse Jurisdictione ordinaria, cùm pee talem delegationem sic conceptam cum dicta clausula *etiam* Sacrum Concilium non censeatur voluisse potestatem ordinariam in delegatam commutare, sed voluisse præservare ordinariam, quatenus competeret, & addere delegatam, quatenus eadem ordinaria non competeret, vel voluisse utramq; cumulativè concedere, cum non implicet, ut quis procedat utraque authoritate quando aliàs Papa utramque tribuisset, ut firmant *Innocen. in cap. cum ex officio num.*3. *de præscript. Abb. num.* 18. *Felin. num.* 22. *Sanchez in præcept. Decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 181. *Cogel. in Jus Canon. lib.* 1. *tit.* 29. *de Offic. & potest. Deleg. sub. nu.*5. *vers.* 2. *Salgald. de retent. Bull. par.* 2. *cap.* 25. *num.* 29. *Barbos. de Episc. d. alleg.* 92. *num.* 12.

Et ne aliquid intactum relinquatur, neutiquàm dici valet hanc quęstionem esse puri nominis, cùm idem sit quòad effectum, ut Epis-
44. copus procedat Jurisdictione ordinaria, sivè delegata, siquidèm licèt in ordine ad materiale Jurisdictionis exercitium, idem sit procedere ordinaria, ac delegata, diversi tamen sunt inter se hujusmodi procedendi modi, quòad alios effectus, & primò quià quando Episcopus procedit Jurisdictione ordinaria ab hujusmodi actibus appellari potest ad Metropolitanum, quando verò procedit delegata non ad Metropolitanum, sed ad Pontificem delegantem erit proponenda appellatio juxtà Juris regulam quòd à Delegato ad delegantem est appellandum, *cap. super quæst.* §. *pono de offic. deleg. cap. Si delegatus cap. cui* 15. *cap. si à Delegato eodem tit. in* 6. *Salgad. de supplicat. dicto cap.* 25. *num.* 4. *Barbos. de offic. & potest Episc. d. alleg.* 92. *num.* 13.

Secundò, quià in iis, in quibus Episcopus procedit jure ordinario, potest etiam procedere Vicarius Generalis sinè speciali delega-
45. tione; Secùs verò in iis, in quibus procedit Jure delegato perpetuo, quia licèt Episcopus non impediatur quo minùs subdelegare possit *cap.* 7. & 8. & 27. *de Offic. Jud. Delgat.* & *latè Florens hoc titulo in princ.* §. *Romani fol.* 154. debet tamen expressam facere Subdelegationem, ut ex professo disserit *Faguan. in cap. Quoniam de Offic. deleg. à num.* 8. *cum seqq.* Demum ea, quę sunt commissa ordinarię Jurisdictioni Episcopi, transeunt in Capitulum Sede vacante, secùs verò ea, quę sunt eidem Episcopo delegata, ut tradit *Fagnan. in d. cap. quoniam num.* 13. *Ricc. in prax. resol.* 118. *per tot. Sbrozz. de Vicar. Episcopi lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 1. *Quaranta in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sede Vacante Barbos. de Episcop. par.* 3. *d. allegat.* 92. *num.* 17. *Rota decis.* 6. *de Offic. delegat. in antiq. Piasecc. in prax. Episcop. in Prohem. de electiion.* & *potestat. Elector. num.* 6.

Et ità utraquè &c.

R. P. D. MOLINES DEC.

Firmana Jurisdictionis super reservatis, Ven. 17. *Martii* 1702.

ARGUMENTUM.

Prosequitur materia Territorii Separati, & quando Privilegia contineant potiùs simplicem exemptionem passivam, quàm activam, ac plura de Monasteriis Regularium traduntur.

SUMMARIUM.

1. *Archiepiscopus ratione situationis Ecclesiæ in propria Diœcesi habet jurisdictionem in Clerum, & Populum illius.*

2. Pon-

2. *Pontifex in suo Privilegio debet clarè, & distinctè concedere Prælato inferiori Territorium Separatum.*
3. *Privilegia Pontificû multoties important exemptionem passivam, non autem activam in Clerum, & Populum Ecclesiarum, cum jurisdictione quasi Episcopali.*
4. *Appellatione pertinentiarum veniunt septa, & muri Ecclesiæ, aliaque accessoria competentia Rectori non autem Clerus, & Populus Parochianus.*
5. *Facultas accipiendi Chrisma, & Oleum Sanctum à quocumque Antistite, non probat concessionem Territorii Separati.*
6. *Litteræ Apostolicæ obtentæ pro introductione litis resolvuntur in simplicem citationem.*
7. *Breve Apostolicum confirmans intelligi debet ad limites confirmati.*
8. *Monasteria regularium semel ac sunt exempta, Episcopus privatur jurisdictione intra illorum septa, quam antea de Jure Canonico in ambitu illorum habebat.*
9. *Regulares in totum non sunt exempti à lege Diœcesana.*
10. *Prælati inferiores vigore exemptionis Monasteriorum, impropriè dicuntur habere Territorium de per se in eisdem Monasteriis.*
11. *Concessio exemptionis facta pleno jure compatibilis est, quod non sit diminuta Jurisdictio Episcopi ordinaria respectu Cleri, & Populi.*
12. *Exemptio concessa Ecclesiæ principali cum designatione confinium, quæ important Territorium Separatum, non porrigitur ad alias illius Ecclesias dependentes, de quibus fit simpliciter mensio secumferens exemptionem tantùm passivam intra ambitum illarum.*
13. *Expressio ubi non fit, censetur denegatio.*
14. *Observantia valdè deservit in materia Territorii Separati.*
15. *Fundamenta Decisionum præteritarum, ubi subsistunt confirmari debent.*
16. *Ecclesia unita acquirit qualitates illius, cui facta est unio, sed non è converso.*
17. *Modus diversus visitandi Ecclesias, attributus Archiepiscopo Firmano.*
18. *Inventarium probat negativam rerum, quæ in illo non describuntur.*
19. *Testes si scivissent, non omisissent deponere.*
20. *Nemo dat quod non habet.*
21. *Ex actibus jurisdictionalibus exercitis ab Episcopo, excluditur qualitas nullius.*
22. *Concordia vitalitia facta ab Episcopo antecessore cũ Abbate non afficit successores in Episcopatu.*
23. *Ad probandum Territorium Separatum, requiruntur concludentissima documenta.*
24. *Subjectio expressa respectu alicujus actus jurisdictionalis excludit qualitatem Territorii Separati, & ostendit Ecclesiam esse de Diœcesi.*
25. *Papa errare potest in facto sibi præsupposito, sicque illius Bulla non est attendenda.*
26. *Deficiente subjecto confirmabili, confirmatio superventa nullius est momenti.*
27. *Clausula* motu proprio, *& aliæ appositæ in Bulla, dicuntur dependentes à clausula* sicut acepimus.
28. *Virtus clausulę* motus propril *tollit subreptionem provenientem ex parte impetrantis non illa qua oritur ex ipsa re.*
29. *Inferior Prælatus ex eo quod acquisivit aliquod jus particulare, non potest inferri ad omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem.*

DECISIO XVI.

IN sequelam reservationis factę in Decisione 16. Maii 1700. habita fuit disputatio sub die 15. Aprilis anni sequentis 1701. super potestate Eminentissimi Archiepiscopi Firmani visitandi quinque Ecclesias in dismembratione Gregorii XIII. non comprehensas, prodiitque resolutio licere Eminentissimo Archiepiscopo visitare illarum quatuor, nempè *Ecclesiam Parochialem SS. Laurentii, & Blasii in Oppido Montis S. Petri Angelorum, Ecclesiam ruralem S. Blasii ejusdem Oppidi, Ecclesiam Sancti Flaviani in Territorio Alteta, Ecclesiam S. Petri de Teuna sitam intrà Civitatem Firmi: Non verò quintam, quæ est Ecclesia S. Antonii in Castro Altidonæ* ex fundamentis in desupèr evulgata Decisione luculenter expressis: De quorum viribus cùm in hodierna Audientia disputari contigerit, perstiteruut Domini in decisis quòad primas quatuor Ecclesias, & recesserunt quoad quintam Sancti Antonii, authumantes, & hanc quoquè, sicùt, & alias quatuor visitari posse ab Eminentissimo Archiepiscopo, quo tamèn jure expleri debeat hujusmodi visitatio, an scilicet Ordinario, vel Delegato, in alia proxima Audientia definire statuerunt.

Loquendo siquidem de primis quatuor Ecclesiis in discrimen revocatum non fuit, quin omnes, & singulæ positæ, ac situatæ sint intrà fines, & limites Diœcesis Firmanæ; Undè
1. intrat famigeratum Sacrorum Canonum, & Canonistarum principium, quòd ratione talis situationis competat illius Archiepiscopo potestas exercendi Jurisdictionem Spiritualem tàm in ipsis Ecclesiis, quàm in Populum, & Clerum illis addictum, ac per consequens jus illas generaliter visitandi *Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. cùm Venerabilis 17. de Religios. domib. cap. cùm Episcopus 7. in fin. de Offic. Ordin. in 6.* & latè tradit *Fagnan. in cap. cùm dilectus de Relig. dom.* cum aliis collectis in Decisione, quæ confirmatur §. 3. & præter ibi allegatos plenè *Rota in Gerunden. Jurisdictionis super manutentione 5. Martii 1692. §. Ex qua situatione, impress. post disc. 117. de Jurisdict. Card. de Luca juxta Venetam impressionem coram Me.*

Absq; eò quòd hanc Juris assistentiam favore Archiepiscopi militantem sustulerint gemina Privilegia Honorii III. & Gregorii IX. per quæ iterùm hodiè, & tenaciùs insistebatur tri-

tributam fuisse Monasterio, & Abbatiæ S. Sal-
vatoris, suisque Ecclesiis dependentibus posteà
unitis Abbatiæ Farfen. Jurisdictionem quasi
Episcopalem cum Territorio Separato. Re
namquè consueta maturiritate perspecta denuò
Patres convenerunt in sensu, quòd oppositarum Bullarum tenor, & clausulæ præseferunt
respectu Ecclesiarum dependentium à Monasterio S. Salvatoris majoris simplicem exemptionem passivam restrictam ad septa, & ambitum Monasteriorum, Monacosq; in illa habitantes, secùs verò activam comprehendentem
Clerum, & Populum sub eorum limitibus degentem; Et rursùs quòd ex quatuor controversis Ecclesiis altera tantùm, illa nempè S.
Petri sita in Civitate Firmana probatur de dependentibus contentis in eisdem Bullis.

Prima pars assumpti evidenter probari visa
fuit ex attenta rimatione dictorum Pivilegiorum, in quorum nullo deprehensa sunt verba
importantia respectu Ecclesiarum dependentium à Monasterio Sancti Salvatoris subtractionem Animarum, & Populi sub illis degentium
à Jurisdictione Episcopi Firmani illarumque
applicationem eidem Abbatiæ S. Salvatoris
cum translatione in Abbatem omnimodæ Ju-
2. risdictionis Episcopalis, excluso in totum Ordinario, proùt requiritur, ad effectum, ut dici
valeat Pontificem voluisse concedere Territorium Separatum favore inferioris Prælati, ex
iis, quæ tradunt *Fagnan. in cap. significasti de Offic. Ordin. num. 32. 33. 35. & 39. & in cap. cùm dilectus de Religios. dom. num. 23. & 26. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 112. cum seqq. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 1. nu. 10. & discurs. 24. num. 9. Rot. decis. 324. num. 6. par. 1. recen. & decis. 70. num. 29. par. 13. & decis. 483. num. 12. & 13. par. 14. & dec. 340. num. 17. par. 15. & in Leodien. Jurisdictionis 15. Martii 1688. §. Minùs obstat, coram bo. mem. Rondinino*, & confirmata 10. *Aprilis 1690. §. Admisso, coram bo. mem. Emerix, & in Brixien. Jurisdictionis super manutentione, ac super bono Jure 4. Julii 1685. coram bo. me. Benincasa, & in illarum confirmatoria super bono Jure 5. Julii 1688. §. Aut verò coram R. P. D. meo Caprara, & in dicta Gerunden. Jurisdictionis 1692. §. Non obstat, coram Me, & in alia Gerunden. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Neutro, pariter coram Me.*

Neque hujusmodi omnimoda Jurisdictionis Episcopalis translatio in Abbatem educi
valet ex Bulla Honorii in ea parte, in qua Ec-
3. clesias dependentes à Monasterio S. Salvatoris eximit, & liberat ab omni Jurisdictione
Diœcesana, & Ordinaria potestate quacumque. Quoniàm hujusmodi verba important
exemptionem passivam Monasteriorum, & Ecclesiarum, Monacorumque, & Clericorum
in illorum ambitu existentium, & inservientium, non autèm exemptionem Populi, & Cleri sæcularis, & Parochorum Curam Animarum
regentium, ut ex rotundo *textu in cap. per exemptionem de Privil. in 6.* tradunt communiter *Canonistæ relati in decisione*, quæ revidetur
§. 12. & uberiùs *in decisione 13. Martii currentis super modo visitandi Ecclesias Regulares curatas in dismembratione Gregoriana comprehensas per tot.* & in specie ad effectum, de quo agitur, benè observant *Card. de Luca de Jurisdict. disc. 10. num. 9. & disc. 12. num. 16. Corbier. de Jurisdict. in exempt. part. 1. quæst. 13. num. 4. Rota coram Carill. decis. 181. num. 11. & decis. 324. num. 6. part. 1. recent. & in dicta Gerunden. Jurisdictionis 13. Junii anni 1692. §. Nec concessionem, coram Me, & in Leodien. anni 1698. §. Minùsque, coram Me*, & in ejus confirmatoria 4. *Februarii 1699. §. Nec in comprobationem, coràm R. P. D. meo Priolo, & 2. Junii 1699. §. Neque in contrarium, coram R. P. D. meo Scotto.*

Nihil urgente quod fuerint absolutæ à potestate Episcopi Ecclesiæ dependentes unà cum
suis pertinentiis, exindè namque non benè
4. infertur exemptio Populi, & Cleri, nomine
siquidèm pertinentiarum veniunt septa, & muri, aliaque accessoria ad Ecclesiam, vel Jura
competentia Rectori ipsius Ecclesiæ ratione
Rectoriæ, secùs verò Populus, Clerus, &
Cura Animarum, ex traditis per *Calderin. cons. 6. de donat. Rot. decis. 599. num. 2. coram Cavaler. & decis. 23. num. 21. coram Zarat.* maximè quando de eadem Animarum cura nulla in Privilegiis mentio facta noscatur, ut
ponderat *Rota decis. 14. num. 12. coram Duran.* cum aliis relatis *in Decisione, quæ revidetur §. 17.*

Multòque minùs Territorium Separatum
arguit potestas ab eodem Honorio dictis Abbatibus tributa accipiendi Chrisma, & Oleum
5. Sanctum à quocumque Antistite, nedum quià
talis facultas tradita censetur pro indigentiis
ordinationis Monacorum, & consecrationum
Calicum, & Altarium, in quibus adhibetur
Sanctum Oleum, ac proindè non debet censeri quoquè tributa in beneficium Cleri, &
Populi sæcularis, ut pluribus cumulatis firmavit *Rot. in Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure 13. Junii 1692. §. Proùt exemptio, coràm Me*; Sed etiàm quià eadem facultas concessa
legitur in subsidium, quatenùs nempè Ordinarius Loci dictum Oleum Sanctum, & Chrisma exhibere detrectasset, ideòque cùm Episcopo perservata fuerint Jura Episcopalia, quatenùs eis uti voluisset, certò certiùs efficitur
per oppositam licentiam non fuisse ablatam
Episcopo Firmano omnimodam Jurisdictionem in Populum, & Clerum, ut animadvertit *Rota in Vicen. Jurisdict. 27. Aprilis 1679. §. Siquidèm, coram bo. me. Emerix.*

Posito autèm, quod Bulla Honorii non præseferat nisi exemptionem passivam Monaste-

rio-

riorum, & Ecclesiarum dependentium à Monasterio S. Salvatoris majoris, aliquid plùs importare nequeunt litteræ Gregorii IX. sivè quià perpenso illarum tenore non incongruè dici posse visum est eas esse simplicem commissionem pro lite super prætensa Jurisdictione introducenda expeditam ad instantiam Abbatis S. Salvatoris, ut signanter deprehenditur ex clausula in fine adiecta, ibi: *Si quid juris vos habere confiditis experiri possitis super hoc*
6. *coram Nobis &c.* Unde fit, quod de rigore nihil posuerit in esse, nisi doceatur præsentatas fuisse Episcopo tunc Firmanam Ecclesiam regente, cum resolvantur in simplicem citationem *Bald. cons. 177. num. 1. & seqq. lib. 3. Ancharan. consil. 297. num. 3. vers. 5. dicitur, Rota decis. 520. num. 10. part. 2. & in Rec. par. 7. decis. 295. num. 10. cum aliis in Tarentina Salviani 26. Junii 1693. §. Nec petita, coram R. P. D. meo Caprara.*

Sivè, & fortiùs quia in omni casu præfatæ litteræ, cum nihil concedant de novo, sed confirment tantùm, præcipiantque observan-
7. tiam contentorum in Indulto Papæ Honorii Antecessoris, intelligendæ sunt ad limites, & tenorem Brevis confirmati citrà ullam, vel minimam extensionem; Unde sicuti Breve confirmatum non concedebat nisi exemptionem passivam, ut vidimus, nihil ultrà continere poterant Indultum, seu litteræ illud confirmantes, *Bald. in l. cum Testamento num. 5. vers. item nota, C. de testam. manum. Rot. decis. 76. num. 11. par. 14. & decis. 263. num. 7. & 8. par. 15.* cum reliquis *in Ferrarien. seu Imolen. Bonorum 2. Decembris 1699. §. Tum quia coram Me.*

Et revera perlustrato integro illarum tenore manifestè perspicitur eas processisse ex quo Episcopi, in quorum Diœcesibus existebant Ecclesiæ dependentes à Monasterio S. Salvatoris, præsumebant non obstante expenso Honorii privilegio eandem in illis Ordinariam exercere Jurisdictionem, quam in aliis Monasteriis, & Ecclesiis non exēptis exercebant, de quibus cum conquestus fuisset Abbas S. Salvatoris ad Gregorium IX. Pontifex visa Bulla exemptionis præcepit dictis Episcopis nè in prædictis Monasteriis aliquid attentare præsumerent, ibi: *Accedens ad Apostolicam Sedem dilectus filius Abbas Monasterii S. Salvatoris Reatin. quod ad Nos nullo pertinet mediante. Nobis, quod dictum Privilegium recordationis Honorii Papæ Prædecessoris Nostri exhibuit, in quo quædam Monasteria in vestris Diœcesibus dicto Monasterio concedatur. Quare dictus Abbas Nobis humiliter supplicavit, ut quam à dictis Monasteriis, quorum possessionem suum Monasterium à longis retrò temporibus habuit, & nunc omnia noscitur obtinere Jura Episcopalia sicut à certis Monasteriis vobis subditis exigitis, eandem Jurisdictionem, in ipsis quam obtinetis in aliis contrà justitiam exercere conamini, & super hoc paterna sollicitudine curaremus. Quocirca Fraternitati Vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus in prædictis Monasteriis, quæ pleno jure eidem Monasterio Sancti Salvatoris noscitur possidere, denuò non præsumatis aliquid attentare.*

Ex quibus verbis palam cognoscitur Abbatē S. Salvatoris conquestū fuisse apud Pontificem eò quia Episcopi prætendebant exercere Jurisdictionem Ordinariam in ipsis Ecclesiis, & Monasteriis, non autem ex quo illam conabantur etiam exercere in Populum, & Clerum sæcularem degentem sub eisdem Ecclesiis, de qua re nulla fit mentio, ut præsertim colligitur ex illis verbis: *sicut à certis Monasteriis vobis subditis eandem Jurisdictionem in ipsis &c. exercere conamini*: quod pronomen: *in ipsis*: perspicuè declarat, quod Episcopi non obstante illorum exemptione exercere contendebant in ipsis, ideſt in ambitu Monasteriorum Jurisdictionem Ordinariam, quam exercebant in aliis Ecclesiis non exemptis, quemadmodum etiam ex verbis suprà recitatis patet, quod ad limites conquestionum dicti Abbatis Papa Gregorius solummodò jussit quominùs auderent in posterum Episcopi in prædictis Monasteriis aliquid attentare, intelligendo de attentatis in ordine ad exercendam Jurisdictionem in ipsis Ecclesiis, & Claustris Monasteriorum, ut indigitant illa verba: *mandamus quatenus in prædictis Monasteriis &c. denuo non præsumatis attentare.* Secus verò, ut illam quoque non exercerent in Populum, & Clerum sæcularem degentem sub Parochiis, quæ eisdem Monasteriis erant annexæ; Unde asequimur, quod ex lectura Brevis Gregorii neutiquam colligitur, nec quod Abbas S. Salvatoris prætenderet in vim Bullæ Honorii habere Jurisdictionem quasi Episcopalem, neque quod Pontifex crediderit tale quid præseferre ejus Privilegium, dum, ut præfertur, Abbas supplicavit, & Gregorius mandavit, nè Episcopi præsumerent ullum explere actum Jurisdictionis in ipsis Monasteriis ideſt in Monachos, & Clericos in ambitu Monasteriorum degen. citrà ullam mentionem Loci, & Habitantium sæcularium in Districtu eorundem Monasteriorum viventium, & tale quid Jure optimo demandatum fuit, dum semel ac Monasteria
8. sunt exempta, Episcopi privantur exercitio illius Jurisdictionis Episcopalis, quam anteà de Jure Canonico in ambitu Monasteriorum, & in Monacos obtinebant *cap. grave de Off. Ord. cap. cum personæ §. Quod si tales de privil. in 6. cum aliis notissimis.*

Atque hinc propterea nullo modo argui potest Papam Gregorium credidisse Privilegium Honorii præseferre exemptionem passivam dictorum Monasteriorum, & activam respectu Populi, & Cleri, ex quo enunciat perspexisse, quod in illo *nec aliquid Juris Diœcesani*

sani Episcopis reservatum fuerit, quodque omnia Jura Episcopalia obtinebantur ab Abbate; ac demum quòd eadem Monasteria pleno Jure possideantur à Monasterio S. Salvatoris Majoris. Quoniàm omnes dictæ clausulæ sunt omptimè referibiles ad exemptionem passivam tantùm, absque eo, quod de necesse includant Territorii Separationem: Quòd enim neque Justitia,
9. neque aliquid Juris Diœcesani reservatum fuerit Episcopis, ostendit, quòd dicta Monasteria fuerint soluta ab omni Lege Diœcesana, hoc est à Jure, quod habent Episcopi percipiendi utilia, quod est particulare Indultum; cùm Regulares nullo potiantur generali Privilegio in corpore Juris contento illos eximens in totum à Lege Diœcesana, sed in aliquibus, proùt sanè in aliquibus, & non in omnibus eos liberavit *Gregorius Magnus in cap. quam sit necessarium quæst.* 18. ut latè probat *Altaserra in Asceticon. cap.* 11. *per tot.* Solutio autem Monacorum, & Monasterii ab omni Lege Diœcesana nihil commune habet cum exemptione à Jurisdictione Episcopali, & longè minùs cum exemptione activa importante concessionem Jurisdictionis in Populum, & Clerum, juxta distinctionem recentium Canonistarum benè explicatam *à Florent. Oper. Jurid. tom.* 2. *ad lib.* 1. *decretal. tit. de Offic. Judic. Ordin. ad cap.* 18. §. 1. *in medio fol. mihi* 187. & dictum fuit in antecedenti *Decisione super modo visitandi Ecclesiam Sanctæ Victoriæ* 13. *currentis* §. *Patribus*.

Minùsque dici potest Gregorium credidisse quod dictum Privilegium Honorii importaret concessionem Territorii Separati, ex quo asserit perspexisse collata fuisse in Abbatem omnia Jura Episcopalia; Quoniàm cum nullam faciat mentionem Curæ Animarum, & Populi, Clerique sæcularis, intelligenda sunt dicta verba de Jurisdictione Episcopali Ordinaria, quam Episcopi de Jure exercebant in ambitu Monasteriorum, non verò de Jurisdictione Episcopali in Populum, Clerum, & Parochos Curam Animarum exercentes, ut in specie Privilegii concedentis inferiori Prælato omnia Jura Ecclesiastica dixit *Rota in dicta Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure* 13. *Junii* 1692. §. *Nec concessionem, coram Me*. Vigore enim Privilegiorum exemptionis Inferiores Prælati exercent in suos Monachos intrà septa Monasterii illam eandem Spiritualem Jurisdi-
10. ctionem, quam anteà exercebant Episcopi, adeòut quoad Monacos superiores Regulares vocentur Ordinarii, & quòad certos effectus locus exemptus impropriè, & per modum æquiparationis constituat Territorium per se *Rot. decis.* 324. *num.* 7. *part.* 1. *Recentior.* & adductis aliis concordantibus *decis.* 373. *nu.* 21. *par.* 11. *Recent.* Enunciativæ autem, quod Monasteria dependentia pleno Jure pertineant ad Monasterium S. Salvatoris, non important exem-
11. ptionem activam, nisi simul tributa sit Jurisdictio in Populum, cum compatibile sit, quod concessio facta sit *pleno Jure* respectu Monasterii, vel Abbatis, & quod non sit diminuta Jurisdictio Ordinaria Episcopi respectu Cleri, & Populi *Rota decis.* 93. *num.* 12. *part.* 16. & *in Leodien. Jurisdictionis* 4. *Februarii* 1699. §. *Nec ad probandam, coram R. P. D. Priolo.*

Neque ullam obtinuit animadversionem exagerata ponderatio, quod cum præterita decisio statuerit Monasterium S. Salvatoris gaudere utraque activa, & passiva exemptione, imperceptibile sit quare id ipsum definitum non extiterit quoad Ecclesias dependentes, quando aliàs unum sit Privilegium, eademque verba, quibus tàm principale Monasterium, quàm dependentia liberata fuerint à potestate Ordinaria Episcoporum.

Enim verò posthabitis aliis responsionibus discutiendis, quandò principalis disputatio versaretur super Monasterio S. Salvatoris, eatenus Domini putarunt, Papam Honorium
12. concessisse præfato Monasterio utramque exemptionem passivam, & activam, quià animadverterunt, quod ejus privilegium recensendo loca eximenda non describit Monasterium S. Salvatoris simpliciter, sed subdit locum, in quo ipsum Monasterium situm, ac positum est, factâ suorum confinium designatione, unde sub nomine Territorii in subjecta materia privilegii exemptionis à potestate Jurisdictionali Episcopi crediderunt comprehendi Clerum, & Populum juxtà decisa in *Nullius, seù Fulden. Jurisdict.* 28. *Junii* 1701. *coram R. P. D. meo de la Tremoille*. E' contrà verò cum cœtera Monasteria dependentia describantur simpliciter, nulla adjecta expressione Curæ Animarum illi annexæ, neque loci Populati cum suis confinibus, quibus ipsa Monasteria circundantur, convenerunt in sensu exemptionem non egredi limites, & ambitum Monasteriorum juxtà expressum *Textum in cap. per exemptionem de privil. in* 6. Hinc nihil urget, quod verba, & formulæ, quibus conceditur exemptio tàm Monasterio principali, quàm dependentibus, sint eadem, & communia. Nam vis non stat in verbis, sed in subjecto, cui sunt adiectæ, cum enim formulæ importantes exemptionem sint adiectæ nō solùm Monasterio S. Salvatoris, sed etiam loco, & Territorio, in quo ipsum situm est, concludere oportet per ea fuisse inductam exemptionē tàm activam, quàm passivam, viceversà eadem verba exemptionis quòad Ecclesias dependentes expressas simpliciter sinè additamento loci populati, & Curæ Animarū illis annexæ, apta non sunt præseferre nisi passivam, ducto etiam argumento à discretivo modo loquendi, quod si Pontifex ubi voluit concedere exemptionem non solùm Monasterio, sed loco ipsi, in quo situm est, expressè dixit ergo ubi non

13. expres-

13. expressit, denegasse censetur, *Surd. cons. 426. num. 1. Adden. ad Gregor. dec. 301. num. 18. Merlin. dec. 800. nu. 11. & dec. 240. par. 14. recen.*

Ad hancque capiendam intelligentiam potissimùm moti fuerunt Domini ex observantia subsecuta, quò enim ad Monasterium S. Salvatoris, & locum in quo positum est, præsupponebatur illam favere in omnibus, & per omnia Abbatiæ Farfen., cui idem Monasterium unitum fuerat tàm circa exercitium Jurisdictionis in Populum, quàm etiam circa Visitationem quoad omnia Ecclesiarum in eodem loco existentium. Quo verò ad Ecclesias dependentes, & signanter illam S. Petri de Penna (quam unicam esse de comprehensis in Bulla Honorii inferiùs probabitur) constat Archiepiscopum Firmanum citrà ullam controversiam omni tempore exercuisse Jurisdictionem in Populum, & Clerum sub illius limitibus degentem; Et quoad Visitationem illam undecim vicies visitasse, ut latè expositum fuit in Decisione, quæ confirmatur §. *Nec è præmissis*, & hodiè additæ fuerunt aliæ tres Visitationes in *Summario Archiepiscopi Num. 9.* Quæ sanè observantia apertè suadet, quod exemptio concessa Monasterio S. Salvatoris fit passiva quoad ipsum Monasterium, & activa

14. quoad Populum, & Clerum, illa verò tributa Ecclesiis dependentibus sit tantùm passiva, etiamsi aliàs privilegium esset dubium, immò contraria intelligentia de jure verior *l. sed. Julianus, §. proinde, ff. ad Macedonian. Castren. cons. 347. num. 4. lib. 1. Gabr. cons. 66. n. 24. lib. 2. Rota decis. 571. n. 3. par. 1. & dec. 497. num. 5. par. 4. tom. 1. rec.*

Progrediendo ad secundam principalem assumpti partem, quod scilicèt sola Ecclesia S. Petri de Penna sit comprehensa in Bulla Honorii, Domini processerunt cum fundamentis Decisionis præteritæ; Quatenus enim spectat

15. ad comprehensionem huius Ecclesiæ, ea litteraliter legitur in ipsa Bulla ibi: *In Episcopatu Firmano Monasterium S. Salvatoris, & S. Petri de Penna infra Civitatem*; Non obstante, quod Bulla loquatur de uno Monasterio sub duplici invocatione S. Salvatoris, & Sancti Petri, unde referri non posse videatur ad Ecclesiam S. Petri de, qua est sermo habentem hanc unicam invocationem: Quoniàm veriùs est in facto, quod expressio dictæ Bullæ contineat duplicem Ecclesiam diversam S. Salvatoris, & S. Petri de Penna, licèt non sit replicatum inter unam, & aliam verbum *Monasterium*; In Civitate quippè Firmana adfuit tàm Monasterium, & Ecclesia S. Salvatoris, quàm Monasterium, & Ecclesia S. Petri, & utrumque fuit sub Jurisdictione Abbatis Farfensis, ut patet ex visitationibus anni 1568. & 1616. enunciantibus visitatam fuisse utramque Ecclesias *Summario responsivo Cardinalis Abbatis Num. 7.* Monasterium autem Sancti Salvatoris hodiè non extat, quià fuit concessum Patribus Societatis Jesu, ut admittebant Defensores Cardinalis Archiepiscopi.

Respectu verò non comprehensionis Ecclesiarum SS. Laurentii, & Blasii placuerunt quoque fundamenta Decisionis, quod scilicèt non probetur istas esse expressas in Bulla Honorii; Ibi enim solùm fit mentio de Monasterio Sancti Blasii cum Castello suo, ideò si loquamur de Ecclesia S. Blasii extrà mœnia Montis Sancti Petri Angelorum, hæc non habet Monasterium, neque Castellum, & sic non potest referri ad illam, de qua loquitur Bulla.

Si verò loquamur de Ecclesia S. Laurentii intrà Castrum ejusdem Montis S. Petri Angelorum, pariter visa non fuit justificata comprehensio ex supposito, quod fuerit unita dictæ Rurali S. Blasii, & ab ea trahat originem. Nam si hæc non est de comprehensis, minùs censeri potest comprehensa Ecclesia Sancti Laurentii virtute hujus unionis, quæ tamen unio diversò modo facta dignoscitur, siquidem Ruralis S. Blasii unita fuit Præpositura S. Laurentii, non autem è contra, ut refertur in Visitationibus ab utraque Parte adductis, *Summario scilicèt Cardinalis Archiepiscopi diei 15 Aprilis 1701. Num. 1. & in hodierno Num. 2.*, & *Summario Cardinalis Abbatis ejusdem diei 15. Aprilis Num. 9. & 10.*, à quibus non discordat enunciativa emissa in Inventario Ecclesiarum Sancti Salvatoris, quod in omnem casum nullam probationem facit contra Eminentissimum Archiepiscopum ex pluribus defectibus expensis in Decisione, quæ confirmatur §. 20. Quamobrem etiam si fuisset probata identitas Ecclesiæ ruralis S. Blasii cum Monasterio ejusdem nominis enunciato in Bulla Honorii, adhuc Ecclesia Sancti Laurentii participare non posset de exemptione eidem Monasterio concessa, quià Ecclesia unita acquirit quidem

16. qualitates illius, cui facta est unio, sed non è converso, *Turriceil. de union. cap. 4. n. 16. & 17. Card. de Luc. de Benef. disc. 44. num. 5. Rota coram Duran. dec. 303. n. 4. & in rec. decis. 30. nu. 4. & seqq. p. 11. & decis. 773. nu. 5. par. 18.*

Eodem modo responsum fuit quòad Ecclesiam S. Flaviani, de qua non fit mentio in Brevi Honorii, & solùm prætenditur exempta in vim præfatæ unionis.

His sic constitutis iterum conclusum est D. Cardinalem Archiepiscopum in Ecclesia Parochiali S. Laurentii, & in Ecclesiis ruralibus SS. Blasii, & Flaviani, utpotè non exemptis, omnem exercere posse Jurisdictionem spiritualem, quæ generaliter competit Episcopis in omnes Ecclesias suæ Diœcesis ex dispositione Canonis *Omnes Basilica 16. q. 17.*

Quoverò attinet ad Ecclesiam Parochialem S. Petri in Penna conclusum denuò fuit Emi-

nentissimum Archiepiscopum exercere posse
17. Jurisdictionem spiritualem in Populum, & Clerum illis addictum, eamque, non obstante exemptione, visitare posse quoad omnia in vim S. Concilii Tridentini *in cap.* 8. *sess.* 7. *de refor.*, ut latiùs firmat *Decisio, quæ confirmatur* §. 23. & 24.

Dispungendæ remanent rationes, ob quas recessum fuit à decisis quoad Ecclesiam Collegiatam S. Antonii Abbatis Castri Altidonæ. Et porrò ex facto noviter deducto, adeò efficacia apparverunt fundamenta, quibus impugnabatur in hac parte præterita Decisio, ut sinè ulla trepidatione convenerint Dominorũ suffragia d. Ecclesiam esse de Diœcesi Archiepiscopi Firmani, & non Nullius. Nominatum quippè Castrum citrà difficultatem situatum est in visceribus Diœcesis Firmanæ, unde Archiepiscopus fundatã habet intentionem exercendi in illius Ecclesiis quamcumque Jurisdictionem spiritualem ex supra firmatis in §. *Loquendo*.

Neque obstat, quod dicta Ecclesia dependeat à Monasterio S. Victoriæ unito Abbatiæ Farfensi: Quoniam talis dependentia ex pluribus insubsistens detecta fuit. Et primò, sanè loco, quia licèt in Inventario confecto anno 1327. à Monachis dictæ Abbatiæ descriptę fuissent omnes Ecclesiæ, Conventus, Bona, Facultates, & Jurisdictiones spectantes ad Abbatiam Farfen., nihilominùs Ecclesia S. Antonii de Altidona nullatenus descripta legitur, ex quo palàm evincitur illam non spectare ad eandem Abbatiam, cum Inventarium probet ne-
18. gativam rerum, quæ in illo non describuntur, *l. fin.* §. *licentia*, *C. de Jur. delib. Rot. coram Peuting. dec.* 186. *num.* 4. cum aliis *in Romana Primogenituræ de Cæsarinis* 11. *Decembris* 1699. §. *Neutrum in facto coram Me*.

Excluditur secundò eadem dependentia ex pluribus Testibus examinatis de prædicto anno 1327. ad effectum probandi omnia, & singula bona, Jurisdictiones, & Ecclesias Curatas, & non Curatas tàm de jure, quàm ex
19. consuetudine ad Abbatiam S. Victoriæ spectantes, cum eorum nullus nominet controversam Ecclesiam S. Antonii, unde necesse est concludere re vera non extitisse de dependentibus, nàm sicuti Testes deposuerunt de dependentia plurium aliarum Ecclesiarum longè inferiorum, hanc certè de majoribus exprimere non omisissent.

Et quamvis ex eo, quòd de anno 1327. Prioratus S. Victoriæ non possideret d. Ecclesiam S. Antonii in Altidona non excludatur possibilitas, quod acquiri potuerit sucessivis temporibus ex concessione, vel Abbatis S. Salvatoris Majoris, vel S. Mariæ Farfen., attamen cum neutra ex dd. Abbatiis in earum privilegiis possedisse unquàm legatur præfatam Ecclesiam S. Antonii, non potuerunt proindè illam concedere Prioratui S. Victoriæ.

Efficaciùs tertiò insubsistens ostenditur præ-
20. pedicta dependentia ex magno numero actuũ Jurisdictionalium, quos Archiepiscopus Firmanus exercuit in Clerum, & Populum, ac in ipsam Ecclesiam S. Antonii; Ex hodiè siquidem per Eminentissimum Archiepiscopum deductis constitit ipsius Antecessores processisse contra Clerum tàm in Causis criminalibus *dicto Summario Num.* 15. quàm in Causis civilibus, & præsertim in causa agitata inter Promothorem Fiscalem Mensæ Archiepiscopalis, & Priorem tunc temporis Monasterii S. Victoriæ *Summario Num.* 16. quòd Archiepiscopi contulerint beneficia in eadem Ecclesia existentia *Summ. Num.* 17. illosque tanquam Diœcesanos deputatos fuisse executores Litterarum Apostolicarum super provisionibus factis à Sede Apostolica *Summario Num.* 13. Eisdemque pariter directas fuisse Commissiones pro admissione Clericorũ ad beneficium *Cap. Odoardus Summ. Num.* 18. Quod de anno 1609. erecta fuerit Confraternitas Sanctissimi Sacramenti de licentia tunc temporis Archiepiscopi *Summario Num.* 19. Ulteriùs probatum extitit Ecclesiam ipsam S. Antonii fuisse pluries visitatam ab Ordinariis Firmanis, ut ex *Summ. diei præteritæ Decisionis Num.* 3., & in hodierno *Num.* 14. ubi transcribitur per extensum visitatio facta anno 1575., nec non etiam constitit de accessibus Priorum, & Præbendatorum dictæ Ecclesiæ S. Antonii ad Synodos ab Episcopis Firmanis celebratas ab anno 1570. ad annum 1660. *dicto hodierno Summario Num.* 3. Non urgente, quod in Synodo anni 1678. non accesserint dictus Prior, Præbendati, quia tunc temporis vigebat vitalitia concordia inita anno 1664. inter clar. mem. Card. Franciscum Barbarinum, & Card. Gualterium; Stantibus autem tot actibus Jurisdictionis exercitæ ab Ordinariis Firmanis evidenter excluditur ass. dependentia à Mona-
21. sterio S. Victoriæ, & multo magis qualitas *Nullius* Ecclesiæ S. Antonii per ea, quæ tradit *Rot. in Leodien. Jurisdict.* 11. *Aprilis* 1698. §. *Potissimùm coram Me*, & 4. *Februarii* 1699. §. *Exercitium verò coram R. P. D. meo Priolo*.

Non turbantibus pluribus actibus Jurisdictionalibus gestis ab Abbate Farfensi, nàm unicus interventus Præbendatorum hujus Ecclesiæ ad Synodum Farfen. est de anno 1685.,
22. & sic de tempore dictæ Concordiæ vitalitiæ, quæ non afficit modernum Archiepiscopum. Licentiæ abessendi à residentia ponderatæ in præterita Decisione sunt tantùm duæ, altera de anno 1573. quæ remansit ineffectuata ex decreto Visitatoris Firmani facto sub eodem anno *Summar. præterito num.* 3. §. *Cum devenerit*. Altera de anno 1685. patitur exceptionem paulò ante traditam ad accessus ad Synodum Farfen. Quòd attinet ad Visitationes, aliæ factæ dignoscuntur, dum Sedes Archiepiscopalis

palis erat vacans, prout eſt ultima anni 1693. Illa de anno 1680. eſt in ſequelam dictæ Concordiæ, altera de anno 1661. proceſſit de tempore litis ſopitæ per eandem Concordiam, & ſic remanent nonnulli alii actus antiquiores, qui ſunt pauciores iis, quos geſſerunt Ordinarii, ideòque ab ipſis ſuffocantur, præſertim quia iſti ſunt muniti Juris aſſiſtentiâ, ut ex pluribus firmavit Decifio, quæ revidetur reſpectu aliarum Eccleſiarum ſub §. 26.

His conſequenter nihil penitùs obſtat, quod in quadam Bulla S. Pœnitentiariæ ædita tempore Pauli IV. exprimatur d. Eccleſiam S. Antonii Altidonæ dependere ab Abbatia S. Victoriæ; Quoniam hæc enunciativa fuit ſuggeſta à Populo Altidonæ, & non probatur, imò deſtruitur ex fundamentis ſuperiùs expoſitis: Sicque nullius eſt momenti in hac potiſſimè materia probandi exemptionem, & quidem

23. omnimodam cum Territorio Separato, pro quibus concludendis requiruntur dilucidæ probationes, ut ſupra probatum fuit ſub §. *Prima pars*; Fortiùs quia talis enunciativa in ſenſu, quo ſumitur ab Eminentiſſimo Abbate Farſen. confunditur ex ipſius Bullæ tenore, in quo Eccleſia S. Antonii enunciatur *Firmanæ Diœceſis*, quod repugnat ſeparationi Territorii, per quam Loca penitus eximuntur à Diœceſi Epiſcopi ex relatis per *Rot. deciſ.* 840. *num.* 5. *coram Emerix Jun.* Et turſus quia eadē Bulla concedit Hominibus Altidonæ jus nominandi Rectorem pro exercenda Animarum Cura præſentandum Ordinario Loci. Implicat autem, quod Eminentiſſimus Archiepiſcopus Firmanus indubitatus Caſtri Altidonæ Ordinarius nullam habeat Juriſdictionem in dicta

24. Eccleſia S. Antonii, ſi coram ipſo perſona idonea Rectoris pro exercendo Animarum regimine præſentari debeat, cum hujuſmodi ſubjectio excludat omnimodam ſeparationem Territorii, & oſtendat Eccleſiam eſſe ſaltem in Diœceſi, *Can. ſanè quia cauſ.* 16. *q.* 2. *cap. cum plantare de privil. cap.* 1. *de ſignif. verbor.*

Multò minùs conſequenter officit Bulla erectionis S. Antonii in Collegiatam ædita à ſan. mem. Urbano VIII. nam inibi non ſubjicitur de novo hujuſmodi Eccleſia Juriſdictioni

25. Farſenſi, ſed confirmatur ſub eadem Juriſdictione, ut ex verbis ibi: *Eandemque Eccleſiam ſub Juriſdictione Farſen. confirmamus*. Ad hanc autem confirmationem Pontifex proceſſit eum ſuppoſito, quod ea dependeret à Monaſteriis Farſen. juxtà narrationem ſibi factam ab Hominibus Altidonæ ibi: *Dilectis filiis Univerſitati, & Hominibus Altidonæ &c. Cum itaque ſicut accepimus Eccleſia S. Antonii Abbatis, quæ intus Oppidum conſtructa extitit, & quæ à Juriſdictione Farſen., ſivè ejus Monaſteriis, vel Mo-*

26. *naſterio antiquitùs dependet &c.* Quapropter eū præfata dependentia non fuerit probata, imò excludatur tribus concludentibus fundamentis

ſuprà expenſis, deficiente ſubjecto, ſeù præexiſtente materia confirmabili, ſupervenita confirmatio nullius eſt momenti, & operationis, *Bald. in l.ſi falſus* 2. *col. C. de furt. De Pont. de Poteſt. Proreg. tit.* 7. *de aſſenſ. Reg.* §. 9. *n.* 7. *Franch. deciſ.* 302. *num.* 11. *Capyc. Latr. deciſ.* 19. *num.* 2. & 3. *Rot. deciſ.* 660. *num.* 8. *coram Bich.*

Parvique refert, quod dictum Breve emanaverit motu proprio, quòdque Pontifex declaret Eccleſiæ ſtatum ſibi innotuiſſe ex illis verbis: *Nobis ſatis ſuperque conſtitit, & conſtat*, quià efficacia, & vis motus proprii, & amplitudo clauſularum interpretanda ſunt dependenter à dicta clauſula, *ſicut accepimus*, quæ oſtendit Papæ ſcientiam, vel à Partis ſuggeſtione, vel aliunde promanaſſe, ideòque ſi corruit ſuppoſitum, quo ille motus fuit ad gratiam conferendam, hanc quoque corruere neceſſe eſt, ut de ſimili Bulla dixit *Deciſio* 10. *Maii* 1700. §. 35., & ratio rationis eſt, quia

27. virtus motus proprii tollit ſubreptionem provenientem ex parte Impetrantis, non autem illam, quæ oritur ex ipſa re, quia nempe gratia fundata eſt in ſuppoſito non verò, per ea, quæ tradit *Fagnan. in cap. ſuper litteris num.* 38. *de reſcript. Rot. coram Merlin. deciſ.* 118. *nu.* 3. & *in recen. dec.* 205. *nu.* 5. & 6. *par.* 13. *recen.*

Eademque ratione nihil magis addit enunciativa, quod Prior S. Victoriæ, & Abbas Farſen. ſint Ordinarii Eccleſiæ S. Antonii, quia talis denominatio eſt conſecutiva ad falſum ſuppoſitum, eum quo Papa proceſſerat, quod eadem Eccleſia eſſet dependens ab Abbatia S. Victoriæ, & nullius Diœceſis. Non prætermiſſo, quod talis enunciativa legitur appoſita relativè ad particularem effectum inſtitutionis ad Beneficia ibi: *Reſervantes ſibi ipſis, & poſteris ſuis Juſpatronatus, & præſentandi perſonam idoneam Ordinario ejuſdem Eccleſiæ, ſive Priori Monaſterii S. Victoriæ, prout hactenus hue uſque ſervatum extitit*; Ex hujuſmodi autem Juri inſtituendi, quod inferior acquirere poteſt vigore alicujus particularis privilegii inferri non poteſt eundem potiri omnimoda Juriſdictione ordinaria quoad reliquos actus, *Rota dec.* 41. *nu.* 8. *par.* 5. *in Gerunden. Parochialis* 17. *Febr.* 1693. & *in Leodien. Juriſdictionis* 11. *April.* 1698. §. *Pariter non obſtat coram Me*. Addito minùs veram quoque fuiſſe ſuggeſtionem, quod Abbas Farſenſis inſtituerit ſemper in Beneficiis Juriſpatronatus, eum conſtet de pluribus collationibus, & inſtitutionibus factis ab Archiepiſcopis Firmanis medio tempore inter dictum Breve Pœnitentiariæ, & Bullam Urbanam, de qua loquimur *d. Summ. hodierni Archiepiſcopi Num.* 17.

Et ita utraque &c.

R. P.

R. P. D. MOLINES DEC.

Firmana Jurisdictionis super modo visitandi Lunæ 20. Martii 1702.

ARGUMENTUM.

Tractatur materia visitationis respectu Monasteriorum Monialium dependentium ab Ordine S. Benedicti, seù Cassinensi, & quo jure possit illam explere Archiepiscopus Firmanus.

SUMMARIUM.

1. *Monasteria Monialium de Ordine S. Benedicti vigore Privilegiorum sunt exempta, nec possunt ab Episcopo visitari jure Ordinario.*
2. *Visitatio expleri potest jure delegato in iis, quæ attinent ad conservationem, & restitutionem Clausuræ Monialium exemptarum.*
3. *Ecclesia de mensa Abbatiali ubi non adest Cura Animarum, nec jure ordinario, nec jure delegato visitari potest ab Episcopo.*
4. *Exemptio præservata Capiti, dicitur præservata etiam in membris.*
5. *Exemptio noviter concessa uni Ecclesiæ, non extenditur ad illius membra dependentia.*
6. *Visitatio in Ecclesiis Parochialibus exemptis, expletur ab Episcopo jure ordinario in respicientibus Curam Animarum, & declaratur Sac. Concil. Trident. cap. 7. sess. 7.*
7. *Ecclesiæ dependentes non debent esse melioris conditionis ab illa Principali, nec membra diverso jure censenda sunt à Capite. num. 8.*
9. *Decisiones in iis, quæ incidenter firmant, non discusso formiter articulo, non sunt attendendæ.*
10. *Translato Castro de una in aliam Diœcesim, omnes Ecclesiæ in illo existentes, fiunt de Jurisdictione illius Episcopi, ad quem fuit facta translatio.*
11. *Unio tanquam odiosa in Jure non præsumitur.*
12. *Unio debet probari, vel per instrumentum publicum, vel per Immemorabilem.*
13. *Unioni nil magis repugnat, quàm status collativus, cum Beneficia unita nunquam vacent.*
14. *Qualitas Jurispatronatus excludit unionem subjectivam.*
15. *Ecclesia constructa in solo alterius Ecclesiæ fit de Jurepatronatus, nec probatur unio, nisi concurrant alia signa.*
16. *Donatio Beneficii importat jus illud providendi, non concludit unionem.*
17. *Solutio census secumfert subjectionem, non concludit, Ecclesiam esse de mensa cum unione.*
18. *Fundatio de licentia Prioris Monasterii concludit subjectionem non unionem.*
19. *Regulares possunt ex dispensatione Apostolica obtinere beneficia sæcularia, etiam non curata.*
20. *Argumenta ubi eadem militant, debet habere locum eadem dispositio.*

DECISIO XVII.

Respondit Rota sub die 13. currentis Eminentissimo Archiepiscopo Firmano competere Jus visitandi Jure Ordinario Ecclesias Curatas, quæ de tempore dismembrationis factæ à san. mem. Gregorio XIII. erant Regulares, statuendo sub hac resolutione comprehendi Ecclesiam Sanctæ Victoriæ sitam in Castro ejusdem Nominis, utpotè quæ de ejusdem dismembrationis tempore Curata, & actu Regularis existebat, reservatâ ad aliam Audientiam definitione quoad alias Ecclesias dependentes à S. Victoria, quæve de præfato tempore Regulares non existebant; Rursùs sub die 17. ejusdē mensis persistendo in decisis sub die 15. Aprilis 1701. iterum resolutum fuit competere eidē Archiepiscopo jus visitādi quatuor alias Ecclesias in dicta dismembratione non comprehensas, in Diœcesi tamen Firmana situatas, reservato pariter ad aliam disputationem examine, quo jure posset eandem explere visitationem.

In sequelam talium reservationum, reassumptâ in hodierna Audientia peculiari disputatione, conclusum fuit *Licere Eminentiss. Archiepiscopo visitare Ecclesias, de quibus agitur, jure seù modo inferius exprimendo.*

Sumptoque initio ab Ecclesiis trium Castrorum in sæpèdicta Bulla dismembrationis comprehensorum, & primo quidem loco ab Ecclesiis Castri Sanctæ Victoriæ super earum tresdecim cadebat præsens inspectio, quarum prima est Sanctæ Catherinæ, & hæc quidem Ecclesia cum sit Regularis Monialium viventium sub Regula Divi Benedicti, utique nec ipsa, neque annexum Monasterium ullo jure
1. Ordinario visitari possunt ab Archiepiscopo, à cujus potestate vigore privilegiorum sunt exempta *cap. grave de Offic. Ordinar. cap. cum persona §. Quod si tales de privileg. in 6.* cum aliis hìc per Interpretes cumulatis; Ab illo tamen visitari possunt jure delegato in iis, quæ attinent ad conservationem, & restitutionem
2. clausuræ, juxtà dispositionem Sacri Concilii Tridentini *in cap. 5. de Regular., & Monial. sess. 25.* ubi latè *Barbos. num. 13. & idem in Pastorali allegat. 102. num. 7. par. 3. Tambur. de jur. Abbatiss. disput. 24. quæst. 9. num. 4. Novar. in Lucerna Regular. verb. clausura num. 4. Zerol. in prax. Episc. par. 1. verbo Moniales §. 4. & §. 8. vers. 4.* Ac etiam in aliis præscriptis in Bulla Gregor. XV. incipien. *Inscrutabili*, de qua latè *Fagnan. in cap. cum Cappella de privileg.* ubi per extensum refert ejusdem Constitutionis tenorem.

Secundam Ecclesiam Sanctæ Crucis, Domini crediderunt nullo Jure visitari posse ab Eminentissimo Archiepiscopo, moti, ex quo

nullam

nullam habet annexam Curam Animarum, estque de mensa Monasterii S. Victoriæ, ac per
3. consequens eidem subjectivè unita, ut dictum fuit ex Instrumento antiquæ donationis Abbatis Ursini, & ex Bulla Sixti IV. datis *in Summario Eminentissimi Cardinalis Abbatis sub die* 15. *Aprilis* 1701. *num.* 3. Proindeque nullam, nec Ordinariam, neque delegatam valet Archiepiscopus in illa Jurisdictionem exercere ex adductis per *Tambur. de jur. Abbat. tit.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 7. *num.* 10. ubi refert per extensum resolutionem Sacræ Congregationis Concilii hoc idem determinantem: Et sic quoad istam Ecclesiam, Domini recesserunt à decisis sub die 15. Aprilis §. 21.

Non obstante, quod Bulla dismembrationis Gregorii XIII. dictorum trium Castrorum, eorumque applicationis ad Diœcesim Firmanam in parte concessiva comprehendat illorum Ecclesias Sæculares, & Regulares, Curatas, & non Curatas; Unde sub illa contineri debeat etiam Ecclesia prædicta S. Crucis, quantumvis Ecclesiæ Regulari unita; Quoniam ex dicta generali concessione exceptuat Bulla Monasteria, & Prioratus regulares, in quibus reservata fuit Jurisdictio Abbati Farfensi, ex resolutis in præteritis decisionibus, & signanter *in prima* 10. *Maii* 1700. §. 15. *& in ejus confirmatoria* 15. *Aprilis* 1701. *nu.* 4. 5. *&* 6. & quamvis hæc præservatio loquatur de Ecclesiis, & Monasteriis actu Regularibus; DD. tamen censuerunt sub eisdem comprehensas quoque fuisse Ecclesias, ipsis subjectivè unitas, & ad mensam spectantes; Cum enim virtute unionis Ecclesiæ unitæ, & de Mensa efficiantur membra, & partes Monasterii, cui
4. principaliter uniuntur, fit exinde, ut præservata exemptione capiti, ejus, quoque membris præservata intelligitur per *text. in cap. recolentes §. Cæterùm de Stat. Monacor. Gonzalez. ad regul.*8. *Cancellar. gloss.*5. §. 7. *num.*34. *cum duobus seqq. Rot. decis.* 723. *num.* 1. *& seqq. coram Cerr., & in illius confirmatoria* 22. *Martii* 1694. §. *Fundamentum coram R. P. D. meo Caprara*.

Quicquid esset si ageretur de concedenda
5. nova exemptione, in quibus terminis procedit conclusio, quod exemptâ Ecclesiâ, non censentur exempta membra, & Capellæ, juxtà *text. in cap. ex ore de privil.* cum aliis concordan. relatis *in dec. edita sub die* 10. *Maii* 1700. §. 41.

Eodem tamen modo responsum non fuit quoad tertiam Ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis: Quia licèt, & ea quoque sit de Mensa Monasterii S. Victoriæ, ut patet ex dicta donatione, & Bulla Sixti IV. Attamen cum sit
6. Ecclesia Parochialis, conclusum fuit visitari posse ab Archiepiscopo in concernentibus Curam Animarum; Et quidem jure Ordinario in vim Decreti Sacri Concilii Tridentini *cap.* 7. *sess.* 7. præcipientis, ut Beneficia Ecclesiastica Curata Monasteriis perpetuò unita, & annexa ab Ordinariis locorum singulis annis visitentur, & ibi latè *Barbos. num.* 1. *& Armendan. eodem num. Fagnan. in cap. grave num.* 15. *de Offic. Ordinar. Alvin. de Episcop. & Abb. potest. cap.* 14. *num.* 1. *in fine*.

Et quamvis Sac. Concilium in hoc capite non dicat Episcopis competere jus visitandi jure Ordinario hasce Ecclesias Monasteriis unitas, id tamen tacitè intelligi debet; Tum quia non tribuit delegatam, prout ibi illam tradere voluit, expressit: Tùm etiam quia Episcopi ante Concilium visitare poterant, non obstantibus exemptionibus, omnes Ecclesias Curatas in concernentibus Curam Animarum; ideòque eadem facultas illis per Concilium attributa, non est nova Jurisdictionis concessio, sed antiquæ confirmatio, vel excitatio, juxta distinctionem desumptam *ex cap. licèt in corrigendis de Offic. Ordinar.* communiter approbatam, ut signanter patet ex deductis per *Barbos. in Pastor. alleg.* 92. *num.* 11. *par.* 11. *Salgad. de retent. Bullar. par.* 2. *cap.* 25. *num.* 16. 17. *&* 18. cum aliis plena manu allegatis *in decis.* 13. *Martii currentis* § *Quibus omnibus*: Tum demum quia idem Concilium *in cap.* 11. *sess.* 25. *de regular.* ipsa Monasteria virorum, quibus incumbit Animarum Cura subjecit in concernentibus eandem Curam Jurisdictioni Ordinariæ Episcoporum, ut formiter discusso articulo dictum fuit *in mox citata dec.*13. *Martii per tot. coram Me*. Eodem propterea Jure Ordinario censetur demandata facultas visitandi
7. Ecclesias eisdem Monasteriis unitas ad evitandum geminum absurdum aliàs consecuturum; unum nempe, quod Ecclesiæ Principales diverso modo, & jure visitandæ essent à dependentibus, & unitis; Et alterum, quod melioris conditionis essent membra eorum capite, contra regulam, de qua *in l. cum in diversis ff. de Relig. & sumptib. funer. cap. cum non liceat de præscript. Cagnol. in proem. ff. num.* 22. *Fagnan. in cap. in præsentia num.* 98. *de præscript.*

Quin turbent contrarium tenentes; Nam *Marga de Benefic. quæst.*2. *num.* 8. procedit cum opinione, quod Sacrum Concilium *in cap.*11. *sess.* 25. *de Regul.* subjecerit Monasteria virorum Jurisdictioni delegatæ; Unde mirum non est, quod antecedenter *sub num.*80. firmaverit Ecclesias illis unitas nõnisi eodem jure delegato visitari posse, sed sicuti in alia decisione 13. Martii confutavimus ejus sententiam respectu *d. cap.* 11. utpotè contrariam litteræ, & menti Sacri Concilii, eodem modo ex præmissis rationibus refellitur quoad *cap.* 7. *sess.* 7. cum aliàs, ut præfertur, incongruum sit Patres Con-
8. cilii voluisse, ut diverso jure censerentur membra ab eorum capite. Nec vim faciunt decisiones Rotales, in quibus fundatur *Marga* nempe *In Pampilonensi coram Ottalora confirmata*

in

in decis. 858. *& decis.* 886. *coram Cardinali Cer-
ro*, quatenus firmant, Ecclesias etiam Regula-
res, quibus inhæret Animarum Cura, visitari
posse ab Episcopis, tanquam Sedis Apostoli-
cę Delegatis vigore Concilii Tridentini *sess.* 7.
cap. 7., ut signantèr videre est *in dec.* 458. *nu.* 4.
Card. Cerri. Nam ultra quod Ecclesiæ Regula-
res non subjaceant visitationi Episcoporum in
concernentibus Curam Animarum in vim
cap. 7. *sess.* 7., sed in vim *d. cap.* 11. parùm
insistendum est in dictis decisionibus, utpotè
incidenter, & non excusso formiter articulo,
9. dictam propositionem firmantibus, juxtà S.
Tribunalis stylum, de quo testatur *in dec.* 498.
num. 28. *& seqq. coram Dunozz. jun. & decis.*
218. *n.* 29. *par.* 19. *rec. & in Romana donatio-
num 24. Januarii* 1701. *§. Atque hinc coram
Me.*

Prædictis tribus Ecclesiis, super quibus usque
modò disseruimus, succedunt aliæ septem,
nempe, Ecclesia S. Mariæ Misericordiæ, Ec-
10. clesia & Hospitale S. Jacobi; Ecclesia SS.
Crucifixi; Ecclesia, seù Oratorium Sancti Seba-
stiani; Ecclesia Ruralis Sanctæ Mariæ de Mon-
te; Ecclesia Ruralis S. Mariæ de Pladiis; Ec-
clesia Ruralis S. Mariæ del Piano; Ecclesia
Ruralis Sanctorum Tiburtii & Rocchi; Hujus-
modi porrò Ecclesias, cum probatum non fue-
rit esse subjectivè unitas Monasterio, & Eccle-
siæ S. Victoriæ, authumarunt Domini esse in
omnibus subjectas Jurisdictioni Ordinariæ Ar-
chiepiscopi Firmani vigore Bullæ dismembra-
tionis fa. me. Gregorii XIII, in qua omnes Ec-
clesiæ, quæ in dictis Castris erant subjectæ
Jurisdictioni Ordinariæ Abbatis Farfensis,
fuerunt positæ sub Jurisdictione Ordinaria
Archiepiscopi Firmani, ex resolutis in antece-
dentibus *dec. sub die* 10. *Maii* 1700. *§.* 6. *&* 7.
& in ejus confirmatoria 15. *Aprilis* 1702. *§.* 2.
cum seqq.

Quod autem dd. Ecclesiæ non sint subjecti-
vè unitæ Monasterio Sanctæ Victoriæ, evin-
citur ex ipsa Juris præsumptione, unionem,
11. utpote odiosam, & juri repugnantem exclu-
dente *Adden. ad Gregor. dec.* 196. *num.* 3. *Mas-
card. de probat. conclus.* 1413. *nu.* 1. *&* 2. *Rota
decis.* 452. *num.* 3. *par.* 18. adeoùt ad eam pro-
bandam requirantur exactæ, & concludentes
probationes, quas Doctores restringunt ad du-
12. plicem speciem, Instrumenti scilicèt publici,
& immemorabilis, seu quadragenariæ cum ti-
tulo, ut ex recepto *cons.* 2. *Felini num.* 2. *&* 3.
tradunt *Garz. de Benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *n.* 105.
Rota coram Pen. dec. 704. *num.* 2. *&* 5., &
sequitur *Add. ad d. dec.* 196. *Gregorii*, & idem
Gregor. decis. 77. *per tot.*

Tantùm autem abest, quod in themate
concurrant hujusmodi generis probationes, ut
è converso quamplurimæ ultrà d. juris præ-
sumptionem suppetant manifestè unionem
excludentes. Nam in sæpedicta donatione
Abbatis Ursini, & Bulla Sixti IV. solæ Eccle-
siæ Parochialis Sanctissimæ Trinitatis, & illa
S. Crucis describuntur de Mensa dicti Mona-
sterii Sanctæ Victorię; Aliæ verò Ecclesię ejus-
dem Oppidi recensentur tanquam spectantes
ad simplicem collationem. Nihil autem magis
adversatur unioni, quàm status collativus, Be-
13. neficia namque unita amittunt titulum, &
nunquam vacant, & consequenter conferri ne-
queunt in titulum *Garz. de Benefic. par.* 12. *cap.
cum ad Monasterium §. Talis de statu Monacor.,
& in Clem. unica §. Præmissa de suppleud. neligent.
Prælat. Murga de Benefic. quæst.* 2. *num.* 337.
& seqq. Card. de Luc. de Paroch. disc. 12. *n.* 14.
Rota cor. Gregor. decis. 109. *n.* 3. *ibique Add.
n.* 12. *& dec.* 370. *n.* 6. *& dec.* 1007. *n.* 3. *cor.
Coccin. & dec.* 452. *n.* 5. *par.* 18. *rec., & in
Pampilonen. Beneficii* 9. *Januari* 1688. *§. fin.
cor. Reverendissimo Hervault Archiepiscopo Tu-
ronensi.*

Præterea aliquæ ex dd. Ecclesiis sunt de
jurepatronatus Laicorum, ut respectu Ecclesiæ
S. Mariæ Misericordiæ, & S. Mariæ Angelo-
rum doctum fuit *ex hodierno Summ. Cardinalis
Archiepiscopi num.* 1., & respectu Ecclesiarum
S. Mariæ de Monte, & Cappellæ. SS. Petri,
& Pauli liquet *ex Summario Cardinalis Abbatis
distributo die* 15. *Aprilis anni præteriti* 1701.
num. 16. *&* 17. hujusmodi autem qualitas Ju-
14. rispatronatus excludit unionem subjectivam,
cum per eam extinguatur Juspatronatus *cap.
nobis de jurepat. Murg. de Benefic. quæst.* 4. *n.* 169.
Card. de Luc. de Paroch. disc. 10. *nu.* 8. *Rot. de-
cis.* 92. *num.* 4. *& seqq. par.* 16. *rec.*

Hinc propterea non obstant argumenta
congesta ad assertam unionem subjectivam
convincendam; Non inquam relevat, quod
aliquæ ex dictis Ecclesiis sint fundatæ in solo
Monasterii S. Victoriæ, prout dicitur de Ec-
clesia S. Mariæ Misericordiæ situata, ut præ-
tenditur, in pede illius scalarum, ac rursùs
de Ecclesia S. Sebastiani, & de Ecclesia San-
ctissimi Crucifixi. Quoniam in primis non
probatur situatio Ecclesiæ S. Mariæ Misericor-
diæ in pede dd scalarum Sanctæ Victoriæ, imò
contrarium apparet *ex Summ. responsivo Ar-
chiepiscopi dati die* 12. *currentis n.* 1. prout nec
justificatur eadem situatio quoad Ecclesiam
S. Sebastiani, & SS. Crucifixi: Sed estò etiam,
quod dd. Ecclesiæ dici possent ædificatæ in
15. solo Monasterii, hoc quidem suffragaretur
ad probandum Juspatronatus, non autem unio-
nem, quæ indigeret aliis signis, & requisitis,
ut respondit *Rota dec.* 204. *n.* 5. *par.* 2. *rec. &
decis.* 330. *num.* 15. *coram Buratt.*

Prout nihil juvat ad intentum, quod ferè
omnes dd. Ecclesiæ fuerint donatæ ab Abbate
de Ursinis Ecclesiæ S. Victoriæ. Quoniam
ejusmodi donatio probat illas fuisse tunc tem-
poris ad simplicem collationem Abbatis, prout
de facto in illa claris notis exprimitur duas
tan-

tantùm Ecclesias S. Crucis, & SS. Trinitatis esse de Mensa, alteras verò simplicis collationis Monasterii, ut superiùs diximus, per do-
16. nationem autem in genere non infertur pernecessè ad unionem, cum donare Beneficium sit donare jus de illo providendi *cap. dilectus 3. in ordine 34. de præbend. Rota coram Gregor. decis. 77. num. 6. coram Ottobon. decis.* 179. *n.* 12.

Nec ex quo ferè omnes dictę Ecclesiæ solverent singulis annis Censum Monasterio S. Victoriæ inferre licet ad aliquam unionem,
17. cum potiùs solutio hujusmodi indicet meram subjectionem *c. omnis anima in fin. de cēsib., Abb. in c. caus. sub n. 4. de caus. possess. & propriet.*, & latè respondit *Rot. dec.* 179. *n.* 18. *& dec.* 223. *n.* 17. *cor. Otthobon.* Subjectio autem non cōcludit Beneficium esse unitum, aut de Mensa *Rot. dec.* 77. *n.* 5. *cor. Greg.* & sequitur *Otthob. d. dec.* 179. *n.* 19.

Neque magis urget, quod Ecclesia, & Hospitale S. Jacobi, & altera S. Mariæ de Monte fuerint fundatę de licentia Prioris Mo-
18. nasterii S. Victoriæ. Quoniam exinde arguitur quoque subjectio dictarum Ecclesiarum de eo tempore, quod longè præcessit Gregorianæ dismembrationi, non verò unio subjectiva *Rota dec.* 223. *nu.* 15. *coram Otthobon.* Prętertim quia constat Hospitale fuisse fundatum in solo Communitatis, & utramque Ecclesiā esse de Jurepratronatus ejusdem, quæ circumstantiæ excludunt unionem subjectivam, ut paulò antè firmatum est, & præter ibi deductos tradunt etiam *Federic. de Sen. cons.* 200. *n.* 2. *Paris. consil.* 31. *n.* 10. *lib.* 4. *Rot. dec.* 29. *n.* 3. *post Tacichell. de distantiis.*

Provisiones factæ Monachis de Ecclesia S. Mariæ de Monte non probantur in facto, & quatenus probarentur, non concluderent unionem subjectivam; sivè quia optimè referri possunt ad Juspatronatus, & non ad rationem annexionis, & unionis; Quando potissimè aliunde non cōstaret de eadem unione, imò prout in præsenti tot viceversâ concurrunt probationes pro illius exclusione, ut ponderavit *Rot. in Bononien. Parochialis* 24. *Aprilis* 1651. *§. Neque cum seqq. coram Meltio*; sivè quia non repugnat, quod Regulares ex dispensatione
19. Apostolica præficiantur Beneficiis Sæcularibus, etiam non Curatis, ex latè traditis per *Murg. de Benef. q.* 2. *ex num.* 262. *Rota coram Bich. dec.* 360. *n.* 5. *& cor. Coccin. dec.* 2351. *n.* 11.

Demum quoad Montem Pietatis erectum in eodem Castro S. Victoriæ connumeratum in Catalogo Ecclesiarum, quas Eminentissimus Abbas asserebat de Mensa Monasterii, omnis penitùs dubitatio cessare visa fuit ex Bulla erectionis factæ per fa. me. Gregorium XIII. quadriennio post dismembrationem cum illius subjectione Jurisdictioni Ordinariæ Antistitis Firmani, *Summario responsivo Cardinalis Archiepiscopi diei* 13. *Martii num.* 2.

Descendendo ad septem Ecclesias existentes in Castro Montis Falconis, videlicèt Ecclesiā Parochialem S. Petri in Penna, seù Ripa, Ecclesiam Parochialem S. Petri de Porta, Parochialem S. Januarii, Parochialem S. Angeli, Parochialem S. Mariæ, Ecclesiam S. Catharinæ, Ecclesiam Ruralem S. Mariæ Scalarum, sivè delle Scalelle, eas omnes Domini censuerunt visitari posse ab Archiepiscopo Jurisdictione Ordinaria, quià sunt comprehensæ in dismembratione Gregorii XIII. Non obstante prætensione, quod etiam hujusmodi Ecclesiæ sint subjectivè unitæ Monasterio S. Victoriæ.
20. Quoniam de hac unione non constat, & argumenta pro illius comprobatione adducta, sunt eamet, quæ proposita cernuntur respectu Ecclesiarum Castri S. Victoriæ: Unde Domini remissivè se habuerunt ad responsiones traditas in confutatione unionis earundem Ecclesiarum.

Quò verò attinet ad tres Ecclesias existentes in Oppido Montis S. Mariæ in Georgio; nempè Parochialem S. Joannis, Ecclesiam S. Benedicti, Ecclasiam S. Sebastiani, Domini responderunt visitari posse Jurisdictione Ordinaria, quia comprehenduntur in Bulla dismembrationis Gregorii XIII. Parùm officiente, quod Ecclesia S. Benedicti fuerit Regularis, quià conveniebant Partes, fuisse sæcularizzatā longè antè dismembrationem Gregorii. Unde non est dubium, quin comprehendatur sub dicta dismembratione. Idem dicendum est, quòad alias duas Ecclesias S. Joannis, & S. Sebastiani; Nàm aut supponendæ sunt unitæ dictæ Ecclesiæ S. Benedicti, ut ajebant Defensores Cardinalis Abbatis, & tunc sicuti Caput continetur in dismembratione, ità & multò magis continentur membra, aut supponendæ sunt unitæ Ecclesiæ S. Joannis, ut prætendebant Defensores D. Archiepiscopi fundati in visitatione anni 1568. Abbatis Farfensis, & potiori jure censentur comprehensę in dismembratione, dum Ecclesia prædicta S. Joannis neque antè dismembrationem Regularis existebat.

Præmissa respiciunt Ecclesias trium Castrorum, quæ comprehensa fuerunt in Bulla Gregorii, quatenus verò attinet ad alias quinque Ecclesias non comprehensas in dismembratione, Domini responderunt, quòad Ecclesiam Parochialem S. Petri in Penna intùs Civitatem Firmanam, eam visitari posse quoad omnia Jurisdictione delegata, quia licèt sit exempta vigore Bullæ Honorii III., ut dictum fuit in Decisionibus, tamen cum hodie sit sæcularis, visitari potest in omnibus Jurisdictione delegata in vim dispositionis Sac. Concilii Tridentini *in cap.* 8. *sess.* 7. Quamvis unus ex Dominis in sequelam ejus sententiæ latè expensæ in decisione 13. Martii *§. Cæterum cum seqq.*, & *§. Hujusve enim* crediderit hanc Ecclesiam posse quoque visitari Jure Ordinario in concernentibus Curam Animarum, & in reliquis Jure Delegato.

Alias verò tres Ecclesias; nempè Parochialem SS. Laurentii, & Blasii Montis S. Petri Angelorum, Ecclesiam Ruralem S. Blasii, & Ecclesiam S. Flaviani visitari posse Jure Ordinario; quià cum hujusmodi Ecclesiæ non sint exemptæ, nec comprehendantur in Bulla Sixti IV. ut resolutum fuit in *Decisionibus emulgatis sub die 15. Aprilis 1701. §. 19. cum seqq. & in confirmatoria sub die 17. currentis §. Progrediendo*, competit Archiepiscopo in omnibus Jurisdictio Ordinaria in vim *cap. omnes Basilicæ* 16. q. 7. cum aliis concordantibus in mox enunciatis Decisionibus citatis.

Eodem Jure Ordinario visitari posse crediderunt Ecclesiam S. Antonii de Altidona; quia ex deductis in d. Decisione 17. currentis recedendo à decisis sub die 15. Aprilis 1701. firmatum fuit hujusmodi Ecclesiam nec esse Nullius Diœcesis, neque simpliciter exemptam, ut patet ex *§. Dispungenda cum seqq. usque ad finem*. Unde absque ullo dubio subjacet in omnibus visitationi Ordinariæ Eminentiss. Archiepiscopi in vim prçallegati *cap. omnes Basilica, & cap. conquærente, & cap. constitutus de Offic. Ordinar.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES DEC.

Terracinen. Cathedralitatis, Ven. 23. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

An, & quando constet de Cathedralitate in aliqua Civitate, & quomodo censeatur facta unio duarum Ecclesiarum Cathedralium. Privilegia cujus naturæ esse debeant, & plura alia ad rem expenduntur circa Constitutionem Vicariorum in duabus Diœcesibus.

SUMMARIUM.

1. *Erectio Ecclesiæ Cathedralis non potest fieri nisi à summo Pontifice, seù authoritate S. Sedis Apostolicæ.*
2. *Apostoli licèt erexerint Ecclesias Cathedrales, id tamen gesserunt ex jussu D. Petri.*
3. *Ecclesia prætendens esse Cathedralem, docere debet de fundatione ex Authoritate Apostolica.*
4. *Ad probationem Cathedralitatis sufficiunt signa, quæ debent esse univoca non æquivoca.*
5. *Civitas Setina nunquam habuit Episcopos, & referuntur subscriptiones intelligi de aliis Civitatibus, seù Ecclesiis, ex num. 6. 7.*
8. *Historiæ alicujus Sancti quando sit deferendum.*
9. *Historicis tunc fides adhibenda est, quando illi sunt approbati, nec procedunt per simplices enunciativas.*
10. *Historiæ apogripha non sunt attendendæ.*
11. *Nomen aliquando indicat originem, non Dignitatem.*
12. *Probatio æquivoca non est admittenda.*
13. *Scriptores exteri sæpius incidunt in errores, non autem Historici nationales, seù comprovinciales.*
14. *Inverisimile est, quod in Copia rerum adsit parcitas.*
15. *Cathedralitas in Civitate non potest præsupponi sine Episcopo, sicut sponsa nequit esse sine sponso.*
16. *Appellatione Ecclesiæ, de stylo intelligi potest de matricitate non autem de Cathedralitate.*
17. *Plures nominantur Ecclesiæ, quæ non sunt Cathedrales.*
18. *Adminiculum potest desumi, concurrentibus aliis probationibus, ex actibus æquivocis.*
19. *Deficientibus fundamentalibus probationibus, adminicula non attenduntur.*
20. *Argumentum à simili non valet, data contradistinctione.*
21. *Ecclesia matrix potest habere alias filiales Ecclesias absque prærogativa Cathedralitatis.*
22. *Civitas potest appellari etiam sine Episcopo, & referuntur plures.*
23. *Oppida destituta qualitate Civitatis, plura sunt nobilia, & faciunt nobilitatem.*
24. *Continuatio qualitatis non datur sine principio.*
25. *Unio subjectiva extinguit omnes qualitates, & prærogativas praexistentes.*
26. *Referens continens perfectam Orationem attenditur, & probat etiam sinè relato.*
27. *Unio Ecclesiæ Cathedralis cum alia, præsumitur facta æquè principaliter, non docto de Bulla unionis.*
28. *Ex quibus verbis dignoscitur, unionem esse æquè principalem, aut accessoriam, & subjectivam.*
29. *In unione cumulativa, seù æquè principali Jura remanent unicuique Ecclesiæ intacta.*
30. *Verba* adnectimus, & incorporamus *indicant unionem esse subjectivam.*
31. *Castra Ecclesiæ unitæ æquè principaliter non possunt citra consensum illius capituli alienari ab Episcopo alterius Ecclesiæ unitæ.*
32. *Ecclesia Civitatis Terracinensis in Cathedralem erexit D. Petrus.*
33. *Observantia est rerum antiquarum fidelis interpres.*
34. *Ecclesiæ Cathedrales æquè principaliter unitæ simul proponuntur in Concistorio Papæ de tempore vacationis.*
35. *Ecclesia alteri unita subjectivè fit illius membrum, & amittit titulum.*
36. *Exempla Ecclesiarum Cathedralium æquè principaliter unitarum referuntur, & confutantur alia.*
37. *Ex libris Dataria, & Cancellariæ probatur Ecclesiam unitam retinuisse jura Cathedralitatis.*
38. *Dataria, seù Cancellaria in expeditionibus litterarum Apostolicarum utitur veritati rerũ.*
39. *Error in omni materia non præsumitur.*

40.

40. *Documenta erronea, & æquivoca sunt rejicienda.*
41. *Enunciativa sugesta à parte interesse habente non probat.*
42. *Episcopus in quocũq; Loco suæ Diœcesis potest erigere Tribunal, cõstruere Palatiũ, retinere carceres, & familiam armatã, ex quibus non infertur ad prærogativam Cathedralitatis ejusdẽ Loci.*
43. *Cathedralitas nõ probatur ex retẽtione Mitræ, nec ex dedicatione Ecclesiæ, cum sint signa æquivoca.*
44. *Alternativa servari solet inter duas Ecclesias Cathedrales æquè principaliter unitas.*
45. *Actus, qui dedit causam liti, non attenditur.*
46. *Circulus potest etiam fieri Episcopo à Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ.*
47. *Vicarii duo solent deputari, ubi duæ Ecclesiæ Cathedrales fuerunt æquè principaliter unitæ, & mortuo Episcopo, unaquæque constituit suum Vicarium Capitularem.*
48. *Canonici de jure cõmuni, & ante Concilium Tridentinum nullum particularem habebant ordinem annexum.*
49. *Canonici Ecclesiæ Cathedralis debent esse Ordinibus Sacris in ætate habiles constituti.*
50. *Massã communẽ solent habere Universitates, & Collegia, nec est signum Cathedralitatis.*
51. *Collatio Canonicatuum Ecclesiarum Collegialiũ, de jure communi pertinet ad Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ.*
52. *Collatio Canonicatuum Ecclesiæ Cathedralis, de jure simultaneè fieri debet ab Episcopo cum Capitulo.*
53. *Canonicam, seù Claustrum Canonicale possunt habere etiam Ecclesiæ Collegiatæ, cum deserviat pro horis Divinis persolvendis.*

DECISIO XVIII.

PRætensionem, quam ab antiquò tempore Capitulum, & Clerus Setini alta mente repostam tenebant, eorum scilicèt Ecclesiam Sanctæ Mariæ esse Cathedralem cumulativè Terracinensi unitam, quamve anno 1608. occasione litis exortæ super præcedentia inter idẽ Capitulum, alterumque Civitatis Priverni ad hujus favorem à Sac. Rituum Congregatione resolutæ incidenter exposuerant, opportunior, latiorque anno mox elapso 1701. se se aperuit Campus, principaliter in Judicium deducendi, de suisque viribus formiter disputandi: Destinante quippe Terracinensi Episcopo consecrationem Olei Sancti feria quinta in Cœna Domini anni præmemorati in dicta Ecclesia Setina conficere, Capitulum Terracinense, & Collegiata Priverni monitorium ab A. C. Aldrovando reportarunt super manutentione in quasi possessione illam faciendi in Ecclesia Cathedrali Terracinæ, atque super observantia generalium Decretorum Sac. Rituum Congregationis præscribentium actum hujusmodi fore in Ecclesiis Cathedralibus obeundum, quo tamen nõ obstante sub antedicto prætextu, quod Ecclesia Setina Jure Cathedralitatis frueretur, quodque proinde Episcopi antecessores non semel in illa Sac. Oleum consecrassent, Episcopus illuc, prout statuerat, d. consecrationem explevit, qua de causa acerrima habita fuit in Signatura Justitiæ disputatio super attentatorum purgatione diversimodè in primis propositionibus resoluta: in postrema tamen agnito articulo attentatorum totaliter pendere à negocio principali, idest ab inspectione, an Ecclesia Setina Cathedralis quoq; existeret Terracinẽsi cumulativè unita, rescripsit Signatura *Ad A.C. Aldrovandũ, reservatis attentatis in fine litis*: qui subinde ob superventã specialem Sanctissimi commissionem, ut circà punctum Cathedralitatis procederet de voto nostri Auditorii, causam in possessorio Judicio tantùm cognoscens, decrevit favore Capituli Terracinensis manutentionem in quasi possessione peragendi Sanctum Chrisma in Cathedrali Terracinæ.

Prosequutaque Causa super negocio principali in hoc Sac. Tribunali, disputandum hodiè ad formam commissionis exposui dubium, *An constaret de Cathedralitate Ecclesiæ Setinæ*, quod Domini post plenam, maturamque doctarum, ac elegantium dissertationum hinc inde exhibitarum discussionem, negativè resolverunt ex duabus potissimè moti rationibus, aliâ desumptâ, ex quo usque adhùc legitimè doctum non fuit, Ecclesiã Setinam ullo tempore Cathedralem extitisse: Alterâ in eo constitutâ, quod ubi ex suppositione Cathedralis unquam fuisset, tale jus in vim subjectivæ unionis Ecclesiæ Setinæ cum Terracinensi in Constitutione Honorii III. relatæ, confirmatæ, atque à subsecuta observantia comprobatæ, suppressum, & extinctum remanserit.

Primum assumptum, quod attinet absolutissimi Juris esse præmittebant Domini, erectionem Ecclesiarum Cathedralium Beato Pe-
1. tro, ejusque successoribus Pontificibus esse reservatam, ad *Text. in cap. 1. de traslat. Episcop. cap. 1. ne Sede vacante, cap. quod translationem de offic. legat. cap. felix. & cap. præcipimus juncto §. Sicut 16. quæst. 1. extravag. 1. Joannis XXIII. quæ incipit Sedis Apostolicæ*, ubi *Glos. verb. duximus dividendas*, & latè ex his, alliisque tradit *Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 11. n. 278. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 4. cap. 4. in principio*, & re uberiùs excussâ probat *Francesc. de Ecclesi. Cathedr. cap. 30. num. 1. & per tot.* Et
2. quamvis plura Historiarum monumenta perhibeant, nonnullas Ecclesias Cathedrales institutas fuisse ab Apostolis, est tamen communis, & recepta Canonistarum omnium traditio, illos processisse ex mandato, jussu, permissione, ac Beati Petri, & successorum auctoritate, ut ait *Glos. in cap. si quis nesciat in verb. Apostolos 11. distin.* & sequuntur ibidem *Archidiacon. n. 2. Turrecremata num. 1. Geminian. num. 7.* & plenè *Gaspar Sanctius de prædicat. S. Jacobi in Hispan.*

tract.3.c.1.per tot. & benè *Rot.in Cesaraugust.Cathedralitat. impress.inpar.5.recent.dec.353.n.34.*

Qua de re Ecclesiæ contendentes prærogativam Cathedralitatis pro suæ intentionis
3. justificatione, operæ prætium est, ut doceant de legitima fundatione procedēte à Sedis Apostolicæ concessione, si non expresè per exhibitionem documentorum originariæ erectionis quæ plerumque ob temporis injuriam, dominiorum mutationes, aliasque calamitates, quibus publica, privataque subjacent Archivia, consumuntur, pereunt, ac disperduntur, saltem præsumptivè per conjecturationes, argu-
4. menta, vestigia, & signa, non quidem generalia, & æquivoca, sed specialia, & univoca, quævè Ecclesiis sinè Jure Cathedralitatis convenire nequeant, itaut simul sumpta suadeant pervetustum, & præscriptum statum Cathedraticum, atque in consequentiam præsumptionē inducant illius originariæ fundationis ex deductis per *Alexan.cons.74.& 75.lib.4. Fagnan.in c.cum certum in fin.de major.& obed.Francesc.var. resol. cap. 39. num. 178. & seqq.& num. 238. Rot. decis. 492. num. 3. coram sa. mem. Gregor. XV. num. 3. & coram Bich. decis. 280. num. 27. & decis. 400. num.24.* & latiùs *decis.353. n.72. & 82. cum seqq. par. 5. recent.*

Neutro autem probationis genere suffultus in arenam descendit Clerus Setinus, non quidem expressa Cathedralitatis erectione, cum nullum exhibitum fuerit diploma Pontificium, Ecclesiam Setinam controverso Jure, & titulo condecorans: Nec minùs præsumptiva dilucidis argumentis, & signis ostensa; lato namque calamo ad illam evincendam deducta summatìm, & primariò perstringuntur ad tria, quod scilicèt antiquitus Ecclesia Setina habuerit Episcopos, quod Papa Honorius III. in præmemorata Bulla confirmatoria d. unionis illam Cathedralem supposuerit: & demum, quod omni tempore retinuerit signa aliis Cathedralibus communia: quæ omnia vel visa fuerunt penitùs insubsistentia, vel assumptum clarè, & perspicuè, ut oportet, nullatenus concludentia.

Et quidem insubsistens detectum fuit primū, quod Ecclesiæ Setinæ aliquo tempore datus
5. fuerit Episcopus, quoniam subscriptiones in Conciliis relatæ in dissertatione Setinorum sub *cap.* 15. vero excusso, non sunt Episcoporum Ecclesiæ Setinæ in Latio, sed aliarum longè diversarum Civitatum; Et incipiendo ab illa Candidi Episcopi Siccensis apertè deceptus fuit Aubertus Mirreus in notis manuscriptis in d. dissertatione allegatus, opinando, illum fuisse Episcopum Setiæ, quoniam re vera Antistes hic præfuit Ecclesiæ Siccæ, quæ est Urbs, & Colonia Africæ, ut notat *Michael Antonius Baudran. in Geograph. verba Sicca*, ubi quod hujus Populi Siccenses nuncupantur: Neque hic Episcopus interfuit Concilio Romano celebrato sub Sancto Martino anno 649. ut Mirreus credidit, sed subscripsit Epistolæ Synodicæ Patrum Provinciæ Carthaginensis (cui Cathedra Siccensis subjiciebatur, ut subdit Baudran) ad Paulum Constantinopolitanum transmissæ, quæ in dicto Concilio Romano lecta fuit Minusque subscripsit post Episcopum Terracinæ Latii in eodem Concilio verè interessentem, sed post Episcopum Tauracinæ alterius Africæ Civitatis, ut præclarè deprehenditur *ex tom. 6. Conciliorum collect. à Patre Labey, ubi in pag.* 137. registratur epistola præfata ad Paulum Constantinopolitanum, & in *pag.* 148. transcribuntur nomina Episcoporum Africæ, inter quos recensentur Clarissimus Tauracinæ Episcopus, & Candidus Siccensis; atque in *pag. 49. & 362* describuntur nomina Italorum, & præter Felicem Terracinensem nemo alius sub Siccensis, aut Secensis nomine descriptus reperitur, signum demonstrativum, quod nullus Episcopus Setiæ interfuerit; nam aliàs Siccensis inter Italos, & non inter Aphricanos descriptus fuisset; Et ubi ille Tauracinæ fuisset Episcopus Terracinæ Italiæ, inter Italos, & non inter Afros dinumeratus legeretur; Nec minùs Episcopus Terracinensis citrà ullam corruptionem nominis inter Italos recensitus cerneretur, ut patet ad sensum; Comprobaturque ad evidentiam usque veritas hæc ex traditis per Eminentissimum Cardinalem Norisium *in animadvers. ad Garnerium P. Lupum de appellat. cap. 26. & seqq.* & ex Synodo apud *Leonem Allatium de octava Synodo Photiana cap. 12. fol. 262.* qui Ecclesiam Siccensem, seù Secensem ponunt in Africa, eamque celebrem ajunt ob controversiam inter Urbanum Episcopum, & Apiarium: & in specie, quod Candidus non fuerit Italiæ, sed Africanæ Ecclesiæ Pastor, & Patres Provinciæ præfatæ dictæ Synodo Romanæ non subscripserint, testantur *P. Ruinart. in Histor. Persecutin. Vandalor. fol.167.vers. Siccensem in fine, Carolus à S.Paulo in Geograph. Satr. in notit. antiquar. Eccles. Aphricæ verbo Sicca, Balutius in Gestis collat.Carthagin. impress.tom.1.nov. collat. Concil.fol. 222. & fol. 243.*

Consimile æquivocum animadversum fuit
6. quoad subscriptionem Joannis Episcopi *Seminorum* emissam in Commonitorio edito in Causa Photii, quam Setini vertunt in Setinorum Episcopum: quoniam licèt in *tom.9. Conciliorum pag. 363.* Joannes vocetur Episcopus Seminorum, nihilominus in exemplari Græco apparet, eundem se Signinorum Episcopum vocasse. Undè palam est, illum verè fuisse Episcopum Signiæ alterius Civitatis Volscorum in Latio, & non Setiæ: Cumque tale quid maxima ingenuitate fassi fuerint in eorum responsionibus defensores Setini, superfluum est alia desuper in comprobationē hujus agnitæ veritatis retexere.

Nec majorem obtinent subsistentiam geminatæ

natæ inductiones fuffumptæ ex hiftoria Gulielmi Malesburienfis tranfcripta in *tom.* 10.
7. *Concillor. pag.* 771. juxtà Labei editionem, ubi habetur Sermo de Concilio Lateranenfi fub Pafchali II. & fignanter ex illis verbis ibi: *Sivvinus, & Joannes Tufculanus cum effent Romæ illa die Concilio non interfuerunt, qui poftea lecta damnatione Privilegii confenferunt, & laudaverunt:* Minùs rectè fiquidem Setiæ Defenfores immutant Sivvinum in Sitinum, & poftea faciunt aliud fubfumptum, quod ifte Sivvinus numeraretur inter illos centum Epifcopos, qui Concilio non fubfcripferunt; enimverò, omiffis aliis, in margine ejufdem hiftoriæ legitur alia adnotatio Binii, & Labey, ibi: *Al Bruno Signinus, & Joannes Tufculanus:* quæ fanè lectio probabilior, veriorque videtur: Tùm quia cum Gulielmus referat Sivvinum Epifcopum poftea confenfiffe, & laudaffe, verifimiliùs eft intellexiffe de Signino, qui verè interfuit, confenfit, & fubfcripfit, quàm de Sitino, quem non liquet interfuiffe, confenfiffe, & laudaffe: Tum quia eo ipfo, quod illa marginalis nota approbata fuit à Binio, & à Labeo Viris in harum materiarum cognitione eximiis fperoi, & reiici nequit, nifi ipfius infubfiftentia argumentis undique prævalidis, & concludentibus evincatur, ut in fpecie, loquendo de notis Binii ponderavit *Rota in Calaritana Primatus coram Ghislerio decif.* 92. *par.* 8. *rec. num.* 13.

Minufque ullum ftabile probationis genus confurgit ex vita Beati Lidani confcripta, ut
8. contendebatur à Dionyfio Epifcopo Setino, & in qua de Palladio, & Drufino Epifcopis quoq;Setinis fit mentio:Adversùs quippè hanc legendam plura obiiciebant Terracinenfes, & primò,quod exemplar tranfcriptum in Setinorum differtatione *fol.* 15. *& feqq.* fit diverfum ab eo, quod antiquitùs fervabatur in Archivio Ecclefiæ Setinæ, non folùm quià inter fe difcordant in principio, fed etiam quià compertum eft primum exaratum recenter fuiffe à P. Caetano Societatis Jefu in ejus opere Vitæ Sanctorum Siculorum *pag.* 135. prout ipfemet inquit *in animadverf. poft tom.* 2. *fol.* 47. & præfcindendo ab hoc irrefragabili Teftimonio ipfe ftylus fcribendi non impurus manifeftè hanc pandit veritatem, cum neminem lateat, quod circà fæculum undecimum ftylo longè diverfo, & barbariem redolente fcribebatur; Secundò obiiciebant Cardinalem Baronium *Annal. tom.* 12. *anno* 1118. referre, Auctorem d. Vitæ fuiffe Dionyfium Monachum Caffinenfem, ibi: *Scripfit res ab eo geftas Dionyfius Monachus Caffinenfis, fed eas mendis obfitas legiffe nobis contigit:* ex quibus verbis palam elicitur, Eminentiffimum Scriptorem habuiffe præ manibus d. exemplar antiquum, ac proindè cum litteris fcriptum reliquerit, ejus Auctorem fuiffe Monachum, & non etiam Epifcopum Setinum, unum de duobus fatendum eft, vel quod in illo exemplari, quod viderat talis titulus non extaret, aut quod illum fufpectum in hac parte exiftimaffet, cum verifimile non fit, cafu, vel incuriâ reticuiffe nobiliorem d. Auctoris dignitatem, quæ cæteroquin majorem Hiftoriæ fidem exhibebat: Atque ideò juremeritò P.Cajetanus in hac re dubius nihil certi ftatuit: Tertiò obiiciebant, determinatum non effe, quo tempore ipfe Dionyfius, fivè Monachus, fivè Epifcopus vixerit, dictamque legendam exaraverit,in antiquo exemplari habebatur annus 1088. quo tempore Beatus Lidanus nondum defunctus erat, differtatio Setinorum *pag.* 14. refert ad annum 1140. circitèr, & in Setino Codice manu exarato dicitur, Vitam fcriptam anno 1375. ut latiùs ratiocinatur P. Cajetanus *d. fol.* 47. Et ultimò demum loco animadvertendum propofuerunt prælaudati Cardinalem Baronium præfatam antiquam legendam erroribus, & mendis refertam comperiiffe, neque ab eo in omnibus diffentitur in hac parte Cajetanus, tametfi pleraque ad concordiam reducere ftuduiffet.

Hifce attentis animadverfionibus, & fignanter petitis ex Annalibus Eminentiffimi Baronii primi, & quidem maximi Ecclefiafticæ Hiftoriæ Parentis, Domini tutò figere non poffe pedem crediderunt fuper enunciativis in excuffa
9. B. Lidani legenda contentis: & fi namque fides Hiftoricorum magni facienda eft in antiquis, obfcurifque rebus, & magni fecit *Rota in d.celebri Cæfaraugustana Cathedralitatis* ad præcifum effectum, de quo eft fermo, illis tamen deferendum eft, qui, uti probatæ fidei,ab omnibus eruditis recipiuntur, quique formiter, & non curfim per fimplices enunciativas de aliquo controverfo facto teftantur, habentque fermonem, ut notat *Doctiffimus Melchior Canus lib.* 11. *de locis Theologal. cap.* 3. & ex noftris *Zafius confil.*16.*num.*40.*Parif. conf.* 23. *n.* 253. *Soccin. Jun. confil.* 132. *num.*11. *vol.* 3. *Menoch. confil.*112.*num.*71.*Gabr. Parexa de univerf.Inftr. edit. tit.* 1. *refol.* 3. §. 5. *num.* 56. *Rota coram Arguell. decif.*17. *num.* 20. *& pluribus feqq.* & fanè *Rota in præmemorata Cæfaraugustana* detulit Hiftoricis probatiffimæ fidei, qui non per enunciativas incidenter prolatas Epifcopos nominarunt,fed de re quæfita directè teftabantur, ut videre eft *in decif.* 353. *per totam*, & fignanter *num.*21. *& feqq.par.*5. *recent.* ubi fuprà triginta Hiftoricos ex celebrioribus Hifpaniarum enumerat.

Atque hinc etiam nullam promeruit reflexionem quædam Scriptura confecrationis Criptarum Cathedralis Reatinæ fequutæ, ut dice-
10. batur, anno 1112. in qua traditur, inter quinque Epifcopos illas confecrantes, adfuiffe Alexandrum Epifcopum Setinum:quoniam ex pluribus hanc Hiftoriolam fufpectam effe probavit fcribens in facto pro Terracinenfibus. Penitufque in hanc rem omitti potuiffe cenfuerunt Domini argumentum defumptum ex Chronico Fof-

Fossæ novæ post *Ughell. Ital. Sac. tom. 1. fol. 370. ad annum 1178.* in quo narratur, quod quidam Landus Setinus fuerit Pseudopontifex electus, sive quia hanc quoque Historiam apocripham esse dicit, & probat *Felix Contilorius in animadversione ad Futunat. Vlmilibell. de concord. inter Alex. III. & Federicum Imperatorem fol. 22.* sivè quià non est bona consequentia: Landus
11. Setinus fuit Pseudopapa electus, ergo Landus fuit Episcopus Setiæ, cum dicta denominatio Setini connotare potuerit originem, seù Patriã Pseudopontificis, & non titulum Episcopatus; In cujus rei comprobationem punctualissimum est exemplum exceptum ab Indice Romanorum Pontificum regisltato in principio Bullarii Romani, in quo legitur *Lando Sabinus*; qui origine, & non Episcopus fuit Sabinus, ut scripsit *Baronius ad annum 912. num. 1.* sive demum quià ipsum Chronicon, de quo res est, manifestè nobis indigitat, Landum non fuisse, nec Setiæ, nec alterius Ecclesiæ Episcopum, dum inquit, quod fuerit electus Papa tertio Kalendas Octobris. & ab ipsis Schismaticis eligentibus quarto Idus Maii consecratus; qui enim ante Pontificatum erant consecrati Episcopi; iteratã non egent consecratione, solumve ii consecrantur, qui ante clectionem non erant Episcopi, de qua re duplex suppetit exemplum gemini Papæ Clementis, primum sequutum circa finem sæculi decimi quinti in san. mem. Clemente VIII. ut refert *Ciacconius in ejus vita §. Consecratio*, & alterum in SS. D. N. Clemente XI. mirabiliter in hisce calamitosis Reipublicæ temporibus Petri Cathedram regente.

Quibus rationibus peculiariter, & radice convellentibus primum fundamentum Cathedralitatis subnixum assertæ Episcoporum Setinorum existentiæ alteram addebant Domini, generalem equidem, sed vivam, & efficacem, animadvertendo videlicèt, ex tot adductis subscriptionibus & enunciativis Episcoporum, quę adscribuntur Setiæ nullam litteris quadratis exprimere nomen incoruptum Episcopi Setini, vel Setiæ (posthabitis aliquibus apocriphis, vel admodùm suspectis) omnes enim exprimunt Episcopum Siccensem, Siminum, Sininum, Sivvinum &c. adeoùt ad eas trahendas, & applicandas Setinis necesse sit duas, vel tres litteras immutare, res alioquin valdè periculosa in hac materia, cum ità facili ratione de una in aliam Provinciam possent Episcopi transferri, præsertim ex Aphrica, & in qua plures olim aderant Episcopales Urbes, aut ejusdem nominis, aut valdè similis cum pluribus Italiæ Oppidis, ut in specie ponderavit *Ruinart. in Histor. persecut. Vandalor. in notis fol. 216.* Estque de Jure, ut quælibet nedum certa, & clara, ut hic,
12. sed etiam possibilis in nomine æquivocatio probationem elidat, ut probant *Dec. cons. 13. num. 8. & cons. 36. num. 4. Cyriac. contr. 181. num. 26. Rota coràm Mantica decis. 88. num. 2. & post Vivian. de Jurepatr. decis. 74. num. 2. & seqq. & decis. 389. num. 7. & 8. par. 13.*

Et quamvis in Historiis novæ non sint corruptiones nominum præcipuè Locorum, & Civitatum, in tales tamen errores incidunt, ut
13. plurimum exteri Scriptores, quoties alienæ Provincię, vel Civitatis Ephimerides, & Annalia concinnant, non ità tamen faciliter in eosdem labuntur Comprovinciales, seù Cives scribentes res gestas in eadem Provincia; Undè quomodò affirmari potest, quod in tot Conciliis Romanis, quorum acta verisimiliter exararunt Itali, Episcoporum Italorum nomina corrupto sermone transcripta fuerint? & quomodò credi potest, ut in hosce errores lapsus semper evenerit pro sola Sitina Civitate? Conciliorum Romanorum multiplex est numerus, ut ex opere Labbei dignoscitur, & majoris partis meminit Ughellius, in quibus omnibus apparent semper subscripti alii Episcopi Comprovinciales Setię, ut sunt Anagninus, Alatrinus, Verulanus, Terracinensis, Pręnestinus, Ferentinus citrà ullam nominis corruptionem; Protsus inverisimile propterea redditur, ut semper corruptè Episcopi Setiæ fuerint nominati, atque longè inverisimilius est, ut in tanta Con-
14. ciliorum copia, in uno, vel duobus tantùm Episcopi Setiæ se subscripserint *l. errore Cod. de Testib. l. si post divisionē Cod. de Jur. & fact. ignor. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 21. nu. 1.* & optimè *Rota decis. 23. num. 5. & 6. par. 10. recen.*

Everso hoc primo fundamento probationis per Setinos susceptæ faciliùs subvertitur secundum fundatum in Bulla Honorii III. Nam cum probatum non sit Setiæ ullo unquam tempore datum fuisse Episcopum, improbabile itidem fit, mox dictum Pontificem supponere potuisse Ecclesiam Sanctæ Mariæ Setiæ Cathedralem; Cathedralitas enim non potest præsupponi, nisi præsupposito quoque Episcopo, quemadmo-
15. dùm Sponsa nequit Stare, & præsupponi sine Sponso; ob simile spirituale Conjugium intercedens inter Ecclesiam, & Episcopum, propter quod Episcopus Annulum desert, & tenetur residere cum sponsa *Cap. Clerici de vit. & honest. Clericor. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 2. num. 140.* & in specie, quod nequeat præsupponi Ecclesia Cathedralis sinè Episcopo *ex cap. Inter corporalia de translat. Prælat.* tradunt ibi *Imol. & Anania num. 10. Ostien. in Summar. eodem tit. num. 5. Cassan. in Cathalog. Glor. Mundi par. 4. consid. 31. vers. 9. Capitulum, Azzor. Instit. Moral. 2. par. lib. 2. cap. 30. par. 2. Card. de Luc. de Praeem. disc. 3. num. 7. Rot. decis. 1867. num. 25. coram Coccin. & in decis. 353. num. 29. par. 5. recent. & decis. 404. num. 33. par. 19. recent.*

Ideoque parum urget, quod Honorius univerit Terracinensi Setiam Ecclesiam, cujus appellatione ex stylo Curiæ venit Cathedralis, ex firmatis per *Rotam in Cæsaraugustana Cathedralitatis dicta dec. 353. nu. 61. & 62. par. 5. Recent.*

cent; Quippe quia ex eadem Curiæ praxi sub nuncupatione Ecclesiæ in genere comprehen-
16. ditur etiam Ecclesia Matrix, & si non sit Cathedralis, ad *Text. in cap. Cum adeo de rescript. cap. Causa Carpensis de verbor. signific. Zabarell. in cap. Cum adeo in 2. Notabili, & Imola n. 2. de rescript. Francesc. in cap. Quamvis il 4. §. Quamquam num. 7.* & ibidem *Joann. Andr. n. 3. in fine, P. Passerin. num. 26. de Præben. in 6., Selva de Benef. par. 13. quæst. 11. num. 120., Mandos. in addit. ad Lap. alleg. 16. verb. nomen vers. Secundò fallit, Geminian. in cap. Præsentium n. 3. de Testib. in 6.* & optimum suppetit exemplum Decretalis editæ sub eodem Honorio re-
17. latæ per extensum à *Gonzal. Tellez. in cap. Te referente de celebrat. Missar.* in qua absque ulla Sancti expressione nominatur Ecclesia Garganica, & Ecclesia Sypontina, & tamen hanc solum fuisse, & esse Cathedralem, & non Garganicam, deciditur in d. Textu, & postea respondit formiter *Rota decis. 587. per tot. coram Cerro*, & tradit *Card. de Luca in Miscell. disc. 26. num. 3. & 4.*

Nec sanè *Rota in dicta Decisione Cæsaraugustana* affert hoc argumentum simplicis denominationis Ecclesiæ, tanquam concludens, sed adminiculativè ad alias potentiores probationes;
18. Famigerata enim est propositio, ut adminiculum desumatur etiam ex actibus æquivocis, & plures patientibus intelligentias, ex traditis per *Rot. decis. 313. num. 2. & 7. coram Card. Cerro, & in Firmana Jurisdictionis 15. Aprilis 1701. §. 19. coram Me*; In præsenti autem, ubi deficit subsistentia alicujus principalis, &
19. fundamentalis probationis Cathedralitatis, nec istud, neque alia inferiùs excutienda adminicula ad intentum proficere possunt, ut benè respondit *Rota decis. 152. num. 18. & decis. 633. coram Bichio*, aliisque citatis dixit *in dicta Firmana Jurisdictionis §. 20. coram Me*.

Ut proinde nihil prorsùs urgeat, quod in eadem Bulla Honorii Ecclesia Terracinensis nuncupetur quoque simpliciter sinè alio adjuncto adinstar Setinæ, quia ubi Terracinenses nullum alterum obtinerent præsidium ad evincendum, eorum Civitatem esse Episcopalem, & Ecclesiam S. Mariæ Cathedralem, quàm hujusmodi simplicem enunciativam, fragili certè tabulæ suas spes committerent. Cæterùm licèt Honorius denominando Ecclesiam Terracinẽsem, eam non qualificaverit Cathedralem ad distinctionem Setinæ, apertã tamen fecit contradistinctionem in corpore Bullæ, pluriès enunciando illius Episcopum, & Episcopatum, ubi è contrà nulla Episcopi, & Episcopatus Setini facta deprehẽditur cõmemoratio,
20. qua stante contradistinctione, argumentum à simili prorsùs evanescit, DD. *in cap. Translato extrà de constitut. Everard. loco à simili sub num 11. in fine, Sperell. decis. 8. num. 12. cum seqq.*

Proùt nec ulla solida conjectura Cathedralitatis erui potest, ex quo in eadem Bulla Honorii designantur nonnulla Castra subjecta Setiæ, & ejus Ecclesiæ; Enim verò stare simul potest, quod Ecclesia Matrix, seù Collegialis
21. habeat subjectas, & filiales plures alias Ecclesias sitas in Castris circumadiacentibus, absque eo quod gaudeat Dignitate Cathedralitatis, & de hac re in quacumque Urbis parte familiaria, & omnibus nota sunt exempla, & tradit in specie *glos. in Clement. 1. de Sentent. excomm.* ubi *Alboy num. 3. Rebuff. de Decimis quæst. 6. num. 23.* cum aliis *in decis. 372. nu. 3. & 4. par. 1. Recent.*

Expediti à primo, & secundo medio, quibus Setini Cathedralitatem probare contendebant, examinandum superest tertium petitum ex aliis signis generalibus Cathedralitatis; Et quoniàm major illorum pars versatur circà plures actus gestos post dictam Bullam Honorii, opportunius duximus de singulis inferiùs habere rationem, quando exponetur secundum Rotæ fundamentum suppressæ Cathedralitatis, quatenus ea unquam extitisset, solumque hoc loci placet respondere ad illas generales conjecturationes ex eo desumptas, quod Setia sit Civitas, & quidem nobilis, plerisque Regum, Pontificium, ipsorumque Conciliorum generalium ditata privilegiis, ac perhonorificis titulis, quodque ab ea prodierint Perillustres Familiæ, & ejusdem generis plura alia, in quibus tota propemodum est Setinorum dissertatio; Hisce enim omnibus unica, eademque brevis occurrit responsio, quod tales prærogativæ suadente, & concludunt, Setiam esse locum nobilem, & antiquis temporibus nobiliorem, & ab exteris, propriisque Principibus in peculiari habitam existimatione, sed non evincunt, Civitatem esse Episcopalem, illiusque Ecclesiam ullo tempore fuisse Cathedralem; Plures enim sunt Civitates, quæ Episcopos nunquam habuerunt, nec habent etiam
22. in Italia, ut de Civitate Nova in Piceno testatur *Centoflor. apud Barbos. in Can. in illis distinct. 8.* & de Civitate Sancti Germani *Rota decis. 196. num. 21. & seqq. par. 19.* & de aliis nobilibus Civitatibus Alemanniæ, Cathaloniæ, & Aragoniæ Episcopatu carentibus testantur allati per *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 4. num. 38.* & generaliter tradunt *Raynald. Corsi indagat. Jur. lib 3. cap. 3. per tot. inter tractat. Magn. tom. 1. Zaz. cons. 28. num. 103. & pluribus seqq. Card. Tusc. litt. C. concl. 280. n. 15. & seqq. Pax. Jordan. lucubr. vol. 1. prælud. 9. nu. 6. & seqq. par. 4. Barbos. de Offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 7. num. 16 Fagnan. in cap. 1. num. 1. & seqq. de privil. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 9. num 58.*; Addito prætereà, quod tametsi Setia pluries suspiciatur nuncupata Civitas, multiplici etiam vice legitur denominata Terra, ut constat ex dicta dis-

dissertatione Setinorum *fol.49. & 67.& seqq.*;
Nec sanè talis denominatio, & vera essentia
Terrę eam expoliat pręrogativâ, & qualitate
loci nobilis, cum etiam plura Oppida destitu-
23. ta Civitatis pręrogativâ sint nobilia, gene-
rosamque faciant nobilitatem, quam exigunt
statuta Ordinum Equestrium nonnisi veros no-
biles admittentium per ea, quæ tradunt *Vasqu.
contr. Illustres lib. 1. cap. 11. num. 25. vers.
Quod, de Marin. lib. 2. resol. cap. 146. nn. 5.
Tiraquell. de nobilit. cap. 2. num. 54. Card. de
Luca de praem. disc. 32. num. 10. & 14. Rota
coram Cels. decis. 266. num. 4. & par. 16. de-
cis. 229. num. 5. & 6.*; Stante autem prędicta
variatione denominationum statui nequit in
dicta conjenctura ullum solidum fundamen-
tum, *Grat. discept. 893. nn. 26. Rota dec. 404.
num. 58. par. 19. Recent.*

Probato, quod Ecclesia Setina nullo tempo-
re fuerit Episcopalis, superfluum est indagare,
an ex Bulla Honorii III. resultet, eam fuisse
cumulativè, vel subjectivè unitam Ecclesiæ
Terracinensi; Cum enim non doceatur de
principio Cathedralitatis, allegare unionem
cumulativam ad suadendam illius perpetuam
24. durationem, est prætendere continuationem,
non docto de præcedenti principio, quod im-
plicat contradictionem, *Francesc. var. resol. di-
cto cap. 39. num. 56. & num. 174. cum seqq.
Rotam coram Bich. dec. 665. nn. 2. coram Cerro
dec. 187. n. 15. & dec. 642. in fine*; Nihilo-
minùs ex abundanti, ultrà procedentes DD. re
excussa convenerunt in sensu, dictam unionem
fuisse subjectivam, adeòut quando etiam ex
suppositione Ecclesia Setię de illo tempore es-
set Cathedralis, vigore talis unionis dictum
25. Jus Cathedralitatis extinctum, ac suppressum
remanserit juxtà proprietatem, & naturam
unionis subjectivę, de qua *in cap. Cum ad Mo-
nasterium §. talis de Stat. Monachor. & in Cle-
ment. unic. §. Præmiss. de supplen. neglig. Prælat.
Murga de benef. qu. 2. n. 337. Card. de Luc. de Paro-
chis disc. 12. n. 14. Rota coram Gregor. dec. 109. n. 3.*
ibiq; *Adden. n. 12. & in Pampilon. Beneficii 9. Ja-
nuar. 1688. §. final. cor. Reverendiss. Hervault Ar-
chiepiscopo Turonensi, & in Firmana Jurisdictionis
20. Martii præteriti §. 12. coram Me*.

Et antequàm exponantur rationes, quibus
moti fuerunt Domini ad declarandā hanc unio-
nem subjectivam, opportunè ad hanc Thesim
prænotarunt, quod licèt dicti Honorii consti-
tutio non præseferat primævam unionem, sed
solùm confirmationem unionis à Prędecessori-
bus factæ, non ideò minùs attendi meretur in
illis, quæ inibi expressè sanciuntur, & dicun-
tur, quam si ageretur de ipso Diplomate unionis
confirmatæ, quia in illa referuntur substantialia
primæ unionis per orationem undiq; perfectam,
26. individuando loca, & res præcisas sub eadem
unione cōprehensas, quando enim referens cō-
tinet perfectam, & determinatam dispositionem
procedētem ab habente potestatem disponēdi,
illi standum est, quantūvis terminus relatus non
reperiatur per ea, quę tradūt *Surd. cōs. 429. n. 23.
& 24. Card. de Luc. de fideic. disc. 118. n. 5. Rot cor.
Merlin. dec. 432. n. 667. utrobiq; n. 6. & in Perusina
Immissionis 27. Februarii 1692. §. Etenim cor. Ursi-
no, & 10. Aprilis 1693. §. Ita quoq; cum seqq. cor.
R. P. D. meo Muto*; Ut hinc propterea hic locum
sibi non vindicet illa generalis Juris pręsumptio
juxta quam, ubi non reperiuntur unionis litte-
27. rę, una Cathedralis censeatur alteri ęquè prin-
cipalitèr unita, de qua *Grat. discept. 893. n. 4. Lez-
zan. tom. 4. consult. in Turri Davidica n. 28. de Luca
de prębem. disc. 7. n. 10. & seq. alter de Luc. ad Grat.
discep. 291. n. 6. Turricell. de union. c. 1. n. 2. Rot. cor.
Bich. dec. 665. n. 7. & seqq. n. 35. & in Valven. Pręe-
minen. 18. Junii 1694. §. Transeūdo cor. b: m: Emer.*

Hoc pręmisso, dignoscendum, qualis unio
sit, dicaturque cumulativa, quęve accessoria,
& subjectiva, Doctores eam statuere distinctio-
nem, quod aut verba Pontificis unientis ęqua-
liter diriguntur in Ecclesias, quę uniuntur, ut
puta, si dictum esset, Ecclesias A. & B. unitas
28. esse volumus, & tunc unio est ęquè principa-
lis, & Cathedralitas omnium Ecclesiarum con-
servatur, istique sunt termini unionis, de
qua loquitur *Textus in Can. Et temporis quali-
tas 16. quæst. 1.* ibi: *Ut Cumanam, atque Mu-
sitanam unire debeamus*, & aliarum relatarum
apud *Murg. ad Constit. Bened. post. decis. 19. n. 19.*
& erat casus *in illa Viterbien. coram Cavaler.
decis. 330. num. 3. & in alia Ampurien. seù Ci-
vitaten. Unionis 19. Junii 1682. coram bo. me.
Ursino*; Aut verò una Ecclesia unitur alteri,
& unio est accessoria, subjectiva, & tituli ex-
tinctiva, ut magistraliter, & eleganter docuit
Gloss. in Can. Et temporis 48. *caus. 16. quæst. 1.
in verb. unire*, idemque ait alia *Glossa in cap. 1.
verb. uniendo, nè Sed. vacant.* & communiter
tradunt *Fagnan. in cap. Novit num. 3. nè Sede
vacante, Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 8. n. 61.
& 173. Garz. de Benefic. par. 12. cap. 2. n. 55.
Rota decis. 114. nn. 8. & 12. par. 2. divers. &
in Firmana Jurisdictionis 14 Junii 1688. §. Res-
pectu verò, & seqq. coram Rondanino, & in Pro-
vinciarum Ordinis Beatæ Marię de Mercede super
Jure praecedendi 23. Januarii 1692. §. 2. cor. Emer.*

Quare cum verba unionis, de qua est sermo
non cantent, quod Ecclesiæ Terracinensis, Pi-
pernensis, & Setina fuerint simul unitę juxtà
primum distinctionis membrum, sed quod se-
cunda, & tertia fuerint primæ annexæ, & uni-
tę, ibi: *Pipernensem, & Setinam Ecclesias ei-
dem Terracinensi Ecclesiæ in perpetuum unitas
manere decernimus*, applicantur termini secundi
membri distinctionis pro unione subjectiva;
Fortiùs, quia enunciatur facta unio cum om-
nibus Juribus earundem Ecclesiarum Setię, &
Piperni, quę verba ostendunt, unionem fuisse
subjectivam; Quandò enim est ęquè princi-
paliter facta, Jura non accedunt alteri, sed
rema-

29. remanent penès Ecclesias, ad quas anteà spectabant, *Turicell. de union. cap. 3. num. 8. & seqq. Rota decis. 49. num. 4. par. 15. & in Ampurien. sivè Civitaten. unionis 3. Julii 1684. in principio coram Ursino, & in dicta Romana Jurisdictionis 14. Junii 1686. §. Respectu, & §. Hinc non relevat coram Rondanino.*

Nec obstat, quod deficiant verba: *Annectimus, & Incorporamus*; Siquidem hęc verba
30. deserviunt quidem ad certiùs suadendā unionem subjectivam, proùt ad eam magis fortificandam adducebantur *in dec. 49. par. 15. Recent.* & in aliis concordantibus per eam adductis, sed non sunt simpliciter necessaria ad illam evincendam, adeoùt absque eorum concursu non sit verificabilis unio subjectiva, quia etiam exulantibus talibus verbis magistrales Glossę superiùs expensę docent, induci eandem unionem ex eo nempe solùm, quod Ecclesię non insimul uniuntur, sed una alteri annectitur.

Minusque refragatur, quod in eadem Constitutione designantur integra Castra componentia assertam Diœcesim dictarum Ecclesiarum unitarum; Quoniàm hujusmodi dinumeratio Castrorum inhibi facta non fuit ad declarandum, quod eędem Diœceses extinctę, & suppressę non essent; Sed è contrà ad designandum, quod illa efficiebantur Prędia Episcopatus Terracinensis, dùm litteralem, & apertam Simeoni Episcopo, & Successoribus tribuit postetatem de illis liberè disponendi; Et de
31. facto paulò post Constitutionem Honorii Gregorius Episcopus disponendo de Ecclesia sita in Castro Sermineti loco prętensę Diœcesis Setinę, exprimit, quod illa Ecclesia spectabat ad Ecclesiam Terracinensem, se, & Successores nomine Ecclesię obligando pro conteactus observantiâ, ut ex Bulla relata apud *Ughell. in Episcopo Terracinen. fol. 206.* in quod clarè nimis evincit, dicta Castra post unionem habita fuisse de dominio Ecclesię Terracinensis, aliàs de ea non potuisset illius Antistes citra consensum Ecclesię Setinę liberè disponere, ex traditis per *Rot. dec. 537. per tot. par. 5. Recent.* ubi concordantes.

Quemadmodùm movit parùm toties inculcata à Defensoribus Setinis inverisimilitudo, Pontifices voluerunt privare Cathedrâ Civitatem, seù nobile Oppidum Setię Sanctę Sedi immediatè subiectum, & unire Terracinensi Subditę tempore unionis Domui Fregipanę; Quoniàm etiam Civitas Terracinen. in temporalibus suis non caret fastis, inter quę illud summę illius Glorię adscribitur, ut Urbanus II. illùc creatus fuerit Pontifex, & Magnus ille Pontifex Alexander III. apud Terracinēses tutamen adversùs Pseudopontifices invenerit, ut refert Ciacconius in Vita dd. Pontificum; Cæterùm in eo Terracinensis Ecclesia Setinā longè præcellere visa est, quia ejus Cathedram
32. mediante creatione Epaphroditi Episcopi ipse Apostolorum Princeps instituerat, & erexerat Testibus *Card. Baronio tom. 1. Annal. ad annum 46. Sammont. Histor. Regn. Neapol. c. 12. Ughell. in Episcop. Terracin. fol. 199. num. 1.*; Sicq; attenta qualitate tàm perantiquæ Ecclesiæ, nil mirum, Pontifices cuesse & disposuisse, ut augeretur illius Diœcesis. Quin retrahi potuerint, ex quo in feudum à Fregipanis detinetur, cum Domus Feegipana sit clarissima, & inter familias Romanas tunc ita præpotens, ut cum ipsius Gentilibus Matrimonio copulari non sint dedignatæ filiæ Principum Supremorum, ipsorumque Constantinopolis Imperatorum, ut refert *Chronico Fossæ novæ apud Ughell. tom. 1. par. 2. num. 463.* & plenè *Zazzera, & Crescentius de familiis nobilibus Italiæ in Genealogia hujus familiæ*, & recenter *Altimar. in Historia familiæ Carafæ tom. 3. fol. 262.*

Gravia sunt momenta hactenus exposita pro evincenda unione subjectiva, proque cumulativa excludenda, tanquam eruta ex visceribus ipsius Constitutionis Honorii, sed graviora manent eam lucidiùs comprobantia, quæque subministrat observantia proba, & fidelis Constitutionum omnium interpres *l. de interpretat.*
33. *ff. de legibus*: Revolutis quippe Actis omnibus Consistorialibus, quę usque modò servando servari potuere, compertum fuit in vacationibus omnibus semper propositam fuisse Ecclesiam Terracinensem, nulla prorsùs habita mentione Setinę, prout factum fuisset, ubi hu-
34. jusmodi Ecclesię essent cumulativè unitæ: In contingentia namque vacationis ambarum fit expressio, utraque declaratur Pastorali Regimine destituta, ambę pręconizantur, proponuntur, & providentur, & utrique Capitulo litterę Apostolicę diriguntur, ut aliis adductis; notavit *Rota decis. 270. num. 25. coram Bich.*, quare cum in sensum cadere nequeat, Pontifices post unionem Ecclesiam Setinam vacantem reliquisse, *Rot. dec. 404. nu. 21. par. 19. Recent.* pernecessè dicendum est, eam concomitanter cum Terracinensi non providisse intuitu d. unionis subiectivę, de cujus essentia est, ut Ecclesia sic alteri unita amittat Titulum,
35. efficiaturque membrum ejus, cui unitur, & propterea nunquam principaliter impetratur, & providetur, per ea, quę tradunt *Hoieda de incompatibilit. Benef. par. 2. cap. 3. nu. 2. vers. nec opus est, Paris. de resign. lib. 10. quæst. 2. num. 36. Gratian. discept. 292. nu. 4. Tarricell. de Union. cap. 3. a. 17. Card. de Luca de præmin. disc. 2. num. 24. Rota coram Cavaler. decis. 330. num. 2. & seqq. coram Bich. decis. 280. nu. 27.*

Non subsistente, quod Rota aliquoties canonizaverit Unionem ęquè principalem, tametsi non constitisset de ambarum Ecclesiarum
36. propositione in Consistorio: quippe quod nullum ex exemplis ad hanc rem deductis hujusmodi probat assumptum, de Civitatensi namque unita Ampuriensi habitam fuisse men-

tionem in Concistorio testatur *Card. de Luca de praemin. disc. 7. num. 18. & Rota in saepè citata Ampurien., seu Civitaten. Unionis 19. Junii 1682. §. Constat coram Ursino:* Eandemque mentionem factam fuisse de Cathedrali Ecclesien. unita Calaritanae litteraliter exprimitur *in decis.* 806. *coram Dunoz. Jun. sub. n.* 2. & 4. exemplum demum Causae Caesaraugustanae inallegabilis redditur ex defectu applicationis. In illa quippe agebatur de unica Cathedrali constituta ex duabus Ecclesiis materialibus, & non de geminis Episcopatibus, binisque distinctis Cathedralibus, ut videre est penes *De Luc. de praemin. disc. 4. num.* 10. *Lezzana de Cathedra S. Maria del Pilar. cap. 3. nu.* 194. & *nu.* 345. *cum seqq. Rota coram Bieb. dec.* 640. *num.* 14. ideoque mirum non est dictam Ecclesiam fuisse semper in Concistorio propositā in genere, & sub denominatione Caesaraugustanae tantùm, cum tale nomen conveniat, utrique materiali Ecclesiae, ex qua constituitur.

Actis Concistorialibus accedunt Libri Cancellariae, Datariae Apostolicae, & Secretariae Brevium, ex quibus etiam evidenter comprobatur observantia pro unione subjectiva; In quamplurimis namque Provisionibus Canonicatuum, & Beneficiorum Setiae, suique Districtus Pontifices Ecclesiam Setinam semper denominarunt Collegiatam Dioecesis Terracinensis, nec aliter ferè semper illam intitularunt ipsimet Setini occasione impetrādi hasce Provisiones, atque inter alia documenta ad id exhibita notabile est transcriptum *in Summ. Terracinensium sub Num.* 26. Idemque patet ex pluribus Constitutionibus Apostolicis, & signanter ex trigesima in ordine sa. mem. Alexandri VII. in qua inter alios Conclavistas recetur Petrus Paulus Pontinus Clericus Terrae Setiae Terracinen. Dioecesis, & ex altera Constitutione Clementis IX. in ordine *la* 3. & Clementis X. *la* 2. ex quibus omnibus clarum consurgit argumentum exclusivum Cathedralitatis; Nam aliàs Ecclesia Setina propriam,
37. & distinctam cum separatis praeeminentiis retinuisset Dioecesim, atque in Libris Datariae; & Cancellariae à Terracinensi contradistinctim descripta nosceretur ex notatis per *Fagnan. in cap. cum certum sub num.* 25. *de majorit. & obed. Francesc. var. resol. cap.* 19. *num.* 97. & 208. *Corrad. in prax. dispens. lib. 7. cap. 4. n. 2. Rota coram Merlin. decis.* 264. *nu.* 5. & *dec.* 5. *num.* 15. & *decis.* 407. *num.* 15. *par.* 19. & *in Nullius, seù Fulden. Jurisdict.* 28. *Junii* 1700. *§. Pariterque coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Quin praefatae expressiones tribui valeant errori, ignorantiae, seù neligentiae expeditorum; Nil enim facilius erat Setinis, habitis litteris, & Brevibus Apostolicis qualificantibus eorum Ecclesiam Collegialem Subditam Terracinensi Dioecesi reclamando, ostendere hunc errorem, adeò grave pervetustae eorum praetensioni ingerentem praejudicium, haneq; instantiam meliùs caeterorum promovere poterat obtinens provisionem Beneficiorum, de qua *in d. Summ. Num.* 26. utpotè praeminentiarum Patriae Ecclesiae apprimè instructus residens in Urbe, & tunc in hac Curia nostra prima advocationis occupans subsellia. Ideo cum Setini semper siluerint, dictisque litteris usi, Canonicatus, & Beneficia possederint, actuque possideant, inferre licet, duram agno-
38. visse Provinciam obtinendi diversam expressionem, stante inveterato stylo Datariç, & Cancellariae subnixo rei veritati, ut ad propositum ratiocinatur, *Rota in Tarraconen. Jurisdictionis* 2. *Decembris* 1701. *§. Secundo quia, & §. Tertio demum coram Me*, & consequenter quod semel facto comprobarunt, retractare nequeunt illa
39. generica, & vaga exceptione erroris, adversus quam militant Jurium omnium praesumptiones, *Bald. in l. Imperator la* 1. *num. ff. de sent. hom. Alciat. de praesumpt. reg.* 3. *praesumpt.* 21. *Rota decis.* 273. *num.* 2. *par.* 4. *Recent.* & in specie Officialium Datariae *in dicta Tarraconen. Jurisdictionis coram Me §. Progrediendo.*

Nihil suffragantibus documentis in oppositum adductis. Non quidem ullum obicem praestat Epistola Joannis XXII. anno 1332. conscripta Raymundo Episcopo Sessinen.; Un-
40. de eliciebatur, quod post Unionem Episcopi promiscuè denominati fuerint Terracinenses. & Setini. Hujusmodi quippe documentum plurimis scatere visum fuit improprietatibus, & aequivocis: Quorum alterum colligitur ex ipsa inscriptione, quae Epistolam non dirigit ad Episcopum Setinum, sed ad Episcopum Sessinen. Alterum, & notabilius ex eo animaduersum fuit, quod anno 1332. Ecclesiae Terracinensi, & per consequens Setinae non praeerat Episcopus Raymundus, sed Sergius, qui electus anno 1326. obiit anno 1348. ut testatur *Ughell. in Episcopat. Terracin. num.* 25. Tertia improprietas colligitur, ex quo eadem Epistola Sessinam denominat Terram, ubi juxta generalem consuetudinem Terrae non gaudent honorificentiā Episcopatus, ex latè traditis per *Frances de Ecclesia Cathedrali cap. 4. per tot.*; Quod si in hac parte Ministri d. Pontificis tunc Avenione moram trahentes errare potuerint ob praesumptam imperitiam locorum Provinciae Romanae, ut motivabant Setini, ex eadem ratione adamussim melius replicabantur Terracinenses illos in hunc alium labi potuisse errorem, dandi Sessinae Episcopum, quem nunquam habuerunt, ideoque in praefato documento tot aequivocis, & manifestis erroribus referto nullum constitui potest solidum fundamentum, prout ad hunc effectum requiritur ex supra firmatis.

Et licèt hujusmodi censurae non supponitur Breve Clementis IX. directum Episcopo Setinensi

nensi concedens cuidam Sacerdoti Setino licentiam deferendi Piliolum in Missę Sacrificio, immune tamen non est altera satis notabili animadversione, antedictam scilicèt enunciativam esse recentissimam, & de directo contra-
41. riam pluribus aliis antecedentibus, & subsequentibus, adeout vel tanquam erronea, vel uti suggesta à Parte interessata, nullatenus suffragatur, *Gratian. discept. 893. num. 24. Rota coram Cerro dec. 587. num. 4. & 5. & dec. 56. num. 38. par. 19. Recent.* Eademque responsio occurrit Inscriptionibus, quæ leguntur in lapide Sepulchrali unici Episcopi tumulati in Ecclesia Setina cum denominatione Antistitis Terracinensis, & Setini, quod nempe, utpote recentissima monumenta ab ipsismet Setinis confecta eorum favore nullum probationis genus constituunt, ut præter mox allegatos firmavit in specie, *Rota dec. 5. n. 26. par. 13. Recent.*

Nec obumbratur observantia Terracinensibus assistens, ex eo quod Setiæ adsit Cathedra, sive Thronus Episcopalis, quod ibi Episcopi continuò resideant, functiones Pontificales expleant, Tribunal, Vicarium, Familiam armatam, & Carceres detineant: Siquidem hæc omnia ab ea processerunt causa, quod Episcopi Terracinenses, vel sub prætextu asserte insalubritatis aeris Terracinę, aut ob alicujus ejus partis devastationem, aliasque calamitates passas ex bello sub Pontificatu sa. me. Pauli IV. in Latium ingruente Setię moram in aliquibus anni mensibus trahere cęperunt, ut notorium est, & testatur *Ughell. in Episcopo*
42. *Terracinensi vers. Setium.* Cęterum pręscindendo ab hac responsione, nullum ex dd. argumentis concludit Cathedralitatem, nam Episcopus potest in quacumq; parte suæ Diœcesis etiam ubi non adest Cathedralis Thronum, sive Cathedram Episcopalem erigere Palatium, Carceres, Familiam armatam, & Tribunal retinere, ex resolutis *in decis. 270. num. 27. coram Bichio, & in Hispalen. Visitationis 30. Aprilis 1699. cor. Me.*

Nec aliquid confert pro Cathedralitate retentio Mitrę, ut probat *Fagnan. cap. cum cer-*
43. *tum num. 29. vers. quinto de majorit. & obed.* Ingressus solemnis Episcopi, & Dedicationis Ecclesię celebratio sunt signa equivoca, *Rota decis. 56. num. 43. & decis. 404. num. 64. par. 19. Recent. Frances dicto cap. 39. num. 106.* Fortius pro eo quod respicit ingressum, quia in facto probatum est, Episcopos primum capere possessionem Ecclesię Terracinensis, & deinde Setiam accedere, ubi de Jure inter Cathedrales eque principaliter unitas servari so-
44. let respectu hujusce functionis alternativa, ut consuluit *Vermigl. resp. 151. per tot.* Seminarium licèt materialiter existat Setię, re vera tamen non est, nec nuncupatur Setinum, sed Terracinense: Oleorum Sanctorum Consecratio unica tantum vice expleta fuit Setię, & millies Terracinę: Unde unicus actus con-

funditur à tot idem contrariis ex firmatis in *Firmana Jurisdictionis 18. Aprilis 1701. §. 19. coram Me*, & postrema Consecratio dedit
45. Causam huic liti; adeoque nullatenus venit consideranda ex vulgatis, de quibus *in dicta Firmana num. 20.*

Circulus, quem Canonici Setini in eorum Ecclesia faciunt Episcopo, nec minus concludit Cathedralitatem, cum hujusmodi Ceremonialis functio incongruum non est, ut fiat
46. etiam à Canonicis Collegiatarum Insignium *Ceccoper. lucubrat. Canon. lib. 3. num. 88.* Vicarius Generalis est unicus, nec suum distinctum obtinet Setia, prout habere solent duę Ecclesię Cathedrales cumulativè unitę, & de tempore Sedis vacantis unicus à Terracinensibus
47. deputatur Vicarius Capitularis pro tota Diœcesi, & nunquam Canonici Setini suum proprium elegerunt, ex quo univocum, & concludens promanat argumentum Cathedralitatem excludens, *Fagnan. in dicto cap. cum certum n. 32. de majorit. & obed. Gratian. discept. 893. sub. nu. 15. & 51. Card. de Luc. de praem. in supplem disc. 52. num. 17. vers. accedente, Francesc. var. resol. dicto cap. 39. num. 69. & num. 238. Rota coram Manzaned. decis. 865. nu. 9. coram Pan. dec. 699. num. 1. decis. 35. coram Dunoz. Jun. & decis. 587. in princ. coram Cerro.*

Postremò neque ullum argumentum Cathedralitatis desumi posse visum fuit ex quadam Visitatione Ecclesię Sanctę Marię Setinę facta
48. de ordine Summi Pontificis Urbani VI. non quidem illam arguit annexio Sacrorum Ordinum Canonicatibus dictę Ecclesię, cum juxta Juris Censuram, quę tunc temporis servabatur non adhuc superventa Sacra Tridentina Synodo, Canonici Cathedralis nullum habebant certum Ordinem annexum ex relatis per *Mandos. ad Reg. 18. Cancell. quaest. 1. num. 4. Gratian. discep. 592. num. 3. Rota decis. 421. n. 24. par 1. Recenti*; Quapropter ea provisio demandata fuit pro speciali Ecclesię tunc temporis indigentiâ, quę cum successivis temporibus cessaverit, etiam hodie Canonicatus Ecclesię Setinę conferuntur constitutis in ętate 14. annorum, quę circumstantia, attenta dicta Conciliari dispositione, ut Canonici Cathedralis sint in Ordinibus Sacris constituti, apertè de-
49. clarat, Ecclesiam Setię carere Cathedrali Dignitate, ut in specie arguit *Rota decis. 56. num. 31. & seqq. par. 19. Recent.* ubi concordantes. Minusque ad intentum facit applicatio Mulctarum Camerę Episcopi, & Capituli, nam quod spectat ad illam Episcopi, cum ibidem non exprimatur, de quo Episcopo visitatio sermonem habebat, non est, cur potius de Setino, qui non aderat, quàm de Terracinensi loquutum Visitatorem, veniat interpretandum Cameram Capituli quo attinet, perspicuum est Visitatorem intellexisse de Massa Communi, seu Communi Bursa, in qua redditus Com-

50 munes Ecclesię effervantur: Quam etiam
bubent omnes Universitates, & Collegia ex
traditis per *Klockiu de Ærar. lib. 1. c. 2. n. 16.*

Ordinatio ejusdem Visitationis, ut eveniēte
Vacatione Canonicatuum ad Canonicos spe-
ctet alterius sufficientis electio, tantùm abest,
ut Cathedralitatem evincat, quin potius eam
excludat, eum de Jure Canonicatus Ecclesia-
51. rum Collegialium spectent ad Collationem
Collegii, sive Capituli *cap. 1. de elect. cap. si-
gnificatum de Prabend. Garz. de Benef. par. 5.
cap. 4. num. 58. usque ad 66. Rot. decis. 72. n. 1.
decis. 157. num. 22. par. 7. & decis. 311. n. 2.
coram Cels. & in Melevitana Juris admistran-
di & conferendi 22. Junii 1692. §. 1. coram
Emerix, & in Bononien. Juris conferendi 22.
Aprilis 1697. §. Et quidem coram Ursino*: E
contra verò de Jure collatio Canonicatuum
in Ecclesiis Cathedralibus spectat simultaneè
ad Episcopum, & Capitulum ex iis, quos refert
*Rot. coram Cavaler. decis. 97. 359. & 390. n. 2.
& dec. 1456. nu. 11. & cor. Burat. dec. 805. nu. 1.*
& sequitur *Rota in Palentina Canonicatus 6. Fe-
bruarii 1696. §. Quia Collatio cor. D. meo del
Olmo Magno Mediolani cancellario*, dignumque
demum prorsus ęquivocum deponitur ex de-
mandato Claustro Canonicali, eum istud ita
peculiare, & proprium non sit Canonicorum
Cathedralium, ut convenire nequeat aliis Col-
legiis inferioribus, & profecto eum talia Clau-
stra demandari soleant, ut Clerici constitutis
temporibus prętò sint ad Horas Canonicas
persolvendas, ut notat *Gonzal. cap. quoniam
num. 4. de Vit. & honest. Cleric.* ratio hęc ut-
pote adaptabilis, tam Cathedralibus, quam
Collegiatis exigit, ut in utrisque adsit, con-
stituaturque Canonica; & omissis generalibus
quod Canonici Collegiales debeant insimul
convivere, hęcque vita communis sit alterum
ex signis Ecclesię Collegiatę ex *Text. in cap.
cum ad Monasterium de stat. Monacor. cap. quoniā
§. final. de vit. & honestat. Clericorum*, inquit
Fognan. in cap. postulasti 30. de Jurepat. num. 5.

Et ita utroque Parte acerrimè informante resolutum fuit.

R. P. D. PRIOLO

Romana Juris Tumulandi Luna 5. Martii 1703.

ARGUMENTUM.

Moriente Cardinali in Urbe in quanam Ecclesia tumulari debeat illius Cadaver ostenditur, & plura alia traduntur, & deciduntur super Titulis Cardinalitiis Ecclesiarum in Urbe ad differentiam Ecclesiæ Parochialis.

SUMMARIUM.

1. *Cadaver Card. Defuncti non habentis proprium sepulchrum, nec electâ speciali Sepulturâ tumulari debet in Ecclesia Titulari.*
2. *Cadavera Episcopi, Canonici, & similium, ratione conjugii, seu residentiæ in Ecclesia inibi sunt tumulanda omissa Ecclesia Parochiali ubi objerunt.*
3. *Hominibus licitum est sibi eligere Sepulturam, prætermissa Ecclesia Parochiali pro tumulandis eorum cadaveribus.*
4. *Inter Ecclesiam Parochialem, & Ecclesiam tumulantem dividuntur funeralia.*
5. *Adventus Card. ad Urbem, alia ratione, quàm in ea permanendi, cessare quodamodò facit Jus Parochiale, fundatum in domicilio, & Sacramentorum administratione,*
6. *Cardinales antiquitùs non electâ Sepulturâ sepeliebantur in Ecclesia Lateranensi, sicuti Papa sepelitur in Ecclesia Principis Apostolorum.*
7. *Ratio fundata in Conjugio, & residentia, pro tumulandis Cadaveribus Episcopi, & Canonicorum non est indispensabiliter semper accipienda.*
8. *Canonici non semper habent præcisam residentiam, & ideo tamquam intitulati, eorum Cadavera humari debent in Ecclesia propria.*
9. *Cessante titulo Beneficii, itaut dissolvatur vinculum, cum quo sunt conjuncti Ecclesiæ, cessat etiam Jus sepulturæ titulo annexa.*
10. *Jus sepeliendi magis convenit ex titulo quàm ex conjugio seù residentia.*
11. *Illatio ex identitate seù majoritate rationis substineri debet in Judicando.*
12. *Sepultura particularis adest prò Canonicis, & Beneficiatis, unde desumitur Jus illorum Cadavera sepeliendi.*
13. *Bulla Sixti V. la 55. dat normam Titulis Cardinalium in eorum Ecclesiis.*
14. *Tituli Cardinalium in propriis Ecclesiis habent speciem Diœcesis cum Clero, & Populo tàm in spiritualibus quàm in Temporalibus.*
15. *Cardinalis Defunctus etiam ratione conjugii, sicut Episcopus sepeliri debet in Ecclesia Titulari, prout in Cathedrali.*
16. *Cardinales ex vi, & natura proprii Officii tenentur residere in loco, ubi deget Papa, cujus sunt Consiliarii.*
17. *Cardinalis ratione Dignitatis non eximitur à vinculo legis universalis, sicque comprehenditur sub juribus Parochialibus.*
18. *Contrarium demonstratur.*
19. *Ecclesia una non potest habere plures sponsos, nec unus Sponsus pluribus Ecclesiis præfici.*
20. *Limitatio aut ampliatio facultatum Cardinalium dependet à voluntate Pontificis.*
21. *Plura determinabilia pariformiter determinari debent, si procedant ex eodem fonte.*
22. *Cardinales antiquitus erant Parochi. quorum cura exinde submota fuit, sicque cessat conjugium cum Ecclesia Titulari, & Jus sepeliendi.*
23. *Nomen Cardinalium, undè desumpsit originem, ostenditur.*

24. *Car-*

24. *Cardinales vocantur successores Apostolorum, tanquam consiliarii in Regimine Ecclesiæ.*
25. *Apostoli fuerunt etiam Episcopi in divisione Provinciarum ad prædicandam fidem.*
26. *Præcedentia oritur, si quis priori loco in tabella seu scriptura ponatur.*
27. *Dignitas Cardinalatus, & major illa Episcopatus.*
28. *Ad Dignitatem antiquorum Præsbyterorum, qui assistebant Pontifici, multi aspirarunt.*
29. *Antiquitas rerum semper habet intertitudinem.*
30. *Cardinales in Ecclesiis Titularibus, etiamsi non sint Parochiales, habent Jurisdictionem quasi Episcopalem.*
31. *Sententia verior Doctorum est in Judicando tenenda.*
32. *Fides adhibenda est illis, qui testantur de re pertinente ad proprium officium.*
33. *Interpretatio melior non potest dari, quàm illa resultans ex observantia.*
34. *Peritorum relationi multum deferri debet.*
35. *Libro scripto per Officialem ad actum deputatum fides adhibetur.*
36. *Observantia interrumpitur etiam per unicum actum in contrarium.*
37. *Decretum in re factum semper subsistit, donec probetur revocatum.*

DECISIO XIX.

Obitus clar. me. Cardinalis Radolovich, qui suum Cadaver reliquit sepeliri, prout de Jure, excitavit à somno resolutionem jam coram me captam usque sub die 20. Februarii anni proximè elapsi pro tumulatione Cadaveris clar. me. Cardinalis Pallavicini, nam instante Ecclesia Titulari hodie repropositâ causâ, DD. steterunt in decisis, & quamvis in Jure nihil de novo additum, vel oppositum fuerit, in facto tamen plura ponderata fuere, quæ magis firmam reddunt resolutionem jam captam, qualiter decet decisiones Rotales, quæ normam in posterum judicandi, & disponendi præbere solent.

In præcedenti firmatum remansit, Cadaver Cardinalis hic in Urbe decedentis, quando
1. non habet, vel non elegerit particulare Sepulcrum, deferendum esse ad illius Ecclesiam Titularem, existimantibus DD. hoc speciale Jus potentius esse altero generali Parochiæ, desumendo argumentum ex identitate, vel majoritate rationis, quia si hoc dicitur de Episcopo, Prælato in feriori, Archiepiscopo, Priore, Parocho, Canonico, Beneficiato, & similibus, qui etsi decedant extra limites suæ Ecclesiæ sunt ad eandem deferendi, ut ex auctoritatibus in decisione allegatis; multo magis dicendum veniat de Cardinali Titulari, quia tàm in isto, quàm in Ecclesia Titulari quoad Corpus Cardinalis, Jura prædicta eminentiori gradu continentur.

Prædictæ omnes limitationes contra Jus Parochiale admissæ fuerunt à scribentibus pro Parochia, sed iterum impugnabant paritatem,
2. & illationem, ponderando, quod ideo DD. moti sunt ad concedendam particularem sepulturam Episcopis, Prælatis, Canonicis, & aliis supra relatis in præjudicium Parochiæ ex causa Conjugii spiritualis, quod unusquisque habet cum sua Ecclesia, vel ex causa residentiæ, quam faciunt in eadem Ecclesia, quæ cum non concurrant in Cardinali Titulari, cessare etiam debet Jus particulare exclusivum alterius generalis, quod habet Ecclesia Parochialis fundatum in Jure recipiendi Cadavera omnium decedentium intra suos limites.

Plures tamen datæ fuerunt responsiones huic objecto etiam in præcedenti mea decisione, sed ut iterum meliùs hæc exceptio sublata remaneat, præmittendum est, aliud esse Jus justa persolvendi Cadaveribus, & Jus sepeliendi. Utrumque de Jure spectat ad Parochiam ex Juribus allegatis; sed sicut leges civiles hominibus permiserunt etiam post mortem disponere de bonis propriis; Ita Ecclesia
3. indulsit temperato Juris rigore, homines posse disponere de propriis Cadaveribus sibi eligendo propriam sepulturam, ut ex *Text. in cap. omnis de pœnit. & rem ssion. & in cap. ex parte, & in cap. in nostra de sepult.* Cui ulterius additum est, quod si aliquis haberet proprium sepulchrum, vel aliquem particularem titulum illuc deferendo, in illos speciali, non autem in generali Ecclesiæ Parochialis sepulchro tumularetur; Hinc firmo remanente Jure funerandi favore Parochiæ, liberum remansit Jus sepeliendi, & eodem modo divisa quoque fuit quarta; Nam medietas semper remanere
4. debet salva pro Parochia, ratione Sacramentorum, & Exequiarum; altera vero ratione sepulturæ debetur Ecclesiæ tumulanti, ut pluries decisum fuit, & est *Text. in cap. 1. de sepult. & in clement. dudum eodem titulo Laver. var. lucubrat. cap. 17. num. 33.* cum aliis relatis per *Barbos. de Paroch. par. 3. cap. 25. nu. 3. & seqq.* Cum autem modò agatur tantùm de quarta ratione sepulturæ, quia altera medietas non controvertitur Ecclesiæ Parochiali, non sunt confundendæ auctoritates loquentes de una favore alterius.

His ita præmissis, DD. visum fuit non ita rigorosè esse accipiendâ assistentiam Juris com-
5. petentem Ecclesiæ Parochiali, quia Cardinalis Pallavicinus non aderat in Urbe animo permanendi, sed advenerat tantùm à sua Ecclesia occasione anni sæcularis, itaut alienam Domum habitaret, proprium Confessarium conduxerat, & quia paucos post menses Apoplexiæ insultu correptus remansit, incapax fuit illorum Sacramentorum, quæ à Parochis ministrari solent, ac propterea cessare dicebatur Jus Parochiale fundatum in domicilio &

& Sacramentorum administratione.

Et tantò magis assistentia Juris non erat accipienda in toto suo rigore, quia tàm auctoritates allegatæ in præcedenti decisione §. *sed nonnulli*, quàm scribentes pro Parochia
6. jam conveniebant, quod antiquitus Cardinalis decedens in Urbe, si non habebat, vel elegerat particularem sepulturam, erat de Jure sepeliendus in Ecclesia Lateranensi, discrepabant solùm in hoc, quod scribentes pro titulo ajebant successisse Ecclesiam Titularem Lateranensi quoad Cardinales, prout quoad Pontificem successit Ecclesia S. Petri; Scribentes verò pro Parochia dicebant subingressam fuisse Parochialem; In præsenti tantùm satis est reflectere, quod si de Jure Cardinales erant antiquitus sepeliendi in Ecclesia Lateranensi, in comperto habemus, quod assistentia Juris non est ita clara favore Parochiæ quoad omnes Cardinales circa sepulturam, cum in eisdem Cardinalibus concurrat eadem qualitas, qua mediante sepeliebantur in Ecclesia Lateranensi, & solùm ex quo invaluit consuetudo, quod non electâ sepulturâ Summus Pontifex sepelitur in Basilica Principis Apostolorum, Cardinales sunt sepeliendi in propria Ecclesia Titulari.

Remotâ hac rigorosâ assistentiâ Juris, removetur etiam ille rigorosus sensus, qui exadverso tribui prętenditur, conjugij, & residentię
7. propter quas causas dicitur à Doctoribus concessam fuisse particularem sepulturam Episcopis, Prælatis, Canonicis, Beneficiatis, aliisque similibus personis; Verba enim Doctorum, & quibus utuntur etiam scribentes pro Parochia, talia non sunt, quę valeant inducere strictum, & indissolubile conjugium, ac localem, & continuum residentiam; quia utrumque nomen usurpant tàm quoad Episcopum, quàm quoad Canonicos, & Beneficiatos, ut videre est apud *Lavor. var. elugubrat. tit. 2. cap. 11. nu. 6. & seqq. Dian. tom. 5. tract. 3. resol. 4. Ventrigl. in prax. foren. Eccl. tom. 1. annot. 52. §. unico sub num. 24. Marchett. de sepult. tit. 38. §. 2. n. 42.* & tamen quoad istos certum est nullum intercedere conjugium cum Ecclesia, neque tenentur ad localem, & continuam residentiam,
8. quia de facto Canonici, & Beneficiati regulariter habent propriam Domum, & se confertur ad Ecclesiam, solùm quando illorum officium, vel servitium personalem assistentiam requirit; Quocirca dicendum est, quod illi in ea Ecclesia in tantum sepeliuntur, in quantum ibidem reperiuntur intitulati, & cum ea sunt anima una, & cor unum, ut observant *Franc. de Cathed. cap. 17. num. 17. Amostaz. de caus. piis lib. 6. cap. 8. nu. 74. & 76. ac Bellet. disquis. cler. par. 1. tit. de Cler. debit. §. 3. n. 11.* Imo si per resignationem, aut alio modo cessaret titulus Beneficii per dissolutionem illius unionis, cum qua conjuncti sunt Ecclesię, in
9. qua Beneficium retinent, cessaret etiam Jus sepulturæ eidem titulo annexum, ut tradunt *Tondut. resol. benef. cap. 114. num. 14. in fine Sebast. Medic. de sepult. quæst. 7. num. 8. cum seqq. Samuel eodem tract. controv. 13. num. 3. Antonell. de regim. Eccles. cap. 12. n. 32. in fin.* clarum sit, quod ratio sepeliendi non procedit quoad Canonicum, & Beneficiatum propter conjugium, & domicilium, sed ex titulo, quo mediante admittitur Clericus ad servitium illius Ecclesiæ, in cujus assumptione quasi contraxit cum dicta Ecclesia, & sicut ipse tenetur, dum vivit servire eidem Ecclesię, & zelare illius honorem, & utilitatem, ita de tempore sui obitus sepeliri debet in eadem Ecclesia, ut per merita suffragiorum, & intercessionem Sanctorum mercedem recipiat, sed pro dictorum Doctorum conciliatione dicendum est, quod talis conjunctio, qua mediante Clericus fit cum sua Ecclesia cor unum, & Anima una, idem fit ac spirituale conjugium, quod magis latè patet, quàm carnale; & ideo cum prædictis benè convenit, quod dictum est in præcedenti desumptum ex *cap. cum quis de sepulturis in 6.* quod Jus sepeliendi magis pro-
10. cedit ex honore tituli, quàm ex conjugio, seu residentia, & propterea cum hoc sensu Doctorum quis non videt, quod idem optimè dici debet de Cardinali Titulari, nam & iste est ita conjunctus cum sua Ecclesia, ut cum illa Cor unum, & Anima una, sed longe eminentiori modo, quàm Canonicus, & Beneficiatus, quia Cardinali est commissa Ecclesia tam in spiritualibus, quàm in temporalibus omnes Ecclesiæ functiones, vel ab ipso, vel ejus nomine fiunt, & semper insignia Cardinalis exposita videntur, illius negocia auctorizante Cardinali stipulantur, & omnia ab illius voluntate, & arbitrio pendent, unde Jure merito il-
11. latio ex identitate, & majoritate rationis facta substinetur.

Agnoverunt Defensores Jurium Parochialium difficultatem assumpti respectu Canonici, & Beneficati, & aliam allegarunt causam, nempe quod in Ecclesiis adsit particularis sepultura pro Canonicis, & Beneficiatis, ex qua
12. deducitur Jus illos sepeliendi, qua cessante cessare etiam dicitur tale Jus allegando *Marchett. de sepul. tit. 38. §. 2. num. 46. & Amostaz. de caus. piis. lib. 6. de funeribus cap. 8. n. 75.* sed ultra quod sunt singulares, & illis resistunt omnes superius allegati, & ipsemet Amostazius est in ratione sibimet contrarius, dum Jus sepulturæ desumit ex connexione, & cohęrentia, quam habent Canonicus, & Beneficiatus cum Ecclesia, in qua intitulati reperiuntur, ut videre est apud eundem loco supracitato *nu. 76.* adhuc tamen tanquam quid facti esset probandum, quod omnes Ecclesiæ habeant, & habuerint particularem sepulturam pro Canonicis, & Beneficiatis, & quod ista cessante

sepel-

sepeliuntur in Parochiali Ecclesia.

Sed quando omnia etiam in suo rigoroso examine essent accipienda, adhuc concurrunt
13. in Cardinali Titulari, & ad hoc demonstrandum reassumenda est Bulla fa.me.Sixti V.*la* 55. quæ, ut diximus, est basis, & norma titulorum, & ad cujus tenorem etiam hodie specialiter conferuntur, & extra eam quærere veritatem est inter tenebras relicto sole quærere lucem. Ex eadem Constitutione clarè patet, qua intentione instituti sint tituli, qua Jurisdictione sint decorati, & quomodo sint considerandi Cardinales in suis Ecclesiis Titularibus; Cum enim Pontifex primò in alia sua præcedenti Constitutione nempe *la* 50. numerum determinaverit, & ibi qualitas Cardinalium legentibus satis appareat. Exinde quanto sublimior est Summi Pontificis dignitas, & auctæ sunt Apostolatus Curæ ex dilatatione fidei per omnes Mundi Partes benedicente Domino tantò resplendere magis debet Cardinalium gradus ex illa eximia virtute, prudentia, & sanctitate, qua pollere debent, cum sint illius Consiliarii cooperatores, & ut dixit idem *Text.* oculi, aures, ac nobilissimæ Sacri capitis partes, & præcipua illius membra à Spiritu Sancto constituta: Et maximè postquam ex eorum corpore numero, & Collegio Summus Pontifex deligitur, deinde habito respectu ad hanc præexcellentem connexitatem, quam tenent Cardinales cum Summo Pontifice, devenit in ultima sua Constitutione, quę est *la* 55. ad erectionem titulorum sequendo primævam institutionem, illos divisit in tres species, nempe sex Episcopales, quinquaginta Presbyterales, & quatuordecim Diaconales, & sicut per antea vocabantur propriæ Diœceses, ita retento eodem nomine, & confirmata
14. eadem Jurisdictione, quasi Episcopali singulis Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, easdem commisit cum suo Clero, & Populo tam in spiritualibus, quàm in temporalibus regendas, & administrandas.

Et ut magis appareat de intentione Pontificis instituentis, & quid verè voluerit concedere Cardinalibus in dictis titulis, satis est continuãdo ordinem ejusdem erectionis perlegere illa verba: *quod quidem rationi consentaneum videtur, ut quemadmodum Summus Pontifex universali Ecclesiæ Præsidens, & omnium totius Orbis Ecclesiarum cura gerens specialiter tamen Urbis Romæ Episcopus existit, & in ea divina dispositione Sacerdotalis Potestatis Cathedram tenet pari quoque ratione Cardinalibus, quos uti speciales Romanæ Ecclesiæ filios in Apostolici muneris functione, atque in universæ Reipublicæ Christianæ administratione præcipuos, sibique maximè conjunctos habet Consiliarios, & cooperatores in eadem Urbe Roma &c. mansionem, & locum unicuique proprium assignet, cujus quidem loci concessione iidem Cardinales, & sui officii admoneantur, & residentiæ, quam assistendo ipsi Romano Pontifici servare debent, & vel ex hoc magis tanquam in unum corpus compacta membra Sacro Capiti connexa esse, & ab illo dependere clariùs cognoscantur.* Si enim ibidem Summus Pontifex expressè dicit, quod sicut Cardinales sunt Consiliarii, & cooperatores in universa Christianæ Reipublicæ administratione, & Pontifex specialiter Urbis Romæ Episcopus existit, & in ea divina dispotione Supremam Sacerdotalis potestatis Cathedram tenet, pari quoque ratione Cardinales in eadem Urbe Romæ mansionem, & locum assignatum habeant; Ex his sanè verbis non solum, sed etiam ex modo, quo Cardinalibus confertur Ecclesia, non videtur posse dubitari de spirituali conjugio; nam in traditione Tituli ea omnia, quæ necessaria sunt, solemniter adimplentur. Post enim aperitionem oris novus Cardinalis genuflectit coram Pontifice, qui accipit annulum ad hoc præparatum, & illud immittit digito Cardinalis novi, dicendo tunc hæc vel similia verba *Ad honorem Dei Omnipotentis, SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & Sancti illius, ad cujus honorem est fundata Ecclesia Titularis. Cõmittimus Tibi Ecclesiam &c. cum Clero, Populo, & Cappellis suis* si est Presbyter Cardinalis; Si vero Diaconus *cum Clero, & Populo* tantùm, ut refert *Baron. in annal. ad annum* 1338. *nu* 87. cumque talis actus importet matrimonium spirituale inter Cardinalem, & Ecclesiam Titularem, ut in individuo tradit *Peregrin. lib. 6. num. 82. tract. var.* idemque modus practicetur etiam in præsenti ex formula Typis impressa, & data in propositione causæ, sequitur pernecesse, ut ex ratione, etiam spiritualis conjugii Cardinalis sepeliri debeat in sua Ecclesia Titulari, sicuti Episcopus sepeli-
15. tur in sua Cathedrali, ut tradunt *Samuel de sepult. tract. 1. controv. 11. conclus. 5. num. 6. Murg. eodem titulo tract. 2. disquisit. 2. sect. 2. dub. 7. conclus. prima num. 1. cum seqq. Coell. de notit. Card. cap. 16. privil. 38. §. verum Passarin de stat. homin. quæst. 187. art. 4. num. 32. & Amostaz. dicto cap. 8. num. 62.*

Idemque dicendum est etiam ex motivo Residentiæ, quia hæc satis clarè resultat ex verbis ipsius Bullæ, nam ut diximus Ecclesia Titularis Cardinali committitur ad similitudinem, quã habet Summus Pontifex Lateranen. ex illis verbis superius relatis, deinde illi assignat mansionem, & locum unicuique proprium &c. quod facto etiam comprobatur, nam *in cap. ex parte de Cler. non residentibus* Anastasius Presbyter Cardinalis Sancti Marcelli ob non residentiam fuit depositus, & quamvis controversia sit inter DD. an ille privatus fuerit, vel quia deseruerat propriam Parochiam, vel Diœcesim, ut videre est apud *Loter. de re benefic. lib. 3. quæst. 27. num. 54. Selu. de Benefic.*
16. *par. 4. quæst. 3. num. 5.* certum tamen est, quod hodie Cardinales ex vi, & natura proprii

prii officii tenentur residere in eo loco, ubi deget Papa, cujus consiliarii sunt, ut ita consilio illum juvare possint per ea, quæ tradunt *Azor. instit. moral. par. 2. lib. 4. cap. 3. litt. E. vers. quæres an Barbos. de potest. Episc. par. 3. alleg. 53. nu. 12. Borell. in summ. decis. tit. 10. n. 8. Garz. de nobilit. gloss. 48. § Tertio n. 10. German. de Indult. Cardinal. §. Tibi quoad Vixeris num. 1. & seqq.*

Nec contra prædicta faciunt, quæ exadverso ponderabantur, quòd nempe Cardinalis ra-
17. tione dignitatis non eximitur à vinculo legis universalis, ut ait Joannes Monachus *in extravag. prima super glossa in verba Cleric. de sent. Excom. & Rot. coram Ottobono decis. 255. nu. 1.* & potissimum quando agitur de Juribus Parochialibus *Abbas. in cap. omnes num. 3. de major. & obed. cum aliis relatis per Passerin. de statu hominum quæst. 187. artic. 4. num. 4. & Bonacin. de controver. disput. 3. quæst. 32. par. 3. sub num. 6. §. Nono Cardinalem.*

Objectum enim de facili tollitur ex authoritatibus exadverso laudatis; dictum enim fuit, quod Cardinalis de Jure est sepeliendus
18. in Ecclesia Lateranensi, & proptereà ratione dignitatis eximitur ab hoc vinculo Parochiali, ut etiam firmat *Gigas consil. 97. num. 7. & seq.* sed quod magis est in creatione alicujus Cardinalis Summus Pontifex illum priùs absolvit si est Prælatus à vinculo, quo tenebatur suæ Ecclesiæ, & deinde illum creat Cardinalem, ut observat *Baron. eodem anno num. 83. & Petrus Ubald. de Canon. Paroch. cap. 9. num. 31.* expræssè firmat, quòd si Cardinalis fuerit à Papa depositus, vel ipse renunciaverit Cardinalatui, vel non veniat sepeliendus in suo titulo, ex quo deducitur à contrario sensu, quod decedens cum dignitate Cardinalitia, est sepeliendus in suo titulo, nec modo est quæstio, an eximatur à vinculo universali in sensu, in quo loquitur Joannes Monachus, & Rota coràm *Alexandro VIII. dicta decis. 257.* sed an ex causa particulari, nempè sui tituli Cardinalis eximatur à Jure sepulturæ, quod habet Parochia.

Minùs validè excludi prætéditur conjugium,
19. ex quo antè Bullam Sixtinam plures tituli conferebantur uni Cardinali, vel plures Cardinales addicti erant unico titulo, cum unica Ecclesia non valeat habere plures sponsos, nèc unus sponsus pluribus Ecclesiis copulari *cap. plerisque de Offic. Ordinar.*

Nam dato principio veri conjugii per impositionem annuli solemniter factam, ut suprà diximus, & ut advertitur, etiàm à scribentibus in contrarium ubi distinguendo inter qualitatem essentialem Episcopi, & accidentalem dicitur, quod essentialis est esse sponsum illius Ecclesiæ, & talis fit per Immissionem annuli, reliqua, quæ aliquando supervenerunt, & correcta remanserunt per dictam Bullam, non possunt illud dissolvere, quia, & si regulariter sunt incompatibilia, attamen per Pontificiam dispensationem compati possunt, prout de optionibus titulorum quæ fiunt in Concistorio præsente, & approbante Pontifice de Ecclesiis verè residentialibus à quarum vinculo quamvis antè creationem Prælatus eximatur, tamen postquam factus est Cardinalis, ex permissione redit ad suam Ecclesiam, vel aliqua de novo eidem confertur, ut toties practicatum vidimus, prout etiam è converso in non-
20. nullis Pontifices limitarunt Jurisdictionem Cardinalium Titularium, & cum hæc omnia pendeant à voluntate Papæ, qui est absolutus dispensator rerum Ecclesiasticarum, & semper à meliori Bono regulatur non potest dici, quod ideo immutatus est status Titularis, nam in aliqua parte erit quidem diversus à suo principio, sed, ut in totum immutatus remaneret, esset necessaria aliqua specialis constitutio, ut fecit Sixtus in sua pro illarum renovatione, & quòd innovatum non reperitur, dicitur continuare juxtà suam primævam naturam, quòd videmus paritèr in sex Ecclesiis Episcopalibus, quæ licèt sint verè Cathedrales, adhuc tamen optantur, nec personalem residentiam exigunt aliquando conjunctæ reperiuntur cum alia Ecclesia pariter Episcopali in eodem Cardinali. Imò *Gonzalez. in cap. 2. num. 6. de Cler. non residentibus* dicit. quod Cardinales Episcopi excusantur à residentia in propriis Diœcesibus, etsi isti excusantur, multò magis excusari debent alii à suis Ecclesiis Titularibus, quia cum
21. omnes istæ procedant ex eodem fonte, eodem etiam modo veniunt judicandæ.

In vanum quoque ad tollendam obligationem residendi, & cœtera omnia Jura prætéditur recurrere ad primæva Ecclesiæ tempora, in quibus dicitur Cardinales fuisse Parochos, ac deinde felicioribus Ecclesiæ sæculis Pontifices illos assumpsisse ad sibi assistendum in regimine universalis Ecclesiæ, demandatâ Animarum Curâ aliis Parochis, à quibus etiàm nunc regitur independenter à Cardinali titulari, &
22. proptereà translato in alium Sacerdotem hoc speciali conjugio sublata quoque remansit obligatio residendi, eaque cessante, cessasse quoque dicendum est omnia illa Jura, quæ concomitantur conjugium, & residentiam, prout est Jus sepulturæ.

Talis enim discursus potiùs ex præsenti rerum statu, quàm ex realitate facti, ac ex Doctorum consensu desumitur, incertum quippe omnino est apud Doctores, quibus Temporibus adscribendum sit principium hujus dignitatis; nam, ut ait Tomassinus Ecclesiast. rerum exactissimus Investigator de hac materia loquendo in suo tractatu de *Beneficiis par. 1. lib. 2. cap. 115. in principio*, verùm ita comparatum est rerum maximarum, & antiquissimarum maximè latent origines. Cœterùm magis

23. com-

23. communis opinio est, quod sicut *in Canone Sacrosancta distinct. 22.* Apostolica Sedes vocatur Caput, & Cardo aliarum Ecclesiarum, quia sicut cardine ostium regitur, sic hujus Apostolicæ Sedis authoritate omnes Ecclesiæ Domino disponente reguntur, ita illius Consiliarii, & cooperatores Cardinales dicti sint; Quando autem tali nomine usi sint pariter controvertitur intèr DD. & quamvis nullum magis certum principium habeamus, quàm ex Epistolis Divi Gregorii, attamen nonnulli volunt, quod etiam per antea tale nomen usitaretur, ut videre est apud *Tomassin. ad Benefic. par. 1. lib. 2. cap. 113. per totum Azor. Instit. Moral. Parte Secunda lib. 4. cap. 1. Card. Jacobat. de Conc. lib. 1. tit. de Cardin. & Patriarch. vers. similiter non credo fol. mihi 29.*

24. Sed quidquid sit de nomine, Cardinales vocantur successores Apostolorum; nàm Apostoli considerantur duplici modo, nempe antè divisionem, quando tanquam consiliarii assistebant Petro, & res fidei, & regiminis consultabantur, & in hoc statu tanquam Consiliarii Petri representabant Sacrum Collegium, & Cardinales,& post illorum divisionem,& quando unusquisque sortitus fuit suam Provinciam

25. ad fidem prædicandam, & tunc assumpserunt figuram, & Personas Episcoporum, ut referendo ipsamet verba, quibus usus fuit Petrus de Alliaco io suo tractatu de *Auth.Eccles. tradunt Tomassin. de Benefic. part. 1. lib. 2. cap. 114. num. 2. & Card. Jacobat. de Concil. dicto titul. de Card. & Patriarch. vers. sed obviat. præmissis fol. mihi 29.*

In tali munere Petro assistendi successit Clerus superior Romanus, de cujus numero, & qualitate nihil habetur, sed benè ex pluribus illius dignitas clarè colligitur, quia habemus in vitis Pontificum apud *Ciaccon. illa verba*: creatis Presbyteris tot Diaconis, tot, & Episcopis per diversa loca, cumque primo loco

26. nominati sint Presbyteri, & Diaconi ex ipso ordine scripturæ recolligitur illorum præexcellentia respectu Episcoporum, ut observat *Rota coram Merlin. decisione 70. num. 5. & in recent. decis.242. num. 14. part.16. & dec.156. num. 5. par. 17.* & quamvis ordo Episcopalis sit superior Presbyterali, & Diaconali, attamen ratione officii Presbyter, & Diaconus Cleri Romani, quia assistebant Pontifici in gubernio universali, præferebantur Episcopis, prout dicitur de Archidiacono respectu Episcopi, qui ratione sui officii præfertur Presbyteris, ut advertit *Card. Jacobat. ubi suprà dicto versiculo sed obviat.* Et forsan ex hac prærogativa originem habere potuit, quod tales Presbyteri, & Diaconi denominati sint Cardinales, vel ratione officii, vel ad distinctionem aliorum, quos in propria Ecclesia habebant, & illis præeminebant.

Et hoc magis colligitur ex duabus circumstantiis facti, primò nempe, quod ex decreto Stephani Quarti intentato etiam anathemate vetitum erat Episcopis aspirare ad Sedes Presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium Ecclesiæ Romanæ, & secundò, quod Cardinales Ecclesiæ Romanæ ad Ecclesias Episcopales foras non mittebantur à Summis Pontificibus, nisi de eorum consensu, ne exauthorare potiùs eos, quàm promovere viderentur, ut observat *Thomassin. de benefic. part. 1. lib. 2. cap. 115. num. 7. & 9.* & propterea si Episcopi aspirabant ad eorum Sedes, & isti renuebaot assu-

27. mere dignitatem Episcopalem extra Urbem Romanam,ad evidentiam demonstratur illorum dignitatem esse magis excellentem, neque ista ex alia causa provenire poterat nisi ex assistentia, quam præstabant Pontifici, ac ex potestate eligendi Summum Pontificem, & quia plerumque ex ipsorum Sacro Collegio eligebatur, quia proprium illorum munus respicit Ecclesiam universalem, illud verò Episcopi propriam, & particularem tantùm.

Datà hac insigni prærogativà, & assistendi Summo Pontifici in Regimine universalis Ecclesiæ, & cœteris præferri, nil mirum si ad

28. eandem dignitatem, vel saltem usurpando illius nomen, quamplures aspirarunt, ut observant *Marian.de rebus Hispaniæ lib. 10.cap.6. Germon.de Sac. Immunit. lib. 3. cap. 6. cum aliis relatis per. Azor. Instit. Moral. par. secunda lib. 4. cap. 1. litt. C. Tomassin de Benefic. dicto cap. 115. num. 2. & 9. Card. Jacobat. de Concil. dicto tit. de Card. & Patriarch. versic. similiter fol. mihi 19.* Quod etiam alii tam in urbe, quàm extra Episcopi, vel Presbyteri Cardinales vocabantur, prout regulariter in rebus humanis evenire solet, quia semper ad celsiora aspiramus instinctu Animæ nostræ, in cujus gratiam cecinit Psalmista: *tunc satiabor cum apparuerit gloria tua*: sed veri, & proprii Cardinales hoc additamento Ecclesiæ Romanæ distinguebantur, dum alii simpliciter Cardinales nuncupabantur.

An autem de istis, vel de veris Cardinalibus dici debeat, quod Cardinales Parochi dicerentur, & illorum munus exercerent in docendo Populum, & illi Sacramenta mini-

29. strando, & an tunc temporis tale officium esset proprium Parochorum prout in præsenti, seù potiùs exerceretur ab ipsismet Episcopis prout in principio nascentis Ecclesiæ, omninò incertum est, nam ipsimet DD. allegati incerti sunt, ut videre est apud ipsummet *Gonzal. in dicto cap. 2. num. 6. de cler. resid.* ubi explicando casum Anastasii Presbyteri Cardinalis Tituli Sancti Marcelli à Concilio depositi dicit: sed an Cardinalis ille absuisset à propria Parochia, an verò à Diœcesi oon consentiunt Interpretes, unde benè in præcedenti mea decisione dictum fuit superfluum fore antè Bullam Sixti antiqua investigare, quià nihil

hil

hil certi habebatur, in quo firmari resolutio posset, sed ex necessitate prædicta recolligere opportuit ad demonstrandum subsistentiam omnium narratorum in Bulla, quod assignatio tituli non provenit ex simplici Parochialitate, itaut ista deficiẽte deficere etiàm debeat omne Jus, & quæcumque prærogativa, quam habet Cardinalis Titularis in sua Ecclesia, sed cum ista principaliter procedant à dignitate, assistentiâ, & vicinitate, quam habent Cardinales cum Summis Pontificibus, qui, ut dixi, appellantur aures, & oculi illius, istis adhuc durantibus, imò quam plurimum auctis ex quo benedicente Domino, Ecclesia quantalibet fidelium numerositate jàm dilatata reperitur, continuare etiam debent illorum prærogativæ maximè annuente Summo Pontifice, & si omnia non correspondent, omninò non est dicendus defectus, sed tribuendus potiùs dignitati, ex qua majoribus intenti Cardinales minora cœteris demandarunt. Tantò magis quia Ecclesiç Titulares non sunt omnes Parochiales ex qua circumstantia ad evidentiam demõstratur, quòd tituli Cardinalibus non fuerunt assignati vigore Parochialitatis,& per consequens neque ista cessante cessare debent illorum prærogativç,prout continuant in exercitio propriç omnimodç Jurisdictionis quasi Episcopalis dum elevãt Baldachinum, incedunt Rochetto discoperto,admittunt ad osculum Clerum,impartiũtur benedictionem Populo,ac Beneficia confe-
30. runt Hinc Doctores authumarunt non solùm, quod Cardinalis habeat jurisdictionem quasi Episcopalem,ut innuit allegata Constitutio,sed quod trascendat etiam ad veram Episcopalem, ut videre est apud *Abbatem Felin. & Butr.in c. bis,quæ de major.& obed. Imol. in clement.ne Romani de elect.Joannes Monacus in c.1.de Major.& obed.in 6.Ludov.Roman.cons.*498 *Card.Alban. de Card.quæst.*46.*& Mandos.ad regul.Cancell.regul.*7. *quæst.*2.*n.*10.*& Azor.Inst.t.mor. par.*2.*lib.*4.*c.*3. *litt. B.* sed de hac qualitate modò non est quæstio,cum sufficiat inpræsenti,quod tanta sit,ut illi tribuat controversum Jus sepulturæ.

In quo considerari debet etiàm interesse Ecclesiæ, nam talis assignatio Tituli facta non minùs legitur in honorem Cardinalium, sed ut Ecclesiarum quoque utilitati consulant non minùs circà Bonorum temporalium administrationem, sed etiàm, ut illas instaurent, & exorent, ut tantorum Præsulum dignitati correspondeant, cum reliquis in §.*Decimo contentis*, & quia hoc laudabile Pontificis intentum facilius consequi poterit, si cadavera Titularium ad eas deferrentur, ideoque cum concurrat in Ecclesia Titulari in isto casu tam Jus activum,quàm passivum funerandi cadavera suorum Præsulum non est privanda tali Jure, ac commodo.

His omnibus accedit opinio Doctornm asserentium cadavera Cardinalium Titularium esse deferenda ad Ecclesias Titulares, quando vel non habent, vel non elegerunt particula-
31. rem sepulturam, & cum non habeant contradictorem eorum sententia est in judicando sequenda juxta firmata per *Jason in leg. penultima num.* 21. *Cod. de pact. Becc. cons.* 23. *num.* 6. *Surd. decis.* 229. *num.* 36. *& Rota in recent. decis.* 122. *num.* 16. *par.* 5.

Et malè opponebatur contra dd. Auctores, quod tantùm se fundant in consuetudine,quam ipsi tanquam exteri erroneè allegant, cum nullus ex nostris hoc audeat dicere, sed magis erroneum est partis objectum, quia præfatæ authoritates optimè se fundarunt in allegata observantia illam desumendo ex eo,quod sicuti invaluit consuetudo, quod non electâ sepulturâ Summus Pontifex sepelitur in Basilica Principis Apostolorum, ita Cardinales sunt sepeliendi in propria Ecclesia Titulari, ut firmant auctoritates allegatæ in §. *Et ut magis*.

Et quod allegata consuetudo subsistat in facto, pluries experientia nos docuit, & docuit etiam exteros, qui sunt magis solliciti, quam nos de his, quæ hic peraguntur; Ex revolutione enim actorum in memoriis Magistrorum Ceremoniarum quatuor casus fuerunt reperti, qui illam comprobant ultra unanimem attestationem modò factam ab omnibus Ceremoniarum Magistris, quibus tamquam in re ad pro-
32. prium officium pertinente omnis fides est adhibenda *Rota coram Gregorio decis.* 126. *n.* 1. *& Buratt. decis.* 419. *num.* 6. *& in recent. decis.* 154. *nu.* 13. *par.* 7. Primus casus est Card. de Ruberis de anno 1519. qui juxta attestationem Petri de Crassis Magistri Ceremoniarum, & postea Episcopi Pisaurensis secundum Sanctionem factam à Concilio Lateranensi sepultus fuit in sua Ecclesia Titulari; Secundus est Cardinalis Vitellii, qui pariter, ut habetur ex memoriis Cornelii Firmani *tom.* 12. *Diariorum pag.* 178. de anno 1565. ad annum 1573. sepultus est in Ecclesia Titulari S. Mariæ in Vialata; Tertius est Cardinalis Sarnani, qui de anno 1596. juxta sensum Guidi secundi Magistri Ceremoniarum, & decretum Cardinalium, qui funeri interfuerunt sepultus fuit in sua Ecclesia Titulari, ut refert *Ciacconius in vita Sixti V. tom.* 2. *fol mihi* 166. Quartus demũ est ille Cardinalis Gualterii de anno 1673. qui pariter ex dicto Servantii Magistri Ceremoniarum sepeliendus erat in Ecclesia Titulari, quamvis sepultus fuerit in Ecclesia Sanctæ Agnetis in Platea Agonali; cumque in his casibus, in quibus non fuit electa sepultura à Cardinali defuncto juxta opinionem Magistrorum Ceremoniarum semper prævaluerit Ecclesia Titularis, certum est, quod pro resolutione prætensæ controversiæ
33. melior, & securior interpretatio haberi non potest, quàm illa, quæ resultat ex precedenti observantia, ut tradunt *Soccin. Sen. cons.* 145. *num.* 2.

num. 2. lib. 1. *Onded. conf.* 42. *num.* 3. *lib.* 1. *Rota cor. Rojas decis.* 491. *nu.* 22. & *decis.* 279. *num.* 7. & *coram Alexandro VIII. decis.* 165. *num.* 20.

Et quod valde observabile est, omnes isti actus præter factum fundati reperiuntur in Jure, nam in primo præter opinionem Petri de Grassis adest decretum Concilii Lateranensis; In secundo in margine scriptum legitur, quod regulariter Cardinales sepeliuntur in Ecclesiis suorum Titulorum, nisi aliud ante mortem statuerint. In tertio ita Magister Ceremoniarum testatus est, & ita Cardinales decreverunt; In quarto demum Servantius dixit, quod Card. Titularis non electâ sepulturâ sepeliendus est in Ecclesia Titulari eo modo, quo Cadaver Episcopi spectat ad suam Cathedralem, & ulterius moderni Magistri Ceremoniarum testantur in Indice penes ipsos existente adnotatum reperiri usq; de anno 1598. fol. 81. quod Cardinalis ab intestato defunctus sepeliēdus est in sua Ecclesia Titulari, non autem in Parochia; ista enim unanimis opinio à tot viris emanata in hac materia expertis, & in publicis diariis re-
34. lata pro memoria rerum gestarum, & pro norma etiam faciendarum magnam authoritatē in judicando facere debet ad *Textum in leg. septimo mense ff. de stat. homin. Rot. coram Emerix decis.* 495. *num.* 2. & *decis.* 474. *num.* 6. & *in rec. decis.* 154. *num.* 9. *par.* 10. & *decis.* 5. *num.* 7. *par.* 17.

Agnoverunt Defensores Ecclesiæ Parochialis, quod talis observantia non poterat amplius impugnari, & quantam vim habeat in omnibus, & præcipuè in istis casibus, ideo totis viribus illam sibi favorabilem ostendere curarunt, sed inutiliter; nam primus casus Cardinalis de Rubeis non benè tollitur, ex quo inter acta Concilii non legitur descriptus, nam ex tali omissione non benè arguitur ad negativā, quando habemus actum positivum ex ipsis Dia-
35. riis Magistrorum Ceremoniarum, qui circa materias ad eos spectantes plenam fidem facere debent *Bartol. in leg. quædam §. Numularies num.* 4 *ff. de edend. Ruin. cons.* 53. *nu.* 9. *lib.* 4. *Mascard. de probat. conclus.* 671. *num.* 9. *Corrad. in praxi beneficiaria lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 255. & *Rota coram Seraphino decis.* 1088. *num.* 4.

Contra secundum nihil prorsus opponunt, sed omni conatu se convertunt ad tertium, & quartum, & contra Tertium adduxerunt quandam adnotationem cujusdam Magistri Ceremoniarum, sed anonimi, & qui neque talem se ostendit ex verbis valdè impropriis, quibus in eo utitur. Admittit nempe relationem Guidi, & decretum Cardinalium, sed ex quo fuerunt porrectæ preces Pontifici, supponit causam fuisse remissam Magistris Ceremoniarum, & quod lis adhuc pendeat, & dubitat decretum Cardinalium fore revocandum, quia fundatum erat in verbis Guidi, qui asseruit hoc caveri in Ceremoniali, quod non sine nostro, imo potius ejus dedecore, erit qui temerariâ suâ audaciâ, & præsumptione falsa asseruit; sunt verba data *Summario Parochiæ num.* 3.

Sed ista verba contra proferentem retorqueri possunt, quia de facto in Ceremoniali, ita cautum jam reperiebatur, quod nempe Cardinalis ab intestato decedens erat sepeliendus in sua Ecclesia Titulari, & jam evenerat casus Cardinalis de Rubeis de anno 1519. & Cardinalis Vitellii de anno 1565. ut in primo, & secundo casu, nec credendum est Cardinales ita oscitanter pronunciare voluisse, sed magis probabile est, quod saltem, inspectis
36. ipsismet libris Ceremoniarum, ita servari mandaverint, ne observantia, quæ in similibus casibus servata fuerat, interrupta remaneret *Rota coram Mantica decis.* 59. *num.* 12. *Cavaler. decis.* 407. *num.* 5. *Buratt. decisione* 647. *nu.* 11. & *in recent. decis.* 316. *num.* 15. *par.* 9. & *decis.* 65. *num.* 14. *par.* 15.

37. At quando omnia subsisterent quomodo præferri potest ista atteſtatio, si tantùm dicit, quod lis adhuc pendet, & per consequens decretum Cardinalium subsistit, donec demonstretur revocatum.

Nec pro revocatione allegati valet fides Parochi *Summario Parochiæ num.* 4. quia ipse testatur de tempore proximo obitus, & dicit conservari in Ecclesia per modum depositi, quod referri potest ad pendentiam litis, & maximè quando Ciacconius in vita ejusdem Sarnani tradit reperiri sepultum in sua Ecclesia Titulari ad Sanctum Petrum in Monte Aureo, & casus iste est valde observabilis, quia Cardinalis Sarnanus fuerat ejusdem Ordinis, convivebat cum suis Fratribus, & in Conventu decessit, ut notat idem Ciacconius; Quapropter si Jus Parochiale cum iis omnibus annexis non potuit vincere Ecclesiam Titularem, multo minus hodie vincere debet his non concurrentibus.

Quò verò ad ultimum Cardinalis Gvalterii maximum fundamentum sit, quod in duabus instantiis Ecclesia Titularis Sancti Eusebii succubuit, & illa Sancti Laurentii in Damaso decretum favorabile reportavit, sed quidquid sit de hoc decreto certum est, quod Cardinalis fuit sepultus in dicta Ecclesia Sanctæ Agnetis, ubi erat Protector, & emolumenta Parochialia tradita fuerunt Ecclesiæ Parochialis Sancti Laurentii facta tamen obligatione per Capitulum, ejusque Collegiales favore Ecclesiæ Titularis de restituendo, quidquid per Eminentiam Suam fuerint judicatum; Cum autem modò quæstio sit de Cadavere, & illud Card. Gvalterii Ecclesia Parochialis non potuerit amovere ab altera Ecclesia, cujus tantùm erat Protector, multò minus erat amoven. illud Card. Pallavicini à sua Ecclesia Titulari.

Ex quibus omnibus tam in Jure, quam in

Facto optimè firmatum remanet bonum Jus Ecclesiæ Titularis, & ideo cæteris omissis tanquam sufficienter sublatis in altera decisione, ita resolutum fuit utraque &c.

R. P. D. MOLINES DEC.

Nullius, seù Fulden. Jurisdictionis Lunæ 16. Februarii 1703.

ARGUMENTUM.

Celebris hæc Causa fuit in Sac. Rota, quæ prius firmavit Jurisdictionem tribus modis posse competere Abbati Fuldensi jure scilicèt nativo, dativo, & præscriptivo, nunc ostenditur primum, & secundum modum esse insubsistentem, & firmatur Jurisdictio præscriptiva, examine Privilegiorum Apostolicorum, & Imperialium.

SUMMARIUM.

1. *Exemptio nativa, & Dativa in hac causa non fuit postea à Rota amplexa.*
2. *Libertas nativa in Diœcesibus non datur, cum fuerint per Apostolos constituti limites, & Divisæ Provinciæ, & Diœceses.*
3. *Diœceses fuisse divisas per Dionysium Papam multi tennerunt, & fuit antiqua opinio Rotæ.*
4. *Contrarium ostenditur.*
5. *Fagnan. in cap. nullus num. 10. de Paroch. super libertate nativa reprobatur.*
6. *Concilia reprobarunt Monachos esse Acephalos per exemptionem nativam.*
7. *Erectio Episcopatus nequit fieri in modicis Castellis seù Oppidis, & declaratur text. in cap. Felix. 52. caus. 16. quæst. 1.*
8. *Oppida, & Villæ olim, & antiquo tempore appellabantur Diœceses maximè in Africa.*
9. *Exemptio supponit antiquam subjectionem.*
10. *Exemptio Originaria à nativitate Abbatiæ, seu Monasterii Monachorum non datur.*
11. *Monachi in eorum primo instituto, semper fuerunt subditi Episcopis, & per privilegia exinde obtinuerunt exemptionem.*
12. *Jurisdictio activa, & quasi Episcopalis in Clerum, & Populum Prælatis inferioribus conceditur tantùm à Papa per Privilegium Apostolicum.*
13. *In generali divisione Diœcesum nullus locus remansit acephalus.*
14. *Episcopo habenti intentionem fundatam sufficit reddere turbidas probationes Prælati inferioris.*
15. *Actus Jurisdictionales exerciti ab Episcopo in Loco controverso excludunt Territorium Separatum.*
16. *Ex privilegio frustrà impetratur id, quod de Jure communi competit.*
17. *In Privilegio Apostolico fieri debet expressa mentio de Clero, & Populo, ut dicatur concessum Territorium Separatum cum explicita exclusione Episcopi.*
18. *Receptio simplex sub protectione B. Petri, & S. Sedis Apostolicæ importat tantùm exemptionem passivam.*
19. *Facultas recipiendi Oleum Sanctum à quocumq; Episcopo data censetur pro indigentiis Monachorum passivè exemptorum.*
20. *Prærogativæ personales cōcessæ Abbatibus stare possunt sine Jurisdictione spirituali in Clerum, & Populum.*
21. *Principes sæculares non possunt concedere Jurisdictionem in Spiritualibus.*
22. *Licentia petita ab Episcopo in aliquibus secumfert confessionem illius Jurisdictionis.*
23. *Historici, si faciunt mentionem de aliqua re, fidem merentur.*
24. *Actus Jurisdictionales Episcopi declarant, Privilegia fuisse concessa pro sola exemptione passiva.*
25. *Privilegia concessa Regularibus non porrigunt vires extra septa eorum Monasteriorum exēptorum.*
26. *Jurisdictio quasi Episcopalis potest ab inferiori Prælato præscribi tam in parte quàm in totum cum qualitate nullius.*
27. *Quadragenaria cum titulo colorato sufficit ad præscribendam Jurisdictionem quasi Episcopalem.*
28. *Titulus coloratus dicitur adesse, si provenit ab Habente potestatem illum concedendi.*
29. *Recensentur varia documenta, ex quibus desumitur titulus Abbatis præscribentis.*
30. *Sententia transacta in judicatum non potest redargui de injustitia, nisi obtineatur restitutio in integrum.*
31. *Titulus in Prælato inferiori præscribente sufficit esse talem, ut causaverit bonam fidem.*
32. *Principis assertioni est credendum.*
33. *Sententia etiam nulla causat titulum ad præscribendum.*
34. *Transactiones initæ inter Prælatum inferiorem, & Episcopum quando non obstent præscriptioni.*
35. *Scientia oritur ex sententia lata inter Partes.*

DECISIO XX.

Delata ad hoc Sacrum Auditorium celebri controversia vertente inter Episcopum Herbipolen., & Abbatem Fuldensem super omnimoda, & universali Jurisdictione Spirituali Ditionis, & Principatus Fuldæ per quatuor vices Proponente R. P. D: meo de la Tremoille discussum fuit Dubium: *An, & de cujus bono Jure constet ad effectum manutentionis*, & tandem die 28. Junii 1700. omnibus DD. suffragantibus prodiit responsum, constare de bono Jure Abbatis, etiam ad effectum manuten-

tentionis, fundato in triplici exemptione Ab-
batiæ Fuldensis nativa scilicèt, dativa, & præ-
scriptiva, ut latiùs patet ex Decisione desuper
evulgata, adversus quam concessa novâ Au-
dientiâ propositoque à me, subrogato R.P.D.
de la Tremoille absenti, solito Dubio: *An sit
standum, vel recedendum à decisis*, Domini per-
stitere in decisis, non jam ex primo, & secun-
do præteritæ Decisionis fundamento, quod
1. præfatus Abbas gaudeat in Ditione Fuldensi
Jurisdictione quasi Episcopali cum qualitate
Nullius in vim libertatis, & exemptionis na-
tivæ, & dativæ, sed ex tertio præscriptivæ.

Re siquidem meliùs discussâ minus habens
compertum fuit primum fundamentum nativæ
exemptionis, eo subnixum præsupposito, quod
Monasterium Fuldense fuerit erectum ante
Episcopatum, & Diœcesim Herbipolen. Quo-
niam neque in Jure, neque in Facto solidam
visum est obtinere subsistentiam, non quidem
in Jure, quia nullus adest Canon admittens
hanc nativam Diœcesum libertatem, dum ab
ipsomet nascentis Ecclesiæ primordio Aposto-
li, & Divus Petrus eorum Princeps, renovatâ
2. antiquâ Urbium, & Provinciarum divisione
ante Christi adventum ab Ethnicis Principi-
bus facta, omnibus Diœcesibus certos consti-
tuerunt limites, præficiendo loco primorum
Gentilitatis Flaminum, Patriarchas, seu Pri-
mates, loco Archiflaminum, Archiepiscopos,
& loco Flaminum Episcopos, eandemque
generalem divisionem approbarunt Successo-
res Summi Pontifices, & signanter Clemens,
& Anacletus, & litteraliter colligitur *ex Can.
Urbis 1. & Can. in illis 2. dist. 80. & ex cap.
Provinciæ dist. 99.* & tradunt communiter In-
terpretes hic collecti per *Bursatt. cons. 116.
num. 11. Ros. de Resid. Episcopar. sect. 4. num. 9.
cum seq. Urtad. de resid. tom. 1. lib. 1. resol. 9.
num. 3. Roder. à Cunka in dicto Can. in illis nu. 5.*

Non officiente, quod plerique hujusmodi
generalem Diœcesum divisionem longè post
factam esse crediderint, tribuantque Dionysio
3. Papæ fundati in ejus epistola secunda scripta
Severo Episcopo relata per *Gratian. in cap. Ec-
clesias singulas caus. 31. quæst. 1.* & tradit *Gloss.
in dicto cap. 1. dist. 99. verbo ante Christi adven-
tum, & in cap. Nec 10. quæst. 3.* & cum hac
Sententia non semel processerit nostrum Tri-
bunal, & signanter *coram Coccin. decis. 665.
num. 18. & in Gerunden. Jurisdictionis super bo-
no Jure 13. Junii 1692. §. Etenim coram Me,
& in Hispalen. Visitationis 30. Aprilis 1700.
§. 13. pariter coram Me.* Ultra quod enim jux-
ta sensum Eruditorum dicta epistola falsò ad-
scribitur Sancto Dionysio Papæ, eamque pu-
tridis Isidori Mercibus annumerandam esse tra-
dit *Vanespen. Oper. Canon. tom. 1. tit. 3. cap. 4.
sub num. 1.* Datâ illius veritate, communior
Doctorum Sententia est, Dionysium non con-
4. stituisse limites Diœcesibus, sed Ecclesiis, &
Parochiis, ut ex relata ejus epistola non ob-
scurè desumitur, & præclarè notat ibi *Gloss. in
verbo divisimus*, & tenent *Fagnan. in cap. Nul-
lus de Paroch. num. 15.* & latè *Urtad. dicta re-
solut. 9. num. 3. & 4.* ubi reiicit *Barbos.* con-
trarium tenentem, & pleniùs *Ros. de resid. dicta
sect. 14. num. 18.*

Et licèt *Fagnan. in cap. Nullus num. 10. &
5. 15. de Paroch. & in cap. Cum ab Ecclesiarum
num. 14. & 15. de Offic. Ordin. & in cap. Dile-
ctas 20. de Religios. Domib.* & post eum *Pirringh.
in Jus Canonicum lib. 3. sect. 2. num. 93*, pluri-
bus allegatis Juris Canonici Locis tueantur
Sententiam, quod in dicta generali Diœcesum
divisione plures remanserint Provinciæ Ace-
phalæ, sine Capite, & Episcopo, percursis
tamen omnibus præfatis Canonibus, tantùm
abest, ut ullus eorum prædictum assumptum
evincat, ut per contrarium omnes improbent
priscam aliquorum Monachorum, & Clerico-
rum prætensionem se esse Acephalos, & nulli
Episcopo subjectos, imo tales personas uti
excommunicatas, ab Ecclesia fore excluden-
6. das, & rejiciendas, sæpius Pontifices, &
Concilia declaraverint, ut signanter depre-
henditur *ex cap. Nulla ratione dist. 93.* ibi: *Nul-
la ratione Clerici, aut Sacerdotes habendi sunt,
qui sub Nullius Episcopi disciplina, & providen-
tia gubernantur, tales enim Acephalos idest sinè
Capite prisca consuetudo nuncupavit*, & *Gloss.*
ibi: *Tales sicuti excommunicatos debet quilibet
excludere ab Ecclesia Dei*, & ibidem tenet *Gemi-
nian. vers. Quæsitum est*, & concordat *Can. Ab-
batibus 18. caus. 18. quæst. 2.* ubi determinat
Pontifex, *quod Abbatibus, qui neque sub Epis-
copo, neque sub Metropolitano, neque sub Pri-
mate, neque sub Patriarca sunt, nullus prorsùs
Episcoporum Episcopalia qualibet administret,
cum enim nulli Episcopo omnino subesse profitean-
tur, consequens est, ut nullus Episcoporum, quæ
sua sunt, eis tanquam extraneis largiatur.*

Neque ab his discrepat *Can. Felix 52. caus.
16. quæst. 1.* ubi Concilium Carthaginense se-
cundum ad insinuationem Felicis Episcopi Se-
lemelitani dixit, ut Diœceses, quæ nunquam
Episcopos habuerunt, non habeant, quippe
Concilium ibi voluit prohibere novas Episco-
patuum erectiones, quas Sacri Canones pro-
7. hibent fieri in Locis parvis, & in modicis
Castellis, & habetur *in Can. Episcop. & in sequ.
Can. illud sanè dist. 80.* non autem, ut aliqua
Diœcesis remaneat sinè Episcopo, ut benè in-
terpretatur ibi *Gloss. in verbo, ut Diœceses relati-
vè se habẽt ad dd. Can. Episcopi, & Can. illud d. dist.
80.* & clariùs colligitur ex verbis ejusdem Con-
cilii, quæ addit *Grat.* ibi: *Et si accedente tempore,
crescente fide Dei Populus multiplicatus desidera-
verit proprium habere Rectorem ejus videlicèt
voluntate, in cujus potestate est Diœcesis constitu-
ta, habeat Episcopum.* Ex quibus patenter con-
firmatur Concilium inibi vetuisse erectionem
novo-

novorum Episcopatuum in Locis, in quibus non aderat frequentia Populi Christiani, juxta *dictum cap. Illud sane*; eo ipso, quod crescente Populo novi Episcopatus erectionem admittit, cumque tale quid permittat, dummodò accedat consensus Episcopi, in cujus potestate est Diœcesis, cui novus Episcopus præficiendus erat, inde ad oculum quoque colligitur Concilium non admisisse, nec supposuisse, quod ulla Diœcesis unquam steterit, vel stare valeat sine Capite, & quando supradixerat, quod Diœceses, quæ non habuerunt Episcopum, non habeant, intellixit de novo, & particulari Episcopo sumendo verba Diœcesis pro
8. Oppido, & Villula, aliisque Locis parvis, prout olim in Latinis Ecclesiis, & maximè Africanis Diœceses nuncupabantur, ut docent *Thomasin. in vet. & nov. Ecclesiast. disciplin. parte 1. lib. 1. cap. 3. num. 12. Flores ad cap. 16. & seq. de stat. Monach. tom. 2. suorum operum fol. mihi* 55.

Opinio itaque *Fagnani*, quod in generali divisione Diœcesum aliquæ remanserint Provinciæ sine Capite, & Episcopo, detegitur Sacrorum Canonum auctoritate destituta, itaut Jure optimo nullum in foro receperit plausum, ut notavit *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 1. num. 4.* & alter *de Luc. in animadvers. ad Gratian. cap. 212. num. 10.* Cœterum quatenus vera esset illius assertio, exinde ad summum infertur, quod Loca non comprehensa in generali divisione non fuerint Subdita alicui Episcopatui, sed remanserint immediatè subjecta Sedi Apostolicæ, ut ipse *Fagnan.* sentit, non verò, quod fuerint ab ipsa origine à subjectione Episcoporum exempta, cum non
9. compatiantur inter se hæc duo, originaria libertas, & exemptio, dum ista supponit antiquam subjectionem, ex notatis per *Rot. decis. 207. par. 2. divers. & decis. 491. num. 1. par. 1. recent.*

Eoque magis incongrua, & illegitima est altera illatio, quod Regulares, quos Pontifex successivè in dictis Locis extra divisionem ge-
10. neralem Diœcesum remansis præfecerat, adepti fuerint exemptionem passivam pro se, suoque Monasterio, & activam in Clerum, & Populum cum qualitate nullius ab ipsa origine, & nativitate Abbatiæ citra specialem opem Privilegii Apostolici, quoniam hujusmodi exorbitans assertio est novum adinventum à *Fagnano* non somniatum, & repugnans omnibus principiis. Nam respectu exemptionis
11. passivæ Abbatis, & Monachorum satis vulgare est omnes Monachos in eorum origine fuisse Subditos Episcopis, & per Privilegia acquisivisse exemptionem à Diœcesana, & Jurisdictionali Episcoporum potestate, ut per principia firmatum fuit *in Firmana Jurisdictionis 13. Martii 1703. coram Me §. 2. cum sequen.* ideoque nonnisi ex Privilegio Conventus Monachorum fundatus in Loco ab initio sub Nullius Diœcesi comprehenso subditus evasit illius Superiori Regulari, saltem ex illo Generali Indulto, cum quo cœtus ille Regularis fuit à Pontifice approbatus. & sine quo Congregationes Claustralium erigi, & fundari nequeunt, & respectu activæ Jurisdictionis in Clerum, & Populum, multò minus ea præsupponi potest originaria, & nativa citra Apostolicum Privilegium, cum Jurisdictio Spiri-
12. tualis in Populum, & Clerum à Summo Pontifice per specialia Privilegia hujusmodi Prælatis inferioribus conferatur *Hostien. in cap. cum contingat num. 1. de for. compet.* & ibi *Butrius num. 11. vers. de consuetudine autem, Panormit. num. 18. Belamer. num. 15. vers. Tamen certum est, Barbos. de Offic. & potest. Episcopi part. 1. cap. 1. num. 5. cum sequen. Pasqualig. ad Frauch. controv. inter Episcopum, & Regular. part. 2. quæst. 1. num. 1. 2. & num. 4. Rot. decis. 324. num. 2. par. 1. recent.* & passim.

Ex quibus itaque insubsistens detegitur in Jure assumptum, quod Abbatia Fuldensis, utpote fundata ante Episcopatum Herbipolensem fuerit ab ejus origine exempta, & libera à Jurisdictione illius Episcopi, quodque illius Abbates ab ipsius Monasterii origine, & fundatione acquisiverint nativam Jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & Populum in Ditione Fuldensi existentem, vel quia in ge-
13. nerali Diœcesum divisione nullus Locus remansit Acephalus, & sine particulari Capite, & Episcopo, vel quia ubi Ditio Fuldensis non fuisset comprehensa sub limitibus Diœcesis Herbipolensis, adhuc non ex nativitate, sed ex Privilegio Pontificio Abbates acquirere potuerunt dictam Diœcesim, & potestatem in illa Jurisdictionem Spiritualem exercendi.

Sed etiam in facto claudicat motivum nativæ libertatis, & exemptionis, quoniam ex hodie latè deductis tam in quadam demonstratione hystorica ad partes data, quàm etiam in præclara, & luculenta facti Informatione apparuit DD. vel sufficienter demonstratum, quod Episcopatus Herbipolensis primordium adscribi debeat anno Domini 741. & Abbatiæ Fuldensis exordium anno 744. & sic triennio post dicti Episcopatus erectionem, vel saltem rem esse valde ambiguam, & incertam, quod sufficit ad effectum, ut rejiciatur præsidium illius assertæ nativæ libertatis subnixum suppositæ præcedenti erectioni Abbatiæ Fuldensis; Abbas enim, qui constituit fundamentum in hac facti circumstantia, tenetur illam concludenter probare, sufficitque Episcopo attulisse
14. verificationes, & justificationes, illam saltem admodum controversam, & dubiam reddentes, ad *Text. in l. qui accusare Cod. de edan. l. ei qui dicit de probat. Bald. cons. 79. num. 7. vol. 2. Surd. cons. 1. num. 72. lib. 1. Osach. decis. 114. num. 15.* & benè *in decis. 373. num. 24. par. 19. Recent.* Maxi-

Maximè ponderando, quod fundatio Abbatiæ Fuldensis ante Episcopatum Herbipolensem non excludit, quin antecedēter Territorium Fuldense positum esset intra limites alterius Episcopatus, & successivè assignatum Herbipolensi, vel quatenus à principio idem Territorium Fuldæ nulli Episcopatui adscriptum esset, fuisset post erectionem Herbipolensis sub illius Territorio comprehensum, & sanè alterutrum dicendum est: quia antiquissimæ sunt lites, & controversiæ inter Abbatem, & Episcopum circa pertinentiam hujus Territorii quoad Jurisdictionem Spiritualem, super quibus pluries deventum fuit ad Concordias, & Transationes, in quibus Abbates præservarunt Jurisdictionem Episcopalem in Territorio Fuldensi favore Episcopi Herbipolensis, promiseruntque Electos Abbates ab illis confirmationem petituros, ac desuper concurrunt plures actus Jurisdictionales gesti ab Episcopis tam in Oppido Fuldæ, quàm etiam in aliis Locis Territorii, pluresque confessiones ipsorum Abbatum, & enunciativæ Pontificum, & Imperatorum: ac demum pleraque gravium Auctorum Testimonia, quæ omnia simul sumpta concludunt, Abbatiam Fuldensem esse de Territorio Episcopatus Herbipolensis, non enim Abbates sibi præjudicium irrogassent tot Confessionibus, & Concordiis, neque permisissent ullum geri ab Episcopis actum Jurisdictionalem, quatenus illorum Abbatia esset à sui origine libera ab omni Episcoporum Jurisdictione, minusque Pontifices, Imperatores, & tot classici Scriptores habuissent, & reputassent Territorium Fuldense uti pars Diœcesis Herbipolensis, ut in terminis actuum Jurisdi-
15. ctionalium ab Episcopo gestorum notavit *Rota decis.* 10. *num.* 18. *coram Zarat.*, *& decis.* 34. *num.* 9. *par.* 15. *& decis.* 390. *num.* 3. *coram Emerix*, *& in Gerunden. Jurisdictionis de Campo Rotundo* 12. *Decembris* 1698. §. *final. coram R. P. D. meo Pio*, *& in Firmana Jurisdictionis* 15. *Aprilis* 1701. §. 26. *coram Me*, & de enunciativis Summorum Pontificum *Adden. ad Buratt. decis.* 621. *num.* 24. *Rota coram Royas decis.* 218. *num.* 4. *coram Carill. dec.* 126. *num.* 7. *&* 8. *& in nullius*, *seu Senogallien. Bonorum* 13. *Maii* 1697. §. *Vlterius coram R. P. D. meo Muto* & de confessionibus Abbatum *Rota coram Emerix decis.* 391. *num.* 7. *in Gerunden. Jurisdict. super bono Jure* 13. *Junii* 1692. §. *Etenim coram Me*, & de fine Historicorum *decis.* 353. *par.* 5. *num.* 23. *& in dicta Nullius*, *seu Senogallien. coram. Muto* §. *Vlterius*.

Sed quid ultra profunditur sermo in excludenda nativa libertate, quando S. Bonifacius I. Abbatiæ Fundator, cœterique Successores Abbates plura obtinuerunt Pontificia Privilegia, & Indulta ad illam à potestate Episcopali liberandam, & eximendam, ad quid enim petere, & obtinere gratias Apostolicas exemptionis, si Abbatia in sui origine libera ab omni Episcopali Jurisdictione extitisset? Ex pri-
16. vilegio enim frustra impetratur, quod de Jure communi competit, ut ait *Fagnan. in cap. olim num.* 8. *de verb. signif. in cap. Pastoralis num.* 10. *de appellat.*; Neque qui habet titulū certum, & tutum, solet de illo ambigere, & alterum, quo Jus suum confirmet, emendicare *cap.* 19. *de præscript.* signum exinde satis evidens educitur, quod Abbatia Fuldensis omnes, quas obtinet prærogativas illas recognoscit à largitionibus Pontificiis, & non à simplici Nativitate, & Origine, ut in specie notavit *Rota decis.* 325. *nu.* 4. *par.* 4. *recent.* & sic sensim fit transitus ad examen Privilegiorum, in quibus prætenditur data, & concessa exemptio. In Decisione præterita Domini crediderunt, vel ex illis resultare concessionem Jurisdictionis quasi Episcopalis cum Territorio Separato favore Abbatis Fuldensis, sed hodie illorum tenore melius perspecto, & accurato, convenerunt Indulta Papæ Zaccariæ, aliaque Successorum Pontificum usque ad annum 1307. solummodò se contineri in tribuendo exemptionem passivam restrictam ad septa, & ambitum Monasterii, non autem activam in Populum, & Clerum sub illius limitibus degen-
17. tem, dum in nullo fit expressa mentio Cleri, & Populi cum omnimoda exclusione Episcopi prout adhunc effectum requiritur per ea, quæ tradunt *Fagnan. in cap. significasti de Offic. Ordin. num.* 32. 33. 35. *&* 39. *& in cap. cum Dilectus da Relig. Domib. num.* 23. *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 112. *cum sequen. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 1. *num.* 10. *& disc.* 24. *num.* 9. *de Jurisdict. Rota decis.* 324. *num.* 6. *par.* 1. *& decis.* 340. *num.* 17. *par.* 15. cum aliis collectis *in Gerunden. Jurisdictionis* 1692. §. *Non obstat coram Me* & plena manu *in Firmana Jurisdictionis* 17. *Martii* 1702. §. *Quarto pariter coram Me*.

Sed solùm in aliquibus Privilegiis continetur, quod Pontifices Monasterium Fuldense
18. receperint sub Protectione S. Sedis Apostolicæ, quæ receptio solam passivam tantummodò inducit exemptionem *ex cap. si Papa de Privileg. in* 6. quodque nullus Episcopus in eodem Monasterio Jurisdictionem exerceat, & obtineat, quæ verba non includunt Populum, & Clerum *cap. per exemptionem de Privileg. in* 6. Quod omnia Bona tam præsentia, quàm futura Monasterii sint libera à Jure Diœcesano quod passivam similiter arguit exemptionem, & non activam *Can. quam sit necessarium* 18. *quæst.* 2. & plenissimè *in dicta Firmana Jurisdictionis* 13. *Martii* 1702 §. 4. *coram Me*. Quod Abbates accipere valeant Chrisma, & Oleum Sanctum à quocumque Antistite, quæ facultas
19. cum censeatur data pro indigentiis, & servitio Monacorum, & personarum in septis Monasterii degentium, nequaquam exemptionem acti-

activam præsefert, ut plenè *in dicta Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure 13. Junii 1692. §. Prout coram Me, & in dicta Firmana Jurisdictionis 17. Martii 1702. §. 7. coram Me*, in quibus allegantur concordantes in universum occurrentes fere omnibus similibus verbis, & clausulis contentis in Privilegiis Abbatiæ Fuldensis ad exclusionẽ Jurisdictionis quasi Episcopalis cum qualitate Nullius.

Cœtera verò Privilegia huic Insigni Monasterio concessa, versantur circa pleraque decora, & ornamenta Dignitatis Abbatialis, prout sunt gratiæ Abbatibus concessæ sedendi inter omnes Abbates Galliæ, & Germaniæ, appellandi ad Sanctam Sedem more Episcoporum, utendi Pontificalibus, hujusque generis aliæ;
20. quæ omnia stare possunt sine Jurisdictione Spirituali in Populum, & Clerum ad tradita per *Card. Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 2. pag. mih. 85. col. 2. Rota. divers. decis. 709. num. 4. par. 4. in Leodien. Jurisdictionis 13. Martii 1684. §. Ex usu coram clar. mem. Cardinali Caccia, in Brixien. Jurisdictionis 5. Julii 1688. §. Nil etiã coram R. P. D. meo Caprara.*

Nec ulla habita fuit ratio de pluribus Privi-
21. legiis Imperialibus, quoniam sicuti Principes Laici carent potestate exercendi Jurisdictionẽ Spiritualem, ita etiam illam aliis communicare nequeunt ad *Text. in cap. quoniam de Privileg. juncto cap. 2. de supplenda neglig. Prælator. Ciron. ad tit. Decretal. de Privileg. §. Quod deinde, Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 9. num. 4. & quæst. 45. num. 25. Rot. decis. 220. n. 8. par. 9. & in dicta Brixien. Jurisdictionis 5. Julii 1688. §. Donationes coram R. P. D. Caprara.*

In quorum omnium comprobationem accedit primò, Synodus Moguntina celebrata anno 1048. in qua Leonis Papæ Noni auctoritate determinatum fuit Episcopo nullum Jus competere in Monachos, & Monasteria, sed ad evitandas Archidiaconorum Herbipolensiũ molestias, Clericus ab Abbate præsentatus *Bannum* ab Episcopo accipere deberet, quæ *Banni* præservatio ostendit agnitum fuisse Jurisdictionem Episcopalem residere penes *Episcopum Dugang. in Glossar. verbo Bannum*, quodque prædictus Clericus ex Episcopi auctoritate in nonnullis Ecclesiis haberet *placitum* hoc
22. est potestatem Judiciariam pro Tribunali sedendi, & Judicandi, ut explicando dictum verbum *Placitum* tradit *Gonzal. in cap. omnes nu. 9. de feriis, & Voss. lib. 4. de Vitiis sermon. cap. 16. in fine*; Parùm urgente responsione, quod dicta Synodus non extet inter Collectas à Labbeo, & Binio, quia fuit extracta ab antiquissimo Authographo existente in Episcopali Archivio Herbipolen. & ejusdem meminerunt plures graves Scriptores relati in prælaudata demonstratione *Historica à num. 115. us-*
23. *que ad 161.*; Unde fidem meretur ex relatis per *Adden. ad Buratt. decis. 667. num. 8. & sequen.* Nec mirùm est, quod in Collectione Labbei non existat, quia non agitur de Concilio Æcumenico Generali, sed de Synodo particulari, quorum multis caret opus Labbeanum, ut loquendo de Synodis Hispaniarum testatur clar. mem. Card. de Aguirre in præfatione ad Lectorem suæ celebris Collectionis Conciliorum Hispaniæ subdens ipsum curasse nonnulla edi Concilia Binio, & Labbeo incognita.

Astipulatur secundò exercitium plurium actuum Jurisdictionalium in Oppido, & Ditione Fuldensi gestorum ab Episcopis Herbipolensibus, quæ transcribuntur in hodierno Sum-
24. mario Episcopi, ex quibus interpretativè arguitur, Privilegia non continere exemptionem activam, sed solummodò passivam, restrictam ad septa Monasterii, ut millies ponderavit *Rota & in specie in dec. 315. n. 20. cor. Priolo, in Nullius, seu Provinciæ Tarraconen. Jurisdictionis 19. Junii 1693. §. Eadem facultate coram Domino meo del Olmo Magno Cancellario Mediolani & in Firmana Jurisdict. 15. Aprilis 1701. §. 26. & in confirmatoria 17. Martii 1702. §. 16.* cum aliis in Decisione, quæ revidetur §. *Et quatènus*.

Tertiò denique magnâ dignum est ponderatione, quod Privilegia, quæ Pontifices usque ab initio concesserunt Monasteriis Claustraliũ,
25. ferè omnia restringebãtur ad illos liberandos, vel à lege Diœcesana tantùm, & non à Jurisdictionali Episcoporum, vel si etiam à jurisdictionali, ea non egrediebantur Personas extra septa Monasteriorum degentes, semper præservatâ Episcopis Curâ Animarum Plebis, & Cleri Locorum, in quibus eadem Monasteria existebant, ut lato calamo probatum fuit *in Firmana Jurisdictionis coram Me 10. Maii 1700. §. 9. 20. & 22.* & uberiùs *in eadem Causa sub die 13. Martii 1702. §. 4. cum sequen.* & ex professo assumptum probavit *Pater Thomass. de nou. & veter. disciplin. par. 3. lib. 1. cap. 30. per tot.* Et licèt ibidem *sub num. 8.* dicat, quod antiquitas nunquam viderat Privilegium simile concessum à Zaccaria Monasterio Fuldensi. *In cap. tamen 35. num. 7.* fatetur Episcopo salvam remansisse Jurisdctionem Episcopalem extra Claustra Monastica, idemque tradunt loquentes de eodem Monasterio Fuldæ, *Ziegler. de Episcop. cap. 24. à num. 1. ad 13. Pater Natalis ab Alexandro in Historia Eccles. ad sæcul. 8. art. 4. de Monach. Joann. Trithem in Cronic. Hirsaugen. in indiculo verbo Monasterium Sancti Bonifacii, Petr. Bart. in Comment. Rer. Germanic. lib. 3. verbo Fulda cap. 541. Hermesin. in fascicul Jur. public. cap. 31. num. 4. Imhoff. in notitia Procerum Germaniæ lib. 3. cap. 23. num. 4. Surius in festo S. Bonifacii ad diem 5. Junii tom. 3. alias 6. fol. 82. in margine, & Lippoman. ad dictam diem 5. Junii tom. 3. fol. 160.*

Quemadmodum tamen ex rationibus præadductis, aliisque à Defensoribus Episcopi uberius expositis minus habentia existimata sunt pri-

prima duo fundamenta, quibus in Decisione præterita adstruebatur bonum Jus Abbatis, ad effectum illum manutenendi in possessione exercendi Jurisdictionem Spiritualem in Ditione Fuldensi. Ita e contra undique solidum, & irrefragabile visum fuit tertium fundamētum repositum in præscriptione, certi enim Juris est, Jurisdictionem Episcopalem posse præs-
26. cribi ab inferioribus Prælatis *cap. Auditis de præscript.* & doctè *Floren. in dissertat. ad dictum Decretal. in cap. 3. per tot. par. 1. suorum operū fol. mihi* 176. tam in parte, quàm etiam in totum, & cum qualitate Nullius, *Abb. in cap. cum contingat num. 11. de for. compet.* & latè *Cocchier. de Jurisdict. & exemption. par. 1. quæst. 6. per tot. Francesf. de Eccles. Cathedral. cap. 30. num. 212. cum sequen. Tondut quæst. Beneficial. par. 1. cap. 60. num. 7. & 8. cum sequen. Rot. decis. 145. num. 2. par. 2. diversf.* & ad illam præscribendam sufficere Quadragenariam cum titulo colorato, *cap. Persona*
27. *de Privileg. in 6. Fagnan. in cap. Nullus sub num. 18. de Paroch. Ursell. conclus. 1. num. 33. Tondut. dicto cap. 199. num. 6. Francesf. dicto cap. 30. num. 114. Larrea alleg. Fiscal. 68. num. 3. Ros. de resid. Episcop. cap. 4. sect. 6. num. 446. Rot. decis. 556. num. 5. par. 5. decis. 998. num. 1. & 5. coram Dunozett. Jun. & decis. 8. num. 6. coram Merlin. & decis. 21. num. 12. par. 14.* cum aliis in Decisione, quæ revidetur §. *Præterea*, qui sanè titulus tunc adesse, & concurrere dicitur, quando prove-
28. nit ab habente potestatem illum concedendi, ut explicat *Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 166. Ros. de resid. Episcopor. cap. 4. sect. 6. num. 459. Rota coram Coccin. decis. 395. num. 5. & 6.*

In præsenti autem casu titulus coloratus sufficienter resultare visus fuit ex pluribus Pontificiis diplomatibus datis ab anno 1576. citra occasione expulsionis Abbatis Balthassaris à sua Ditione Fuldensi, & illius celeberrimi Spolii diu per eundem passi in universa ejus Jurisdi-
29. ctione ex vi, & præpotentiâ Julii Episcopi Herbipolen. ac demum occasione ipsius reintegrationis, de quibus latè Historici relati in Decisione, quæ revidetur §. *Sed magis assumptum*, sequuto namque dicto violentissimo Spolio sa: mem: Gregorii XIII. scribens dicto anno 1576. Maximiliano Imperatori, doluit de expulsione Abbatis facta à Nobilibus Fuldensibus; acerbèque invehitur contra illos, vocando Abbatem illorum Pastorem; Ipseque Maximilianus Imperator, in exequutionem Delegationis sibi à Pontifice factæ mandavit Episcopo Herbipolen. ut administrationem Abbatiæ Fulden. desereret, eamq; cum universali Jurisdictione Ecclesiastica, & Civili Abbati restitueret; Quod etiam comprobavit ipse Papa Gregorius cum Brevi dato sub die 17. Septempris dicti anni 1576. & cum alio successivo 18. Decembris ejusdem anni, in quo declaravit Abbatem legitimum Pastorem, & Possessorem. Interimque sequuto Maximiliani Imperatoris obitu, novas idem S. Pontifex Litteras direxit Rodulpho Successori, in quibus commendat hujus negocii explicationem, subdens, quod Fuldenses in nihilo essent obligati Episcopo Herbipolensi, & iterum in alio Brevi 14. Decembris ejusdē anni 1577. acerbissimas renovat conquestiones ob Jurisdictionem ablatam dicto Abbati, easque acriori stylo repetiit anno 1578. addens, quod Abbas non debeat amplius molestari *sitque Episcopus Herbipolen. suo Episcopatu contentus, neque alienam Provinciam appetat, seu attingat*; Et cum hisce Brevibus concordant aliæ Litteræ sa. mem. Sixti V. ipsi Antistiti Herbipolen. directæ, cumque fere in omnibus data, & confirmata fuerit *Commissio Imperatoribus prædictis*, ut per viam Juris controversiam hanc per Sententiam absolveret, Imperator Rodulphus anno 1602. & sic post Spolium 26. annorum pronunciavit, *Abbatiam restituendam esse Abbati Fuldensi cum omnibus suis appartinentiis, injuncto præcepto omnibus Fuldensibus, ut Abbatem tanquam Ordinarium recognoscerent*, quæ sententia vigorem rei Judicatæ obtinuit, ut latè in Decisione, quæ revidetur.

Ex tot autem novissimis Brevibus Pontificiis declarantibus Abbatem *Pastorem Fuldensium*, *& ex dicta Sententia Imperatoris* Rodulphi promulgata in vim Pontificiæ commissionis, in qua idem Abbas declaratur Ordinarius ditionis Fuldensis, quis negabit resultare titulum aptum ad præscribendum? cum omnes isti actus procedant, vel immediatè, vel mediatè à Summis Pontificibus potestatem habentibus concedendi, diminuendi, & auferendi Jurisdictionem Spiritualem, illamque penes hunc, vel illum existere declarandi, ex supra firmatis in §. *In præsenti circa finem*.

Nec est cur opponatur spolium Abbatis fuisse circa Temporale Dominium Abbatiæ, & non circa Jurisdictionem Spirituale, deque illo cōquestos fuisse Pontifices Gregorium, & Sixtū ac de restitutione Dominii Temporalis loqui Sententiam Rodulphi Imperatoris, & in omni casu eam esse injustam in ea parte, in qua declaravit, Abbatem Ordinarium Fuldensium; Revera, namque Abbas spoliatus fuit de utraque Jurisdictione, & de hoc spolio circa Jurisdictionem Spiritualem conquesti sunt Pontifices dum Abbatem nuncupant Pastorem Fuldensiū, & in ejus Pastorali Cura reintegrandum præceperunt; Neque est dubium, quin Sententia Imperatoria adiudicet Jurisdictionem Spiritualem, ut ex lectura. Oppositio verò erroris dictarum enunciativarum Papalium, & Injustitiæ Judicati Imperialis desumptæ, ex quo utsupra firmavimus, Abbates carent Privilegiis Jurisdictionem quasi Episcopalem conce-

dentibus, nullatenus officere visa fuit, sive, quia Episcopus Herbipolen. non appellavit à
30. dicta Sententia, imo illam rei judicatæ vigorem suscipere permisit, unde ei licitum non est dicere de Injustitia talis Judicati nisi obtentâ prius restitutione in integrum *leg. 2. Cod. de Sent. rescind. non poss. leg. unica, & ibi gloss. in verbo Postulata Cod. de in integr. restit. cap. Suscitata de restit. in integr. Rot. decis. 78. num. 1. par. 1. rec. & decis. 229. num. 8. par. 11. rec. & decis. 31. par. 16. num. 8.*

Sive quia de Injustitia tituli querendum esset quatenus in illo tantùm fundaretur Jus Abbatis præcisivè à possessione Quadragenaria, sed cum examinetur titulus ad hoc, ut detur principium aliquod causam præbens, & constituens in bona fide Abbatem ad inchoandam, & terminandam præscriptionem, non requiritur titulus verus, validus, & justus de se sufficiens ad exercendam controversiam Jurisdictionem, quasi Episcopalem, aliàs præscriptio esset su-
31. perflua, sed sufficit, quod fit talia, ut dederit justam causam, hoc est justum errorem præscribenti, ex notatis per scribentes in *cap. 1. verb. causam tribuat, de præscript. in 6. & gloss. in cap. si diligenti verbo. justus titulus, extr. eodē titulo Rota coram Caputaquen. decis. 361. nu. 4. lib. 2. Lotter. de re Benefic. quæst. 24. num. 167. lib. 1. & Magistraliter decis. 120. nu. 4. par. 3. & decis. 279. num. 8. coram Ludov. & dec. 520. num. 18. & 19. par. 14.*; Quis autem non reputabit justum errorem Abbatis in credendo se esse Ordinarium, & Pastorem Ditionis Fuldensis quando Pontificea in actibus tam proportionatis illos ita denominarunt, seriò injungentes, & commendantes duobus Augustissimis Imperatoribus illius reintegrationem ad ejusmodi Jurisdictionis exercitium? quando de Jure ad hunc effectum dicitur habere justam causam eredendi, qui credit assertioni
32. Principis *Clementin. Litteris de probation.* & quod aliqua notabilis Vir asseruerit præscribenti intervenisse titulum, ut dixit *Bald. in leg. Judicia in fine Cod. de rei vindicat. Alex. in leg. 1. num. 4. ff. de eo per quem factum erit. Felin in Cap. 4. num. 24. de præscript.* ubi ponit exemplum in assertione Episcopi; Quanto magis igitur in assertionibus Pontificiis. Et quanto certius justus error auctus fuit in Abbate ex Sententia Imperiali Fuldensibus injungente, ut illum tanquam eorum Ordinarium recognoscerent, potissimè si reflectatur, quod fuerit lata Episcopo contradicente, & postea non appellante, quando juxta communem opinionem Sententia etiam nulla cau-
33. sat titulum ad præscribendum, ex traditis per *Bald. de præscr. par. 2. quæst. 11. Ruin. cons. 31. num. 17. vol. 1. Rot. d. decis. 120. num. 9. par. 3. recent.*

Crescitque in immensum justa credulitas Abbatis ex decreto Sacræ Congregationis Concilii anni 1604. ac successivo Brevi san. mem. Clementis VIII. per quod excitata fuit Jurisdictio quasi Episcopalis, aliàs ut ibi dicitur eidem competens, & ex alio san. mem. Pauli V. in quo Oppidum Fuldens. denominatur nullius, confirmatur Breve Clementis VIII. Jurisdictionis Episcopalis excitatorium prorogantur Abbati Indulta concedendi dispensationem ætatis, promovendi ad Sacros Ordines, & desponsandi quoad Matrimonialia, quæ omnia non conceduntur nisi Abbatibus Jurisdictione quasi Episcopali gaudentibus, ut latè probat decisio, quæ revidetur §. 39. ad 43.

Et licèt Defensores Episcopi conclamaverint Pontifices processisse suppositivè, eredendo, quod Abbatum Privilegia excitatam Jurisdictionem quasi Episcopalem continerent, recurrit responsio, quod non quæritur de titulo vero, & sufficienti, sed de colorato justam causam, & errorem tribuente ad præscribendū reflectendo potissimè, quod licèt Privilegia Abbatis superius excussa de rigore, & juxta regulas à DD. & hoc nostro Sacro Tribunali in stricta Juris censura sæpissimè firmatas non importent, nisi exemptionem passivam. Attamē per oppositū fatēdū oportet, quod circa interpretationem dictorum Privilegiorum semper inter Abbatem, & Episcopum ab antiquissimo tempore controversum, & disceptatum fuit, & circa exercitium actuale Jurisdictionis quasi Episcopalis observantia non est constans pro Episcopo, dum Abbates plures actus Jurisdictionales gesserunt, de quibus latè in præterita Decisione, & cum aliàs Abbatia Fuldensis sit altera ex Insignioribus Europæ decorata à Summis Pontificibus, & Imperatoribus singularibus prærogativis, & signanter illâ facultatis convocandi Synodum, certo certius est, quod Abbates non erant ante diplomata Pontificia edita post annum 1576. adeo destituti tatione, & bona fide, ut plusquam justè opinari non potuerint tot assertiones, & Oracula Pontificum illos Ordinarios Fuldenses reputantium, eis tribuisse justam causam, ad præscribendum præcipuè stante dicta Sententia Imperatoris Rodulphi, quæ utpote prodita vigore delegationis Pontificiæ afficit quantūvis udex Jesset Princeps Laicus, & non Ecclesiasticus ex firmatis in præterita decisione.

Abundè ex prædictis probato titulo, possessio Quadragenaria visa fuit sufficienter verificata ex actibus voluntariis, & contentiosæ Jurisdictionis per Abbatem exercitæ ab anno 1602. quo emanavit Sententia ab Episcopo impugnata, & abinde citra usque ad 1688. hujus motæ litis, ut deponunt 31. Testes formiter examinati, deponentes de omnibus actibus Jurisdictionalibus, & ex uniformi tractatu Abbatiæ Fuldensis tanquam nullius, tam à Sancta Sede, & a Nuntiis Apostolicis, quam

quam demum à Principibus Laicalibus, ut plenè adstruit decisio, quæ revidetur, non obstantibus aliquibus actibus gestis ab Episcoeo, quibus optimè occurrit eadem Decisio; Et
34. absque eo, quod etiam turbent transactiones initæ inter Abbatem, & Episcopum de anno 1613. & 1614. nam hæc secunda nil continet circa Jurisdictionem, & in illa anni 1613. solùm reservantur Episcopo ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, cumque in reliquis Episcopus continuaverit in sua possessione, certum est non potuisse Abbatem in mala fide constitue re, & in fortioribus terminis dixit *Rota decis. 281. num. 21. & decis. 307. num. 7. coram bo. me. Emerix*.

Nec demum refert ad eversionem possessionis quadragenariæ, quod Abbates gesserint omnes prædictos actus sine scientia Episcopi, vel de tempore, quo ipse Bello suetico distractus non potuerit hujus Jurisdictionis exercitio incumbere. Nam scientia specifica satis
35. apparet ex Sententia Imperatoris ut supra prolata contra Julium Episcopum Herbipolensem, aliisque successivis actibus, & Brevibus Pontificiis Clementis VIII. & Pauli V. Julio præfato vivente emanatis, & Jurisdictionem quasi Episcopalem excitantibus, & attenta vicinitate Diœcesis Fuldensis cum Herbipolensi ex tot actibus tam ordinariæ, quàm contentiosæ Jurisdictionis per Abbates exercitis; præsertim quod plures ex dictis actibus fuerunt approbati ab Episcopis, eorumque Officialibus, ut latè in Decisione præterita §. *Scientia*. Bellum verò sueticũ non poterat esse impeditivum exercitii Jurisdictionis Spiritualis in Diœcesi Fulden. quia sicuti illo durante eam exercebat in sua Diœcesi, ita poterat exerceri in Fuldensi; Ultra quod Bellum prædictum duravit solo quadriennio, quo etiam dempto, quadragenaria remanet completa, sicuti etiam integra manet, si ea incipi deberet post transactiones anni 1613. & 1614. & post aliquos actus facto ab Episcopo de anno 1608. 1616. 1619. & 1621. quos illius Defensores allegant ad eiusdem præscriptionis interruptionem, ut per quam benè in alia Decisione, ad quam in hac parte Domini habuerunt relationem.

Ex motivo itaque præscriptionis quadragenariæ tantùm DD. in Decisis præstiterunt, addentes, quod si in aliquibus particularibus locis Territorii Fuldensis Episcopus Herbipolen. prætendat ex aliis peculiaribus rationibus, & documentis Jurisdictionem, ut insinuaverat in ejus commissione nostro Tribunali directa, vel si idem Episcopus prætendat, quod ipse solùm privativè ad alium Episcopũ debeat conferre Ordines, vel Dimissorias subditis Abbatis, juxta concordiam anni 1613. vel ex alio titulo, illi præservarunt Jus, & facultatem ejusmodi ejus prætensiones deducendi in alio Judicio.

Et ita utraque Parte informante, responsum fuit.

R. P. D. MOLINES DEC.

Placentina Cathedralitatis, Ven. 22. Junii 1703.

ARGUMENTUM.

An, & quando de una in aliam Ecclesiam ejusdem Civitatis transfertur Cathedra Episcopi, cum omni ejus totalitate, & quando non dicãtur remansisse vestigia in priori Ecclesia, latè deciditur in hac Causa,

SUMMARIUM.

1. *Episcopus cum consensu sui Capituli potest eum Causa Sedem, & Ecclesiam Cathedralem de uno loco Civitatis in alium transferre.*
2. *Qualitates omnes, & jura Cathedralitatis attenta translatione transferuntur in Ecclesiam, in quam fit translatio.*
3. *Defectus Beneplaciti Apostolici non potest opponi quando prætenditur Concathedralitas.*
4. *Beneplacitum Apostolicum non requiritur ubi fit translatio Cathedræ de uno in alium locum ejusdem Civitatis.*
5. *Beneplacitum Apostolicum ex lapsu temporis cum observantia præsumitur.*
6. *Erectio Cathedralis Ecclesiæ fieri nequit sine assensu Sedis Apostolicæ.*
7. *Concurrentibus signis Cathedralitatis sufficit allegare Beneplacitum Apostolicum præsumptũ.*
8. *Cathedralitas in esse formali potest adesse in duabus Ecclesiis materialibus.*
9. *Observantia est fidelis interpres omnium rerum.*
10. *Jus constitutivum Cathedralitatis consistit in desponsatione Episcopi cum Ecclesia, & ex Sede, ex qua promanat Superioritas in alias inferiores Diœcesis.*
11. *Sedes Episcopi in Ecclesia est signum Cathedralitatis.*
12. *Signum Concathedralitatis est dupplex Sedes fixa in duabus Ecclesiis materialibus ejusdem Civitatis.*
13. *Sedes fixa ab altera amovibli distinguitur pro effectu Concathedralitatis.*
14. *Episcopus, & Capitulum unum corpus constituunt.*
15. *Capitulum constituitur ex majori parte Canonicorum.*
16. *Verbum* totum *inducit omnimodam privationẽ.*
17. *Canonici duarum Ecclesiarum Concathedralium efficiunt unum Corpus formale.*
18. *In Ecclesia dimissa semper remanet memoria Collegii, ubi non destruitur.*
19. *Discretivus modus loquendi arguit in subjecto diversitatem.*
20. *Denominatio Collegialitatis excludit qualitatem Cathedralitatis.*

21. *Episcopus potest erigere Tribunal in qualibet parte Civitatis, & Diœcesis, non exempta.*
22. *Testibus, & Historicis deponentibus de eorum credulitate, & opinione non est deferendum.*
23. *Denominatio Episcopi duarum Ecclesiarum fit, quando Cathedrales sunt in duabus distinctis Civitatibus unitis cumulativè.*
24. *Historicus, & Testes sibi contrarii non probant.*
25. *Actibus gestis à personis informatis credendum est.*
26. *Confessio propria superat omnem probationem.*
27. *Pulsatio Campanarum primo loco facienda est ab Ecclesia Cathedrali in Sabato majoris hebdomadæ.*
28. *Processiones incipiendæ sunt ab Ecclesia Cathedrali.*
29. *Vicarius Capitularis Sede Episcopali vacante eligitur ex gremio Capituli Ecclesiæ Cathedralis.*
30. *Præbenda Theologalis est signum Ecclesiæ Cathedralitatis.*
31. *Fidei professio fit solùm à Canonicis Ecclesiæ Cathedralis.*
32. *Caput non debet scindi à membris in processionibus.*
33. *Par in Parem non habet imperium, sed servanda est æqualitas, aliàs ex diversitate præcedentiæ infertur superioritas.*
34. *Translatio Cathedralitatis, quando dicitur extinctiva.*
35. *Ad Cathedralitatis retentionem probandam unicus actus sufficit.*
36. *Signa æquivoca, & convenientia simplicibus Ecclesiis non sufficiunt ad retentionem Cathedralitatis.*
37. *Clericis Civitatis antiquitùs competebat electio proprii Episcopi.*
38. *Palatium Episcopi est signum æquivocum Cathedralitatis.*
39. *Enunciativæ erroneæ non probant, ubi contigit dubitare de enunciato.*
40. *Singula, quæ non prosunt unita juvant.*
41. *Resolutionibus Sacrarum Congregationum deferendum est.*

DECISIO XXI.

POstquam Canonici Cathedralis Ecclesiæ Sanctæ Justinæ Civitatis Placentiæ impetrarunt anno 1616. Indultum Apostolicum ferendi Cappam magnam cum pellicia, sive pelle Mustellæ Alpinæ vulgo *Armellino*, pro eadem gratia supplicarunt Canonici Ecclesiæ Sancti Antonini Martyris ejusdem Civitatis sub obtentu, quod eorum Ecclesia frueretur prærogativâ Concathedralitatis cum illa Sanctæ Justinæ; sed remissâ per Summum Pontificem illius temporis supplicatione Sac. Rituum Congregationi, constito eidem, quod Ecclesia Sancti Antonini esset actualiter tantùm Collegiata, sequendo illius inveteratam praxim, ac stylum contradistinguendi etiam in ornamentis Cathedralem à Collegiata, edidit anno 1623. rescriptum, concedendam esse præfatis supplicantibus tempore hiberno Cappam cum pellibus de Dossis coloris cinericei, & æstivo Cottam cum Rocchetto.

Aduersus hujusmodi Decretum, nedum Canonici Sancti Antonini statim non reclamarunt, sed silentio octuaginta fere annorum illud acceptarunt, annis verò elapsis, & circa finem Pontificatus san. mem. Innocentii XII. eundem supplices adierunt iterum exorantes pro Indulto Cappæ magnæ ad instar Canonicorum Sanctæ Justinæ, precibus tamen juxta consuetum morem remissis prædictæ Sac. Rituum Congregationi, hæc post multas Causæ propositiones stetit in decisis anno 1623. Nec dum autem hisce decretis acquiescens, Sancti Antonini Capitulum recursum habuit ad Signaturam Gratiæ, à qua reportavit rescriptum ut dicta Sacra Congregatio alia vice illius Instantiam examinaret, exquisito hujus Sacri Tribunalium Voto super articulo Cathedralitatis tantùm; Ad formam proinde hujus commissionis Dominis meis disceptandum exposui Dubium: *An constet de Cathedralitate Ecclesiæ Sancti Antonini*, & negatiuum habui responsum.

Quamvis enim priscis temporibus memorata Sancti Antonini Ecclesia gavisa fuerit honorificâ Cathedralitatis prærogativâ, suumque desumpserit primordium usque de anno 322. nostræ Redemptionis, mediante fundatione, & consecratione facta à Sancto Victore primo Placentiæ Episcopo, talemque Dignitatem plurium Sæculorum spatio retinuerit, sub hocque titulo plura Imperatorum Regumque assequuta fuerit privilegia, de quibus omnibus certa perhibent Testimonia, *Ughell. Ital. Sac. tom. 2. de Eccles. Placentin. fol.* 245. & 246. & latè *Petr. Maria Campius in Historia Placentin. parte 1. lib. 2. ad annum* 324. *pag.* 53. junctis aliis documentis expositis in Summario dictorũ Canonicorum; Attamen aucto Fidelium numero pro majori Religionis Cultu, Civitatis Placentinæ honorificentia, & ampliori ipsius Cathedralis commodo, & decore, Paulus illius temporis Antistes novam magnificatiorẽ construi curavit Basilicam, Sanctæque Justinæ dicavit, in quam de consensu sui Capituli anno 877. Episcopalem transtulit Cathedram unâ cum 30. Canonicis & omnibus Dignitatibus, remanentibus in dimissa Sancti Antonini Ecclesia 15. tantùm Canonicis, ut præceteris testatur præcitatus *Campius Fidelis Patriæ Historiæ Scriptor par. 1. lib. 7. pag.* 220. anno 877. his verbis: *In questo mentre essendo gia la fabrica del Vescovo Paolo nel nuovo Tempio Cathedrale pervenuta à buon segno, di modo che ormai si poteva de' suoi convenevoli bisogni provedere per habitare, & officiare in quel luogo, venero il Vescovo, & i Canonici insieme di Commun concordia*

à con-

confermare di nuovo la già determinata divisione del Collegio, ò vogliam dire del Capitolo, come poi anche col tempo si ripartirono i Beni della detta Chiesa Cathedrale antica di Sant' Antonino; Una parte de' Canonici, che furono intorno à trenta con quelle Dignità, che vi erano di Arciprete, d' Archidiacono, di Prepósito, ò Primicerio, che si chiamasse all' ora, e di Vicedomino, si trasferirono del tutto nella nuova Basilica intitolata Santa Giustina insieme con la Cathedra Episcopale, & il restante di esse, che furono circa quattordici con uno, che constituito lor Capo, nominato prima Vicedomino, e Custode, di poi Arciprete, e Preposito, rimasero in Sant' Antonino con l' antico titolo della Chiesa, e col Sacro Corpo del Glorioso Martire, e Protettore della Città &c.

In Jure autem receptum est, Episcopum cum consensu sui Capituli posse concurrente sola
1. meliorationis causâ Sedem, & Ecclesiam Cathedralem de uno loco Civitatis ad alterum transferre, *Can. si quis vult 16. quæst. 7. Gloss. in Can. tribus distinct. prima verbo difficultas in fine de consecrat.* & tradunt *Mandos. de signatura Gratiæ tit. de translat. col. 2. & 3. vers. Translatio Ecclesiæ, Rebuff. in praxi tit. de translat. Episcop. num. 7. Lotter. de re Benef. lib. 1. quæst. 12. num. 6. cum seq. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 7. num. 27. & 28. & 41. 42. cum seq.* & respondit *Rota dec. 705. num. 12. p. 4. Recent. tom. 3.* Quemadmodum explorati Juris est, ut factis ejusmodi transmigrationibus, & translationibus
2. totum Jus, ac qualitates omnes Cathedralitatis priùs existentes in Ecclesia, à qua fit translatio, transeant in illam, in quam ordinata, & exequuta est transmigratio, *Gloss. in cap. Privilegium, vers. Quod dic verum de regul. Jur. in sexto Innocent. in cap. 2. num. 2.* ibique *Pagan. num. 10. & sequen. de non. oper. nunciat. & idem Innocent. in cap. 1. in princ. vers. Sivero de uno ne Sed. vacant. Gratian. discept. 291. nu. 1. & sequen. Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 7. num. 59. & seq. Rot. coram Seraphin. dec. 1149. num. 16. coram Pen. dec. 117. num. 6. & dec. 163. num. 3. coram Ludovis. & dec. 665. num. 7. coram Bichio & dec. 995. num. 25. coram Dunoz. Jun. & dec. 196. n. 16. par. 19. Recent.*

Nec visum fuit Dominis rectè opponi à Capitulo Sancti Antonini invaliditatem dictæ translationis ex defectu Beneplaciti Apostolici, quia cum illius Canonici prætendant solummodò Concathedralitatem per necessariam consequentiam supponunt translationem sequutam esse servatis omnibus de Jure servandis, aliàs institissent declarari Cathedralita-
3. tem competere tantùm eorum Ecclesiæ Sancti Antonini exclusivè ad Ecclesiam Sanctæ Justinæ, ut appositè in terminis ponderat *Card. de Luca de praem. disc. 4. num. 13. §. Verum istud*; Cæterum neque in abstracto obiectum ullam promeruit animadversionem, non solum quia ubi, prout in casu agitur de translatione Cathedræ ab una Ecclesia materiali ad aliam intra eandem Civitatem, tunc non requiritur Apostolicum Indultum, sed sufficit consensus
4. Episcopi, & suorum Fratrum, ad discrimen translationis de una Civitate ad alteram, ut distinguendo tenet, & explicat *Francesc. de Eccles. Cathedral. dicto cap. 7. num. 70. cum sequen. & signanter num. 75.* & admittit *Rota decis. 196. num. 17. par. 19. Recent.*; Sed etiam quia dictum Beneplacitum ex lapsu tot Sæcu-
5. lorum cum observantia præsumitur intervenisse, ut in specie prosequitur *Rota dicta dec. 196. num. 18. par. 19. Recent.*; Quod mirificè confirmatur ex eo, quod licèt ipsæ Cathedralium fundationes fieri nequeant sine Sedis Aposto-
6. licæ assensu, ut adductis concordantibus plenè probat *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 30. nu. 1. cum seq.* & dixit *Rota decis. 353. nu. 34. par. 5.* cum aliis *in Terracinen. Cathedralitatis 23. Junii 1702. §. 3. coram Me*, concurrentibus tamen requisitis, & univocis signis Cathedralitatis in aliqua Ecclesia, opus non est
7. exhibere expressum Beneplacitum Apostolicum, sed sufficit allegare præsumptum, ut subdit *Rota dicta decis. 353. num. 72. & 81. p. 5. Recent.* cum aliis plena manu allegatis *in dicta Terracinen. Cathedralitatis coram Me §. 4.*

Neque magis refert, quod dicta translatio non fuerit extinctiva antiquæ Cathedralitatis Ecclesiæ Sancti Antonini, sed cumulativa, quod nullam admittit implicantiam, cum no-
8. vum non sit in Orbe Cattolico, ut una Cathedralis formaliter stet, & consistat in duabus materialibus Ecclesiis, prout dixit *Rota in celebri Caseragustana Concathedralitatis decis. 665. coram Coccino*, & latè *Lezzan. de Cathedr. S. Mariæ de Pilar. cap. 3. num. 194. & coram Bichio decis. 640. num. 14. Card. de Luca de Praeben. disc. 4. nu. 10.* ubi concordantes, *& in dicta Terracinen. coram Me §. 29.* ubi referuntur plura exempla Ecclesiarum Cathedralium cumulativè unitarum.

Quoniam cum in præsenti nullum supersit publicum translationis documentum, ex quo originaliter perspici valeat illius historica natura, recurrendum est ad monumenta historica superextantia, ac magis tutè ad observantiam, & juxta illam statuere modum, & rationem, quibus dicta translatio re vera sequuta fuerit; fida enim, & raro fallax est interpretatio, quæ
9. deducitur ex observantia eum in omnibus legibus, & conventionibus illud, ut plurimum statutū, & pactum fuisse Jura præsumant, quod in sequelam executum gestum, & observatum vidimus, *l. de interpretat. ff. de legib. Soccin. cons. 6. nu. 6. lib. 1. Rota coram Seraphin. dec. 1410. n. 7. cor. Burat. dec. 647. n. 10. & dec. 396. num. 26. cor. Bichio*, & in terminis præcisis Cathedralitatis *in dec. 997. n. 14. coram Dunozz. & in dicta Terracinen. Cathedralitatis coram Me §. 28.*

Historia

. Historia autem Campii unicum scripturæ lumen superextans circa controversam translationem, quod ab utraque adhibetur parte pro sui Juris dilucidatione, benè per Dominos expensa in verbis superius transcriptis evincere visa fuit universum Jus Cathedraticū translatum fuisse in Ecclesiam Sanctæ Justinæ extinctivè quoad Ecclesiam Sancti Antonini, & non cumulativè, refert namque dictus Historicus Cathedram Episcopalem fuisse penitus amotam ab Ecclesia Sancti Antonini, & transportatam ad illam Sanctæ Justinæ; Cum autem ratio constitutiva Ecclesiæ Cathedralis consistat in eo, quod Episcopus Jure despon-
10. sationis, quam cum illa contrahit, sedeat in eadem Ecclesia,& ex ea superioritatem in alias inferiores Diœcesis Ecclesias exerceat, ut ex *Textu in Can. sicut 7. quæst. 1. & cap. Inter corporalia de translat. Episcopi explicant Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 15. nu. 4. Valenz. cons. 132. num. 29. tom. 2. Barbos. de Canon. & Dignit. quæst. 2. num. 4.* & benè *Frances. de Eccles. Cathedr. cap. 2. num. 139.* Qua de Causa Episcopi in Ecclesia Cathedrali tenent in Choro Sedem, & Cathedram fixam, à Doctoribus, &
11. Canonistis communiter recensitam inter præcipua Cathedralitatis signa, ut præceteris tradunt *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 13. nu. 37. Frances. d. tract. cap. 5. num. 191.* ubi alii concordantes, & pluries respondit *Rota* & in specie *in dec. 142. nu. 3. coram Cocin. & dec. 865. num. 1. coram Mazaned. & dec. 46. num. 25. & decis. 196. num. 24. & decis. 404. num. 42. & decis. 407. num. 24. par. 19. Recent.*

Inde sequitur, quod cum Paulus Episcopus Placentinus transtulerit in Ecclesiam S. Justinæ Sedem Episcopalem, in qua tanquam sponsus sedebat, & ex qua superioritatem in alias Ecclesias inferiores exercebat, prout de facto successivè in illa consedit, ibique continuato, & nunquam interrupto plurium sæculorum spatio præeminentias capitis, & Pastoris ab aliis inferioribus Ecclesiis recepit, argumentum satis efficax consurgit, ejus voluntatem extitisse auferendi Ecclesiæ Sancti Antonini antiquam Cathedralitatis prærogativam, eamque transferendi in novam Sanctæ Justinæ Basilicam, aliàs quatenus voluisset, ut utraque materialis Ecclesia gauderet ejusmodi qualitate, fixam Cathedram non amovisset, sed novam
12. in recenti Ecclesia extrui curasset; hoc enim est alterum ex præcipuis signis unius Cathedralis existentis in duabus materialibus Ecclesiis, quod fixa in utrisque, Cathedra Episcopalis assurgat: Parum urgente, quod in Ecclesia Sancti Antonini adsit Sedes lignea, qua utitur Episcopus quoties ad eandem Ecclesiam & signanter in die Festo Sancti Antonini, unà cum Capitulo accedere solet, quoniam hujusmodi Sedes lignea amovibilis non est illa Ca-
13. thedra Episcopalis conjugii, & in qua considet in figura sponsi ipsius Ecclesiæ, cum hæc ex relatis per Campium traducta fuerit ad Ecclesiam S. Justinæ, sed est quædam distincta sedes omni simbolo destituta, & de illis, quas Episcopus in omnibus suis Ecclesiis inferioribus retinere potest, ut distinguendo, inter utràque Cathedram, & sedendi formam notavit oppositè *Frances. de Eccles. Cathedrali dicto cap. 2. num. 139.* & in genere, quod non omnea sedes sint signa Cathedralitatis, dixit pluribus citatis *Rota in dicta Terracinen. Cathedralitatis 23. Junii 1702. num. 34. in fine.*

Ultrà remotionem Cathedræ Episcopalis ab antiqua Ecclesia, ejusque translationem ad novam, narrat dictus Historicus ex 45. Canonicis, 30. una cum omnibus Dignitatibus tunc existentibus se se transtulisse ad eandem novam Basilicam, certum autem est in Jure Ec-
14. clesiam Cathedralem componi ex Episcopo, uti capite, & ex Canonicis tanquam membris, unum cum illo constituentibus corpus, *cap. novit de his, quæ fiunt à Prælat.* cum aliis ad rem collectis *in decis. 251. num. 1. & in Hispalen. Visitationis 30. Aprilis 1700. §. Ii coram*
15. *me*, sicut, & admodum tritum est majorem partem Canonicorum constituere Capitulum *cap. 1. & toto tit. de his, quæ fiunt à majori parte Capituli, Butr. in cap. 3. num. 11. de Jurepatr.* cum aliis *in decis. 20. num. 9. cum seqq. par. 6. recent.* si ergo caput, & membra Ecclesiæ Catedralis transitum fecerunt ad novam Basilicā, fatendum est antiquam amisisse ejus prærogativam Cathedralitatis, quæ non potest consistere sine sponso, ejusque fratribus Canonicis, ex quibus constituitur ex congestis *in d. Terracinen. Cathedralitatis coram me §. 15.* Reflectendo desuper, quod iste transitus fuit tota-
16. lis ibi: *del tutto*, quod pronomen indicat perpetuam, & omnimodam privationem Ecclesiæ dimissæ de suis Canonicis, ac per consequens antiquæ qualitatis Cathedraticæ, *Riminald. Jun. cons. 595. num. 19. vol. 5. Grat. discept. 274. num. 1. Barbos. dict. 407. num. 1. Rota decis. 16. num. 23. & 24. part. 18. recent.*

Nil officiente, quod in Ecclesia dimissa remanserint 15. Canonici, quoniam isti non potuerunt ampliùs ibidem continuare, tanquam Canonici Cathedralis, dum major Canonicorum pars constituens Capitulum ab illis separata fuerat, *e dal tutto*, traslata in Ecclesiam S. Justinæ. Certiùs quia non manserunt dependentes à primo eorum capite, sed eis novum constitutum extitit caput, priùs nuncupatum Vicedominus, & Custos, & deindè Archipresbyter, & Præpositus, ut subdit Campiùs; implicans autem, & mostruosum est, ut unum corpus duo retineat capita; *Hostien. in cap. cum contigat num. 1. de for. compet. & in cap. quanto num. 13. de offic. Ordin. Rota decis. 345. num. 11. par. 1. recent.* ac propterea excluditur Concathedralitas, de cujus na-

17. tura

17. tura est, ut Canonici utriusque Ecclesiæ, unum constituant corpus *Garz. de Benefic. par. 2. cap. 2. num. 11. Francesc. de Eccles. Cathedr. c. 8. num. 131.* & concluditur dd. Canonicos non remansisse in Ecclesia S. Antonini in figura Canonicorum Cathedralis, sed tanquam separatum, & novum constituentes Collegium, idque jure optimo factum est, quia translatio, de qua est sermo, non processit per destructionem loci, & Ecclesiæ antiquæ, sed per illius dimis-
18. sionem, quo casu semper in Ecclesia dimissa, aliqua relinquenda sunt in memoriam pristinæ dignitatis, quam habuit, *Lapus allegat. 68. num. 3. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 12. num. 42. cum seq. Francesc. de Eccles. Cathedrali d. cap. 7. num. 48.*

Et quod re vera post separationem dd. Canonici constituerint novum, & diversum Collegium inferioris qualitatis Capitulo Cathe-
19. dralis S. Justinæ, colligitur manifestè ex dicto Historico Campio *dicta par. 1. lib. 7. pag. 221. in fine, & 22.* nam ibi loquendo de divisione Bonorum facta inter Ecclesias novam, & antiquam sic loquitur: *e ritenutisi per il Vescovo quella quantità de Terreni, Decime, & altre ragioni, che si giudicò allo stato, e dignità sua convenevole &c. lasciorno al Capitolo, e Canonici di S. Antonino il rimanente &c. & il residuo venne successivamente assegnato alli Canonici della Catedrale di S. Giustina*; Ex quibus clarè deprehenditur, Cathedralem, & Canonicos fuisse translatos in Ecclesiam S. Justinæ, & remanentes Canonicos in Ecclesia S. Antonini constituisse novum Capitulum, dum illi S. Antonini denominatur Capitulum, & Canonici simpliciter, alteri verò Sanctæ Justinæ describuntur cum titulo Canonicorum Cathedralis; Idemque eruitur ex *tom. 1. lib. 11. ejusdem Historiæ fol. 341.* ibi: *Si ritrovarono in detto luogo in quell' ora li Canonici della Cathedrale, e quivi per essere piu ricchi, e piu nobili, & in maggior numero altresi de Canonici di S. Antonino*, & in *tom. 1. fol. 222.*: *Si ordinò poco appresso, che à differenza de' Canonici di Sant' Antonino, ed altre Chiese Collegiate, quelli della nuova Catedrale appellar si dovessero li Cardinali di S. Giustina, come i piu degni Canonici di tutti gl' altri*, sub quo titulo Cardinalium vocantur Canonici S. Justinæ in privilegio Caroli Grassi de an. 880. & in conventione inita anno 886. inter Paulũ Episcopum Placentiæ, & eosdem Canonicos Sanctæ Justinæ ex hac igitur diversa denominatione Canonicorum, arguitur totalis inter illos separatio, & quia titulus Capituli Cathedralis ferè semper datus conspicitur Canonicis Sanctæ Justinæ, & non illis S. Antonini, dicendum est Cathedralitatem fuisse in illam omnimodè translatam, & ex relatis per *Francesc. de Eccles. Cathedr. cap. 8. num. 176.*; Tanto magis quia Ecclesia S. Antonini, recensetur per dictum Historicum inter alias Collegiatas,

20. prout semper imposterum, hac Collegiatæ nuncupatione fuit denominata, quod excludit Cathedralitatem *Rota coram Cerro decis. 587. nu 5. & dec. 56. nu. 33. par. 19. recen.* & infra.

Absque eo, quod in contrarium urgeant relata per d. Historicum *par. 1. lib. 8. cap. 234. ad annum 892. & pag. 238. ad annum 898. & pag. 253. ad annum 921.* quod scilicèt post controversam translationem, Episcopi, ac eorum Officiales exercuerint Jurisdictionem contentiosam in quadam lodia majori Ecclesiæ S. Antonini, quodque Guido, & Boson Antistites Placentini, retinuerint post eandem translationem, denominationem Episcoporum S. Antonini, & S. Justinæ, ac demum quod Canonici translati sedem retinuerint in ambis Eccesiis, & ad eorum libitum modò in una, modò verò in altera Divina expleverint officia.

Nam respectu primæ partis obiecti responsum fuit ab exercitio Jurisdictionis contentiosę in atrio Ecclesiæ non consurgere signum Cathedralitatis, cum Episcopi erigere possint Tri-
21. bunal in quolibet loco suæ Diœcesis non exẽpto, & in illo jus dicere *cap. 7. de offic. Ordin.* cum aliis plenè *in Hispalen. Visitationis 30. Aprilis 1700. §. 13. coram Me*, & in specie pro exclusione Cathedralitatis respondit *in dicta Terracinen. Cathedralitatis §. 34. coram Me*. Quo verò attinet ad secundam, & tertiam oppositionis partem ponderatum fuit Historicum Campium in locis præcitatis non affirmare absolutè, & certitudinaliter, sed dubitativè, ac juxta ejus Judicium, & opinationem, quod prænominati duo Antistites se se nuncupaverint Episcopos utriusque Ecclesiæ ibi: *E quindi parmi, che tenesse Guido il titolo Episcopale di amendue le Chiese*, Prout dubitativè asserit, Canonicos ad S. Justinam translatos retinuisse Sedem in Ecclesia Sancti Antonini ibi: *E per avẽtura doveano eglino tenere il loro Seggio nell' una, e nell, altra di quelle*; Unde super dicta historica assertione dubitativè prolata, & juxta conjecturationes, & sensum particularem Historici inhærendum non est, sicuti de jure non defertur Testibus deponentibus de eorum credulitate, & opinione, cum Homines proprium insequentes Judicium persæpe errare
22. soleant, *Jason. in rubric. ff. de Jur. Jur. nu. 2. Soccin. Jun. cons. 86. nu. 3. lib. 2. Rot. dec. 337. num. 14. par. 11. & dec. 304. num. 10. par. 12. & coram Dunozzett. Jun. dec. 372. nu. 8. & 9.*

Potissimè advertendo, quod utraque notitia historica aliquam præsefert inverisimilitudinem; nam prima continet incongruum, & ineptum loquendi modum, dum Episcopus regulariter denominatur Episcopus Ecclesiæ suæ Diœcesis in genere, & non Ecclesiæ Cathedralis in specie, & tunc denominari solet
23. Episcopus duarum Ecclesiarum, quando præest binis distinctarum Urbium Ecclesiis cumulativè unitis, juxta plura exempla relata *in d.*

Terra-

Terracinen. Cathedralitatis coram Me §. 29.; Majoremque continet inverſimilitudinē altera notitia, nam cum dictus Hiſtoricus in ſuperiori parte ſuorum Annalium retuliſſet 30. Canonicos S. Antonini unâ cum omnibus Dignitatibus fuiſſe omnimodè ibi: *del tutto*, tranſlatos in Eccleſiam S. Juſtinæ, quomodo poſtea, vel dubitativè affirmare potuit, quod retinuerint Sedem in Eccleſia dimiſſa, non enim inter ſe compatiuntur totalis unius loci dimiſſio, & abſoluta ipſius retentio: ſicque in illa parte, in qua Hiſtoricus dubitativè variare vi-
24. detur ab antecedenter poſitivè, & abſolutè relatis nullam meretur conſiderationem, *Rota coram Buratt. deciſ.* 367. *num.* 8. *& coram Emerix Jun. dec.* 107. *n.* 2. *& dec.* 132. *n.* 6.

Ex monumentis itaque Hiſtoricis exploratū redditur controverſam translationem factam fuiſſe extinctivè, & non cumulativè, idemque patentiùs fit obſervantia, & primò quia poſt illius effectuationem Eccleſiæ Sanctæ Juſtinæ ſemper denominata fuit Cathedralis, & quidem in actibus geſtis in eadem Civitate Placentiæ,
25. quibus deferendum eſt, utpote provenientibus à perſonis ejuſdem translationis notitiam habentibus, ut ad propoſitum ponderat, *Rota cor. Cerro dec.* 585. *n.* 7. *& in recent. dec.* 244. *nu.* 8. *par.* 16. *& deciſ.* 56. *n.* 16. *& dec.* 159. *nu.* 19. *par.* 19. *recent.* Viceverſa Eccleſia Sancti Antonini aſſumpſit nomen Collegiatæ, & ita paſſim, & fere ſemper fuit in Diœceſi denominata, quod arguit amiſſionem Cathedralitatis, ut ponderat *Cardinalis de Luca de Præben. diſc.* 2. *num.* 24. *Rota dicta dec.* 587. *num.* 5. *& deciſ.* 56. *num.* 33. *par.* 19. *recent.* imo frequenter
26. ipſimet Canonici illam denominarunt Collegiatam, unde ore proprio faſſi ſunt, eam amiſiſſe Cathedralitatem, ut proſequitur *Rota d. deciſ.* 585. *num.* 5. *Card. de Luc. de præben. diſc.* 2. *num.* 24.

Secundò quia prima pulſatio Campanæ in die Sabbato majoris hebdomadæ fit in Eccleſia
27. Sanctæ Juſtinæ, & illa Sancti Antonini ad inſtar aliarum inferiorum expectat ſonitum Eccleſiæ majoris, quod inter ſigna Cathedralitatis communiter refertur per *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *num.* 69. *Rota coram Bich. deciſ.* 665. *num.* 22. *& deciſ.* 56. *num.* 25. *& ſequen. & deciſ.* 196. *num.* 30. *&* 404. *num.* 42. *par.* 19.

Tertiò quià Proceſſiones omnes publicæ, & Univerſales incipiunt ab Eccleſia Sanctæ Ju-
28. ſtinæ in eaque terminantur, & Capitulum Sancti Antonini, ibique in hiſce functionibus accedit, ſicut aliæ inferiores Collegiatæ, quæ præeminentia Cathedralitatem evincit *Pac. Jordan. var. lucubrat. tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 69. *Rota coram Emerix deciſ.* 272. *num.* 6. *& dicta deciſ.* 169. *num.* 23. *par.* 19.

Quartò Vicarius Capitularis Sede vacante ſemper electus fuit ex gremio Capituli San-
29. ctæ Juſtinæ, & nunquam ex illo Sancti Antonini, quod eſt alterum ex potiſſimis ſignis Cathedralitatis, *Rota coram Manzaned. deciſ.* 865. *num.* 9. *& coram Dunoz. Jun. deciſ.* 995. *num.* 3. cum aliis *in Terracinen. Cathedralitatis* 20. *Junii* 1703. §. 36. *coram Me*.

Quintò in Eccleſia Sancti Antonini non adeſt Præbenda Theologalis, ſed exiſtit in Eccleſia Sanctæ Juſtinæ. Unde hæc, & non illa
30. eſt vera Cathedralis, *Azzor. Inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *quæſt.* 1. *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 14. *&* 18. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 411. *num.* 5.

Sextò Canonici S. Juſtinæ emittunt in adipiſcenda poſſeſſione ſuorum Canonicatuum
31. fidei profeſſionem, quam non emittunt Canonici Sancti Antonini, qua ſtante diſtinctione regulariter arguitur qualitas Cathedralis, & Collegiatæ, *Fuſc. de Viſit. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 15. *Barboſ. in annot. ad Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat. num.* 25. *&* 28. *& de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 61. *num.* 1. 5. *&* 15.

Octavò conſideratione maxima dignus eſt ordo, qui ſervatur in proceſſionibus, in quibus Capitulum Sancti Antonini non incedit unitum cum Capitulo Sanctæ Juſtinæ, ſed eſt ab illo ſeparatum ſe ſe interponentibus inter unum, & alterum Capitulum Beneficiatis, & Alumnis Seminarii Sanctæ Juſtinæ, ex quo ordine manifeſtè dignoſcitur Capitulum Cathedralis eſſe illud Sanctæ Juſtinæ, quod incedit unitum cum Epiſcopo ſuo Capite, & non alterum Sancti Antonini, quod ſepara-
32. tum ab illo præcedit, nè admittatur deformis ſciſſura Capitis à membris communiter improbata, ut poſt *Felin. in cap. cum non liceat num.* 2. *de reſcript.* tradunt *Barboſ. de Canon. & Dignit. cap.* 18. *num.* 4. *&* 5. *Card. de Luc. de Præben. diſc.* 11. *num.* 3. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 203. *num.* 16. *Rot. deciſ.* 3. *cum ſeq. & deciſ.* 111. *num.* 7. *par.* 5. *recent.*

Ac demum, aliis omiſſis, notabiliſſima ad rem viſa fuit altera facti circumſtantia, quod Canonici Sanctæ Juſtinæ ſingulis annis in feſto Sancti Antonini capitulariter accedunt ad illius Eccleſiam, ibique omnia celebrant ſolemnia, citra quod Canonici ejuſdem Eccleſiæ Sancti Antonini cum illis ſe immiſceant, nec in celebratione Miſſæ ſolemnis, neque in Veſperarum Cantu, *Summario Sanctæ Juſtinæ num.* 6. Hinc propterea mirificè comprobatum remanet aſſumptum, quod Capitulum Cathedralis totaliter reſideat in Eccleſia Sanctæ Juſtinæ, & quod Canonici Sancti Antonini efforment diſiunctum Collegiale Capitulum, aliàs ſi unum, & idem conſtituerent Collegium, unitim prædictas ſolemniores Eccleſiæ functiones peragerent, quando inſimul uniuntur. Parùm officiante, quod Capitulum Sancti Antonini interveniens in illius Eccleſia occaſione Proceſſionum, ſedeat in Choro,

&

& in æquali Stallo cum Canonicis Sanctæ Ju-
ſtinæ, nam adhuc ex hujuſmodi actu colligi-
tur ſuperioritas Canonicorum Sanctæ Juſti-
næ; Quia iſti ſedent in Choro propriæ Ec-
cleſiæ in prioribus, ac nobilioribus Stallis cum
uſu Tappeti; Illi verò in locis inferioribus
abſque Tappeto, quod indicat inferioritatem,
& excludit Corporis unicitatem, inter pares
33. namque ſervanda ſit æqualitas, cum præce-
dentia juxtà ſingulorum antianitatem, ut Ju-
ris eſt, ad *Text. in l.* 1 *C. de conſub. lib.* 12. *l.
honores ff. de Decurion.* cum aliis ibi in ſpecie
collectis per *Fulujum Conſtantium ſuper dicta
l. num:* 12. *Verall. deciſ.* 357. *num.* 1. *par.* 1.
& in Melevitana Antianitatis 9. *Octobris* 1702.
§. *Et porrò coram Me*.

Cum igitur omnia ſigna Cathedralitatis, &
actus, qui in Eccleſiis Cathedralibus geri ſo-
34. lent, omnia concurrant in Eccleſia Sanctæ
Juſtinæ, & in eadem geſta conſpiciantur,
exinde arguere licet dictam Translationem
factam fuiſſe extinctivè, & non cumulativè,
ut in terminis ponderat *Rota deciſ.* 995. *nu.*14.
coram Dunoz. Jun. Non obſtante quod ad effe-
ctum, ut translationes cenſeantur factæ cumu-
lativè, ſufficiat, quod Eccleſia dimiſſa aliqua
35. retineat ſigna Cathedralitatis, imo unicum
ſignum per quod ſolùm hujuſmodi Dignitas
cenſeatur præſervata, ut firmavit *Lezzan. in
Turr. Davidic. cap.* 5. *num.* 307. *Rota in Cæſe-
raguſtana Cathedralitatis, deciſ.* 1867. *num.* 57.
coram Coccino, & deciſ. 353. *num.* 7. *& coram
Bich. deciſ.* 665. *num.*33. *& ſequen. & dec.* 631.
num. 15. *par.* 19. Quoniam concluſio proce-
36. dit concurrentibus ſignis individualibus, cla-
ris, & univocis, ſecus verò generalibus, &
æquivocis, quæque Eccleſiis ſinè prærogati-
va Cathedralitatis conveniunt, *Rota dicta de-
ciſ.* 353. *num.* 72. *par.* 5. cum aliis *in dicta Ter-
racinen. Cathedralitatis coram Me num.* 4.

In præſenti autem nullum ex adductis ſignis
ſuperextantibus compertum fuit univocum,
nam illud, quod in Eccleſia Sancti Antonini
celebretur feſtum dedicationis, eſt æquivo-
cum, dum hujuſmodi præeminentiâ gaudent
etiam aliæ Eccleſiæ Inferiores ex allegatis *in d.
Terracinen. coram Me* §. 25. & antea dixerat,
*in deciſ.*393. *coram Ludoviſ. per tot.* Prout nihil
concludit alterum, quod Canonici Sancti An-
tonini unàcum Capitulo Sanctæ Juſtinæ con-
currerint ad electionem Epiſcopi; Quoniam
ex actibus deductis in Summario Canonico-
rum Sancti Antonini, non conſiſtit illos in-
terveniſſe in dd. Electionibus cum qualitate
Collegialitatis, ſed potiùs acceſſiſſe tamquam
37. ſimplices Clericos, ad quos univerſaliter ſpe-
ctabat antiquis temporibus Epiſcoporum ele-
ctio, ut generaliter tradunt *Burſatt. conſil.*126.
num. 17. *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi tit.*1.
cap. 3. *num.* 10. *bo. me. R. P. D. Paulutius in
ſua Jurisprudentia Sacra lib.*2. *tract.* 2. *cap.* 16.
*num.*7. *Thomaſſin. de Benefic. par.*2. *lib.*2. *cap.*31.
num. 7. & in ſpecie Eccleſiæ Placentinæ tradit
Umbert. locat. in Hiſtor. Placentiæ pag. 107.

Sicuti nihil urget retentio antiquarum Im-
maginum; Agni Paſchalis, & Campanæ nun-
cupat. de Interdicto, & Palatii Epiſcopalis
uniti cum Eccleſia, quia omnes ejuſmodi cir-
cumſtantiæ ſunt referibiles ad præſervativas
Juris ex ſtatu antiquo, quod poteſt remanere
etiam poſt translationẽ Cathedralitatis, *Card.
de Luc. de praemin. diſc.* 5. *num.* 17. Et cœte-
roquin omnia ſigna hujuſmodi ſunt æquivoca,
prout ſignanter eſt Palatium Epiſcopale, ut
38. dixit *Rota citatis concordantibus in ſæpecitata
Terracinen. Cathedralitatis* §. 34. *coram Me*.

Poſtremò nec obſiſtere viſæ ſunt quamplu-
rimæ enunciativæ Cathedralitatis, quibus etiã
poſt controverſam translationem Eccleſiæ
Sancti Antonini denominata fuit. Quoniam
fere omnes noſcuntur factæ ab Imperatoribus,
& Principibus exteris, qui fortaſſe nullam
ejuſdem translationis habebant notitiam; nil
39. mirum propterea ſi illam antiquo Cathedra-
litatis titulo condecoraverint, ac propterea
tamquam erroneæ, nullum præbent obſtacu-
lum, præſertim quia contingit hodie diſputari
de enunciato per ea, quæ tradit *Rota deciſ.* 66.
num. 2. *par.* 4. *diverſ. & in recent. deciſ.* 180.
num. 3. *par.* 2. *& deciſ.* 203. *num.* 9. *par.* 3. &
in ſpecie *in deciſ.* 404. *num.* 59. *par.* 19. *& in
dicta Terracinen. Cathedralitatis num.* 59. *co-
ram Me*.

40. Ex quibus omnibus itaque in unum colle-
ctis & inſimul conſideratis, prout ad effectum,
de quo eſt ſermo, faciendum eſt, ex monito
Rotæ in dicta deciſ. 353. *num.* 81. *par.* 5. *recent.*
Domini cenſuerunt reſultare Eccleſiam Sancti
Antonini poſt dictam translationem amiſiſſe
prorſus, & totaliter antiquam Cathedralitatis
prærogativam; In quem ſenſum eo libentius,
inclinarunt, quia pluries incidenter diſputa-
to hujuſmodi Articulo in Sac. Rituum Con-
gregatione de annis 1607. 1623. 1627. 1636.
1660. & 1682. ſemper ejuſdem ſenſus fuerunt
illius Eminentiſſimi Patres, indulgendo Ca-
nonicis Sanctæ Juſtinæ privativè ad illos San-
cti Antonini prærogativas, ac præheminentias
dari ſolitas aliis Capitulis Cathedralium, *Sum-
mario Eccleſiæ Sanctæ Juſtinæ à num.* 1. *ad* 7.
Non relevante, quod præſens diſputatio fiat,
non præſuppoſitis dd. Decretis, quia ſi de Jure
defertur doctrinæ alicujus inſignis Doctoris,
*Becc. conſil.*88. *num.fin. Surd. conſil.*313. *nu.*43.
Quanto magis deferendum eſt Judicio, & do-
ctrinæ tantorum Patrum in tot, tantiſque
Cauſis inter haſmet Partes coram ipſis agita-
tis, & in materia in quà ipſi quotidie verſan-
tur, ut punctualiter dixit *Rota in ſimili caſu de
Sac. Rituum Congregatione deciſ.* 214. *num.* 6.
cum ſeqq. par. 4. *tom.* 2. *recent.* Et latius *in
Melevitana Statuti* 27. *Aprilis* 1689. §. *Hæc-*

 que

que interpretatio coram bo. mem. Emerix Jun. Et ita utraque Parte acerrimè Informante.

R. P. D. SCOTTO.

Segobien. Canonicatus, Ven. 11. *Aprilis* 1704.

ARGUMENTUM.

Episcopus translatus de una in aliam Ecclesiam, seu Diœcesim, an, & quando possit conferre Canonicatus, seu Beneficia simultaneæ collationis cum Capitulo, & sit differentia inter collationem, aliosque actus Jurisdictionales.

SUMMARIUM.

1. *Impedimentum non præstat, quod de jure non sortitur effectum.*
2. *Episcopus traslatus de una in aliam Ecclesiam, quantum ad primam ab illo momento translationis dicitur vacare.*
3. *Prima Ecclesia dicitur vacare per translationem Episcopi, etiam literis Apostolicis non expeditis, nec accepta possessione secundæ Ecclesiæ, ad quam ipse transfertur cum ejus consensu.*
4. *Episcopus translatus non potest conferre beneficia Ecclesiæ, à qua transfertur.*
5. *Ratio ubi eadem militat, militare debet par dispositio.*
6. *Differentia nulla intercedit inter Beneficia liberæ collationis, & simultaneæ cum Capitulo quoad effectum, quando Episcopus transfertur de una in aliam Ecclesiam.*
7. *Decretum irritans afficit etiam ignorantes.*
8. *Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
9. *Validitas collationis non dependet à scientia, seù ignorantia, sed à potestate.*
10. *Potestas aufertur Episcopo translato ab ipso momento præstiti consensus pro expeditione literarum Apostolicarum.*
11. *Sub generali concessione jurisdictionis non comprehenditur facultas conferendi Beneficia.*
12. *Beneficia possunt stare in suspenso, donec conferantur.*
13. *Collatio Beneficiorum non spectat ad legem jurisdictionis.*
14. *Collatio Beneficiorum connumeratur inter fructus Dignitatis Episcopalis.*
15. *Episcopus absolutus à vinculo prioris Ecclesiæ, per translationem ad aliam, amittit statim fructus, & perceptos restituere tenetur.*
16. *Collatio Beneficii facienda ad præsentationem non est mera gratia, sed dependet a Justitia, & computatur inter Jurisdictionalia.*
17. *Opinio cõmunis inter contrarias est amplectenda.*
18. *Collatio Beneficiorum pertinet ad Episcopum abstractivè à quacumque Jurisdictione, licèt imprimatur eodem tempore.*
19. *Jurisdictio potest stare sinè facultate conferendi, & econversò.*
20. *Jus cõferendi est quid distinctum à Jurisdictione.*
21. *Fructus bona fide percepti non sunt restituendi.*
22. *Collatio ad effectum consumptionis Turni semper revideri potest.*
23. *Ignorantia Juris non excusat.*
24. *Negligentia propria tertio nõ debet præjudicare.*

DECISIO XXII.

Viget ex antiquissima transactione in Ecclesia Segobien. inter Reverendissimum Episcopum, & Capitulum simultaneæ collationis divisio, quam ad evitandas dissensiones inter plures jus conferendi habentes oriri solitas generaliter alias laudavit Sacra Rota *in dec.* 14. *num.*1. & 2. *par.*12. *recent.* Cumque sub die 3. Junii 1699. Episcopo in Turno existente vacasset dimidia portio per obitum Petri Teruadela, bo. me. Bartholomæus de Ocampo olim Præsul dictæ Ecclesiæ, quamvis præcedenter in Concistorio diei primæ Junii mox dicti anni 1699. absolutus à vinculo dictæ Ecclesiæ Segobien. ad Placentinam translatus fuisset; prrædictam semiportionem sub die quarta ejusdem mensis contulit Didaco Diaz de Zelis ejus Secretario, qui etiam fuit à Capitulo in possessionem immissus.

Secutâ autem in mense Septembris 1700. vacatione alterius Præbendæ, nempè Canonicatus per obitum quondam Sanctis Jacobi Lirola, & prætendente moderno Reverendissimo Episcopo præcedentem ejus Antecessoris collationem tanquam expletam in tempore, quo per translationem ad Episcopatum Placentinum desierat esse Ecclesiæ Segobiensis Antistes, ejus Turnum nequaquam consumpserit, dictum Canonicatum contulit Hyacintho, qui contradicente licèt Capitulo, mandata pro executione suæ provisionis reportavit à Reverendissimo Nuncio, & successivè ob rejectam ab eodem Nuncio appellationem in suspensivo fuit quoque à Capitulo ad possessionem admissus sine tamen præjudicio appellationis interpositæ.

Delatâ propterea ad nostrum Tribunal appellationis Causâ, fuit sub die 6. Decembris 1702. ad instantiam Capituli assumpta coram R.P. D. meo Lancetta Attentatorum discussio; & reportatâ in contumaciam Hyacinthi. & per Contradictas favorabili decisione, cum successivo decreto per attentatorum purgatione, adiit Hyacinthus Signaturam Justitiæ, à qua commissâ Mihi appellationis Causâ cum facultate purgandi attentata, & apposito sequestro super fructibus. & distributionibus Massæ Grossæ, gemina sub die 14. Decembris elapsi anni proposui dubia; Alterum nempe super Attentatis, alterum verò, & præsens: *An collatio moderni Episcopi substineatur*; sed nulla, ob suffragiorum scissuram, tunc capta reso-

resolutione, & injuncto, quod ob gravitatem, & novitatem Articuli omnes DD. suffragarentur, iterum hodie consului DD. super eodem dubio, à quibus responsum habuit: *Collationem moderni Episcopi sustineri*.

Resolutionis fundamentum stetit in eo, quia collatio dimidiæ Portionis facta ab Antecessore Episcopo favore Didaci ejus Secretarii fuit nulla, & invalida; unde Turnum consumere non valuit in præjudicium Successoris;

1. Non enim præstat impedimentum, quod de jure nullum sortitur effectum, ad *Tex. in cap. non præstat de regul. jur. in 6. Franc. Marc. decis. Delphinat.* 1098. *nn.* 13. & in puncto consumptionis Turni *Rota dec.* 179. *num.* 1. *&* 2. *coram Puteo lib.* 3. *&* *decis.* 898. *num.* 1. *par.* 4. *divers.*

Nullitas autem dictæ collationis ex eo resultare visa fuit, quia, cum dictus bo. mem. Bartolomæus de Ocampo Prædecessor Episcopus de ejus expresso consensu fuisset in Concistorio diei primæ Junii 1699. absolutus à vin-

2. culo, quo tenebatur Ecclesiæ Segobien., & translatus ad Placentinam; hinc ab illo momento Ecclesia Segobien. vacaverat, & Ocampo desierat esse illius Episcopus, juxta veriorem, & communiorem sententiam, de qua *Hostien. in Sūma tit. de translat. Episcopi sub n.6. vers. Sed si Episcopus Bellamer. in Can. si quis jam translatus* 21. *q.* 12. *sub num.* 12. *vers. secunda pars*, & relatis antiquioribus *Solorzan. de Jur. Ind. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 80. *& seqq. Mascard. de probat.cōcl.*183.*n.*15.*& n.*33.*Gratiā.disce.*296. *n.*15.*& seq.Fagnan. ī cap. Quāto à n.*71. *de trāsl. Episc. Rot.decis.*475. *n.*5. *&* 6. *par.*1. *recent.* Quæ opinio hodie transit sine difficultate, stante resolutione Sacræ Congregationis Concilii confirmatâ per Breve fa. me. Urbani VIII per quam sancitum fuit Ecclesiam, à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab

3. illius vinculo absolvitur in Concistorio Sanctitatis Suæ, etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, ut sunt verba Decreti apud *Corrad. in praxi Benef. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 66. *in fine*, *Barbos. de Jur. Eccles. univ. cap.* 19. *n.* 37. *& inter Constit. Apost. recollect. per eundem Barbos. de offic. & potest. Episc. in fine tom.* 2. *in ordine* 68.

Quapropter non poterat sub die 4. Junii, & sic post quatuor dies ab ejus translatione dictā semiportionem conferre uti Episcopus Sego-

4. bien. cum à momento suæ translationis talis amplius non esset, ut benè probant *Solorzan. de Jur. Ind. lib.* 3. *cap.* 13. *sub num.* 77. *Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 245. *& par.* 11. *cap.* 6. *num.* 42. *Gratian. discept.* 296. *num.* 14. *Rot. decis.* 475. *num.* 5. *& seq. par.* 1. *recent.* & decisum fuit sub Gregorio XIII. in Episcopo Terulen. translato ad Ecclesiam Cæsaraugustanam, quem Pontifex censuit non posse conferre Parochialem, quæ vacaverat biduo post translationem factam in Concistorio, ut referunt *Garz. de Benef. in addit. ad d. cap.* 5. *n.* 245. *Barbos. de offic. & potest Episc. par.* 2. *alleg.* 57. *num.* 92. *in fine*.

Quæ quidem Authoritates, licèt ut plurimū loquātur in terminis Regulæ secūdæ Cācellariæ reservatoriæ Beneficiorum vacantium post translationem, non verò in casu Beneficiorum simultaneæ collationis, tamen cum ratio, super qua se fundant dicti Doctores, ea sit superius insinuata, quia nempe à momento translationis vacat prior Ecclesia, & Episcopus definit esse

5. illius Sponsus, & hujusmodi ratio æque militet tam in Beneficiis liberæ, quàm simultaneæ collationis; Hinc earum relevat dicta circumstantia facti, cum via stet super ratione, & regulis legalibus ab iisdem Doctoribus adductis, & æquè applicabilibus etiam præsenti hypothesi, ut dixit *Rota dec.* 364. *n.* 13. *& dec.* 378. *sub num.* 7. *coram Seraph. & in rec. decis.* 424. *num.* 4. *in fine par.* 3. Nulla enim alia intercedit differentia inter Beneficia libera, & simultaneæ collationis, quàm, quod libera, vacan-

6. te Sede Episcopali, remanent ad dispositionem Papæ; illa verò simultaneæ collationis spectant ad Capitulū, *Corrad. prax. Beacf. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 73. *& seq.* & in hoc sensu visum fuit intelligendum esse etiam *Garz.* in contrarium allegat *par.*1. *cap.* 5. *num.* 246.

Absque eo, quod pro ratione differentiæ urgeat, vel favor Sanctæ Sedis concurrens in Beneficiis liberæ collationis, vel decretum irritans, quo munitum est regula secunda afficiens etiam ignorantes, quia quoad favorem S.

7. Sedis responsum fuit, quod nullus Doctor vim facit super eodem, sed omnes unanimiter se fundant super vacatione Ecclesiæ, & ubi Urbanus VIII. in ejus Brevi decrevit, Ecclesiam vacare à momento absolutionis à vinculo factæ in Concistorio, id statuit per viam legis generalis, non verò ad solos effectus particulares favorabiles S.Sedi; Unde cū dicta lex nō distinguat īter effectus favorabiles, vel nō favorabiles

8. S.Sedi Apostolicæ, nec nos distīguere debēus, sed generaliter intelligenda est, prout verba sonant *leg. cum lege ff. de Testam. cap. si quam de sent. excom. Paris. de resignat. lib.* 11. *quæst.* 4. *num.* 18. *&* 34. *Rota decis.* 606. *nn.* 11. *&* 12. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.*

Decretum verò irritans appositum in dicta regula nihil operatur ad intētum, nam validitas

9. collationis non dependet à scientia, vel ignorantia, sed à potestate, quæ deerat in Episcopo post translationem; Et ratio est, quia postquam dictus Episcopus à Rege præsentatus, acceptando præsentationem dedit mandatum procuræ ad supplicandum Sāctissimo pro translatione, & expeditione Bullarum, sic consentiendo, se supposuit voluntati Papæ, & ideo

etiam ipso ingnorante ab eo abdicata fuit om-
10. nis potestas per translationem, ut ex originali doctrina *Jo. Andr. in cap. quod ob gratiam num. 5. de regul. jur. in 6.* firmant *Barbos. de Offic. & Potest. Episc. par. 3. allegat. 119. sub. num. 7. Fermosin. de Capit. Sed. vac. quaest. 2. num. 22. Gratian. discept. 290. num. 28. Rot. decis. 475. num. 5. par. 1. recent. & in Placen. Canonicatus 26. Martii 1610. §. Neque coram Lancellott.*

His jactis fundamentis, nequaquam relevare visum fuit, quod Episcopus translatus Jurisdictionem Ordinariam exerceat quosque ad eum perveniat notitia secutae absolutionis à vinculo prioris Ecclesiae, ut praesupponitur etiam in superius enunciato decreto Urbani VIII. & ideo possit etiam beneficia conferre; Objectum enim duplici responsione ruebat; Altera nempe, quia nec de jure, nec ex mente Pontificis sub dicta generali permissione exercitii Jurisdictionis usque ad translationis notitiam, censeri potest comprehensa collatio Beneficiorum; Non
11. quidem de jure, quia sub dicta generali concessione Jurisdictionis non venit facultas conferendi Beneficia, nisi sit specialiter expressum ad *Text. in l. generaliter 3. de Offic. Vic. in 6. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 4. proem. n. 34. Rot. coram Buratt. dec. 590. num. 4. decis. 140. num. 4. coram Merlin. & coram Bich. decis. 244. num. 31.*

Nec etiam ex mente Pontificis, quia ubi Breve extenderetur ad collationem Beneficiorum, involveret manifestam contradictionem, & correctionem instantaneam; Cum enim in prima illius parte decernat, quod Ecclesia vacet à momento translationis, si in secunda concederet Episcopo, ut posset exercere, ut prius Jurisdictionem ad omnes effectus, etiam collationis Beneficiorum usque ad notitiam, Ecclesia medio tempore inter translationem, & illius notitiam esset vacans, & non vacans. Ad quod absurdum evitandum, dicendum est, Pontificem voluisse quidem relinquere Episcopo translato exercitium Jurisdictionis necessariae, ne interim oriantur confusiones in populo, si nullus adsit, qui negocia necessaria pro bonopublico expleat ad terminos *Text. in l. meminisse ff. de Off. Proconsul.* non autem permisisse etiam collationem Beneficiorum, quae absque praejudicio Episcopatus, & Populi sta-
12. re possunt in suspenso, usquequo, vel per S. Sedem, vel per Capitulum post habitam notitiam translationis conferantur, ut ad interpretationem *dicta leg. meminisse* ex originaria doctrina *Gulielmi de Cunco* monet *Bald. ibidem num. 3. Franc. Mar. dec. 1098. sub num. 8. Adden. ad Guid. Pap. dec. 501. litt. A. Fontaneil. de pact. nupt. claus. 4. glos. 10. par. 1. num. 99. in fine Antonell. de tempor. leg. lib. 2. cap. 35. num. 19.* & in consimilibus terminis Episcopi, qui resignavit, concordando opiniones contrarias tradit *Petr. Barbos. in l. divortio 8. sub num. 51. & seq. ff. solut. matrim.*

13. Altera verò responsio in eo consistit, quod collatio Beneficiorum nullatenus videtur spectare ad legem Jurisdictionis *Jo: Andr. in cap. quamquam de elect. in 6. Butr. in cap. nost. num. 3. de elect. Pavin. de Offic. & potest. capit. sed. vac. quaest. 2. par. 2. num. 2. inter Tractatus magnos tom. 13. par. 2. fol. mihi 422. Rebuff. in prax. tit. de devolut. nu. 89. Lotter. de re Benef. lib. 1. quaest 21. num. 34.* & latè *lib. 2. quaest. 2. à num. 5. Soler in addit. ad Pastor. de Benefic. lib. 3. tit. final. litt. D. fol. mihi 485.* sed potius connumerari inter fructus, & quidem majores Episcopatus, ut fuit sensus san. mem. Gregor.
14. XIII. in dicta Terulen. superius allegata, cum qua concordant *Gloss. Magistralis in cap. cum olim verb. Capitulo: de Major. & Obed. Lotter. lib. 2. quaest. 34. num. 20. & 25. Fermosin. de Capitulo sed. vac. quaest. 23. num. 4. & 17. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. §. 4. Procem. num. 61. & glos. 56. num. 42. Gratian. discept. 127. num. 38. Tondut. resol. Benef. par. 1. cap. 111. num. 2. Rot. decis. 29. sub num. 1. de praeben. coram Moed. in Seguntina penes Garz. de Benefic. par. 5. cap. 1. n. 249. & in Vormatien. Custodia 11. Decembris 1684. §. Et sic, coram bon. mem. Ursino,* & magis praecisè de jure turnandi, quod & ipsum inter fructus censendū sit *Rota in Romana Clericatus Beneficiati Sancti Petri 13. Maii 1695. §. Conveniebant, & 3. Decembris 1696. in fine coram R. P. D. meo Priolo, & in Ildesimen. Canonicatus 3. Julii 1702. §. At redeundo coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Hinc jure meritò, quamvis Episcopus usque ad notitiam translationis Jurisdictionem Ordi-
15. nariam exerceat, non tamen conferre potest Beceficia, quia à momento absolutionis Prioris Ecclesiae, & translationis ad aliam amittit omnes fructus dictae primae Ecclesiae, & perceptos restituere tenetur, ut probant *Bellamer. in can. si quis 21. quaest. 2. num. 12. §. secunda pars. Garz. de Benefic. par. 11. cap. 6. num. 41. Barbos. de Offic. & potest. Episc. par. 2. alleg. 57. num 91. Capon. discept. 105. nu. 33. Rot. coram Cavaler. decis. 104. num. 2. & 3.*

Et licèt non desint Doctores adscribentes Jurisdictioni Beneficiorum collationem, quorum longa series cumulabatur per Scribentes pro Capitulo; Nihilominus DD. animadvertebant, quod alii perfunctoriè tantùm, & non examinatâ materiâ id firmant, alii verò, ut plurimum loquuntur in casu collationis faciendae favore certae personae ad nominationem, seu praesentationem alterius, in quibus terminis,
16. cum collatio non sit gratia, sed mera justitia, competit jure Magistratus, & inter Jurisdictionalia computatur, & in hac hypothesi procedit opinio *Gloss. in cap. transmissam verb. talibus de elect.* ut distinguendo probant *Lotter. de re Benef. lib. 1. quaest. 21. nu. 35. & lib. 2. quaest. 2. num. 15. 17. & seq. Pavin. de Offic. & Potest. Capituli sed. vacan. 2. par. quaest. 2. num. 2. §.*

Con-

Confirmare autem Lguuez de fructib. par. 1. cap. 31. §. 1. num. 13. & 14.

Vel si qui Doctores loquuntur etiam in casu
collationis voluntariæ, & liberæ, non erant
17. attendendi, cum in contrarium stet opinio
magis communis, de qua supra validioribus
etiam fulcita rationibus, & signanter quia nul-
la lege, vel canone cavetur, quod Jus confe-
rendi competat jure Magistratus, seu jurisdictio-
nis, & non omnia, quę competunt Episcopo, cō-
18. petūt jure Magistratus, vel Jurisdictionis, licèt
imprimantur à lege eodem tempore, quo impri-
mitur Jurisdictio, ut contingit in jure conferēdi,
quod Episcopo defertur ex *Can. omnes Basilicæ
16. qu. 7.* abstractivè à quacumque Jurisdictione,
ut benè *Lotter. de re Benc. lib. 1. qu. 21. n. 24. & seq.
& n. 34. & lib. 2. qu. 2. n. 5. & seqq.* quem sequitur
*Solier. ad Pastor. de Benefic. lib. 3. tit. fin. litt. D.
fol. mihi* 485.

Ulterius Jurisdictio potest stare sine facultate
conferendi, & è converso jus conferēdi, sine Ju-
19. risdictione, cum plures non Episcopi Beneficia
conferant, & aliqui Episcopi sint, qui nulla con-
ferunt, ut observant *Jo: Andr. in c. verum sub n. 9.
vers. & facit de for. compet. Pavin. de Offic. & potest.
Capitul. sed. vac. dicta par. 2. quæst. 2. num. 2.*
ex quo necessariò inferebatur jus conferendi
esse quid distinctum à Jurisdictione, cum aliàs
20. unum sine altero stare non posset, ut pluribus
aliis casibus, & exemplis adductis prosequitur
Lotter. d. lib. 2. q. 2. n. 5. & seqq. & n. 12.

Minus obstat, quod agatur de provisione jam
facta, & suum effectum sortita, quę ideo retracta-
ri non debeat exemplo fructuum bona fide con-
sumptorum, qui non veniunt amplius restitu-
21. endi; Quia cum in præsenti non agatur de
nullitate provisionis ad effectum privandi pos-
sessorem, sed ad solum finem recognoscendi,
an per dictam provisionem factam ab Episco-
po, qui per traslationem desierat esse dictæ
Ecclesiæ Antistes, fuerit in præjudicium
Successoris turnus consumptus, hujusmodi di-
22. scussio semper, & quandocumque, etiam re
non integra fieri potest *Gonz. ad regul. 8. Can-
cellariæ Gloss. 45. §. 3. nu. 36. Achill. de Grass.
decis. 1. num. final. de concess. præbend.*

Parum urgente replicatione, quod saltem
bona fides suffragaretur Capitulo, quod non
debet pati damnum amissionis Turni, stante
dubietate articuli, & ignorantiâ, quod collatio
ad ipsum spectaret; Omisso enim, quod hæc
23. esset ignorantia Juris, quæ non excusat, obie-
ctum cessat in facto; Nam ex protestatione
data *in Summario Hyacinthi num. 6.* apparet,
quod Capitulo optimè innotescebat collatio-
nem dictæ semiportionis secutam post transla-
tionem Episcopi esse nullam, & ad ipsum spe-
ctare, unde si neglexit conferre, & jura sua
promovere, etiam postquam scivit translatio-
nem, ad gratificandum forsan Episcopo abeun-
24. ti, vel illius proviso, sibi imputare debet, nec
ejus negligentia nocere potest Episcopo Successori, *Gonz. ad regul. 8. Cancellariæ gloss. 45. §. 3. num. 14. & seqq. Rota coram Put. dec. 179. in fine, & lib. 3. dec. 301. nu. 3. & 4. par. 10. recentior. & in Compostellana Beneficiorum 11. Decembris 1697. §. final. coram Reverendissimo Domino meo Decano.*

Et ita responsum fuit utraque Parte acerrimè jura sua promovente.

R. P. D. MOLINES DEC.

Nullius seu Fulden. Jurisdictionis, Lunæ 27. Aprilis 1705.

ARGUMENTUM.

Abbas est manutenendus in possessione exercendi Jurisdictionem quasi Episcopalem, docto de actibus possessoriis, ac concurrentibus pluribus Privilegiis Apostolicis, & Imperialibus, ex quibus dicitur resultare titulus coloratus ad præscriptionem quadragenariæ.

SUMMARIUM.

1. *Bonorum Jus ad effectum manutentionis in Jurisdictionalibus resultat ex titulo, & actibus possessoriis.*
2. *Petens reintegrari fatetur alium possidere.*
3. *Jurisdictio dativa oritur ex Privilegiis.*
4. *Verba Privilegii quando comprehendant Jurisdictionem etiam in Clerum, & Populum.*
5. *Jus convocandi Synodum de necesse supponit Clerum, & Populum.*
6. *Concesso antecedenti, concessum censetur consequens ad illud necessarium.*
7. *Abbas Fuldensis decoratus fuit pluribus Apostolicis Privilegiis indicantibus Jurisdictionem quasi Episcopalem.*
8. *Observantia subsequuta est fidelis interpres Privilegiorum.*
9. *Donationes Imperatorum, & aliorum Principum supremorum non possunt tribuere jurisdictionem Spiritualem.*
10. *Privilegia Imperatorum, possunt deservire pro interpretatione Illorum concessorum à Papa, ubi de istis in illis fit mentio.*
11. *Ejus est interpretari, cujus est concedere Privilegium.*
12. *Res Judicata declarat quales actus sint attendendi, ubi contentio fuit deducta ad judicium.*
13. *Observantia interpretativa non exigit uniformitatem actuum Jurisdictionalium.*
14. *Confessio Episcoporum multùm deservit Prælato inferiori pro Jurisdictione cum Territorio Separato, & nullius.*
15. *Historici probant Territorium Separatum, si loquantur de aliqua Abbatia cum qualitate nullius, & deserviunt pro comprobatione observantia interpretativa num. 16.*

17. Pra-

17. *Prælatus inferior ex concordi opinione Doctorum potest præscribere Jura Episcopalia tam in totum, quàm in parte cum Territorio Separato.*
18. *Ad præscriptionem inducendam, vel sufficit immemorabilis, aut centenaria sine titulo, vel quadragenaria cum titulo colorato num. 19.*
20. *Centenaria sine titulo, & quadragenaria cum titulo colorato æquiparantur inter se ad effectum præscriptionis.*
21. *Clerici possunt præscribere decimas adversus Episcopum, aut Parochum per quadragenariam cum titulo colorato.*
22. *Titulus coloratus requisitus per præscriptionem quadragenariam in Territorio Separato, procedere debet à Sede Apostolica.*
23. *Titulus sufficit coloratus, cum de uno non est disputatio, quia tribuit Jus plenum absque præscriptione quadragenaria.*
24. *Doctores de hac re loquentes declarantur.*
25. *Concilium Tridentinum cap. 20. sess. 24. super Causis Criminalibus, & Matrimonialibus, non vindicat sibi locum in Prælatis inferioribus, habentibus Territorium Separatum, cum Jurisdictione quasi Episcopali.*
26. *Casus omissus à statuto remanet sub dipositione juris communis.*
27. *Concilium Tridentinum non consuevit derogare Sacris Canonibus juris communis sub involucro verborum, nisi de illis fiat explicita mentio.*
28. *Exempla non sunt attendanda, ubi circumstantiæ sunt diversæ.*
29. *Privilegia Pontificum etiamsi aliquid erroneè præsupponant, tribuunt titulum Coloratum in præscribente.*
30. *Sententia præsumitur prolata discussis meritis Causæ.*
31. *Concordia stipulata inter Partes occasione litis magis confirmat Jus inter eas.*
32. *Ex concordia nulla adhuc desumitur declaratio Juris competentis.*

DECISIO XXIII.

CONclusum fuit etiam in hac tertia præsentis Causæ discussione, *constare de bono Jure Abbatis Fuldensis etiam ad effectum manutentionis in possessione, & exercitio Jurisdictionis Ordinariæ quasi Episcopalis in omnibus locis Ditionis Fuldensis*; Motique fuerunt Domini eâ fundamentali ratione, quod idem Abbas fruitur actuali hujus controversæ Jurisdictionis possessione, ac multiplici legitimo possidendi titulo, quibus concurrentibus, dubio procul
1. bonum Jus consurgit ad manutentionem decernendam, ut citatis quamplurimis concordantibus, nuper respondit *Rota in Romana hæreditatis de Ruspulis 13. Junii præteriti §. finali, & in confirmatoria 2. Martii nuper elapsi §. 1. coram Me.*

Non revocabatur in dubium actualis possessio Abbatis, veluti resultans tum ex infinitis actibus dictæ Jurisdictionis ordinariæ, & quasi Episcopali per ipsum exercitis, quibus refertum conspicitur ejusdem primum Summarium datum die 28. Junii 1700. coram R.P. D. de la Tremoille *à num. 79. ad num. 88.* Tùm, & certiùs ex duplici Episcopi Herbipolensis confessione emissâ sub diebus 31. Januarii, & 3. Aprilis 1688. in duabus commissionibus hujus Causæ transcriptis in *dicto Summario num. 1.* in quibus exposuit ipsum prætendere Episcopalem Jurisdictionem in diversa loca, cœnobia, & Parochias Territorii Fuldensis, quamvis post transactionem anni 1662. & omni tempore talis Jurisdictio integra, & illibata resideret penes Abbatem, ejusque successores, & constituatur Ecclesia Fuldensis in statu Nullius Diœcesis cum Jurisdictione Ordinaria in Clerum, & Populum; Petiitque demum Episcopus reintegrari ad prædictam Jurisdictionem Episcopalem, ex qua narrati-
2. va, & consecutiva reintegrationis petitione, clara, & dilucida consurgit ipsius Episcopi confessio, quod controversæ Jurisdictionis possessio, & detentatio penes eundem Abbatem resideret ex traditis per *Rotam decis. 182. nu. 4. & decis. 208. & decis. 266. num. 1. post. Posth. de manutent. & decis. 240. num. 1. & 5. par. 19.* recensita cum aliis *in Thermulen. manutentionis 15. Februarii 1704. §. Justitia mandati coram Me.*

Quod attinet ad titulos, quibus stabilita Abbatis possessio subnixa est juxta varias facti circumstantias in propositionibus Causæ à Partibus deductas varius quoque fuit Dominorum sensus: Nam in prima Causæ decisione proditâ sub die 28. Junii 1700. coram R. P. D. meo dè la Tremoille, Tribunal illos desumpsit ex triplici genere exemptionis Nativæ scilicèt, Dativæ, & Præscriptivæ; In secunda verò decisione facta coram Me sub die 16. Februarii 1703. rejectâ nativâ, & dativâ, se restrinxit ad præscriptivam. In hac demum novissima disputatione, denuo posthabitâ nativâ, rediit ad Dativam, semper tamen præcipuè, & principaliter figendo pedes in Præscriptiva. Ratio exclusionis nativæ etiam hodie desumpta fuit ex plenè animadversis in dicta secunda mea decisione §. *Re siquidem cum seqq.* cum quibus Domini processerunt.

Quo verò ad exemptionem Dativam, fundamentum eam iterum amplectendi constitutũ extitit in privilegio concesso anno 750. *per Papam Zacchariam Sancto Bonifacio primo Abbatiæ Fuldensis Fundatori*, & potissimè in illis verbis, quibus Pontifex prohibuit *cujuslibet Ecclesiæ Sacerdotem, vel Episcopum in Fuldensi Monasterio ditionem quamlibet habere, aut auctoritatem possè exercere præter Sedẽ Apostolicam*, ac insequentibus verbis, quibus eadem

dem libertas, exemptio, & respectivè immediata subjectio Sanctæ Sedi indulgetur tam loco *Fulda* ubi Monasterium jam erectum reperiebatur, *quam etiam aliis locis, quæ futuris temporibus in Jus ipsius Monasterii Divina pietas voluerit augere ex donis, & oblationibus Fidelium*, ut in *Summ. Abbatis dato 28. Junii 1700. cor. R. P. D. de la Tremoille num. 6.* Quæ verba proculdubio exemptionem important, cum non videantur restricta ad septa Monasterii, & ad illius Abbates, & Monachos, sed ulterius comprehendant ipsum Locum Fuldæ jam adeptum de tempore concessionis per Monasterium, & alia loca imposterum acquirenda; Utique non solùm præseferunt exemptionem passivam Monasterii, & Monachorum, sed etiam activam in Populum, & Clerum, vel de tempore Privilegii in loco Fuldæ actu forsan existentem, vel in posterum extiturum per ea, quæ tradunt *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 112. & sequen. Rota coram Mart. Andr. decis. 54. num. 6. coram Curill. decis. 149. num. 1. decis. 324. num. 6. par. 1. recen. dec. 39. num. 1. & decis. 197. num. 20. par. 8. & in Marsicen. seù Nullius Jurisdictionis super bono Jure 7. Junii 1700. §. Alia privilegia coram R. P. D. meo Muto, & in Firmana Jurisdictionis super reservatis 15. Aprilis 1701. §. Secundum fundamentum coram Me*, & abundè *in 1. decisione hujus Causæ §. Primum autem cum duobus seqq. coram R. P. D. de la Tremoille.*

Accedunt prædicto Papæ Zaccariæ privilegio alia successorum Pontificum Diplomata, relata in *Summar. Abbatis dato 28. Junii 1700. num. 8. 12. & 14.* scilicèt *Stephani Tertii*, confirmantis sub anno 770. illud prædicti Prædecessoris juxta totam sui continentiam, & te-
4. norem. *Joannis Octavi* qui anno 872. ultra eandem generalem confirmationem, indulsit Abbati prærogativam appellandi ad S. Sedem Apostolicam more Episcoporum, & per verba generalia submisit Ecclesiæ Romanæ Monasterium *cum omnibus Cellis, Ecclesiis, Curtibus, Præpositturis, districtionibus, cunctisque ad se pertinentibus*, quæ verba videntur comprehendere non solùm Monasterium, sed etiam locū, in quo illud situm erat, aliaque ad ipsum pertinentia, ac per consequens omnes Laicos, & Clericos in illis habitantes ex allegatis suprà in §. 4. & consideravit *Rota in Cupuanu, seù Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. num. 14. & seqq. coram Bourlemont. Silvestri Secundi anno 999.* qui impertitus fuit Abbati Herchembaldo potestatem habendi Concilium, seù Synodum, quod sanè Privilegium est omnium efficax, & fortissimum ad evincendam illius Jurisdictionem quasi Episcopalem; Nam cum Jus convocandi Synodum de neces-
5. se supponat Populum, Clericos, & alias Personas Ecclesiasticas subditas ei, cui tale Jus competit, & tribuitur, alterum de duobus videtur omnino concludendum, vel quod Papa Silvester optimè conscius, quod Abbas Fuldensis vigore antecedentium Privilegiorum obtineret Jurisdictionem in Populum, & Clerum, voluerit proinde expresso Diplomate illi concedere hujusmodi potestatem convocandi Synodum aliàs dictæ Jurisdictioni quasi Episcopali consecutivam; Vel quod per idem Indultum voluerit, & intellexerit subiicere eidem Abbati Populum, & Clerum Fuldensem; Cum omni Juri repugnet, quod Prælatus more Episcopi convocare valeat Synodum Diœcesanam in alieno Territorio, & leges indicere, ac reformare mores Cleri alienæ, & non suæ Jurisdictioni suppositi ex congestis in prima decisione hujus Causæ §. *Silvester Papa Secundus edita coram R. P. D. de la Tremoille 28. Junii 1700.* Militatque pro hujus secundæ intelligentiæ robore illa elementaris
6. Juris propositio, quod concessa Jurisdictione, quæ supponit unum necessarium antecedens, & istud pernecesse eodem contextu elargitum presumitur per regulam deductam ex *Textu in l. si fideicommissa 11. §. Hæc verba ff. de legat. 3. l. filium 17. ff. de aur. & arg. legat. Rot. decis. 14. num. 1. & seq. par. 1. recen. & decis. 335. num. 1. par. 15. recen.* Idemque denique convincitur ex proximè relato Privilegio Joannis Octavi anno 872. Indulgente etiam Abbati Fuldensi Sedis honorem cum Jure decisivi suffragii in Episcoporum Conciliis, prout de facto intervenisse constat ex documentis ponderatis in citata prima decisione coram R. P. D. de la Tremoille §. *At quatenus, & seq* Quæ prærogativæ non solent communicari, nisi Prælatis Inferioribus præditis Jurisdictione quasi Episcopali, ut colligitur ex Sac. Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 2. de reformat.* & tradunt *Paguan. in cap. & si membra 10. de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli n. num. 32. Tambur. de Jure Abbat. tom. 1. disp. 3. quæst. 4. num. 3.* ubi in specie de Abbate Fuldensi, cum aliis allegatis in dicta prima decisione hujus Causæ §. *Eadem Privilegia coram R. P. D. meo de la Tremoille*; Quæ omnia Privilegia, & prærogativas posteà confirmarunt alii successores Summi Pontifices nempe Sergius Quartus anno 1011. Clemens Secundus anno 1040. Gregorius VI. anno 1045. ut patet ex *Summario Abbatis dato die 28. Junii 1700. num. 15. 16. & 17.*

Recitata equidem Privilegiorum series non seorsim, & partialiter, sed simul, & in omni-
7. bus sui partibus ad invicem sumpta, & collata convincit, Abbates Fuldenses fuisse à Pontificia largitione ditatos prærogativis in linea exemptionis, & Jurisdictionis specialioribus, & amplioribus illis, quas reportavit, & obtinet regulariter universus Claustralium cætus, dum omnia illius Privilegia conspirant non solùm ad eximendum Monaste-

rium

rum Fuldense, ejusque Monachos à Jurisdictione Episcoporum, sed locum Fuldæ, ubi illud situm erat, aliasque Terras, & loca per ipsum acquirenda, & ad assimilandum Abbatem in õnibus juribus, & Jurisdictionibus Episcopis,& veris locorũ Ordinariis;Quod est adeo verum, ut Eruditissimus Pater *Thomassinus* qui non unum, sed plura rimaverat Privilegia concessa aliis Monachorum Congregationibus lustrato præmisso Papæ Zachariæ senserit, ac testatus fuerit, antiquitatem alterum illi simile non vidisse, ut in illius opere *de nova, & veteri disciplina par. 1. lib. 3. cap. 30. nu.8.*

Ast quatenus litteralis, & rigida verborum importantia, quibus dicta Privilegia sunt con-
8. cepta, non præseferret claram, & manifestam Jurisdictionis activæ concessionem; sed res esset ambigua, removeri visa fuit dubietas ex successiva observantia, quæ est fida, ac veracior legum,& Constitutionum interpres, ut in specie docuerunt *Fagnan. in cap. Tuæ num. 14. & 15. de Cler. non resid. Rota coram Martin. Andr. decis. 54. num. 14. & 16. & in Marsicen. seù Nullius Jurisdictionis super bono Jure 7. Junii 1700. §. Posita autem coram R. P. D. meo Muto.*

Fuitque illa primo loco elicita ex pluribus Augustorum Imperatorũ Privilegiis, in quibus semper Abbatem Fuldensem uti verum Ordinarium agnoverunt, ut patuit ex eorundem Diplomatum Elenco transcripto in *dicto Summario Abbatis dato 28. Junii 1700. num. 20. & 22.* & signanter solemne est factum Henrici Romanorum Regis, qui anno 1307. submovit Herbipolensem Episcopum ditionem Fuldæ invadentem, & Abbatem in suæ Jurisdictionis exercitio turbantem *dicto Summ. num. 23.* & si enim Imperatorum, & Principum laicorum donationes tribuere nequeant Jurisdictionem
9. Ecclesiasticam ad *Text. in cap. cum & plantare de privileg. cum aliis allegat. in secunda mea decisione §. Nec ulla habita fuit ratio*; Innegabile tamen est, quod quando illorum Privilegia, prout in casu, habent mentionem de Privile-
10. giis Pontificiis, inserviunt magnopere pro illorum interpretatione *Rota decis. 165. num. 2. par. 4. divers. coram Seraph. dec. 1304. in princ. & num. 3. coram Verallo, dec. 337. num. 6. coram Martino Andr. decis. 54. num. 10. & in recen. decis. 102. num. 5. & decis. 626. num. 1. par. prima & decis. 71. num. 6. par. 14. & in Toletana Jurisdictionis super Decimis 21. Aprilis 1690. inter impressas post Card. de Luca super materia de Jurisdictione decis. 18. num. 6.*

Secundo educebatur observantia ex aliis pluribus Pontificiis Diplomatibus præsupponentibus, & enunciantibus, Abbatem Fuldensem Ordinarium totius Ditionis Fuldæ, & Ditionem Fuldensem Nullius Diœcesis, de quibus latè habebitur ratio infra agendo de exemptione præscriptiva, & cum hac denominatione processerunt plures Summi Pontifices, pleræque Sacræ Congregationes Urbis, & Nuncii Apostolici Coloniæ, qui dictam Abbatiam Fuldensem visitarunt, ac denominarunt Nullius Diœcesis, prout sub hac denominatione legitur adnotata in Libris Sacri Collegii, & Cancellariæ Apostolicæ, ut latè hæc justificantur in *dicto Summario Abbatis dato 28. Junii 1700. à num. 59. ad num. 79.* & ponderantur in prima decisione hujus Causæ coram R. P. D. de la Tremoille, qui quidem actus cum promanãt ab ipsamet Sancta Sede Apostolica nulla melior elici potest interpre-
11. tatio eâ, quæ ab ipsius Privilegii largitore, & successorum proficiscitur; Cum ejus sit interpretari, cujus est concedere privilegium ad *Text. in cap. ex parte 23. de verbor. significat Bald. consil. 305. in princ. lib. 1. Alexand. consil. 216. num. 13. lib. 2.* cum aliis per *Gratian. discept. forens. cap. 927. num. 99.*

Tertio suadebatur observantia ex quamplurimis actibus ordinariæ Jurisdictionis omni tempore exercitis per Abbatem Fulden. in universa ejus Ditione, de quibus latè in *Summ. Abbatis 28. Junii 1700. à num. 79. ad nu. 88.* & quamvis ex parte Episcopi doctum fuerit de pluribus aliis actibus per ipsum in dicta Ditione Fuldensi gestis, hodie in particulari folio recensitis; Attamen longe major numerus actuum concurrit in Summariis Abbatis, & quod majori dignum est observatione, re deducta in Judicium, Abbates Fuldenses reportarunt sententias declarantes, ipsos in sua Ditione Fuldensi gaudere Jurisdictione Spirituali in exclusionem Episcopi Herbipolensis, & signanter est speciali ponderatione dignum, quod post illam penes Historicos tam notabilem, ac scandalosam expulsionem Abbatis Balthassaris àDitione Fuldensi per aliquos Capitulares, & Nobiles illius *Vassallos* unàcum Episcopo Herbipolensi factam anno 1576. san. mem. Gregorius XIII. Pontificiâ interpositâ auctoritate speciali delegatione repetitis vicibus commisit prius Imperatori Maximiliano, & postea Imperatori Rodulpho, ut Abbatem ad suam Abbatiam, & Jurisdictionem Ecclesiasticam, & Sæcularem restituerent, & reintegrarent. Idemque præceptum renovavit sa. me. Sixtus V. Gregorii XIII. successor directum Episcopo Herbipolensi. In cujus Delegationis executionem emanavit anno 1602. Imperatoris Rodulphi sententia, cujus vigore Abbas restitutus fuit suæ Diœcesi cum solemni præcepto facto omnibus Personis Ecclesiasticis, & Sæcularibus Fuldæ, ut eundem Abbatem tanquam Ordinarium agnoscerent; Cui Judicato conformis est successiva resolutio Sacræ Congregationis Concilii anno 1604. & Breve san. mem. Clementis VIII. ejusdem anni; in quibus excitatur, & confirmatur auctoritate Apostolicâ Jurisdictio quasi Episcopalis competens Abbati in locis sibi subiectis deman-

man-

dando, quatenus ea omnia exerceat, quæ ad veros Ordinarios pertinent, ut constat ex documentis exhibitis in sæpedicto *Summario Abbatis 28. Junii 1700. à num. 35. ad num. 58.* Quamobrem parum refert, quod Episcopi Herbipolenses quandoque exercuerint actus
12. aliquos Ordinariæ Jurisdictionis in Ditione Fuldensi, si postea re deducta in Judicium, iis non obstantibus, prætensiones Episcoporum rejectæ fuerunt, & Ordinaria Jurisdictio adjudicata semper extitit Abbati Fuldensi, *Cardinalis de Luca de Parochis disc. 27. num. 7. Rota corā Ludovis. decis. 467. n. 1. & decis. 288. n. 6. apud Posth. de manuten. & decis. 69. nu. 28. apud Tamburin. de Jure Abbat. & decis. 281. num. 21. & decis. 307. num. 7. coram bo. mem. Emerix Jun. & in Giennen. Jurismutandi super restit. in integr. 26. Aprilis 1700. §. Sive demum cum seqq. coram R. P. D. meo Muto*; Maximè quia dicti actus favorabiles Abbati modò non afferuntur ad inducendam observan-
13. tiam præscriptivam, sed interpretativam, quæ non exigit omnimodam illorum uniformitatē, sed sufficit probare sæpe sæpius fuisse ita observatum, citra quod necessarius sit interruptus temporis lapsus ad præscribendum requisitus *Dec. consil. 11. num. 12. vers. & ideo, Altograd. sen. cons. 83. num. 101. lib. 1. Rot. coram Dunozzet. Jun. decis. 265. num. 11. & coram Card. Cerro decis. 824. num. 7. & decis. 448. num. 3. in fine par. 1. decis. 351. num. 7. par. 6. dec. 316. n. 14. & 15. par. 9. recen. cum aliis passim.*

Quarto comprobatur observantia ex pluribus confessionibus Episcoporum Herbipolensium emissis in pluribus actibus proportionatis, & maturo Judicio factis, de quibus in *dict. Summario Abbatis num. 85. 86. 87. & 88.* ac specialiter in Concordia anni 1662. ut in *d. Summario num. 74.* & in ipsis commissionibus Rotalibus hujus causæ, in quibus actibus Episcopi Herbipolenses sincerè confessi sunt, Abbatem Fuldensem potiri Jurisdictione quasi Episcopali in Ditione, & Territorio Fuldensi; Responsione non attenta, quod Pars hujusmodi Territorii spectet ad Diœcesim Moguntinam, quoniam omissis aliis replicationibus confunditur hujusmodi subterfugium ex silentio, & perpetua Archiepiscopi Moguntini taciturnitate; nunquam enim spatio decem sæculorum Antistites Moguntiæ turbarunt Abbatem Fuldensem in exercitio suæ quasi Episcopalis Jurisdictionis; Quinimmo Joannes Philippus Archiepiscopus Moguntinus, qui erat etiam Archiepiscopus Herbipolensis, eum uti Archiepiscopus Moguntinus fuisset Auctor dictæ Concordiæ celebratæ anno 1662. in eadem confessus fuit, Abbatem Fuldensem gaudere Jurisdictione Ordinaria Ecclesiastica privativè in Diœcesi Fuldensi in Clerum, & populum cum qualitate Nullius, ut patet ex citato *Summario Abbatis num. 74.* Quibus re-
14. petitis Episcoporum Herbipolensium confessionibus præsupponentibus, Abbatem Fuldensem Ordinarium alicujus Territorii nulla melior, ac firmior desiderari potest observantia ad concludendum, quod Abbatia Fuldensis gaudeat prærogativâ Territorii Separati vigore supradictorum Privilegiorum Sedis Apostolicæ ad *Text. in leg. cum precum Cod. de liberal. caus. Spad. cons. 58. num. 11. lib. 1. Rot. decis. 94. num. 24. par. 7. & decis. 106. nu. 24. par. 19. & decis. 257. num. 19. cor. Emerix*, & in specie de confessione emissa in Concordia *decis. 477. num. 9. par. 19. rec.*

Denique non parum roboris recipit observantia ex plurium Scriptorum Testimonio,
15. qui loquentes de Abbatia Fuldensi affirmarunt, eam gaudere Territorio Separato, illiusque Abbatem quasi Episcopali Jurisdictione ex Jure, & consuetudine potiri, & inter alios ex Germanis id testantur *Eberard. Fabric. in Gloria Fuldæ fol. 19. in med. & fol. 42. in fine, Imhoff. in notit. Procerum Imper. lib. 3. cap. 10. num. 4. Joannes Rau. in sua Cosmograph. fol. 417. Lauren. Ohm de Jure Episcopi, Thes. 20. tit. 8. Reinkinck de Jur. Eccles. & Sæcul. lib. 3. Class. 2. cap. 3. num. 33. Heping. de Jur. sigill. cap. 4. §. 1. num. 50. Sebastian. Munster. lib. 5. Cosmograph. fol. 11. & 68.* Ex Gallis *Thomasin. part. 1. lib. 3. cap. 35. num. 7. Altaserr. Asceticon. lib. 7. cap. 12. fol. 398.* ubi Monasterium Fuldense æquiparat Cassinensi; Ex Belgis *Alvisct. Murenula vermiculata sect. 4. dub. 22. num. 5. & seqq.* Ex Batavis *Rheinard. Vitriar. Jur. public. lib. 1. cap. 15. Volfang Regerveil. in Libell. Cosmograph. Dict. Fulden. apud Abrah. Ortel. in Theatr. Orb. Terrar. verb. Fulda.* Ex Hispanis *Tepes Co stit. Benedictin. tom. 3. cent. 3. fol. 106. à ter. col. 2.* Quibus demum ex Italis accessere *Gualdus Prioratus nel Tratt. universale delle notizie dell'Imperio fol. 97. & seqq. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. disputat. 3. quæst. 4. num. 3. in fine fol. 21.* qui ait, Abbatem Fuldensem Trium personarum vicem sustinere, nempè Abbatis in Monasterio erga
16. suos Monachos, Episcopi erga Populum, & Domini temporalis cum Jurisdictione erga Laicos: Nec venit in dubium, quin auctoritas scriptorum magnopere conferat pro comprobanda observantia interpretativa, ut ex *Becc. Surd.* & aliis dixit *Rota in decis. 214. nu. 6. cum seqq. part. 4. tom. 2. recent. in Melevitana Statuti 27. Aprilis 1689. §. Hæcque interpretatio coram bo. me. Emerix, & in Placentina Cathedralitatis 22. Junii 1703. §. fin. coram me.*

Stantibus præmissis concludebant Domini, præfata Summorum Pontificum privilegia simul sumpta, & à subsequuta observantia tot sæculorum, & repetitis Episcoporum Herbipolen. confessionibus declarata tribuere Abbati Fuldensi sufficientem titulum pro illius Dativa ordinaria, & quasi Episco-

pali Jurisdictione. Sed præterea, & principaliter subdebant esse semper undique innegabile, & omninò inconcussum, quod eadem Privilegia etiamsi essent dubia associata cum lapsu quadraginta annorum induxerint veram, & Canonicam præscriptionem exuberantem ad acquirendam illam Jurisdictionem cum Territorio Separato, in cujus possessione idem Ab-
17. bas actu existit; Enim verò in Jure Canonico certissimam esse iterum dixerunt propositionem firmatam in præteritis causæ Decisionibus, quod Prælatus Inferior præscribere possit Jura Episcopalia juxta *Text. express. in cap. Auditis* 15. ibique *gloss. verb. Jus Episcopale, & in cap. cum olim* 18. ubi pariter *gloss. verb. Præscriptione munitum de præscription. & cap. cum. Personæ* 7. §. *Quod si tales de privileg. in* 6. & tenent communiter Canonistæ inter quos *Innocent. in dicto cap. cum olim num.* 2. *Hostien. in cap. Dilecto num.* 24. *de Offic. Archidiacon. Abb. in dicto cap. Auditis num.* 6. *versic. fin. Gonzal. ibidem num.* 6. *Balb. de præscription.* 5. *par. princ. quæst.* 11. *num.* 2. *Carcialup. de union. articul.* 3. *num.* 21. *inter tract. magn. part.* 15. *tom.* 1. *artic.* 3. *num.* 21. *Linchez de Jur. Episcop. cap.* 5. *num.* 46. *Leggosre in Synops. Decretal. fol.* 176. *Florez de Men. pract. lib.* 3. *quæst.* 24. *Boer. decis.* 133. *num.* 10. *de Gruff. decis. nur. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *nu.* 36. *Rot. decis.* 2. *num.* 1. *vers. Sed omnia Jura de præscript. in nov. decis.* 324. *num.* 12. *part.* 1. *& decis.* 243. *num.* 9. *part.* 2. *coram Dunozett. Jun.* 988. *num.* 2. *&* 5. *& decis.* 101. *num.* 2. Et quidem tam in totum, quam in parte, ut præter allegatos, docuit *Jo: Andr. in cap. si Episcopus de Offic. Ordinar. in* 6. *Abbas in cap. cum contingat num.* 11. *in fine, & num.* 18. *de for. competent. Calderin. cons.* 2. *de præscription. Balb. eodem tract. dicta quæst.* 11. *num.* 7. *Lotter. de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 24. *num.* 106. *& sequent. Tamburin. de Jur. Abbat. disput.* 15. *quæst.* 9. *num.* 10. *Rot. apud eundem decis.* 40. *num.* 2. *decis.* 55. *num.* 9. *& in rec. decis.* 224. *num.* 12. *par.* 1. *rec.*

Non obstantibus contrariis auctoritatibus aientibus, nullam præscriptionem sufficere, ut Prælatus inferior possit Jurisdictionem Ecclesiasticam maximè cum Territorio separato præscribere contra Episcopum in sua Diœcesi, quod signanter firmatum videtur per *Rotam decis.* 324. *num.* 11. *par.* 1. *recent. ex Doctrina Hostien. in cap. cum contingat num.* 1. *de for. competent. & in cap. quanto num.* 13. *& cap. quoniam de Offic. Ordinar. num.* 2. ea ratione, quia Episcopatus constituit unum Corpus, cujus caput est Episcopus, & casu quo Prælatus inferior posset inter fines Diœcesis præscribere Jurisdictionem, & Territorium contra Episcopum, essent duo Prælati, seu duo Episcopi in eodem Episcopatu, seu Diœcesi, sicque duo capita in eodem corpore, quod est monstruosum, & ideo talis consuetudo, seu præscriptio esset irrationabilis, & circa ea, quæ de sui natura præscribi non possunt.

Siquidem opinio *Hostien.* opponitur expressè Canonicis Sanctionibus, & communi Doctorum Scholæ affirmantibus posse Prælatos Inferiores consuetudine immemorabili, vel centenaria sine titulo expresso, (licèt iste per tantum tempus præsumatur) vel quadragena-
18. ria cum titulo expresso colorato præscribere contra Episcopum Jurisdictionem Ecclesiasticam, vel privativè quoad illum, vel cumulativè cum ipso, vel etiam cum Territorio Separato, & distincto à reliqua parte Diœcesis, ut manifestè probatur ex *cap. Auditis* 15. *cap. cum olim* 18. *de præscript. cap. cum personæ* 7. *de privileg. in* 6. *& ex Concilio Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 3. *& cap.* 20. ubi loquitur de Archidiaconis, & Decanis habentibus aliquam Jurisdictionem in Diœcesi; Quare *Hostiensis* opinio reiicitur communiter à *Butrio, Innocen. Ancuran. Abb.* & aliis, quos refert, & sequitur *Fagnan. in dicto cap. cum olim num.* 10. ubi, & in seqq; numeris explicando refert octo Jura Episcopalia, quæ præscribi possunt, & in *dicto capit. Auditis à num.* 2. latè differit super Jure istituendi à Præposito Buxeti Diœcesis Burgi Sancti Donini cumulativè præscripto contra Episcopum cum successiva approbatione Sacræ Congregationis Concilii; Idemque latè probant *Barbos. in dicto cap. Auditis, & de Offic. & potest. Episcop. part.* 3. *allegat* 127. *Gonzal. in dicto cap. Auditis Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 15, *quæst.* 9. *à num.* 9. *ad num.* 16. *Card. de Luca de Jurisdict. disc.* 1. *à num.* 25. §. *Proindeque usque ad* 30. qui duo ultimi plenè, & solidè respondent *Hostien.* explicando esse insubsistens in subjecta materia absurdum plurium capitum in eodem corpore; quia si præscribitur Territorium Separatum à Diœcesi, jam in illo non est caput Episcopus, sed Prælatus inferior, qui habet illud Territorium, ut propriam Diœcesim, ac independentem ab Episcopo: & si præscribitur Jurisdictio cumulativa, nulla est implicantia, quia Jurisdictio potest esse penes plures per modum Communionis, exercenda tamen per præventionem: Si præscribitur privativa Jurisdictio, neque in hoc casu sunt duo capita, quia adhuc solus Episcopus est caput in Universa Diœcesi, Prælatus autem Inferior consideratur tanquam membrum, cui concessæ sunt aliquæ operationes Jurisdictionis, in quibus ab ipso capite impediri, seu prohiberi non valet, & in hoc sensu communis Sententia tenet posse Prælatum Inferiorem præscribere aliquos actus particulares contra Episcopum in ipsius Diœcesi, & absque qualitate Territorii Separati ex Textibus Canonicis, & Doctoribus proximè allegatis, quibus adhæsit *Rota decis.* 340. *num.* 5. *coram Priolo*, ac magis

latè,

latè, & articulo plene discusso in causa *Juvenacen. Jurisdictionis 22. Aprilis 1678. coram bon. mo. Bourlemont, 22. Januarii 1682. 17. Junii 1683. & 11. Januarii 1686. cor. bo. me. Emerix, & in Baren. Jurisdictionis 12. Maii 1688. coram bo. me. Rondinino §. 1. §. admissa*, & *§. etenim cum sequentibus, & in Burgen. Juris instituendi seù conferendi 23. Junii 1690. §. Minùs coram me*. Hancque Doctrinam uti certissimam sequuta quoque fuit Rota in celebri *Toletana Jurisdictionis* inter Archiepiscopum Toletanum, & Magnum Priorem Gastellę; nam licèt in omnibus Decisionibus declaraverit Magnum Priorem carere Territorio Separato; In pluribus tamen decisionibus decrevit, & adjudicavit Magno Priori plura Jura Episcopalis Jurisdictionis, tam virtute privilegiorum, quàm, pręscriptionis, & observantię, ut videre est in eisdem decisionibus editis coram me, & impressis post dictum primum discursum *Card. de Luc. de Jurisdict.* juxta Venetam impressionem, & pręcipuè in illa edita super Tribunali 17. Junii 1689. §. *Et quamvis*.

Posito, quod Abbas Fuldensis potuerit præscribere illam Jurisdictionem Ordinariam, quasi Episcopalē cum Territorio Separato à Diœ-
19. cesi, & Episcopatu Herbipolensi, quam actu possidet: convenerunt Dominorum suffragia, illi necessariam non fuisse immemorabilem probatam cum necessariis requisitis, vel centenariam, sed satis esse præscriptionem quadragenariam cum titulo expresso colorato, ut ex claris textibus in *cap. cum Personæ 7. § Quod si tales de privil. in 6. & in dicto cap. Auditis 15. cap. cum. olim 18. de præscript.* tenent communiter Doctores, & signanter *Abbas in cap. 1. num. 10. ut lit. pendent, Fagnan. in cap. cum ab Ecclesiarum num. 29. de Offic. Ordin. & in cap. Nullus num. 28. de Parochis, Barbos. in cap. cum. Personæ num. 6. & de Offic. & potest. Episcopi part. 3. allegat. 127. num. 3. circa finem*, latè *Gonzal. in cap. de Quarta 4. à num. 3. & in dicto cap. Auditis 15. de præscript. num. 8. & 9. Spad. cons. 193. num. 3. & seq. lib. 2. Balb. de præscript. part. 5. in princip. quæst. 11. nu. 2. & quæst. 12. num. 3. & 4. Gratian. discept. 918. num. 43. Tondut. quæst. Benefic. part. 1. cap. 60. num. 10. part. 3. & cap. 199. num. 6. Ros. de Resident. Episcop. cap. 4. sect. 6. num. 454. & seq. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quæst. 9. num. 17. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 206. Bellett. disquisit. Clerical. tit. de Jurisdict. Abbat. Sancti Michaelis de Clusa §. unico num. 17.* & hanc opinionem pluries, atque pluries sequuta est, *Rota, & signanter in decis. 394. num. 2. part. 1. decis. 221. num. 6. par. 13. decis. 21. num. 12. part. 14. post Tambur. de Jur. Abbat. decis. 40. num. 1. decis. 48. num. 9. coram Ludovis. & decis. 434. num. 15. coram Merlin. decis. 8. num. 6. coram Coccin. decis. 448. num. 12. decis. 870. num. 2. in fine, & decis. 1586. num. 12. coram Dunoz. Jun. decis. 988. & decis. 1001. utrobique num. 1. & coram Priol. decis. 290. num. 13. in fin. & in Capuana, seù Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Aut ex tàm coram bon. mem. Bourlemont. & in Bonon. Juris conferendi 23. Aprilis 1697. § Quia tamen, & 9. Junii 1698. §. Et ità co. bo. mem. Ursino, & in Marsicen. seù Nullius Jurisdictionis super bono Jure 7. Junii 1700. §. Quia imo coram R. P. D. meo Muto*.

Tametsi enim ubi Jus resistit, omnis præscriptio impediatur ob malam fidem resultantem ex ipsa Juris resistentia, ubi tamen hæc submovetur mediante titulo saltem colorato tribuente bonam fidem, & justam causam præscribendi sufficit quadragenaria; Immemorabilis autem, seu centenaria solùm requiritur deficiente titulo expresso, dum ex illa tacitè inducitur cujuscumque tituli præsumptio; Unde est, quod uterque hic modus præscribendi per quadragenariam cum titulo expresso, & per centena-
20. riam sine titulo expresso de Jure æquiparatur, ut ex optimo *Text. in cap. 1. de præscript. in 6.* tenent ibi *gloss. verbo Titulum, & ibidem Barbos. num. 6. & 13. & eadem gloss. in cap. Si diligenti 17. verb. Justus titulus de præscript. ubi Abbas num. 33. cum seq.* & uti certissimum dixit *Rota in decis. 91. num. 1. in fine part. 1. recent.* & cum communi Sententia tenent *Ant. de Butr. col. 5: Felin. num. 7. & 11.* & tradunt *Valenzuol. cons. 79. num. 123. Marc. Salon. de Pac. cons. 33. num. 26. & cons. 41. num. 10. Roderig. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 15. num. 74. Franc. de Regim. Eccles. Christiana part. 1. lib. 3. disput. 70. num. 60. circa fin. versic. Nam etiamsi Mierez de Majorit. part. 1. quæst. 20. num. 166. & 371. Gratian. disceptat. 620. num. 8. Gamm. decis. Lusitan. 82. num. 9. & 10. Card. de Luca de hæredit. disc. 33. num. 12. circa finem in supplement. & de Judic. disc. 21. num. 41.* Prout ex hac ratione habetur in alio simili, ut Clerici possint præscribere Decimas contra Episcopum, vel
21. Parochum, vel una Ecclesia contra aliam tenet communis opinio sufficere quadragenariam cum titulo ad *Text. in cap. de quarta de præscriptionibus, & in cap. 1. eodem titulo in 6.* latè *Gonzal. in dicto cap. de quarta*, & ibidem *Barbos. Panormitan. in cap. Ad Aures num. 6. de præscript. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 95. num. 22. Thomat. decis. March. 131. num. 45. Monet. de Decimis cap. 6. num. 112. Rota coram Coccin. decis. 485. num. 2. & 6. & in recent. decis. 358. num. 68. & seq. & decis. 189. num. 60. par. 5. & decis. 193. num. 5. par. 13. & decis. 572. num. 11. & decis. 169. num. 2. cor. Emerix Jun.*

22. Titulus autem requisitus ad acquirendam Jurisdictionem Ecclesiasticam cum Territorio Separato per præscriptionem quadragenariam, oportet, ut procedat à Summo Pontifice habente

bente potestatẽ concedendi Inferioribus Prælatis Jurisdictionem Ecclesiasticam cum Territorio Separato, *Imol. in cap. Proposuit num. 5. de concess. Prabend. Passerin. in cap. Episcopum n. 12. cum seq. & n. 64. cum sequ. de præscr. Dec. cõs. 219. num. 2. versic. Ex his confirmatur, Paulus de Castro cons. 253. num. 4. lib. 1. Rebuff. de pacific. possess. tractat. Magn. tom. 15. par. 2. fol. mihi 542. à ter. Joannes Carasius de Benefic. eodem tom. tract. Magno cap. 6. num. 2. fol. mihi 289. Lotter. de re Benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 166. 216. & 217. Ros. de resident. Episcop. cap. 4. sect. 6. num. 429. & 430. & num. 457. & seq. Peregrin. de fideicomm. artic. 48. num. 31. & art. 52. num. 143. Larr. allegat. Fiscal. 60. nu. 3. versic. Et ille titulus Ossasch. decis. 116. num. 6. Rota coram Puteo decis. 94. num. 1. lib. 1.*

Nec ad hanc quadragenariam præscriptionem requiritur titulus verus, & clarus, sed sufficit coloratus, putativus, incertus, & dubius,
23. nam verus, & literalis titulus plenum Jus tribueret absque lapsu quadragenariæ ad *Text. expressum in cap. cum Personæ §. Quod si tales de Privileg. in 6. cap. Auditis 15. cap. Si diligenti 17. cap. cum olim 18. de præscriptionibus, cap. 1. eodem tit. in 6.* egregiè *gloss. in cap. si diligenti 17. de præscript. verb. Justus Titulus, & in cap. de quarta 4. in verbo Se posse tueri de præscript. & in cap. Episcopali 1. verb. Causam tribuit eodem tit. in 6. Abb. in dicto cap. Auditis num. 8.* ibi: *Nota, quod Privilegium incertum, & dubium, ut erat hic Privilegium Celestini, quod referebat se ad Privilegium illorum Regum, dat legitimam causam præscribendi, Fagnan in dicto cap. Nullus num. 28. de Paroch. Passerin. in cap. Episcop. num. 12. de præscript. in 6. Bald. de præscript. 2. part. 3. partis principii quæst. 6. & par. 4. princ. quæst. 2. col. 3. Alagon. in compend. Jur. Canon. fol. mihi 313. versic. Hæc videntur, Ursell. conclus. 1. n. 33. Marescott. var. resolut. lib. 1. c. 11. n. 23. & seq. Bellet. disqu. Cler. d. §. unico. n. 17. Tondut. resol. Benef. c. 199. n. 6. & seqq. part. 3. Caren. resol. 56. n. 3. Trobat. de effect. immemorab. quæst. 14. art. 2. num. 9. cum seqq. Francesc. de Ecclesi. Cathedr. cap. 30. nu. 212. & seqq. Adden. ad Gregor. decis. 289. num. 15. Gratian. disceptat. 614. num. 7. Rota in Tirasonen. Juris præsentandi coram Litta impress. apud Garz. de Benefic. part. 12. cap. 2. num. 242. in recent. decis. 91. num. 1. & 3. decis. 324. nu. 8. part. 1. recent. decis. 120. num. 5. par. 3. decis. 458. nu. 72.* ubi latè *& decis. 566. num. 5. part. 5. decis. 520. num. 18. & 19. par. 13. decis. 21. nu. 12. par. 14.; In Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Aut est tam longa coram bon. mem. Bourlemont in Bononien. Juris conferendi 22. Aprilis 1697. §. Quatenus verò cor. bo. me. Ursino.*

His ità constitutis, non obstant aliquæ nostri Tribunalis Decisiones, affirmantes debere Prælatos Inferiores in casu deficientiæ privilegii
24. Apostolici justificare immemorabilem Consuetudinem ad præscribendum Territorium, & Jurisdictionem contra Episcopum, ut refert *Pignatellus tom. 2. consultat. 26. à n. 18. cum seq.* nam earum aliquæ firmant, quod non sufficiat longi temporis consuetudo, prout dictum fuit *in dec. 218. num. 27. coram Royas & decis. 394. num. 1. par. prima Recent.* quæ assertio est in abstracto vera, quia certè non sufficit quælibet Consuetudo, sed requiritur quadragenaria, & quidem cum titulo colorato; quamobrem etiam *dicta Decisio 394. nu. 2. part. prima* statuit dictam quadragenariam titulatam sufficere: & quamvis alibi dixerit *Rota* requiri Immemorabilem, *ut in decis. 335. nu. 22. & seqq. par. 13. Recentior. & in dec. 295. num. 11. coram Priolo, & coram Zarate decis. 21. num. 8. & in Firmana Jurisdictionis super reservatis 15. Aprilis 1701. §. Et licèt quinto coram me.* Attamen ibidem non firmatur, quod quadragenaria cum titulo colorato non sufficiat, imo *in dicta decis. 295. n. 13. coram Priolo, & in dicta decis. 335. par. 13. Recent. num. 24.* excluditur quadragenaria, ex quo non fuit justificata cum titulo putativo, seu colorato, quo probato, etiam *Rota* antiqua admittebat istam quadragenariam, *ut in decis. 91. num. 1. in fine, & in decis. 394. num. 2. par. prima Recent.* & dixit postea in pluribus aliis Decisionibus, isteque est sensus litteralis Sacrorum Canonum loquẽtium de hoc puncto, & communiter secutus à Doctoribus, ut dictum est supra *nu. 16. & 17.*

Nec huic opinioni ullum obicem præstat dispositio Sacri Concilii Tridentini *in cap. 20. versic. Ad hæc sess. 24. de reformat.*; Statuens, quod Causæ Matrimoniales, & Criminales nõ
25. Decani, Archidiaconi, aut aliorum Inferiorum Judicio etiam visitando, sed Episcopi tantùm examini, & Jurisdictioni relinquantur, non obstantibus Privilegiis, Indultis, Concordiis, & aliis quibuscumque Consuetudinibus; Quoniam PP. Concilii per dictum Decretum noluerunt derogare Privilegiis, Indultis, & Concordiis in forma specifica, & ex certa scientia confirmatis à Sancta Sede Apostolica, ut de mente Sacræ Congregationis Concilii testantur relati *in Gerunden. Juris cognoscendi Causas Criminales 17. Martii 1692. §. Neque obstat coram me*, easque tantùm abrogarunt Consuetudines, quibus Inferiores Prælati carentes Territorio Separato prætendissent Jus dictas Causas cognoscendi præscribere. Non verò alias Consuetudines, quarum vigore iidem Inferiores Prælati Episcopalem Jurisdictionem unàcum Territorio Separato præscripserant. Imo receptum est dictam prohibitionem Conciliarem non cognoscendi dictas Causas Matrimoniales non afficere Prælatos, qui potiuntur Jurisdictione quasi Episcopali cum Territorio Separato, ex congestis per *Barbos. ad Concil. Tridentin. ubi supra num. 47. in fine, Fagnan. in*

cap.

cap. Accedentibus num. 37. & seqq. de excess. Prælat. Cortiad. decis. 128. num. 39. Gratian. cap. 212. num. 23. De Luca in annotat. ad Concil. discurs. 33. num. 28. & seq. Rot. post Tambur. in decis. 39. tom. 3. Qua de re cum Concilium nullum in dicto Decreto adjiciat verbum, ex quo argui
26. possit prohibitio facta Inferioribus Prælatis, quin per legitimum tempus à Sacris Canonibus approbatum præscribere possint contra Episcopum partem sui Territorii: Hujusmodi casus remanet definiendus ex dispositione Juris Communis *in cap. Auditis de præscript. & in cap. Cum Personæ §. Quod si tales de Privileg. in sexto.* Nam Synodus Tridentina derogare non consuevit Sacrorum Canonum Sanctioni-
27. bus sub involucro verborum, sed regulariter dum illa innovare voluit, id expressit, ideoq; nec præsumenda, nec admittenda est d. antiqui Juris correctio, sed potius novæ cum veteribus Juris sanctionibus conciliandæ sunt, ad *Text. in c. 29. de elect. eodem lib. 6. & in cap. Constitutio 41. de elect. eodem lib. 6. Geminian. consil. 88. in fine, Fagnan. in cap. Cum dilectus num. 5. de success. ab Intestat. & in cap. Excedentibus num. 31. de Excess. Prælator.*

Hincque profluit responsio ad nonnulla Decreta Sacræ Congregationis Concilii nuper adducta per Defensores Episcopi ad exclusionem quadragenariæ cum titulo colorato; Nam quatenus in illa Causa *Theatina Jurisdictionis*, de qua etiam actum fuerat coram *Coccino decis. 860. & 872.* Sacra Congregatio Concilii responderit, quadragenariam cum titulo fuisse sublatam à Sacro Concilio Tridentino *in d. sess. 24. cap. 20.* non facit ad casum, de quo est controversia, quia ubi agebatur de Prælato Inferiori; qui prætendebat præscribere cognitionem Causarum Matrimonialium sub Episcopo contra expressam, & rotundam dicti Sacri Cōcilii dispositionem; Unde hujusmodi resolutio redditur inapplicabilis in præsenti hypothesi, in qua agitur de Prælato, qui totum Territorium præscripsit; Ultra quod nec in Themate ejusdē Causæ Theatinæ concurrebat titulus à Pontificiis concessionibus dimanans; Ejusdemque naturæ est resolutio in alia Causa Clusinæ Jurisdictionis anni 1702. Nam in illa Abbas Monasterii S. Salvatoris Montis Amiani nunquā potuit probare Territorium separatum, nec habebat directum Titulum Pontificium illum constituentem in bona fide ad præscribendum, imo nec habebat pacificam observantiam; Juremeritò propterea fuit rejecta illius prætensio, quāvis ultimo loco restricta fuisset ad particularium actuum præscriptionem; Unde cum circumstantiæ varient casus, exempla attendi nō
28. debent, *cap. 1. de Postulat. Prælat. leg. licèt, ff. de Offic. Præsident. leg. Nemo, Cod. de Sentent. Interlocut. Rota in Castellana Aperitionis Oris 19. Novembri 1703. §. Absque eo quod coram me.* Potissimè quia Sacra congregatio Concilii in aliis antiquioribus Decretis tunc demum rejecit Prælatos inferiores contendentes præscriptionem, quando, vel non docuerunt de quadragenaria, vel quoties ista non fuit associata cum Titulo colorato à Papalibus Indultis procedente, ut præclarè inquit, & testatur doctissimus, & opinionum Sacræ Congregationis Concilii peritissimus *Fagnanus in cap. Nullus num. 28. de Parochis.*

Constabilitâ ex omnibus prædictis propositione, quod Jurisdictio Episcopalis cum Territorio Separato præscribi possit ex quadragenaria cum titulo colorato; Domini nullam senserunt difficultatem in statuendo, quod utrumque extremum concurrat in casu præsenti: Titulus namque resultat tam ex præfatis privilegiis Zaccariæ, Stepani Tertii, Joannis Octavi, Silvestri Secundi, Sergii Quarti, Clementis Secundi, Gregorii Sexti relatis supra *num. 4., & 5.* quæ vel sola sufficiunt ad fundandum verum, & legitimum titulum favore Abbatis, vel in omni casu, quatenus essent dubia innegabiliter præstant titulum coloratum, qui ex firmatis supra *num. 19.* resultat, etiam si verba dictorum Privilegiorum essent ambigua; Tum etiam ex recentioribus Pontificiis Diplomatibus relatis supra *num. 10.* nempe Gregorii XIII. & Sixti V. editis occasione expulsionis Abbatis Balthassaris, ejusdem restitutionis ad suam Ditionem Fuldensem, in quibus dictus Abbas fuit recognitus tanquam Pastor, & verus Ordinarius totius Territorii, & Diœcesis Fuldensis; Ac rursus ex Sententia Imperatoris Rodulphi prolata de Anno 1602. prævia delegatione Apostolica; Et demum ex Brevi Clementis VIII. emanato prævia Sac. Congregationis Concilii relatione, & Voto, in quo expressè excitata fuit Abbati Fuldensi totalis, & universalis Jurisdictio, quasi Episcopalis, specialiter recensitis omnibus, & consuetis illius actibus, exceptis tantùm his, quæ sunt Ordinis, & Consecrationem requirunt, quam aliis quibuscumque, quæ inferioribus Ordinariis quasi Episcoaplem Jurisdictionem habentibus sunt adepta. Additis Brevibus Pauli V. & Urbani VIII. & aliis factis supra ponderatis *num. 9.* in quibus Abbas denominatur Ordinarius, & Abbatia Nullius Diœcesis, ex quibus omnibus in unum collectis dubio procul resultat titulus coloratus constituens Abbatem in probabilissima, & plusquam fundata credultiate, ipsum potiri Jurisdictione quasi Episcopali cum Territorio Separato ex latè ponderatis in aliis Decisionibus Causæ, & præcipuè in secunda coram me *§. In præsenti.*

Non relevante responsione, quod Pontifices prædicti, & signanter san. mem. Clemens VIII. processerint suppositivè credendo, quod Abba-
29. tum Privilegia excitatam Jurisdictionem quasi Episcopalem continerent, quoniam dictæ Pontificiæ Declarationes etiamsi essent, ut obii-

obiicitur, suppositivæ, adhuc prestant titulum coloratum, quia ut latè supra *num.* 19. in Jure firmatum est, titulus coloratus esse non debet verus, & indubitatus, sed probabilis, & à prescribente ex aliquo fundamento rationabilis, ita opinatus, adeout sufficiat, ut sit ex justo errore causatus, ut firmavit *Rot. in decis.* 324. *n.* 8. *part. prima Recent.* Et sine ulla prorsus difficultate, quia examinatis tam in prima Causę Decisione, quàm supra in presenti privilegiis concessis per recensitos Summos Pontifices Abbatię Fuldensi compertum fuit, illa simul sumpta, & associata cum observantia tot mediis supra justificata presefèrre concessionem Jurisdictionis passivę, & activę, quapropter cum asserta suppositio, cum qua processit sa. mem. Clemens VIII., excitando Jurisdictionem quasi Episcopalem Abbati Fuldensi non esset improbabilis, sed fundata à parte rei in Prædecessorum concessionibus, nullo modo hæsitari potest, quin præstiterint sæpedicto Abbati, justam, fundatam, & legitimam causam, ac exuberantissimam bonam fidem ad inchoandam, & complendam controversam quadragenariam præscriptionem.

Præsertim si reflectatur, quod antequam Sacra Congregatio Concilii dederat Votum san. mem. Clementi VIII. super excitationem dictæ Jurisdictionis versimiliter cœpit opportunas, & necessarias informationes super pertinentia Jurisdictionis, quæ Abbatibus excitabatur; Cum Sacræ Congregationes non solcant Vota, & Consilia tradere Summo Pontifici, nisi recognita, & benè examinata, & præ cunctis certum est Sacram Congregationem sub oculis habuisse Sententiam Rodulphi Imperatoris prævia delegatione Pontificia de anno 1602. prolatam & in Judicatum transactam, quæ etiam præsumitur emanata prævia discussione, & examine dictorum Privilegiorum, & observantiæ ex iis, quæ tradunt *Abbas in cap. Pastoralis*, §. *Præterea num.* 10. 30. *de Offic. & potestat. Judic. Delegat. Oldrad. cons.* 330. *num.* 6. *versic. si Papa Molin. de Primogenit. Hispan. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. *Cabed. decis. Lusitan.* 2. *num.* 3. *part.* 2. *Sesse decis.* 15. *nu.* 3. *Rota decis.* 166. *nu.* 10. *par.* 5. *tom.* 1. *Recent.*

Concurrit etiam lapsus quadraginta annorum; nam ab Anno 1602. usque ad 1688. quo mota fuit præsens lis, semper Abbates exercuerunt Jurisdictionem quasi Episcopalem, ut justificatum fuit ex actibus deductis *in Summ. Abbatis dato* 28. *Junii* 1700. *à num.* 78. *ad num.* 88. & ex depositionibus 31. Testium ab Abbate formiter examinatorum. Non obstante, quod dicta quadragenaria non posset excedere metam anni 1662. cum de eo tempore variæ exortæ essent controversiæ inter Episcopum, & Abbatem super hujusmodi Jurisdictione, quę dederunt causam Concordiæ à Rota subinde ob defectum beneplaciti Apostolici annullatæ; Nam ex litteris hinc inde transmissis apparet dictas controversias, & contradictiones fuisse extrajudiciales, quodque Abbas semper in illis protestatus fuit se continuare antiquam, & Immemorabilem ejus Jurisdictionis possessionem; Cumque dicta Concordia tractata, & stabilita noscatur favore Abbatis, & Episcopus unâ cum ejus Clero, & Capitulo promiserit, nullatenus *Abbateem molestare super exercitio Jurisdictionis quasi Episcopalis, sed quod illam habeat, & retineat, prout Prælatis Episcopo inferioribus competit, & hactenus exercita fuit*. Fit exinde, ut non obstantibus præcedentibus extrajudicialibus conquestionibus fortius constabilita remanserit favore Abbatis observantia suę pacificę possessionis, *Felin. in cap. illud num.* 17. *de præscript.* & in fortioribus terminis actualis litis, & Sententię favorabilis, *Rota in super laudata Gienuen. Juris mutandi super restitutione in integrum* 26. *Aprilis* 1700. §. *Sive demum coram R. P. D. meo Muto*: Et licèt prędicta Concordia utpote destituta beneplacito Apostolico, nulla per hoc Sacrum Tribunal declarata fuerit, validissimum tamen pręsefert Jurisdictionis Abbatis argumentum, ut præter deducta in prima Decisione hujus Causæ §. *Id agnovit coram R. P. D. de la Tremoille*, comprobant *Episcopus Rocca disputat. Jur select. cap.* 194. *num.* 78. *Tondut. quæst. Civil. cap.* 110. *nu.* 30. *lib.* 2. *Rota coram san. mem. Alexandro VIII. decis.* 37. *num.* 30.

Prout eo minus dici potest interrupta quadragenaria ex actibus Causarum Matrimonialium, quas de Anno 1608. 1614. 1616. cognovit Episcopus Herbipolensis, dum omnes sunt æquivoci, attento quod litigantes, vel saltem alter corū erant subditi Episcopo Herbipolensi; Unde ejus intentum non concludunt, ut animadvertit prima Decisio hujus Causę anni 1700. coram R. P. D. de la Tremoille §. *Quam sanè*, ubi pariter respondet Epistolæ Episcopi Herbipolen. anno 1621. scriptæ ad Abbatem, & ad Archiepiscopum Moguntinum, in quibus ille conquerebatur Suffraganeum Moguntinum Pontificalia exercuisse in Diœcesi Fuldensi, & in omni casu semper erit verū, & inconcussum, quod à dicto Anno 1621. Abbas pacificè gavisus fuit suæ Jurisdictionis quasi possessione absque actu contrario, quoniam ille Transactionis anni 1662. ut mox dictum est, non destruit observantiam, sed illam confirmat, adeout à dicto Anno 1621. semper favore Abbatis concurrit lapsus 70. fere annorum pacificæ possessionis usque ad annum 1688. hujus motæ litis, ut observat præterita mea Decisio anni 1703. *in* §. *Abunde*; Ubi etiam in §. *sequenti Nec demum*, firmatur ad nihilum relevare impedimentum Belli Svetici, cum illud duraverit per solos tres Annos, nec impediverit exercitium Jurisdictionis Ecclesiasticæ Episcopis, aliisque Ecclesiasticis Germaniæ.

niæ. Ac etiam quia ficuti exinde non remanſit impeditus Abbas Fuldenſis. quominus ſuam exerceret Juriſdictionem, ita affirmandum de Epiſcopo Herbipolenſi, qui ulterius, nec ante, nec poſt exactum dictum Bellum aliquem actum Juriſdictionis fecit in Dictione Fuldenſi, licèt viderit, & ſciveeit Abbatem palam ſua Jura quaſi Epiſcopalia exercere, & tanquam Ordinarium, & cum qualitate Nullius à Sancta Sede Apoſtolica, eiuſque Nunciis, ac ab omnibus recognitum fuiſſe, ut ponderatur in prima Deciſione §. *Impedimentum verò cum §. ſequenti coram R. P. D. dela Tremoille, & la ſecundu coram me §. Abundè, & ſequenti*.

Ex his omnibus in unum collectis Domini ſteterunt in Deciſis, nempe conſtare de bono Jure Abbatis Fuldenſis etiam ad effectum manutentionis in poſſeſſione, & exercitio Juriſdictionis Ordinariæ quaſi Epiſcopalis in omnibus locis Ditionis Fuldenſis. Reſervando tamen alteri examini ea, quæ ſunt Ordinis, & Conſecrationem requirunt, & alia quæcumque, quæ inferioribus Ordinariis quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem habentibus Concilii Tridentini Decretis ſunt adempta, prout his eiſdem verbis, & inter eaſdem Partes aſſeritur, & exprimitur in Voto Sacræ Congregationis Concilii 2. Decembeis 1604. & in Brevi ſubinde dato à ſan.mem. Clemente VIII. die 23. Decembris 1604. *in Summ. Abbatis. data 28. Julii 1700. n. 57. & 58.* ſuper quibus voluerunt Domini, ut particulariter videretur.

Et ita utraqua &c.

R. P. D. ANSALDO.

Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper bono jure Ven. 1. Junii 1708.

ARGUMENTUM.

Reaſſumuntnr per modum diſputationis omnia motiva, ſcilicèt Juriſdictionis nativæ, dativæ, & præſcriptivæ; reſolvitur pro Abbate Juriſdictio dativa, & præſcriptiva, ac refertur Votum particulare unius ex Dominis, aliaque plura animadvertuntur in hac Celebri Cauſa.

SUMMARIUM.

1. *Exemptio paſſiva licèt amplu comprehendit tantùm Monaſteria, bona, & Perſonas Monachorum.*
2. *Deciſio brevis de Stylo Rotæ extenditur pro declaratione Sententiæ proferendæ.*
3. *Papa dicitur Epiſcopus univerſalis Eccleſiæ Catholicæ, à quo profluit omnis Spiritualis poteſtas.*
4. *Poſſeſſio quadragenaria cum titulo colorato tribuit plenariam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio Separato Prælatis inferioribus.*
5. *Æqualitas eſt ſervanda in Judiciis, & in impugnandis Sententiis.*
6. *Monaſterium Fuldenſe conſtructum fuit ante Epiſcopatam Herbipolenſe.*
7. *Inceptum habetur pro completo in favorabilibus.*
8. *Limites, ſeu confines quando fuerunt conſtituti Epiſcopatui Herbipolenſi, oſtenditur.*
9. *Juriſdictio debet certitudinaliter circumſcribi cum limitibus ſuper Perſonis.*
10. *Epiſcopi, qui curent Juriſdictionë, dicuntur Regionarii.*
11. *Situatio probari debet in Diœceſi.*
12. *Locu non debët remanere ſpoliata ſuo Superiore.*
13. *Diviſio Diœceſum fuit facta ab exordio naſcentis Eccleſiæ Catholicæ, & vide num. 14.*
15. *Loca acephala, & ſine capite reprobantur in jure Canonico.*
16. *Diviſia Diœceſum tributu Dionyſio Papa controvertitur, & confutatur.*
17. *Subrogatum nequit excedere limites ejus, in cujus locum fit ſubrogatio.*
18. *Juriſdictio activa in Spiritualibus, quomodo admittenda, ſeu intelligenda veuit.*
19. *Exemptio ſeu Jus Privilegiativum reſpicit tantùm bona præſentia, non autem poteſt comprehendere Bona in poſterum futura, ſeù acquirenda.*
20. *Exemptio neceſſariò ſupponit ſubjectionem, & non poteſt tribui niſi à Summo Pontifice donante, in Spiritualibus.*
21. *Homines ſuaptè natura dicuntur naſci liberi, nec unus ſubiicitur alteri.*
22. *Reverentia debetur à Filiis erga Parentes.*
23. *Juriſdictio omnis Spiritualis, & Eccleſiaſtica à Pontifice, tanquam Fonte promanat, in Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, aliosque Prælatos inferiores ex Catholicorum Doctorum ſenſu, & num. 24.*
25. *Papa habet totum mundum pro Diœceſi.*
26. *Privilegium præjudicans ſolummodò Papæ concedenti, uti beneficium Principis latam recipit interpretationem.*
27. *Privilegia tantùm ſuffragantur, quantùm ſonant.*
28. *Abbates, & Monachi per quinque ſecula ſemper fuerunt ſub Juriſdictione Epiſcopi, nec unquam exempti.*
29. *Abbas originaliter nullam aliam juriſdictionem habebat, quàm illam reſpicientem regimen, & diſciplinam Monachorum.*
30. *Papa poteſt ampliare, & reſtringere Juriſdictionem Epiſcoporum.*
31. *Receptio ſub protectione B. Petri, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ eximit Regulares à lege Diœceſana.*
32. *Epiſcopi habent in exemptos poteſtatem delegatam à Conciliis.*
33. *Privilegium Apoſtolicum, quando eſt præter formam conſuetam ſimplicis exemptionis, poteſt*

test implicitè importare Jurisdictionem quasi Episcopalem concessam Abbati cum Territorio Separato.

34. *Privilegium Apostolicum continens ultra expressionem rerum materialium Monasterii etiam homines, implicitè præfert jurisdictionem activam super illis, etiam deficiente verbo nullius.*

35. *Facultas judicandi non dicitur concessa nisi habenti Jurisdictionem activam.*

36. *Facultas habendi Synodum, præsupponit Jurisdictionem activam in Abbate privilegiato in Clerum, & Populum.*

37. *Appellationem nullius venit Territorium Separatum, cum sint verba Synonima.*

38. *Principium nativæ libertatis ubi adest, facilius inducitur dativa Jurisdictio per interpretationem Privilegiorum.*

39. *Abbas Fuldensis ex pluribus Historicis dicitur gaudere Jurisdictione quasi Episcopali.*

40. *Minor non debet præcedere majori in dignitate Constituto.*

41. *Rejectus, si rejectioni acquiescit, fatetur non habere jus in re.*

42. *Attestationibus Principum supremorum deferendum est circa factum.*

43. *Verba præsuppositiva, prolata ab habente Potestatem, disponere videntur.*

44. *Verbum suis indicat dominium, & possessionem.*

45. *Jus decimandi non competit nisi Parocho, aut Episcopo, ubi parochiæ non sunt distinctæ.*

46. *Decimæ pœnales pertinent ad habentem Jurisdictionem ordinariam.*

47. *Paritas tractatus arguit æqualitatem in Dignitate.*

48. *Observantia interpretativa multum deservit pro arguenda ordinaria Jurisdictione.*

49. *Facultas dandi integrum votum in Conciliis competit Episcopis, & Abbatibus habentibus Jurisdictionem quasi Episcopalem.*

50. *Inter privilegia antiqua, & moderna, non est facienda distinctio in materia Jurisdictionis Spiritualis.*

51. *Text. in cap. si Papa 10. de Privileg. in 6. expenditur.*

52. *Verba Privilegii super Territoriali Jurisdictione debent esse clara, quæ nequeant detorqueri in alium sensum.*

53. *Quicquid per privilegium non adimitur Episcopo explicitè, eidem regulariter censetur reservatum.*

54. *Loca præsumuntur esse illius Diœcesis, à qua circumdantur, seù cui adhærent, non comparente alio Episcopo in Causa.*

55. *Verba Privilegii recipientis sub protectione S. Sedis Apostolicæ non præseferunt ex veriori, nisi exemptionem passivam.*

56. *Copulatum non debet esse diversæ naturæ ab illa, cui copulatur.*

57. *Concessâ exemptione Monasterio, sub illa non comprehenditur Populus.*

58. *Concessâ Episcopo Ecclesia Parrochiali, sub concessione non dicitur comprehensi Parochiani.*

59. *Extensio non debet fieri in iis, quibus Jus resistit.*

60. *Confines necessariò assignandi sunt pro Territorio Separato.*

61. *Expenduntur verba Privilegiorum concessorum Abbati Fuldensi.*

62. *Facultas convocandi Capitulum pertinet ad Digniorem.*

63. *Prælatus inferior etiam Subditus Episcopo, potest habere facultatem excommunicandi, & judicandi intellige cumulativè num. 64.*

65. *Verbum Concilium non est referibile ad Synodum Diœcesanam.*

66. *Synodus convocatio, ad quam legem pertinent, scilicèt Jurisdictionalem, seù Diœcesanam, est controversum.*

67. *Prælatus inferior potest habere aliquos actus particulares Jurisdictionis salva universitate favore Episcopi.*

68. *Appellatio deferri potest ad Sedem Apostolicam omisso medio.*

69. *Nuncii, & Legati à Latere sunt Judices exemptorum.*

70. *Appellatio supponit gravamen.*

71. *Appellatio datur ab Episcopo ad Metropolitanum per ascensum.*

72. *Extrema imperfecta non debent conjungi.*

73. *Reprobantur Authores connumerantes Abbatem Fuldensem inter Ordinarios habentes quasi Episcopalem Jurisdictionem.*

74. *Privilegia Principum secularium non possunt nec dare, nec declarare Jurisdictionem Spiritualem.*

75. *Imperatores dicuntur Advocati, & Defensores S. Sedis Apostolicæ.*

76. *Confirmatio corroborat, non extendit confirmatum.*

77. *Magnus Magister Hyerosolimitanæ Religionis non exercet Jurisdictionem in Spiritualibus supra Clerum, & Populum Melitensem.*

78. *Actus æquivocus non sufficit ad inducendam observantiam.*

79. *Superfluitas in Privilegiis Apostolicis non admittitur.*

80. *Sacerdos simplex ex delegatione Apostolica potest ministrare Sacrum Crisma per confirmationem.*

81. *Frustra petit quisque, quod intus habet.*

82. *Jus decimandi potest pertinere etiam ad Personas Laicas ex privilegio Apostolico.*

83. *Ex conventione tangente temporale dominium non infertur ad Jurisdictionem Spiritualem.*

84. *Diœcesis una potest esse in duobus Principatibus secularibus.*

85. *Abbates post dimissum officium adhuc retinent quamplura decora.*

86. *Actus Episcopi exerciti in concursu etiamsi sine minores sunt præferendi pro excludendo Territorio Separato.*

87. *Actus*

87. *Actus exerciti in una parte Diœcesis ab Episcopo ob causam universalem extenduntur ad totã Diœcesim.*
88. *Rota aliquando probationes reiicit, aliquando approbat.*
89. *Archivium privatum licèt Episcopale non dat robur scripturæ informi contra non subditum.*
90. *Scripturę erroneę in tempore supposito reiiciũtur.*
91. *Computatio temporis, quando inducit suspicionem in Scripturis.*
92. *Inverisimilitudo tribuit suspicionem falsitatis Scripturæ.*
93. *Impossibilitas materialis, & phisica probat, sed inducit negativam coarctatum.*
94. *Argumentum à contrario sensu admittitur.*
95. *Pluralitas nunquam præsumitur.*
96. *Cognitio causarum Criminalium quando potest competere Prælato inferiori.*
97. *Quadragenaria cum. titulo colorato inducit plenam præscriptionem in pluribus materiis.*
98. *Quando Ius instituendi ad regimen animarum possit præscribi cumulativè, sive privativè.*
99. *Potestas ordinis Episcopalis est impręscriptibilis.*
100. *Qualitas* nullius *tripliciter considerari potest.*
101. *Hostiensis in cap. cum contingat de for. compet. reprobatur.*
102. *Duo vincula magis ligant, quàm unum.*
103. *Præscriptione acquiri potest, quidquid acquiritur per Privilegium Apostolicum.*
104. *Prælatus inferior cum Territorio Separato præscripto venit sub nomine Diœcesani.*
105. *Quadragenaria præscriptio cum titulo colorato æquiparatur immemorabili.*
106. *Titulus coloratus pro effectu præscriptionis Territorii Separati profluere debet à Sede Apostolica per concessionem Privilegiorum exemptorum.*
107. *Imploratio Brachii Secularis permittitur de iure Canonico.*
108. *Contractus facti per vim, & metum irritantur.*
109. *Papa solus potest concedere Iurisdictionem Spiritualem.*
110. *Contradictio in actibus Iurisdictionalibus perficit præscriptionem.*
111. *Papa potest committere cognitionem Causæ Spiritualis etiam Personæ Laicæ.*
112. *Titulus coloratus induci valet etiam ex opinionibus Doctorum.*
113. *Procurator præsumitur certiorare suum Principalem.*
114. *Præscriptio debet esse completa, & non interrupta ad hoc, ut habeat effectum.*
115. *Temporis modici defectus in centenaria non attenditur.*
116. *Ad præscriptionem interrumpendam sufficiunt etiam actus extrajudiciales.*
117. *Actus ineffectuatus non causat malam fidem.*
118. *Lis contestata, in qua Possessor nõ succubuit, non interrumpit favore illius præscriptio incepta.*
119. *Præsriptio. potest iterum incohari per lapsum temporis, & completa non destruitur per actus contrarios, dummodo non sint abdicativi Iuris quæsiti.*
120. *Confirmatio dat majus robur Scripturis.*
121. *Appellatio, seù recursus præsupponit læsionem, aut gravamen.*
122. *Dictiones plus, & minus non variant substantiam rei.*
123. *Confessio spolii supponit in altero possessionem.*
124. *In decisionibus aliquando refertur votum unius ex Dominis.*
125. *Concordia ex defectu Beneplaciti Apostolici est nulla, & rescinditur inter Personas Ecclesiasticas.*
126. *Transactio non tenet nisi hinc inde aliquid remittatur, aut detur, ut est de illius natura.*
127. *Archidiaconus, Decanus, vel alius inferior Prælatus si exercent Iurisdictionem ratione tituli subalterni, cessat mostruositatem duorum capitum in eadem Diœcesi.*
128. *Abbas Panormitanus in cap. Auditis de Præscript. explicatur.*
129. *Parochia dicitur parva Diœcesis.*
130. *Dictio* omne *differt à toto cum primum habeat partes secundum illas non admittit.*
131. *In materia Iurisdictionis non potest fieri extensio de casu ad casum. ad n.132. & 133.*
134. *Immemorabilis præsupponit Privilegium Apostolicum, sicque est magis operativa præscriptio, quàm quadragenaria cum titulo colorato.*
135. *Quadragenaria cum titulo colorato antiquitus per Rotam non fuit admissa.*
136. *Iurisdictio cognoscendi causas matrimoniales, & Criminales venit in sequelam status nullius cum Territorio Separato.*
137. *Differentia effectuum inter Immemorabilem, & quadragenarium, & num. 132. & 133.*
138. *Præscriptio requirit possessionem, & dicitur tantum præscriptum quantum possessum.*
139. *Immemorabilis sola potest tribuere Prælato inferiori Iurisdictionem cum Territorio Separato, cum habeat vim Privilegii Apostolici præsumpti.*
140. *Episcopus habens Iuris assistentiam dolo destitutione loci in Diœcesi debet manuteneri in actibus Iurisdictionalibus.*
141. *Titulus invalidus potiùs confovet, quàm destruet malam fidem Possidentis.*
142. *Possessio non est sufficiens, ubi titulus detegitur non habilis ad suadendum Territorium Separatum.*
143. *Producens titulum invalidum, & minus idoneum dicitur cecidisse à vi Immemorabilis.*
144. *Larrea allegat. fiscal. 68. super quadragenaria cum titulo expenditur.*
145. *Insinuatio præsumitur in donatione observata per annos 30. prout derogatio Sixtina in dote.*
146. *Clausula* sinè præjudicio *præservat omne jus.*
147. *Immemorabilis interrumpitur per solum rumorem in contrarium.*
148. *Possessio 40. vel 50. annorum ad effectum præ-*

scriptionis debet esse continua non interrupta, nec per actus extrajudiciales.

149. *Actus unicus sufficit militare pro Episcopo habente causam universalem ad interrumpendam praescriptionem.*

150. *Praescriptio fundatur in negligentia alterius partis.*

151. *Concordia praesupponit, vel praeexistentiam litis, vel illius timorem.*

152. *Petens immissionem fatetur non possidere.*

153. *Tertius potest venire ad causam.*

154. *Privilegia declarativa explicant statum nullius.*

155. *Verba suppositiva disponunt, quando proferuntur ab habente Potestatem disponendi.*

DECISIO XXIV.

PRODIIT ad limites propositae tunc dubitationis: *An & de cujus bona Jure constaret etiam ad effectum manutentionis*: tribus imo quatuor praeviis decisionibus *prima* nempe *sub die 28. Januarii 1700. coram Eminentissimo D. meo de la Tremoille*, & deinde respectivè sub diebus 16. *Februarii 1703. & 27. Aprilis 1705.* ac denique 20. *Novembris ejusdem anni 1705. coram Reverendissimo D. meo Malines Decano*, sententia favorabilis Abbati super competentia integralis Jurisdictionis Ecclesiasticae, & ordinariae in tota Ditione Fulden. exclusivè ad Episcopum Herbipolen. qui eandem Jurisdictionem ad se spectare mordicus contendebat admittens dumtaxat penes Abbatem eemansisse simplicem, quamtumvis amplissimam exē-
1. ptionem passivam respectu Monasterii, bonorum, & personarum dependentium ab eodem Monasterio, ut est de natura similium exemptionum ex plenè relatis per *Franc. in cap. per exemptionem num. 3. vers. quinto nota ibique Ancharan. num. 3. versic. quarto nota de Privileg. in 6. Felin. in cap. grave num. 2. de Offic. ordinar. Bero consil. 24. n. 24. & fere per tot. lib. 1. Card. de Luca de Jurisdict. disc. 1. sub num. 20. Rota decis. 324. num. 5. & 6. parte 1. decis. 483. nu. 11. 12. & 13. par. 14. & decis. 497. n. 12. & 13. par. 19. rec.* cum aliis relatis concordantibus *in Gerunden. Jurisdictionis super bono Jure 9. Martii 1692. §. Non obstat. coram R. P. D. meo Molines Decano inter impress. ad ornat. Card. de Luca sub titul. de Jurisdict. dec. 20. n. 5.*

Diximus *immo quatuor Decisionibus*, quia postrema, illa scilicet, quae promanavit *sub die 20. Novembris 1705.* brevis nuncupata, necessariò erat connumeranda inter caeteras praecedentes, cum foret animativa, sive explicativa sententiae, quae postmodum pronunciata extitit à *praelaudato Reverendissimo D. Decano*
2. utpote declarans, quod hujuscemodi Jurisdictio per *Sacrum Tribunal* Abbati judicialiter adjudicata, minimè residebat in primo de tribus capitibus, quibus ab initio commissi conflictus, divisim quoque idem Abbas innitebatur, & sub eodem initio divisim pariter approbavit *prima Decisio sub dicta die 28. Januarii 1700. ex § Cum enim usque ad §. Quae omnia coram Eminentissimo D. meo de la Tremoille*, ulteriusque pandens, quod neque totaliter resolutio, & respectivè fundamentum proferendae sententiae residebat in secundo ex eisdem tribus capitibus, nempe in vi Privilegiorum, quae S. Sedes fuerat elargita Abbatiae, illiusque Abbatibus pro tempore, & ex qua caeteroquin ubi talia Privilegia litteraliter, seu clarè id importarent, dubio procul substitisset illa plenaria, & quasi Episcopalis Jurisdictio, quam practici appellant *dativam*, cum citra controversiam id sub potestate clavium, seu Papae contineatur creandi scilicèt Episcopos, & quasi Episcopos prout Summus Pontifex, qui est Episcopus Ecclesiae universalis, & à quo tanquam
3. à fonte profluit omnis spiritualis Potestas, & Ecclesiastica Jurisdictio, censuerit in Domino expedire, sicuti unanimiter profitentur *Gloss. in cap. 1. verb: exemptiones de privileg. in 6. Hostien. in cap. cum contingat num. 1. & ibi Butr. num. 11. Abb. num. 18. Jo: Andr. in cap. cum Venerabilis n. 7. vers. potest. ergo deleas. & in c. cum Episcopo de Offic. Ordinar. in 6. Ancharan. consil. 152. nu. 5. Gratian. discept. 212. nu. 17. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. nu. 13. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quaest. 24. n. 271. Barbos. de Offic. & potest. Episcop. par. 3. allegat. 127. num. 1. Salgad. de Supplic. ad 55. p. 1. c. 14. num. 11. & seq. Card. de Luc. de alienat. disc. 1. num. 44. Rot. decis. 578. num. 2. coram Buratt. decis. 10. num. 10. coram Zarat. decis. 218. sub num. 27. coram Royas decis. 21. num. 11. par. 14. rec. in Juvenacen. Jurisdictionis 3. Julii 1679. §. Et ut cumque coram bo. me. Bourlemont, in Caurien. Jurisdictionis 28. Januarii 1704. §. Concurrente coram Eminentissimo D. meo Cardinali Caprara, & in Leodien. Jurisdictionis 27. Aprilis 1705. §. Rursus itaque in fin. coram Me.*

Verùm quod basis, & stabilimentum sententiae favorabilis Abbati unicè firmabatur in eo, quod longa series Privilegiorum juncta multitudine aliorum actuum, & Diplomatum, quibus coronari videbatur ejusdem Abbatis praetensio, saltem efformaret illum titulum coloratum, qui copulativè intercedente quasi possessione perfectae Quadragenariae in ordine ad exercitium omnimodae, & quasi Episcopalis Jurisdictionis satis de per se est inter Ecclesiasticas Personas, & Hyerarchias ad praescribendam, sive acquirendam activam, & plenariam Jurisdictionem cum integrali separatione Territorii sub nomine, seu dictione *Nullius* explicati juxta censuram *Text. in cap. cum Personae 7. §. Quod si tales de Privileg. in 6. in cap. cum Auditis 15. & in cap. cum olim 18. de praescription. Abb. in cap. 1. num 10. ut lit. pendent. Gonzalez in cap. de quarta à num. 3. & in dicto cap. auditis num. 8. & 9. de praescript. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quaest. 24. num. 306. Rot. decis. 290. num. 13.*

num. 13. in fin. coram Priol. decis. 434. num. 15. coram Merlin. decis. 221. num. 6. par. 16. & in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super bono jure 7. Junii 1700. §. Quinimmo coram bo. me. Muto.

Præmissæ, & in hunc modum prolatæ sententiæ nullatenus acquiescens Episcopus robustiusque procurans reassumere certamen, *Mihi* obtinuit delegari cognitionem hujus ulterioris secundæ Instantiæ, quapropter cum in prima digladiatione, sive sententia *omnes Domini* fuerint suffragati, *Omnes*, & *Ego* pariter de more consului, *An præfata sententia, antecedens foret confirmanda, vel potius ex eorundem Dominorum* solita docilitate, & justitia meretur infirmari. Unde *iidem Domini* rursus appendentes, librantesque præcedentes Decisiones, ac veluti ex integro, ut par erat, pronis auribus auscultantes, quæ noviter ab acerrimis utriusque Partis Defensoribus afferebantur *omninò* censuerunt, quod ad limites adamussim *quartæ, & novissimæ*, ut diximus declarativæ decisionis *diei 20. Novembris* 1705. respondendum esset *pro Confirmatione*.

Ad trutinam itaque revocando singula motiva, ex quibus fulcita emanavit *quarta decisio*, & consequutiva sententia satagebant informantes pro Abbate, non obstante, quod in *eadem quarta Decisione*, prout per antea *in secunda ex §. Res quidem cum seqq.* & deinceps *in Tertia sub §. Quod attinet*, rejectus extiterit titulus, seù primum caput nativæ Jurisdictionis, sive ut ita dicamus activæ exemptionis, denuò illud communire, & reintegrare, & hoc unus signanter *ex Dominis* fieri posse admittebat ex eo valde rationabili fundamento, quod cum hodierna appellatio effecta fuerit communis, hinc quemadmodum licebat Episcopo impugnare tam quartam Decisionem, quàm succedaneam sententiam in omnibus suis capitibus, ita paritas, ac æqualitas semper servanda in Judiciis expo-
5. sceret, quod Abbas è converso posset impugnativè ad ultimas tres resolutiones restaurare etiam hujusmodi primum caput, præcipuè quia jam à principio fuerat canonizatum *in Decisione Eminentiss. D. mei de la Tremoille.* Secundum ea, quæ nobis subministrat regula desumpta *ex cap. non licet Actori de regul. Jur. in 6. l. ampliorem 37. & fin. Cod. de Appellat. Franc. in cap. dilecte col. penultim versi. quinta conclusio, Abbas in cap prudentiam num. 2. & seqq. de mutuis petit. Rovit. pragmatic. prima de appellat. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 29. & seqq. Card. de Luc. de Judic. disc. 37. sub num. 70. §. Ubi verò, & num. 71. in fin. Surd. decis. 143. Rot. decis. 23. alias 365. de re judic. in novis.*

Quamobrem reintegratâ etiam in hac parte disquisitione, subnectebant in sequelam iidem Informantes pro Abbate, quod illi quoque foret concedendum primum caput nativæ exemptionis, & respectivè Jurisdictionis, cum illud esset subsistentissimum in Facto, & robustissimum in Jure; in facto siquidem, quia quidquid defensores Episcopi conati fuerint sub initio (ingenii, & eruditionis fortasse gratia) controvertere, & quidquid asserere libuerit *Spondano in epitom. annal. Card. Baron. ad ann. 686. & Florentino Lucen. in suo Martyrolog. ad diem 8. Jul.* nimis effulgebat manifestum, quod an-
6. tequam Episcopatus per antea wirtzburgensis, postea Herbipolensis suam creationem, sive erectionem sortitus fuisset à Summo Pontifice Zaccharia de *anno* 751. in persona S. Buccardi primi Episcopi, iam prius ab *anno* 740. S. Bonifacius Fuldense Monasterium cœperat excitare, atque construere cum subsequuta reductione ad suam perfectionem post quadriēnium scilicèt de *anno* 744. ut præter litteras ejusdem Summi Pontificis Zachariæ, quas retulerat *Card Baron. anno nostræ reparationis 751. juxta impress. Roman. fol. 198. & fol. 201.* plenè liquebat ex copiosa *Historicorum* caterva, quos fideliter dinumerat *prima Decisio diei 27. Jun.* 1700. *à §. Et quidem cum seqq. coram Eminentissimo de la Tremoille*, quibus omnibus Testimoniis adiungebant in majorem quandam exuberantiam etiam hodie relata per *Brover. & Masenium compilatores Annal. Trevirens. ad ann. 741. Urticium Chronicor. fol. 296. Ursbergense. fol. 122. Egilbald. Monach. Herbipolen. in antiquissimo manuscripto relato apud Surium ad diem. 14. Octobris, & Sacrar. rer. Moguntinar. lib. 3. notat. 44. Nicol. Schatten. histor. Westphal. fol. 545.* Et signanter aliquis ex *Dominis* reflectebat ad præclarum illud præ cœteris factū, per quod D. Bonifacius usque de *anno* 724. in loco *Geysmar.* sub hodierna disceptatione cadente, & ad Ditionem Fuldensem dubio procul pertinente, annosam, & gravi nimium, & lata mole luxuriantem arborem Soli dicatam, vanaque oracula pauperibus ethnicis illius temporis reddentem, tribus solummodo ictibus succidit, & inibi Ecclesiam in honorem Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli à fundamentis erexit quēadmodum præseferebat ipsa *demonstratio historica aliàs pro parte Episcopi distributa sub num. 15. ex Cardinal. Baron. tom. 9. juxt. edit. Roman. fol. 37. ejusque Compilator, Rinald. ad dictum annum 724. Carol. le Coint. in annal. Francor. tom. 4. fol. 707. Vorburg. in histor. Romanogermanic. tom. 9. fol. 424. Canis. tom. 4. antiquar. lect. fol. 414. & seqq. aliisque in vita ejusdem S. Bonifacii.*

Quin obsistere valeret, quod ad sensum *successivæ Decis. editæ sub die 16. Februarii 1703. coram Reverendissimo D. meo Decano sub §. Sed etiam*, ope cujusdam demonstrationis historicę ad partes tunc oculis *Dominorum* subjectæ coruscaret, quod primordium Episcopatus Herbipolensis prodierit *de anno* 741. Abbatia autem Fuldensis, ex confessione quoque Informantiū pro Abbate nonnisi *de anno* 744. sua perfectio-

ne glorietur, neglectâ namque etiam discussione utrum in hoc proposito respectus haberi debeat ad inchoationem, & verum principium fundationis Monasterii, quæ primi lapidis iniectionem indubitanter agnoscebat non *ab anno* 744. sed *ab anno anteriori* 740. secundùm
7. mox laudatas litteras *Zacchariæ*, quando, præsertìm in favorabilibus statuendæ scilicèt libertatis, urget inconcussa regula, quod inceptum habeatur pro completo, ad notata per *Doctores in l. ad rempublicam* 8. *ff. de munerib., & honorib. Guidon. Pancirol. de Magistr. Municip. c. 2. in princ. Narbon. de ætat. quæst. 3. ann. decimiquint. n. 3. Bellon. de potest. eorum, quæ incontinent. fiunt lib. 1. c. 94. n. 12. Antonell. de tẽpor. legal. lib. 4. c. 1. n. 2., & 19. Magon. decis. Florentin. 10. sub n. 24.*

Hoc unum erat extra aleam caliginis, atque hæsitationis, quod Episcopatui Herbipolen. non fuerint destinati confines, ac proindè neque fir-
8. mata localis Jurisdictio nisi de *anno* 751. ex iis, quæ unanimiter comprobant, & affirmant gravissimi historici, inter quos *Card. Baron. in notis ad Martyrologium Roman. ad diem 14. Octobris, Henric. Canis. to. 4. antiquar. lect. fol. 641., 653. & 657. Nicol. Schatten. histor. Wesphal. lib. 8. fol. 545., & annal. Paderbornen. à fol. 20. ad fol. 25. Egilvald. apud Sur. Sacr. rer. Maguntin. lib. 3. notat. 44. cum quibus consonat Breviar. Moguntin. die 7. Jun. lect. 5.*

Comperto igitur, quod saltem in ratione perfectionis Monasterii illius integrale stabilimentum antecesserit *per septennium* assignationem Territorialis Districtus, seù Diœcesis factam Episcopo Herbipolen., profectò palpa-
9. bile reddebatur, quod quando Episcopatus Herbipolen. incepit habere Jurisdictionẽ, quæ debet certitudinariè præfigi in his, vel illis Personis, in hoc, vel illo loco ex connotatis, penes *Fagnan. in cap. perniciosam n. 42., & seq. & nu. 53., & 54. de Offic. ordinar. Barbos. de offic. & Potestat. Episcop. par. 3. allegat. 107. num. 4. R. P. D. Petr. in commentar. ad Constitut. Apost. tom. 2. fol. 220. sub num. 36.*

Monasterium, & Abbatia Fuldensis ne dum erat antecedenter in plenaria libertate, adeout si fortè adfuisset à parte ante aliquis Episcopus nuncupatus Wirtzburgensis, veluti actualiter destitutus subjecto exercẽdæ Jurisdictionis, in
10. effectu assimilaretur illis Episcopis, quos nuncupant *regionarios*, ut de *S. Kiliano* dicunt *Tepes in latino Chronico Generali Ordinis S. Benedicti Coloniæ, Impress. Anno 1648. fol. 387. ad Annum 686. Vorburg. in Histor. Roman. German. tom. 9. fol. 54. Surius tom. 5. rer. Moguntinar. pag. 54. num. 44.*, & de *S. Bonifacio* S. Kyliani successore testantur *Ubbo Emmius Histor. rer. Frisicar. lib. 4. fol. 150. Nicol. Schaten. Histor. Vestphal. lib. 1. fol. 37., & fol. 394. Cardinal. Baron. ad annum 745. Impress. Roman. fol. 169. Litt. E.*, & benè distinguendo inter prælaudatum S. Kilianum, & S. Burchardum, qui suis finitam terminis wirtzburgensem Ecclesiã primus insedit Episcopus de Anno 751. retulerunt *Armand. Kalendar. Benedict. in Vita S. Burchardi die 14. Octobris fol. 105., & in Vita S. Kiliani tom. 3. pag. 80. aliique concordantes adducti in prima Decisione hujus Causæ edita corã Eminentiss. D. meo de la Tremoille sub die 28. Jun. 1700. §. Nec benè cũ seqq.*

Verùm quoque quod nusquam ab indè citra eandem libertatem Monasterium, ejusque Abbas Fulden. deperdiderit, nisi ex parte Episcopi Herbipolensis palam fieret, quod intra eos-
11. dem fines ejus Diœcesi deinde assignatos, idem Fuldense Monasterium cum sua Ditione contineretur, quemadmodum semper id præsumens justificare compellitur teste *Fagnan. in cap. cũ dilectus n. 15, 16. de religios. domib. Pignatell. consult. Canonic. to. 2. consult. 26. n. 6. Mascard. de probat. conclus. 167. n. 4. Bellett. disquisition. Clerical. de Jurisd. Abbat. S. Michaelis de Clusa §. unic. n. 24. Card. De Luc. de Iurisd. disc. 12. n. 5. Rot. dec. 54. n. 3., & dec. 71. n. 5: post Tamburrin de Jur. Abbat. tom. 3. decis. 1278. n. 1. coram Seraphin decis. 309. n. 7., & seqq. corã Dunozet. Sen. dec. 75. n. 9., & 10. coram Ubald. dec. 13., & decis. 23. utrobique n. 1. cum seqq. cor. Peutinger., & in Nullius, seù Marsicen. Jurisdict. 10. Junii 1702. §. fin. cor. bo. me Muto.*

Atque ex his constabilito in facto quod Fuldense Monasterium à sui ortu, & nativitate fuerit re vera liberum ab omni superioritate Episcopi Herbipolensis, vel alterius cujuslibet Antistitis, utique non deerat ad substentationem præfati primi capitis etiam illa juridica consequentia, seù fundamentum Juris, per quod nequibat in Abbate verificari, & congruere amplius titulus ullus puræ, & solius exemptionis, cum exemptio de sui natura essentialiter præsupponat subjectionem, quam è converso in nostro concreto supponimus. & ostendimus nunquam adfuisse, undè, à contrario potius præ-
12. sumendum erat, quod illa bona, illa loca, quibus successivè Sancta Sedes nullum constituit particularem Episcopum, vel Archiepiscopum, nè alias eadem loca, & bona remanerent absque Ministro, qui posset exercere Jurisdictionem, relicta, vel concessa per Apostolicam providentiã remanserint illi inferiori Dignitati, illi Abbati, qui apparebat deputatus in illis bonis, & locis superior per ea, quæ punctualiter tradunt, atq; concludunt ad intelligentiam Doctrinæ *Jo: Andr. in addit. ad speculat. tit. de Privil. Fagnan. in c. Nullus n. 16. de Paroch. Cluniacenses in epist. 28. lib. 1. ad D. Bernardum relat. per Altaser. Asceticon. lib. 7. cap. 12. Coppin. de Jur. Cœnobitic. lib. 1. tit. 2, num. 23. Pasqualig. ad Franch. controvers. inter Episcop., & regular. part. 2. quæst. 1. num. 4. fol. 450. R. P. D. Petra in Commentar. ad Constitution. Apostolic. tom. 2. fol. Mihi 134. num. 30.*, & in individuo Abbatiæ Fuldensis *Tomassin. de re Beneficiar. part. 1. lib. 3.*

lib. 3. cap. 35. sub n. 7. in fin. Altes er. loco citat. Alviset. de Privileg. regular. sect. 4. dubit. 22. num. 5.

Absque eo quod juxtà sensum eorundem informantium pro Episcopo ad eversionem hujusmodi evidentissimi discursus refragari id circo posset, quod usque à principio nostræ enascentis fidei Orthodoxæ extiterit facta divi-
13. sio omnium Diœcesum quemadmodū præ cæteris generalem hanc Divisionem subintellexerunt, atque approbarunt Summi Pontifices *Clemens*, & *Anacletus*, ex iis, quæ colliguntur *à Can. Urbis primò, & Can. in illis 2. distinct. 80. & ex cap. Provinciæ distinct. 99. ibique communiter DD. relat. per Roderic à Cunka in dicto Can. in illis num. 5. Bursat. consil. 126. num. 11. Ros. de resid. Episcop. sect. 4. num. 9. cum seqq. Urtad. de resident. Tomo 1. lib. 1. resolut. 9. num. 3.*

Vel quod in omnem casū non defuerint alii non contemnendi Auctores, qui authumarunt generalem divisionem hanc, seù partitionem,
14. ac assignationem particularium Diœcesū initam, & ordinatam fuisse à S. Dionysio Papa sub Anno 270. & sic longè ante Fuldensis Monasterii fundationē, & Episcopatus Herbipolen. erectionē ad ea, quæ habentur apud *Joan: And. Abbat. aliosque Canonistas in Rub. extrav. de Parochiis, Barbos. de Offic. & potest. Episcop. par. 1. tit. 1. cap. 7. num. 7. Carol. Ant. De Luc. ad Grat. cap. 212. num. 10. Card. De Luc. de Jurisdiction. dicto disc. 1. n. 3. Rot. decis. 665. num. 18. coram Coccin. in Gerunden. Jurisdictionis, super bono jure 13. Junii 1692. §. etenim coram Reverendissimo P. Domino meo Molines Decano, & in Hispalen. Visitationis 30. Aprilis 1703. §. 13. Coram eodem.*

Quodque aliàs non præsuppositâ hac divisione Diœcesum invenerentur loca quamplura,
15. quæ à nullo cápite, seù Superiore regerentur, & consequenter forent Acephala, quando tàm vehementer ex hac ipsa monstruositate hujusmodi loca acephala reprobarunt, & objurgarunt Sacri Canones uti videre est in *Cap. Nulla ratione distinct. 93. ubi Gloss. versic. Tales, & Geminian. versic. quesitum est Can. Abbatibus 18. caus. 18. quæst. 2.* & advertit *Lotther. de re Beneficiar. lib. 1. quæst. 23. num. 65. Cardinal. De Luc. de Jurisdict. disc. 1. sub num. 4.*

Siquidem facile posthabita hac minus probabili, minusque recepta opinione divisionis subsequutæ de tempore Dionysii, veluti acriter,
16. & meritò impugnata per Historicos, & Juridicos Scribentes, vel tanquam apochrypha, vel tanquam non concernente divisionē Diœcesum, sed simplicium dumtaxat Ecclesiarum Parochialium ex traditis per *Glos. in Can. Ecclesiam 13. quæst. 2. verb. divisimus Van. Espen. in Jus Eccles. univers. par. 1. tit. 3. cap. 1. num. 1. tom. 1. & tom. 3. Opusc. part. 2. tit. de institut. & Offic. Canonic. part. 2. cap. 2. §. 6. Fagnan. in cap. nullus de Parochiis num. 15. Urtad. de resident. tom. 1. lib. 1. resolut. 9. num. 3. & 4. de resident. Episcopor. dicto cap. 1. sect. 4. num. 18. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 10. num. 9. Rot. decis. 651. num. 7. in fin. part. 4. recent.* Ac propterea probabilius redeundo ad supradictam assertam divisionem, de qua loquuntur *Clemens*, & *Anacletus*, tantùm aberat, quod ex antiquo præcepto Principis Apostolorum, ut retulit idem *Clemens Papa ad Jacobum Epistola prima registrata in dicto Canon. in illis distinct. 80.* & præsupposuit secunda Decisio sub *§. Resiquidem melius*, loco veterum Flaminum, & Archiflaminum, quos prius cœca detinebat gentilitas per universa, & singula loca suffecti fuerint Patriarchæ, Episcopi, & Archiepiscopi in quolibet loco, unde saltem in aliquo loco subjecto hisce subrogatis Patriarchatibus, Archiepiscopatibus, & Episcopatibus sita reperiretur in sui principio Abbatia Fuldensis, ut nec ipsi antiqui gentiles nempe Romani, quos *rerum Dominos* emphatice, sive poeticè nuncupat *Virgilius*, citra dubium ubique detinere hos Flamines, & Archiflamines, cum eorum Imperium ad totum Orbem minimè extenderetur, multoque minus verisimiliter vigeret in loco præciso ubi Fuldense Monasterium reperitur erectum, magna etenim Germaniæ pars jugum Romanorum constantissimè respuit jugiter fervente bello inter utramque partem, seu Nationem, ut ferunt notissimæ Historiæ, & præcipuè *Annalia Cornelii* de tempore illorum Cœsarum, qui supra veteres Consules, Senatum, & Populum Quiritam, extendere Principatum; unde quomodo in Locum Flaminum, & Archiflaminum non existentium va-
17. lebant esse substituti Patriarchæ, Episcopi, & Archiepiscopi, dum omne quod subrogatur nequit excedere limites illius, in cujus locum fuit facta subrogatio per *Textum in Leg. Si eum §. Qui injuriam ff. si quis caution. Cyriac. controvers. 378. num. 67. Molin. resolut. 41. num. 39. Tiraquell. de Primogen. quæst. 40. ex num. 43. Solorzan. de Jur. Indiar. Tom. lib. 2. cap. 23. n. 23. & 24. Modern. Roman. discept. Eccle. par. 1. discept. 5. num. 17. Rota decis. 544. num. 28. coram Ludovis. disc. 58. num. 4. coram Peutinger. & decis. 440. sub num. 13. part. 4. tom. 2. recent.*

Evidentius autem, quia successiva, & respectivè quotidiana nos docet experientia contrarium, consuevere etenim tantummodo Apostoli à principio seipsos, aliosve Discipulos post manum impositionem distribuere in plura, sed non omnia loca, & deinceps in Sæculorum successu ante præfixionem Episcoporum in illis regionibus, in quibus semen Evangelicæ prædicationis, vel effundi non potuerat, vel effusum non radicaverat, fuerunt diversis temporibus immissi evangelizantes, inter quos plerumque simplices Monachi, vel Religiosi, deindeq; ultimo loco crescente messe stabiliti, & superaucti extiterunt Episcopi veri Operarii

rii, prout de Regno Angliæ habetur in Vita S. *Leonis*, & hodie sub oculis videmus in partibus Americanis, atque Asiaticis, quod nec inibi statutę adhuc sunt Diœceses, sed ad summum *ex. gr.* in partibus Chinensis Imperii adsunt ad similitudinem S. Bonifacii, aliqui juxta opportunitatem Episcopi Regionarii, vel aliæ Personæ suffultæ pro spirituali Jurisdictione exercenda Apostolicis Indultis, & concessionibus, ideoque cum jam similiter teneamus, quod in nostro præciso loco controverso evāgelicum lumen non dum effulserat, delatumque primariò fuit à S. Bonifacio, consequens nimium probabile erat, quod ejus nativæ libertati, & necessariò supponendę exemptioni per
18. carentiam quorumcumque Episcoporum, qui præexistere valerent, superaccesserit in Persona S. Bonifacii effecti Abbatis aliqua Apostolica activa concessio Jurisdictionis, & hoc est quod in substantia admittentes hanc nativam exemptionem admixtam Jurisdictioni cum *Jo: Andr. ad specnlat. ubi supra* dixerunt *Fagnan. in d. cap. nullus num.* 16. *de Parochiis: Pasqualig. ad Franch. controv. inter Episcop. & Regular. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 4. *fol.* 450. *R.P.D. Petra ad Constitut. Apostolic. dict. tom.* 2. *fol.* 134. *num.* 30. *cum aliis superius adductis Concordan. §. Atque ex his*.

Cœterum quantumvis usque dum deducta non parum in suo primæuo aspectu viderentur urgere, attamen super hoc primo capite nemo ferè ex *Dominis* hodiernæ jecit basim resolutionis, itaut si aliquis in adverso suffragio immorabatur se se declaraverit id tamen adjuvare non posse modernum Abbatem, nisi respectu illorum bonorum, vel locorum, quæ tunc temporis stabiliti Monasterii possidebat idem Monasterium, sive Abbatia; si etenim alia bona, vel loca, ut certo certius erat credibile, ac supponendum supervenere eidem Monasterio, vel Abbatiæ ob fidelium largitates, & Principum munificentiam, profectò nequibant irradiari, ac se se tueri per hanc nativam Jurisdi-
19. ctionem, cum omnis quomodolibet acquisita exemptio, vel Jus Privilegiativum, nisi aliud litteraliter exprimatur, restringatur semper, seù regulariter ad præsentia, nusquamve amplectatur loca, & bona futura, sive ex post acquisita, ex iis, quæ communiter afferuntur per *Card. Hostien. aliosque Canonistas in cap. cum Capella de Privileg. & ibi Gloss. Litt. E. verb. In quantum exempti, Jo. Andr. in addit. ad speculat. in tit. de Censib. §. Nunc dicendum in addit. magn. circ. pen. colum Vitalin. in Clementin. litt. de rescript. sub num.* 13. *& sequen. Augustin. Barbos. in cap. quia circa num.* 11. *de Privileg. alter Barbos. Leg. divortio §. Quod in anno num.* 17. *in fin. ff. solut. Matr. Bero. cons.* 24. *num.* 11. *vol.* 1. *Rot. decis.* 1672. *num.* 12. *cor. Coccin.*

Motivum itaque deferendi hoc primū caput fundabatur in gemina, eademque nimis forti consideratione, quarum prima erat, quod nulla exemptio, multoque minus ulla Jurisdictio nascitur à semetipsa; Quatenus namque per-
20. tinet ad exemptionem, quæ, ut præmisimus, & ait quoque *Jo. Andr. in loco superius collaudato*, & probat verbum *eximere argumento text. in cap. Recepimus extra de Privileg. in cap.* 1. *& cap. auctoritate cum seqq. eodem tit. in* 6. *& in clem.* 1. *eodem tit. Leg. qui saxum ff. de donation. Lotter. de re Beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 23. *num.* 2. *Rot. decis.* 338. *sub num.* 6. *coram Priol. & decis.* 14. *num* 1. *coram Emerix. Jun.* subjectionem necessariò implicat, & præsupponit ea non potest nisi à Summo Pontifice attribui, atque donari ex communiter affirmatis per *DD. in cap. si Papa* 10. *de Privileg. in* 6. *Abb. in cap. cum contingat* 13. *num.* 18. *de for. competen. & in cap. cum venerabilis num.* 4. *de censib. Erasm. à Chock. in Tractat. de Jurisd. ordinar. in exempt. part.* 1. *quæst.* 3. *num.* 13. *Mandos. de signat. grat. §. Exemptiones ab Episcopis in* 1. *colum. versic. Eximere propriè Sbrot. de Offic. Vicar. lib* 1. *quæst.* 51. *num.* 2. *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap.* 30. *num.* 34. *Rot. decis* 219. *num.* 3. *coram Rojas, decis.* 217. *num.* 4. *par.* 16. *& decis.* 485. *num.* 1. *par.* 19. *rec.*

Quò verò ad Jurisdictionem, sive Jus activum illam exercendi, ea multo vehementius largitorem, & datorem exposcit, *omnis enim potestas à Deo est* dicebat *Apostolus*, adeout nec ab ipso exordio Mundi à Summo Deo concessa fuerit ipsi Adam, nisi super animantibus, & est notissimum principium, quod omnes ho-
21. mines suaptè natura liberè nascuntur, nec unus alteri subjicitur, sicuti habetur in *§. Jus autem gentium institution. de Jur. natural. gent. & civil. & in §.* 1. *Institut. de Jur. person. ubi Gloss. in figurat. casus versic. quia secundum jus naturale*, solùmque Adam poterat erga suos descendētes exigere illam Paternam reverentiam, quæ (præscindendo à superventis civilibus Sanctionibus ab habente potestatem promul-
22. gatis) suadente tantùm gratitudine, & natura per liberos debetur erga Parentes juxta animadversa per *Gonzalez. in cap. cum non liceat sub num.* 9. *de præscription. Ascan. Clement. de Patr. potest. cap.* 3. *Sebastian. Monticulum eodem titul. de Patr. potest. §. Patri ergò tantum n.* 11. *Pascal. de virib. Patr. potest. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 1. *Sanchez. in Opuscul. Moral. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 11. *Fagros. de Regimin. reipublic. Christian. tom.* 3. *lib.* 2. *Germon. de Indult. Apostolic. §. Quod in Romanam num.* 11. & relato, ac explicato *Aristotilis dicto in primo Politicor. cap.* 8. latè *Boss. de Patr. potest. cap.* 1. *§.* 2. *per tot.*

Hinc tantùm advento tempore legis scriptæ placuit summo Opifici volitum, & explicatam à se Jurisdictionem ponere in manu Moysis, & Aaron, & dein Judicum, & Regum, donec expiratâ quoque lege scriptâ per Adventum Sanctissimi Domini Nostri Reparatoris, & in illam

illam gratiæ commutat.ì, in quantum spectat ad nostrum propositum, videlicèt ad Spiritualem, & Ecclesiasticam Jurisdictionem, ea multipliciter delegata fuit per eundem nostrum Redēptorē in forma servi adhuc existentem illius Apostolis, atque Discipulis; sed substantialiter reassumpta, & in perpetuum concessa in præmium suæ confessionis beato Petro, ejusque

23. Successoribus canonicè intrantibus; quapropter hodiè cuncti præter Schismaticos, vel Hæreticos conveniunt, quod omnis Spiritualis, vel Ecclesiastica Jurisdictio resideat dumtaxat penes Papam, & ab eo ad sui libitum legitimè detur, & transfundatur in alios, sivè Patriarchas, sivè Primates, sivè Archiepiscopos, & Episcopos, adeout ex omnium consensu quælibet Spiritualis, & Ecclesiastica Jurisdictio à Papa tanquam à fonte, vel Mare fluat, & refluat, *Pax Jordan. elucubrat canonic. tom. primo prælud. 3. n. 3. Card. Belarmin. controver. lib. 4. de Romano Pontific. cap. final. versic. Tertiò probatur, Ansald. de Jurisdict. Ecclesiastic. part. 2. tit. 11. cap. 21. num. 39. & 40. Gonzalez. ad regul. 8. Cancellar. §. primo proæmial num. 9. Rot. decis. 639. num. 33. part. 18. Recen.*

Igitur quonam modo absque Papæ concessione valet quispiam sibi arrogare ullam Jurisdictionem, illamque recognoscere à sua intrinseca libertate? Deus siquidem, & posteà ejus *Vicarius subjecit Populos Nobis*, ut inquit *Pro-*

24. *pheta*, & ultrà jam cumulatos in substātia prosequuntur *Alex. in leg. prima num. fin. ff. de Jurisdict. omn. Judic. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 14. à num. 1. & seqq. Vargas de Jurisd. Episcopor. & Pontific. Maxim. auctorit. axiomat. 2. cum seqq. Oliv. de for. Eccles. part. prima quæst. 2. sub num. 18. Barbos. de Offic. & potestat. Epis. part. prima tit. 1. cap. 1. à num. 20. ad seqq. Rot. decis. 306. num. 7. coram Duran.* cum aliis *in Leodien. Jurisdictionis 25. Aprilis 1705. §. Rursus itaque coram me.*

Quin propterea subsequeretur per modum retorsionis annunciatum, & magnificatum absurdum, quod hæc, & illa loca non sequutâ collatione, seu non apparente ulla delegatione Jurisdictionis in aliquem, restarent acephala, quoties non daretur in similibus locis positivo, ac dativo capite destitutis, hæc nativa libertas, & Jurisdictio, non enim nisi impropriè potest verificari ista, ut ità dicamus, acephaleitas, nimirùm nisi quando intendimus explicare, quod quis non appareat subjectus huic, vel illi capiti immediatè, sed de cæterò vera acephaleitas prorsus dari nequit, cum semper quæcumque Spiritualis, & Ecclesiastica Jurisdictio per quemcumque locū Orbis Universi

25. exercibilis consistat, atque existat in Papa tanquam repræsentativo illius *Domini, cujus est Terra, & plenitudo ejus*, atque ità exemplificat egregiè *Card. Turrecremata in Can. nulla ratione distinct. 93.* ut ibi -- *& si etiam in Nullius Episcopi speciali designata Parochia habitant, quales fortè aliqui sunt in Ægypto, dicitur quod in Parochia D. Papæ habitant, qui totus Mundus intelligitur*, cum quo consonat *glos. ibidem verb. Acephalos Altess. r. Asceticon. lib. 7. cap. 12. fol. mihi 398. versic. idem Goffridus.* Et quod Papa repleat omnem locum tanquā Diœcesanus, Diœcesanorū, atq; etiam exemptorum ratione nedū Patriarcatus Occidentalis, sed etiā amplioris, & incircumscriptæ Supremæ Dignitatis Pontificalis conclamant, & docent per *Text. in cap. cuncta per Mundum 9. quæst. 3. Felin. in cap. gratiæ sub num. 2. post med. versic. Et de hoc, Passarin. in cap. hac constitutione de offic. & potestat. Judic. delegat. quæst. unic. art. 3. num. 73. in fin. Soccin. Sen. consil. 237. num. primo col. 2. lib. 2. Marant. Controvers. jur. part. 3 respons. 75. n. 10. & respons. 81. num. 50. Francesc. de Eccles. Cath. cap. 3. num. 22. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæ. 11. num. 5. Zerol. in prax. Episcop. part. 1. verb. Pragmatic. §. 3. de Just. de dispensat. lib. 2. cap. 2. num. 8. & 22. §. 1. proæmial. num. 8. Anastas. Germō. de Sacr. Immunit. lib. 3. cap. 15. n. 73. Chassan. in Cathalog. glor. Mund. part. 3. considerat. 7. versic. sed tamē dic cum seqq. Barbos. de offic. & potestat. Episcop. part. prima tit. 3. cap. 2. num. 17.* & ob id assertionem *Fagnani* præsupponendi licèt in diverso sensu remansisse loca sine capite in fortioribus refellit *Card. de Luc. de Jurisdict. discurs. 1. num. 4. & 5.*

Atque in rei veritate, quod unquam tribui possit à natura, quod aliqua particularis Ecclesia, vel Monasterium etiamsi situm non existat inter confinia alicujus jam destinatæ, limitatæ, & erectæ Diœcesis, ob id efficiatur liberum, & exemptum ab omni Jurisdictione, & superioritate, quodque durius esset, valeat à semetipso exercere ullam Jurisdictionem Spiritualē, aut Ecclesiasticam coercitivam in Populum, & Clerum à nemine sibi commissum, nec originaliter somniavit, *Joannes Andreas in addit. ad Speculator.* cujus verba sunt hæc - *Est sciendum quod quidam sunt Abbates, qui, vel quorum Monasteria sub nullo sunt Episcopo, & nullius Episcopi Territorio &c. talia forè Monasteria sublacēse &c. quæ sunt in speciali Provincia Papæ &c. -- propter Populum autem tenentur ad ea, quæ sunt legis Diœcesanæ, --* & infrà -- *omnes regulariter intrà Territorium, vel Diœcesim certorum Episcoporum præter illos, vel his similes, quos suprà nominavi, qui non sunt exempti à Jurisdictione Episcoporum, quia exemptio præsupponit subjectionē, à qua liberatur exēptus, quod in istis nō est, iste tamē status sine Privilegiis parum valeret &c.*

Neque hodiè in eorum responsionibus, sivè replicationibus id affirmare, seù defendere contendebant ipsimet Informantes pro Abbate, faciliorem tantummodò transitum sibi blandientes ad Jurisdictionem activam, & respectivè dativam ab inexistentia alicujus præcedentis Episcopi in loco noviter extructi Monasterii

obla-

ob latiorem necessitatem intelligentiæ Priuile-
26. giorum, quæ eidem Monasterio in tali statu reperto supervenerunt, cum facilè sit addere ei, qui est, & supposita sola persistentia Jurisdictionis universalis in Papa laxior contra eũ tanquam privilegiantem admittatur interpretatio, & volunt per *Text. in cap. cum dilectus de co suetudinibus, & in leg. Beneficium, ff. de constitutionibus Princip. Abb. in cap. cum ex injuncto 12. de hæretic. & in cap. quia circa vigesimo primo num. num. 4. de Privileg. Felin. in capitul. causamque 18. num. 11. & 12. de rescript. Oliv. de for. Eccles. part. prima quæst. prima num. 10. & 11. Oldrad. consil. 268. num. 2. Rot. decis. 260. num. 1. coram Emerix Junior. decis. 199. n. 27. part. 12. decis. 533. num. 22. & 23. part. 14. & decis. 530. num. 4. part. 18. Recentior.*

Secunda non minus patens ratio destructiva hujus nativæ Jurisdictionis illa erat, quod non tantùm, ut usquedum comprobavimus semper necesse est laudare Auctorem, seù datorem hujus Potestatis, sivè Jurisdictionis, verùm quoque in casu Privilegiorum concessorum oportet benè perscrutari verba, cum quibus legatur facta hujusmodi concessio; Privilegia quippè præsertim in hac materia delegativa, & attri-
27. butiva Jurisdictionis existunt sterilissimæ naturæ, & tantùm operantur, quantùm sonant, immò quod non apparet concessũ præsumitur denegatũ etiam in casu, quo præexistat præambulum supplicationis, ut circa primam propositionem plena sunt volumina, & signanter habetur penes *Innocent. in cap. dilecto de offic. Archidiacon. Felin. in cap. Auditis n. 10. de præscr. & consil. primò num. 162. cum seqq. Maraat. controvers. Jur. part. 3. respons. 81. num. 60. Card. de Luca de Jurisdict. discurs. 35. num. 10. Rota decis. 1252. num. 7. coram Coccin. decis. 8. num. 7. part. 8. & decis. 191. num. 8. part. 19. Recent.* Et quoad secundam comprobant Jura relata *in cap. nonnè de præsumptionibus, leg. inter stipulantem, §. Si stipulantem, ff. de verbor. obligat. Soccin. Sen. consil. 131. sub num 9. versic. immò videtur, Paris. consil. 20. num. 15. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 10. num. 16. Rota decis. 467. num. 6. coram Seraph. decis. 2251. num. 17. coram Coccin. decis. 352. num. 12. corã Bich. dec. 459. num. 9. coram cl. mem. Cardinali Cerr. & decis. 140. num. 14. part. 15. Recent.*

Ad rem itaque nostram applicando, ac prætermisso pro nunc examine singulorum Privilegiorum Abbati Fuldensis Monasterii concessorum, de quo in mox sequenti inspectione quatenus pertinet ad considerandam hanc prætensam nativam libertatem, quæ sit admixta Jurisdictioni activæ, certè non effulgebat, quod in S. Bonifacio primo Abbate, & Fundatore extaret secundum litteras Zachariæ, nisi figura, & specimen puri Abbatis Regularis sub Ordine Sancti Benedicti, qualitas verò Abbatialis nullam prorsus de per se infundit Jurisdictionem Episcopalem, seu quasi, immo Abbates, & Monachi cum eorum Monasteriis per
28. quinque Sæcula subiecta fuerunt Jurisdictioni Episcoporum, idque præcisè statuisse non tantùm *Concilium Aurelianeũ*, registratum *in cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* immo, & *Concilium Calcedonense* sub *Leone Primo de anno 451.* relatũ *in cap. Quidam Monacorum distinct. 10. quæst. 2.* cum aliis inutiliter transcribendis doctè, ac elaboratè demonstravit *Card. Albit. in secunda ejus disputat. de Jurisdictione, quam habent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in Ecclesiis suorũ titulorum sub num. 3. & 4.* Quibus omnibus adauget *Ludovic. Tomassin. in sua veter. & non. Eccles. disciplin. circ. benefic. & beneficiar part. prima lib. 3. cap. 36. per tot. & signanter nu. 7. §. Obiici posset* solùm Abbates Regulares exceptivè ad Privilegium *Zaccariæ* respectu Monasterii Fuldensis, acquirere inchoasse activam Jurisdictionem post Sæculum octauum tẽpore *Caroli Magni, & Primi Imperatoris Occidentalis.*

Quodque titulus, & nomen Abbatis primævâ ejus origine inspectâ potius existat nomen sollicitudinis, quàm honoris, quodque Abbas ubi non sit exemptus, fidem, subiectionem, obedientiam, & reverentiam promittere debeat locorum, si adsint, Ordinariis; & genera-
29. liter, quod Abbas nullam aliam obtineat Jurisdictiõnem, quàm illam, quæ respicit subalternum regimen, & disciplinam suorum Monacorum, latè videre est penes *Innoccnt. in cap. de multa col. ultim. de præbend. Gloss. in cap. nullam 18. quæst. 2. verb. totam, Abbas. in cap. tuam de ætate, & qualitate ordinan. Ciarlin. controvers. Jur. lib. 2. cap. 220. num. 56. & 57. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 17. nu. 2. & 3. & 8. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disputat. 1. quæsit. 2. à num. 4. ad seqq. & disputat. 15. quæsit. 3. per tot. Frances. de Eccles. Cathedral. Regular. cap. 31. num. 60. Rota decis. 15. num. 11. part. 1. Recent.*

Dum itaque neque (præcisivè semper à trutinatione superventorum Privilegiorum,) inerat ab initio ulla concessio pro Abbate Fuldensi in figura simplicis Abbatis, quæ posset strictè, aut latè interpretari, restabat solùm à fortiori demonstrare, quod nulla alia Jurisdictio veniat sub concessione dignitatis, nisi exprimatur explicitè, vel implicitè, seu quod idem est in necessariam consequentiam, hoc autem palam fit ab exemplo, quod majus excogitari nequit, quale est illud creationis in Episcopum, eo etenim ipso, quod quis efficitur, seu creatur Episcopus, necessariò adipiscitur ea dumtaxat, quæ veniunt in sequelam tam Sacrosancti Characteris, & Ordinis, verùm respectu Jurisdictionis transfundendæ non sufficit impressio talis Characteris, nisi eadem Jurisdictio limitativè, vel plenariè concedatur à Papa, ut fert formula ipsorum verborum, quæ adhibentur in creatione Episcoporum, videlicèt: *Auctoritate*

tate Omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra providemus Ecclesiæ N. de persona N. & præficimus eum in Patrem, & Pastorem, ac Episcopum ejusdem Ecclesiæ, committentes ei administrationem in temporalibus, & Spiritualibus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Quodque hæc Jurisdictio, vel proveniat immediatè ab ipso Papa tanquam à Christi Vicario, ac Supremo ipsius Ecclesiæ
30. Pastore, vel cohæreat Episcopo jure divino, semper tamen in ordine ad exercitium in hoc, vel illo subjecto, & prout respicit, hæc, vel illa loca indubitanter profluat à Pontifice, qui potest hujusmodi Jurisdictionem restringere, & ampliare, nemo est qui ambigat, ex fuso calamo prepensis per Covarruv. in regula peccatum part. 2. §. 9. num. 6. Suarez tom. 4. de Pœnitent. par. 2. disputat. 25. section. 1. num. 10. & 11. Valent. tom. 4. disputat. 7. quæst. 10. punct. 2. Barbos. de Officio, & potestat. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 1. sub num. 26. Pax Jordan. elucubrat. Canonic. lib. 1. tit. 33. sub num. 34. & 36.

Et ex his transeundo ad secundum caput concessę, sive dativæ Jurisdictionis in vim privilegiorum, quæ S. Bonifacius, illiusque successores à prima Apostolica Sede reportarunt, quæve privilegia tanquam etiam de per se sola ad nodum controversiæ dirimendum sufficere censuerat prima decisio coram Eminentissimo D. meo de la Tremoille, & tertia coram Reverendissimo D. meo Molines Decano, secunda autem præcedens ejusdem Reverendissimi D. mei Decani resipuerat, & quarta tandem sub ea conciliatione tantummodo admiserat, ut saltem capacia forent efformandi titulum coloratum ad sustentationem tertii capitis viæ præscriptæ, in qua, & omnes quatuor preterita Decisiones, & major Dominorum, Pars etiam hodie in stabilienda resolutione convenerant; Informantes pro Abbate rursus enumerando eadem privilegia putabant illa, præsertim superadditis quamplutibus demonstrationibus, ipsaque, ut infra observantia, pro hujus secundi capitis firmitate exuberare, atque ad hunc effectum incipiebant à discussione Primi, quod Summus Pontifex Zaccharias fuerat primo Abbati, scilicèt B. Bonifacio elargitus, de quo in Summario distributo coram Eminentissimo D. meo de la Tremoille un. 6. non enim introspectâ ejus litterâ simpliciter recipiebatur sub protectione B Petri, Sanctæque Sedis Apostolicæ Monasterium Fuldense S. Salvatoris nuncupatum quemadmodum sonant regulariter alia privilegia Regularibus concessa, tunc quippe certum extitisset, quod hæc nuda receptio non præseferret nisi meram exemptionem cum nulla persona, vel Dignitas valeat exercere aliquam ordinariam Jurisdictionem super illo loco, super illa Persona, quæ sub tegmine alarum B. Petri, & S. Sedis
31. custoditur, sicuti paulatim ex hac causa consimiles exemptiones gliscere inceperunt, & esse inchoarunt, immunes à lege Diœcesana universi fermè regulares ex congestis per Doctores in can. Abbas 8. & in Cau. quam sit necessarium caus. 18. quæst. 2. ubi præ cœteris Archidiacon. Navarr. cons. 2. de regularibus num. 63. vers. addo secundo, Cochier. de Jurisdict. in exemptos par. 1. quæst. 17. num. 9. Barbos. de Offic. & potest. Episcop. par. 3. allegat. 105. num. 3. Tamburrin. de Jur. Abbat. lib. 1. disput. 15. quæsit. 2. sub num. 5. vers. hodie vero. Engel. de privileg. Monasterior. privileg. 3. & in Jus Canonic. lib. 1. tit. 33. num. 37. vers. omnia Monasteria, Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 28. num. 4. bon. mem. R. P. D. Marcell. Severol. in ejus Vot. impress. post modern. Rom. disceptat. Ecclesiasticar. tom. 2. in fin. fol. mihi 22. sub num. 24. Rot. in Firmana Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. A Jurisdictionali coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.

Adeout successivè oportuerit, quod pro restauranda hac totali impotentia Episcoporum in regulares Æcumenica Concilia, & superventæ Constitutiones Pontificiæ positivè committendo hanc, aut illam specialem Potesta-
32. tem Episcopis in certis peculiaribus circumstantiis, vel casibus, eorum Ordinariam Jurisdictionem verterint in delegatam, ut sæpius sancitum habetur in novissimo Sac. Conc. Triden. & in casibus reassumptis per celebrem Constitutionem Gregorii XV. quæ incipit Inscrutabili per ea, quæ prosequendo monent, Barbos. in collectan. Doctor. ad idem Sac. Concil. Tridentin. sess. 4. de edit. & usu lib. de reformat. sess. 5. cap. 1. & 2. sess. 6. cap. 3. sess. 7. cap. 4. sess. 14. cap. 7. sess. 24. cap. 11. & cap. 20. & sess. 25. cap. 15. & 18. & de regularib. sess. 25. cap. 5. 12. 13. 14. 16. & 19. & in tract. de offic. & potest. Episcop. par. 3. dicta allegat. 105. à n. 13. ad fin. Francesc. Pastoral. regular. part. 2. quæst. 21. sub num. 19. & seqq. Novar. in Summa Bullar. part. 2. commentar. 66. per tot. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 1. sub num. 5.

Sed prætergrediendo (inquam) assuetas formulas, Breve Pontificium Zaccharia gradieba-
33. tur ad duo specialia, alterum nempè, quod idem Monasterium nullius alterius Ecclesiæ potestati submitteretur, & nemo posset quamlibet habere ditionem, aut auctoritatem, vel potestatem exercere, nisi ab Abbate Monasterii fuisset invitatus, & alterū, quod idem privilegium inconcussè locis quoque, & rebus tàm eis, quæ moderno tempore possidebat, quàm quæ futuris temporibus in jus ipsius Monasterii Divina pietas voluisset augere ex donis, & oblationibus Fidelium absq; ullius Personæ contradictione permaneret. In quibus profectò terminis licèt deesse litteralis, & aperta concessio activæ Jurisdictionis, nihilominus, quod exindè implicitè saltem, & sufficienter tale privilegium interpretari valeat pro concessivo hujus activæ Jurisdictionis, & traditione Territorii separati, latè respectu primi

specialis comprobavit *Pignatell. consult.* 85. *per tot. & siguanter sub num.* 5. 7. 8. *&* 19. *tom.* 5. *Van. Espen. de Jur. Eccles. in univers. part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 5. *num.*18. *rub. in aphorism. Episcop. verb. Abbas num.* 6. *Jacob. de Graff. decis. aur. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *De Ros. de resident. Episc. cap.* 4. *sect.* 6. *num.* 500. *& seqq. Rot. decis.* 54. *num.* 5. *&* 6. *coram Martin. Andr. decis.* 1025. *& decis.* 1336. *utrubique num.* 1. *coram Seraph. decis.* 459. *n.* 4. *& num.* 13. *coram Bich. dec.* 12. *num.* 26. *coram Peutinger. & decis.* 219. *num.*1. *& num.* 8. *part.* 18. *rec.*

Et quod alterum, seù secundum speciale, quando scilicèt supremus Christi Vicarius non solùm Monasterium, sed & loca præsentia, & futura sub illa dictione *quoque* augumentativa, & insimul implicante parificationem primo loco quodammodò dotali, uti præleferebant antecedentia verba ibi -- *locus idem Apostolicæ Sedi subjectus incoacussè sicut à Nobis, & Religiosis viris ditatus est permaneat* ademit à quacumque Diœcesana potestate, quod tunc non solùm ipsum materiale Monasterium cum Monachis, cœterisque inservientibus, sed & eadem loca constituant Territorium quoddam separatum, prosequi videtur idem *Pignatel. dicta consult.*85. *num.* 7. *lib.* 5. *Deaos. de resident. Episcop. dicto cap.* 4. *sect.* 6. *num.* 501. *Lotter. de re beneficiar. lib. primo quæst.* 24. *n.* 114. *Rot. decis.* 54. *n.*6. *vers. non autē locu coram Martin. Andr. dec.*149. *num. primo decis.* 334. *num.* 6. *part.* 1. *decis.* 39. *num.* 1. *& decis.* 197. *num.* 20. *part.* 8. *recent. in Marsicen. seù Nullius Jurisdictionis super bono Jure* 7. *Junii* 1700. §. *alia Privilegia coram bon. mem. Muto, & in Firmana Jurisdictionis* 15. *Aprilis* 1701. §. *Secundum fundamentum, &* 17. *Martii* 1702. §. *Enim verò coram Reverendiss. P. D meo Molines Decano.*

Privilegio prælaudati Zachariæ nedum (dicebant sæpiùs nuncupati informantes pro Abbate) consonabant subsequentia aliorum Pontificum, sed latius, & consequenter clariùs se se diffundebant ad hunc præcisum finem supponendi in Abbate, vel etiam indulgendi integralem Jurisdictionem; præcipuè ponderatâ illorum temporum aliqua majori simplicitate, seù ruditate, quæ non adhùc supervento ful-
34. gore plurium generalium Conciliorum nequibant tàm expressè significare, & exprimere constitutionem veri Territorii separati, quod postea explicavere sub vocabulo *Nullius*; Superaccessit quippè *sub anno* 770. aliud *Stephani III.* Privilegium, per quod præter idipsum, quod jam noscebatur extitisse concessũ à Zaccharia illius prædecessore, legitur superadditum importantissimum illud verbum *Hominibus* in ea scilicèt parte, quæ localem prius abstractionem à quacumque alia Jurisdictione dumtaxat præseferebat *dicto Summario Abbatis num.* 8. ibi -- *Locus autem simul cum rebus, & HOMINIBUS, tam iis, quæ moderno tempore tenet, quàm quæ futuris temporibus in jure ipsius Monasterii divina voluerit pietas augere ex donis, & ablationibus Fidelium &c.* unde ex hac additione *Hominibus* manifestè cessare videbantur ea, quæ ab *Alexandro IV.* sancita reperiuntur *in celebri cap. per exemptionem de privileg. in* 6. nimirum, quod per exemptionem locorum, neque Parochiani, neque personæ reputentur exemptæ, & verificabatur re vera suppositum, cum quo respectu ad secundam supradictam specialitatem procedebant *Pignatell. ubi supra tom.* 5. *consult.* 85. *n.*7. *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.*24. *n.* 112. *cum seqq. & num.* 120. *Rot. decis.* 54. *num.* 2. 5. *&* 6. *coram Martin. Andr. decis.* 361. *num.* 2. *coram Mantic. decis.* 324. *num.* 6. *part.* 1. *& decis.* 197. *num.* 2. *& seqq. part.* 8. *recent.* aliæque mox relatæ auctoritates.

Succedebat deinceps magis amplum quoque Privilegium Joann. VIII. qui præter confirmationem antecedentium Indultorum *sub anno* 882. non tantùm insigniora decora impartitus est Abbati, videlicèt, *ut nullus inde futurus Abbas consecrationem nusquam præsumeret accipere, nisi à S. Sede Apostolica* sub illa ratione, *ut noverint cæteræ Ecclesiæ, Fuldensem Ecclesiam specialem S. Romanæ Ecclesiæ esse filiã*; quæque sanè ratio ex se non parum demonstrabat, Ecclesiam Fuldensem extitisse comparatã non tantùm aliis Cathedralibus, sed etiam aliquo modo Ecclesiæ Romanæ; Ast quoque superadauxit dignitatem Fuldensi Abbati positivi Primatus quoad omnes Galliæ, & Germaniæ Abbates *in sedendo, & judicando*, facultas
35. namque judicandi secum suapte natura ferens coercitionem, & potestatem exequendi, quod judicatum fuerit, competere non valet, nisi habenti activam Jurisdictionem ad normam *Textus in l. prima de Judic. & in leg.* 3. *Cod. de Jurisdict. omn. Judic. Bartol. in leg. prima n.* 9. *eodem tit. de Jurisdict. omnium Judic. Pax. Jordan. elucubrat. Canonic. tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 2. *num.*12. *Antunez de donat. reg. lib.* 3. *cap.* 44. *n.* 12. *Rota in Dertbusen Jurisdictionis* 26. *Aprilis* 1694. §. *Et sane coram Eminentissimo D. meo Cardinali Caprara*, aliisque relatis concordan. *in prima Decisione hujus causæ* 28. *Junii* 1700. §. *Summus enim Pontifex coram Eminentiss. D. meo Cardinali de la Tremoille.*

Hujusmodi autem potestatem judicandi non solùm *de anno* 999. confirmavit *Silvester Papa II.* nec non in ordine ad interponendam appellationẽ ad Sanctam Sedem explicitè Abbatem æquiparavit Episcopis, ut ibi = *Liceat etiam Tibi, tuisque successoribus Episcoporum more ad Apostolicam Sedem ob defensionem tui, tuæque Ecclesiæ appellare*, sed quod plus procul dubio erat, addidit jus tenendi Synodum, sive habendi Concilium, quæ utque potestas,
36. sive jus, vel est suppositivum, vel est concessivum Jurisdictionis in Populum, & Clerum

ad

ad quid enim impartiri talem facultatem, nisi per necessarium antecedens adfuissent subordinati, & subiecti illis legibus, & ordinationibus, quæ providè sanciuntur in hisce spiritualibus Comitiis, quemadmodum solidè, & benè fuerat quoque animaduersum tam *in mox relata Decisione diei 28. Junii 1700. coram Eminentissimo D. meo de la Tremoille sub prælaudato §. Summus enim Pontifex., quam in altera diei 27. Aprilis 1705. §. Accedunt prædicto alias 5. coram R. P. D. meo Molines Decano.*

Idipsum deinceps fermè statuerit alii Pontifices *Sergius* nimirum *Quartus*, *Clemens II.* & *Gregorius* pariter *IV.* qui præcæteris quoque adhibuit in suis litteris confirmatoriis antecedentium Privilegiorum denominationem, seu vocabulum *Nullius*, ut ibi: *Nullius alterius Ecclesiæ Jurisdictioni submittatur, dicto Summario Abbatii num. 17.*; Ex quo sane verbo *Nul-*
37. *lius* in modernioribus, ac politioribus sæculis irrepsit Synonima significatio Territori Separati, sicuti colligitur ex *Fagnan. in cap. Nullus 3. num. 16. & 18. de Paroch. Capon. disceptat. forens. 118. num 5. Corrad. in prax. dispensat. Apostolic. lib. 7. cap. 4. num. 62. in fin Engel. in jus Canonic. lib. 5. tit. 33. num. 23. Rot. decis. 69. num. 16. part. 19. recent. & in dicta Marsicen. seù Nullius Jurisdictionis super bono Jure §. Hæcque omnia coram bon. mem. Muto.*

Quod si tàm prægnantibus Privilegiis copuletur consideratio primordialis exemptionis (subjugebant toties laudati Informantes pro Abbate) juxtà quam usque ab initio primi Lapidis injecti hujus Monasterii, nec Herbipolensis, nec alius aderat Episcopus, certè, si non in vim nativæ Jurisdictionis, quæ secundum in primo capite præmissa dari nequit, saltem unitivè plurimum deservit pro capessenda fa-
38. vorabiliori interpretatione Privilegiorum ad hunc nimirùm effectû faciliùs amplectendi eorum sensum, ubi clara littera deficeret in hanc signanter dativam seù concessivam Jurisdictionem per ea, quæ præcisè arguunt *Janus à Costa in Commentar. decretal. Gregor. VIII. in cap. cum venissent 12. de Judic. Bald. de exempt. tractat. magn. tom. 12. fol. mihi 196. à terg. num. 16. Grilenzon. consil. 142. num. 39. & sequent. Pignatell. consultat. Canonic. tom. 5. consultat. 84. num. 19. Tamburrin. de Jur. Abbat. part. prima disputat. 15. quæst. 4. num. 1. Chopin. de Jur. Cænobitic. lib. 1. tit. 2. Pasqualig ad Franch. par. 2. quæst. prima. num. 4. Cardinal. De Luc. de Jurisd. discurs. 25. num. 5.* & in individuo Fuldensis Monasterii scripserunt *Tomassin. de Benefic. dicto cap. 30. num. 8. in fin. part. 1. lib. 3. Alviset. de privileg. regular. sect. 4. dub. 22. num. 5. Altaser. Asceticon. lib. 7. cap. 12.*

Quare nec mirum, quod hoc idem abundantissimè subsequuta declaraverit observantia,
39. opinio, seù reputatio tàm privatorum scribentium, quàm Imperatorum, quàm, & denique Supremorum Pontificum super Cathedra D. Petri confidentium: Quod enim Abbas Fuldensis præpolleat hac activa Jurisdictione præ cæteris connotavit *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 3. quæsit. 4. num. 3.* dicens quod Abbas Fuldensis, eique consimiles idcirco in una, eademque persona materiali triplicem repræsentat personam formalem, unam scilicèt Abbatis regularis quoad proprios Monachos, & regularem disciplinam, alteram Episcopi, quoad Clerum, & Populum Sæcularem, & demùm tertiam quoad accessoriam, & cæteroquin discretam figuram Principis Sæcularis, & cum *Tamburino* consonant ad propositum *Daniel. Ottho. in disceptatione Juridico politica de Jure publico Imperii Romani cap. 18. §. tertia classis, Munsterus lib. 3. Germanographiæ, Simlerus de reb. Helvetior. lib. 2. Crus. de præemin. lib. 1. cap. 17. num. 12. & sequent. Lampad. in descript. German. verb. Fuld. Besold. Thesaur. pract. litt. C. fol. 154. Sixtin. de regul. lib. 1. cap. 4. n. 136. Miler. in Archilog. ordin. Imper. cap. 13. num. 7. circa finem Rumelin. disertat. ad aur. Bull. Carol. IV. fol. 378. Taurmaister. de Jurisdict. Imper. Rom. lib. 2. cap. 9. Arumeus de Jur. public. discu. 18. thes. prima num. 12. Castel de præcedent. cap. 6. circa finem Golnitz. compend. Geograp. lib. 2. cap. 4. in 5. circulo Rheni Superioris, Mireus in notis Episcopor. & in Geograph. verb. Abbas Fuldensis. Schroter Geograph. historic: tom. 1. in circulo Rheni Superioris fol. mihi 113. verb. Fuldensis Abbas*, aliique, præterea subdentes in Conventu Episcoporû Germaniæ Fuldensem Abbatem Archiepiscopo Moguntino assidentem cæteris omnibus sessionis honore antelatum fuisse, inter quos signantur *Altaserr. Asceticon. lib. 7. cap. 14. in fin. Crusius de præeminentiis dicto cap. 17. n. 1. P. Christiani Lupus in dissert. de Rhemensi Synod. cap. 3. tom. 3. fol. mihi 477.*

Et quidem cum inter tot Monasteria, & respectivè Abbates connumeratos à *Tamburrino* in Partibus Germaniæ, & Galliæ, nequeat ambigi, quod eorum plures, seù non pauci Jurisdictione quasi Episcopali potiantur, optimè recurrere poterat argumentum facile desumendum à jam adducto privilegio *Joannis VIII. dicto Summario num. 12.* cum enim in eo litteraliter appareat concessus Primatus *sedendi, & judicandi*, somniabile non videtur, quod ex intelligentia, & observantia Joannis, qua utique melior exoptari non valeat, Abbas Fuldensis non foret præditus etiam ipse activâ, & respectivè dativâ Jurisdictione quasi Epis-
40. copali, ad evitandam illam monstruositatem, quæ aliàs esset inevitabilis, quod nempè minori gaudens Jurisdictione, potestate, & dignitate præiret, & antecederet habentes majorem Jurisdictionem, & dignitatem contra ea, quæ generaliter conclamant, ad *text. in cap. statuimus de majoritat. & obedient. & in cap. per*

singulos 30. quaest. 3. Bartol. in leg. prima n. 46. Cod. de dignitatib. lib. 12. R.P.D. Petra in Commentar. ad Constitution. Apostol. tom. primo fol. mihi 154. sub num. 34. Pignatell. consultat. Canonic. tom. 3. consult. 53. n. 2. Crusius de praeeminent. cap. 1. num. 12. Daniel. de Nobilibus disputat. 44. num. 30. & 33. Francesc. de Eccles. Cathedral. Cap. 33. num. 85. Panimoll. decis. 1. annot. 3. num. 46. & annot. 8. num. 2. & in individuo Abbatum *Franc. in cap. Ut Apostolicae de privileg. in 6. Navar. consil. prim. n. 2. & 10. de majoritat. & obedient. Tamburrin. de Jur. Abb. disputat. 25. quaest. 6. n. 3. Cassaneus Cathalog. Glor. Mund. part. 4. considerat. 32. §. duodecimo Abbates Engel. in jus Canonic. in lib. 1. tit. 33. sub n. 62.*

Transeundo ad Cæsares, qui inter duo politica magna luminaria pro universi Orbis illustratione, & regimine à Deo constituta censentur, incepit *Carolus* pronomine *Magnus*, & cujus in capite primum Occidentalis Imperii Diadema refulsit, & deindè proximus successor *Ludovicus Pius* compellatus *Ottho*, *Conradus*, & *Rodulphus* ad limites Apostolicorum privilegiorum auxiliare brachium, & munimen. Abbatibus concedere pro sua Jurisdictione illis à Sancta Sede attributa, liberè exercenda; & præter hos ultimo loco *Henricus de anno* 1307. ex quo Episcopus Herbipolen. à divexando feriendoque Homines, & Castrenses Abbatis cum gladio excommunicationis, & proscriptionis non desistebat in præjudicium libertatis Eccle-
41. siæ Fuldensis illum cohibuit, irritando hujusmodi Acta cum succedanea acquiescentia ejusdem Episcopi, quæ profectò acquiescentia ne dum ostendit, quod Abbatia Fuldensis erat soluta ab omni lege Diœcesana etiam respectu Hominum ex traditis ad rem per *gloss. in leg. qui luminibus ff. de servit. urban. praed. Faelin. in cap. Pastorales num. 5. in 8. limitat. de Offic. Ordinar. Abbas in dicto cap. Auditis sub num. 12. de praescript. Gratian. discept. forens. cap. 80. num. 27. Rot. decis. 472. sub n. 1. cor. Ludovis.*

Ast quia ulterius inibi Imperator testatur sese vidisse Apostolica privilegia *d. Summ. n. 23.* & postea prædictum perhibens auxilium refrenavit Episcopum Herbipolensem, nemo dixerit, quod Imperator nõ fuerit interpretatus, seu saltem non reputaverit, quod controversa privilegia cõstituerent separatum Territorium, in quo Episcopus Herbipolensis sese intermiscere
42. nõ posset, similibus quippè attestationibus factũ aliquod concernẽtibus plurimum in longè fortioribus *ad Text. in Canon. Nobilissimus distinct. 97. & in Clementin. unic. de probationib.* detulit *Rota in decis. 881. coram Manzaned. decis. 147. num. 1. coram Emerix Jun. decis. 90. num. 5. & decis. 374. num. fin. part. 19. Bononien. reintegrationis 20. Junii 1700. §. Nulla item coram Eminentissimo Domino meo Caprara, & 13. Maii 1701. §. Potiori jure coram Eminentissimo Domino meo de la Tremoille in Romana Gabellae 10. Februarii §. Nec relevat coram eodem in Romana Dotis 2. Junii 1706. §. Fundamentum coram Reverendissimo Omanna Episcopo Giennen.* & magis in individuo *in decis. 317. num. 5. coram bon. memor. Emerix Junior. & in Melevitana Prioratuum 13. Decembris 1706. §. Adhuc in oppositum coram me ubi concordantes.*

Atque hinc gradatim ascendendo, & ad intelligentiam, sivè observantiam Summorum Pontificum convolando, non ne abinde citra, ac etiam sub ævo recentiori Sancta Sedes *sub Eugenio Quarto de anno* 1433. commisit Abbati promulgationem Festi Sanctissimi Corporis Christi; *Beatus Pius V. sub anno* 1570. Abbati commendavit extirpationem hæreticæ pravitatis, & adiunxit *Gregorius XIII. de an o* 1573. potestatem quoque absolvendi ab hæresi jam incursa. nec non dispensandi super defectu ætatis promovendos ad Sacros Ordines, & *sub sequenti anno* 1574. etiam alteram pariter impartitus fuit potestatem dispensandi à macula illegitimitatis *dicto Summario num. 30. 31. & 32. cum sequent.* sub quibus aliæ etiam prærogativæ continentur, cumque hæc omnia solita dumtaxat Episcopis delegari, elucescerent concessa cum supposito, quod Abbas teneret Subditos, quorum cura, & sollicitudo ad ipsum pertineret, ecce sequebatur, quod idem Abbas haberet potestatem Territorialem, Clerum, & Populum, quando enim verba principaliter pro-
43. lata, vel facta præsuppositiva promanant ab eo, qui potest disponere disponunt *cap. si Papa §. si autem, & ibi gloss. in figurat. casus versic. ideò si Papa de privileg. in 6. Fagnan. in cap. cum contingat. num. 41. de for. competen. Cancer. variar. resolut. part. 3. cap. 3. de privileg. & rescript. num. 7. & 13. Mohedan. decis. 2. versic. Et cum haec Investitura de praesumpt. Rot. decis. 116. num. 6. & decis. 138. num. 9. coram Emerix Jun. decis. 262. num. 33. part. 19. recent. & pluribus relatis concordantibus exemplificando prosequitur prima decis. 28. Jun. 1700. ex §. At quatenus etiam cum seqq. & §. Et haec omnia pariter cum seqq. coram Eminentiss. Domino meo de la Tremoille.*

Quid plus (postremò conclamabant præfati Scribentes) dum, quod per observantiam declararunt externi Auctores tam Historici, quàm Juridici, & videntur satis apertè supposuisse, & implicitè declarasse tot Pontifices, totque Imperatores, confessi apparebant quoque ipsimet pro tempore Episcopi Herbipolenses eorumque Officiales quemadmodum coruscabat ex actibus relatis in *Summario Abbatis à n. 85. ad sequent.* & latè perpensis tam in *prima decis. diei 28. Jun. 1700. coram Eminentiss. de la Tremoille ex §. Nec solum Officiales*, *quàm in tertia diei 27. Aprilis 1705. §. 4. comprobatur alias 11. coram Reverendiss. Molines Decano*, nec non ex pluribus inter ipsos Episcopos, & Abbates initis concordiis; de *anno* siquidem 826. præ-

viâ

viâ narrativâ, quod tam Wolfgeris Episcopus, quam Ratgarius Abbas cum *suis Clericis, & Populis* insimul convenerint, quæ utique narrativa etiam de per se magis roborabat assumptum, quod eodem modo, quo Episcopus,
44. Abbas haberet, & Clericos, & Populum sibi Subditum, ut satis denotat illa dictio *suis*, quæ dominicalis est, dominium, & possessionem regulariter importat *leg. 1. in princip. ff. de stat. Homin. leg. Quintus Mutius §. Argento, & ibi Bartol. n. 3. ff. de aur. & argent. legat. l. cum suæ Ancillæ 69. ff. de Legat. 3. Menoch. consil. 129. num. 7. Gratian. discept. forens. cap. 98. num. 4. idem Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 116. num. 28. Surd. decis. 142. sub nu. 6. & 9. Rot. decis. 115. num. 6. coram Ludovis. & decis. 326. num. 32. part. 11. recent.*

De reliquo amicabiliter concordarunt, quod eorum unusquisque in Locis, Villis, seù Territoriis inibi designatis Decimas exigeret, quodque magis est Episcopus ulterius restituit Abbati quasdam Decimationes indebitè perceptas à peculiaribus Villis ibidem pariter descriptis *dicto Summario num. 11.* ideoque clara nimis ex hac concordia insurgebat confessio, quod Abbas verè ordinariâ, & quasi Episcopali Jurisdi-
45. ctione fulgeret, dum Jus Decimandi cessante peculiari privilegio de Jure nonnisi, vel ad Parochum immediatum, vel ad Episcopum tanquam Parochum Parochorum, sivè ubi distinctæ non sint Parochiæ, solet attinere, ex dispositis *in cap. cum contingat, cap. cum in tua, & in cap. dudum de Decim. cap. Conquerente 16. de Offic. Ordinar. cap. de quarta de præscription. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 20. à num. 27. ad sequent. Cardin. de Luca de Decim. disc. 1. n. 4. & sequent. Rot. decis. 15. num. 12. coram Peutinger. decis. 386. num. 1. coram Bich. decis. 1201. num. 1. coram Emerix Junior. decis. 180. num. 9. & seqq. part. 7. decis. 333. in princip. par. 10. decis. 344. num. 1. par. 13. & decis. 498. num. 5. par. 19. rec. in Toletana Jurisdictionis super Decimis 21. Aprilis 1690. §. Fundamentum coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano inter impress. ad ornat. Card. de Luc. de Jurisdict. decis. 18.*

Similiter ad ipsum stabilitum, & concordatum extitit sub *anno 1069. dict. Summario nu. 18.* sub expressa ulterius conventione, quod ad Abbatem pertinere deberent Decimæ pœnales
46. ex delictis in Ditione Fuldensi comittendis percipiendæ, prævalidum ordinariæ Jurisdictionis præseferentes argumentum ad firmata per *Gonzalez. in cap. cum homines il 7. num. 4. versic. Circa divisionem de Decim.* & tandem de *anno 1231. eodem Summario num. 21.* alia coruscabat inita concordia, per quam servatâ penitus paritate inter Sedem Episcopalem, & Abbatialē tractabatur de mutua prohibitione alienandi quædam Castra, & regulanda subjectione nasciturorum à coniugiis celebratis inter hinc inde, ut ibi nuncupant *Ministrales dicto Summar. num. 21.* Stante autem paritate tracta-
47. tus, & conventionum, resultat etiam vehemens argumentum æqalitatis in dignitate, & præeminentia ex connotatis ad rem per *Rotam in decis. 665. num. 14. cum seqq. coram Bich.* & in fortioribus *in Neapolitana, seù Civitatis Castelli descendentiæ 14. Junii 1700. §. Ad comprobandum coram R. P. D. meo Priolo, & in Foroliv. loci Consilii 5. Maii 1704. §. Quintum magis cor. Reverendiss. P. D. meo Molines Decano, & 7. Maii 1706. §. Cæterum nimis cor. R. P. D. meo Priolo.*

Intercedebat vlterius totaliter discreta collocatio utriusque Ditionis Herbipolensis, & Fuldensis in circulis Imperialibus Germaniæ, quando reliquæ regulares Abbatiæ nusquam separabantur à circulo, sub quo continebatur proprius Episcopus, & quando hujusmodi appositio æqua lance cantabat *cum omnibus tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus sibi subditis*. Et denique non deerat copiosa multitudo, & ut ità dicamus innumera phalanges actuum jurisdictionalium quasi Episcopalium, quos Fuldenses pro tempore Abbates sub diversis temporibus expleverant recensiti *in dicto Summario Abbatis num. 79. cum seq.* ex quibus omnibus magis roborari cæteroquin ut supra stabilitam observantiam interpretativam, plenè demonstravit *prima decis. diei 28. Janu. 1700. ex §. Libero semper cum seqq. coram Eminentissimo D. meo de la Tremoille, & tertia coram Reverendissimo Molines sub die 27. Aprilis 1705. §. Tertio suadebatur*; Quodque ab hac observantia interpretativa quæcumque sublata rema-
48. neat, si quæ adesset dubietas activæ Jurisdictionis, ex quo littera privilegii non sit omninò evidens, & clara, ostendit *Pignattell. consul. canonicar. tom. 5. dicta consult. 85. n. 9. Gabriel. consil. 66. n. 24. lib. 2. R. P. D. Petra in sæpius relatis commentar. ad Constitutiones Apostolicas tom. 2. fol. 140. n. 75. Rota in dicta decis. 54. n. 14. coram Martin. Andr. dec. 459. n. 19. cor. Bich. & in Marsicen. seù Nullius Jurisdictionis super bono jure 7. Junii 1700. §. Posito autem cor. bon. mem. Muto.*

Pro coronide demum non leve decus, atque fulgidam verisimilitudinem, sivè demonstrationem adeptæ Jurisdictionis quasi Episcopalis infundebat qualitas admodum insignis, quæ coruscabat in persona Abbatis sæpesæpiùs se nominātis Archicancellarium Divę Augustę, *ut in dicto Summario Abbatis n. 74. in princ.* respectu quoque ejus Ditionis, dum præter principatum in Imperio cum penitùs coæquali tractatione in ordine ad Episcopum Herbipolensem Abbati ab Imperatore Henrico facta *eodem Summario Abbatis n. 23.* adeò inter reliquos Abbates regulares licèt probabiliter quoque suffultos quasi Episcopali Jurisdictione præheminebat, ut nedum interfuerit pluribus Æcumenicis Sacrosanctis Conciliis, & specialiter extiterit invitatus ad novissimam generalem Syno-

Synodum Tridentinam à *san. mc. Paulo III.*
ejusdem Concilii vero inchoatore *d. Summar.*
n. 24. litt. B. verùm quoque ubi cæteri Abba-
tes regulares votum decisivũ non constituunt
nisi in numero trium in eadem sententia con-
venientium ex notatis per *Cardinal. Pallavicin.*
in histor. Sacr. Concil. Trident. part. 1. lib. 6. n. 4. ipse
Abbas Fuldensis de per se Jus habebat ex spe-
49. ciali *Gregorii VI.* Privilegio efformandi inte-
grum votum teste *P. Christiano Lupo in dissert.*
de Rhemens. Synod. tom. 3. fol. 477. Quæ sanè
integritas voti de jure solùm competit Episco-
pis, ut est notorium, & habetur *in Canon. se-*
cundò omnia distinct. 12. & Canon. Synodum ca-
dem distinct. 12. Canon. Canones distinct. 5. ubi
Gloss. verb. Sacerdotum, & in Synod. Calcedonensi
artic. 1. relata per Tamburrin. de jur. Abbat.
disputat. 24. quæst. 1. n. 1. Azor. institution. mor.
part. 2. lib. 5. c. 11. vers. ut his omnibus, & vers.
ad ultimum, vel nonnisi ex privilegio, Abba-
tibus, & inferioribus Prælatis quasi Episcopali
Jurisdictione præditis, sicuti prosequuntur
Azor. loc. citat. vers. 5. quæritur Card. Jacobat.
de Concil. part. 1. lib. 2. art. 2. n. 51. & 52.
tract. magn. tom. 13. Alvarez. in specul. jur.
Pontific. cap. 51. §. 2. Ventrigl. de Jurisdict. Epis-
copal. cap. 33. num. 10. & loquens de Abbate
Fuldensi ad rem observat. *Tamburrin. de jur.*
Abbat. tom. 1. disputat. 3. quæst. 4. n. 3. in fin.

Hæc itaque in substantia erant, quæ robustè
per sæpè antedictos informantes prò Abbate
promovebantur ad finem substentandi hujus-
modi quoque secundum caput activæ, seù con-
cessivæ Jurisdictionis; At è converso partim
remissivè ad præcedenter discussa in atecedcn-
tibus propositionibns utpotè fidentes implici-
tè rejectioni hujus secundi capitis contentæ *in*
novissima brevi decisione Reverendissimi D. mei
Decani sub die scilicet 20. Novembris 1705. nec
non alteri magis expressæ *sub die 16. Febr. 1703*
coram eodem, partim aliquid addentes in ho-
dierna disquisitione scribentes quoque pro
Episcopo non minus strenuè obtruncare sata-
gebant tale secundum caput, constabiliendo in
primis regulam, cum qua nullam dicebant ha-
bendam fore considerationem illius ratiocina-
tionis, sivè distinctionis inter privilegia magis,
50. vel minùs vetusta, quemadmodum re vera
indistinctè, seù de facto quantumvis in casuum
contingentiis ageretur de interpretatione pri-
vilegiorum antiquissimorum constantissimè *om-*
nium Canonistarum Schola, & *Sacra Rota* pro-
cessit, ut præcæteris liquet ex animadversis *in*
decis. 54. n. 6. coram Martin. Andr. decis. 207.
sub n. 1. part. 2. diversor. decis. 395. sub n. 11.
& decis. 840. sub n. 2. & 3. coram Emerix. Jun.
decis. 324. n. 2. & 3. part. 1. decis. 483. sub
n. 10. & seqq. part. 14. recent. cum concordanti-
bus, de quibus in Gerunden. Jurisdict. super bono
jure 5. Martii 1692. §. absq; eo quod cum seq. cor.
Reverendiss. D. meo Molines Decano.

Aliàs quippè si huic ratiocinationi, seù di-
stinctioni inter privilegia antiquissima, vel ma-
gis moderna, & nostro ævo vicina aures intel-
lectus præstandæ essent, perperam, ut ità dica-
51. mus, insudasset *Bonifacius*, qui studiosam il-
lam edidit decretalem hodie registratam *in cap.*
si Papa 10. de privileg. in 6. ad præcisum finem
statuendi, quod verba privilegiorum singillari-
ter sint, & accuratè examinanda, atque ad
hunc eundem effectum frustrà plures formulas
eorundem privilegiorum indistinctim, & non
cosideratâ temporum antiquitate exposuisset,
& respectivè diversimodè esse intelligendas
iniunxisset, sub ulteriori declaratione, quod
non id circò si adessent aliæ formulæ, non forẽt,
& illæ specialiter perpendendæ, ideoque facile
erat arguere, quod certè si exhibita tunc fuissent
eidem Pontifici *Bonifacio* privilegia concessa
Abbatiæ Fuldensi, illa ad veram, & individua-
lem importantiam verborum, & non ultra ex-
plicavisset, prout in rei veritate explicavit
Summus Pontifex *dicto cap. si Papa §. si autem*,
ac quoque faciendum esse ad explanationem, &
ornatum *ejusdem Textus* monuerunt *Innocent.*
in cap. dilectus de offic. Archidiacon. Felin. in cap.
grave n. 2. de offic. ordinar. Carol. Ant. De Luc.
ad Gratian. discept. forens. cap. 212. sub num. 13.
vers. Territorium, Rot. decis. 340. n. 16. part. 15.
rec. aliique superius relati sub §. Secunda non mi-
nus, & in Leodien. Jurisdict. super bono jure 29.
Aprilis 1701. §. Vindicata cor. R. P. D. meo
Priolo.

Reflectendo ulterius, quod si ex una parte
ruditas, seù simplicitas priorum temporum non
adinvenerat fortasse modos, quibus magis dilu-
cidè in privilegiis explicaretur per Sanctam
Sedẽ concessio hujus Jurisdictionis quasi Epis-
copalis attributæ Prælatis, seù Præpositis in-
ferioribus sicuti practicatum dicebatur post Ju-
ris Canonici promulgationem, & Sacri Con-
cilii Tridentini celebrationem; Ex altera non
minus parte adeo tunc, & valde postea nova
erant, & inexcogitata tàm exorbitantia privi-
legia, per quæ transgrediendo terminos puræ
exemptionis prætenderetur concessum Jus ali-
quod Territoriale, seù quasi Episcopale hisce
Prælatis, & dignitatibus inferiorioribus, *ut*
Ludovic. Thomassin. in præcitat. sua veter. & nov.
Benefic disciplin. par. 1. lib. 3. cap. 30. num. 8.
& 9. & cap. 35. num. 7. mentionem faciens de
primordiali privilegio Zachariæ concesso Ab-
bati Fuldensi, illudque registrans quasi admi-
randus observaverit hujusmodi privilegium
primum in Ecclesia Dei extitisse, quod tam
latè, & amplè protenderet, *ut absolveretur Mo-*
nasterium ab Episcopi Spirituali potestate, & quod
S. Adeodatus sedens in Apostolica Cathedra
de anno 670. fuerit primus ex Romanis Ponti-
ficibus, qui simplicem, & nudam tantummodò
concesserit exemptionem Monasterio B. Mar-
tini illud per ante inauditam novitatem libe-
rando

rando à potestate Jurisdictionali Episcopi Turonensis, refert *idem Tomasinus loc. cit. n. 7. & seqq. & ante eum Card. Baron. in ejus Annal. Ecclesiast. ad annum 676. fol. mihi 519. litt. D.* & generaliter ex *Cardinali De Luca* advertit *de Rosa de resident. Episcop. cap. 4. sect. 6. n. 394. in fin. vers. Quia in illis primitivæ Ecclesiæ temporibus.*

Regula igitur, quam meritò posthabitâ præfatâ ratiocinatione, seù distinctione prænominati scribentes pro Episcopo adducebant, illa erat re vera communissimè recepta, quod sivè agatur in materia privilegii purè exemptivi, sivè versemur in privilegio magis aspero, veluti magis à jure communi aberrante, ut est illud tribuendi Jurisdictionem Episcopalem personæ inferiori, seù non Episcopo, cum semper in hujusmodi casu cesseatur, & sit præjudicialis, & odiosa concessio activæ Jurisdictionis, & vera separatio Territorii, illa proindè omninò
52. debet probari verbis ità claris, & expressis, ut in alium sensum retorqueri, & detorqueri nequeant, quemadmodum notant communiter *Canonistæ* non solùm *in dicto cap. si Papa, sed in cap. ex parte 18. de Privilegiis, & in cap. cum personæ eodem tit. in 6. Cokier. de Jurisdict. in exempt. part. 1. quæst. 19. num. 3. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 24. num. 91. & seqq. Rot. decis. 338. num. 11. coram Triol. in Brixien. Jurisdictionis 5. Julii §. Quibus potius coram Eminentissimo D. meo Caprara, & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Neutra coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano confirmata die 4. Febr. 1699. cor. R. P. D. meo Triolo.*

Altera (pariformiter subdebant) regula coincidens in idem, & communissimè pariter approbata succenset, quod quidquid litteraliter
53. per privilegium non adimitur, & aufertur, & alteri datur, reputatur Episcopali Dignitati, vel locorum Ordinariis, & in eorum subsidium correlativè ad dicta superiùs Papæ tanquam Ordinario Ordinariorum, ut priùs sivè de jure Divino; sivè positivo reservatum, juxtà sæpius canonizatam Theoricam *Ancharan. in cap. postulasti n. 45. ante med. versic. quid de foro competen. Franc. in cap. 2. n. 2. vers. quando Prælatus de constitution. in 6. Marant. respons. 81. n. 44. lib. 3. Rot. decis. 55. n. 6. & decis. 80. n. 4. post Tamburrin. de Jur. Abbat. decis. 321. n. 5. coram Buratt. decis. 218. num. 23. coram Royas decis. 324. n. 5. part. 1. decis. 70. n. 32. par. 13. decis. 191. n. 8. & 9. & decis. 640. num. 22. part. 19. rec. in Barchinonen Jurisdictionis 2. Maii 1681. §. in Decisione coram clar. mem. Cardinali Matthejo in Baren. Jurisdictionis super negocio principali 26. Aprilis 1694. §. neque Juris coram bo. me. Ursino. & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. neutra coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.*

Horum autem Ordinariorum, sivè Episcoporum nomine comprehenduntur non solùm illi Episcopi, qui probant, quod loca constitutiva prætensi Territorii Nullius sita reperiantur intrà Cancellos, limites, & confinia propriæ eorum Diœcesis, sed sub antiquitatis fortè caligine versantibus talibus Confiniis, illi etiam reputentur, qui ut ad præsens circum-
54. dant, vel adjacent immediatè eisdem locis prætensis de Territorio suo separato ab alio Prælato inferiore, dummodò non concurrat alter Episcopus (prout fortè posset in casu nostro omnium antiquior Archiepiscopus Moguntinus) qui illa loca vindicare satagat tanquam propria, sicuti quidquid nonnulli censuerint, in praxi certum esse testatur *Card. De Luc. Miscellan. Ecclesiastic. disc. 1. sub. n. 92. ver. minus verò*, & cum eo conveniunt relati per *Fagnan. in cap. Nullus n. 23. & 24. de Paroch. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept. forens. cap. 918. n. 2. Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. 1. disputat. 15. quæsit. 9. n. 5. & 6. Rot. decis. 310. n. 2. penes Posth. de manutent. decis. 309. n. 4. coram Dunozzett. Jun. & decis. 106. num. 16. part. 19. rec. & in Toletana Jurisdict. super manutentione 5. Martii 1692. §. fuit decidendi ratio coram Reverendissimo Molines inter impressas ad ornatum Cardinalis de Luc. tom. 3. de Jurisdict. decis. 19. num. 1.*

Atque hinc jactis hisce stabilimentis, descendentesque ad discussionem singulorum Privilegiorum, quæ pro parte Abbatis fuerant exhibita, subnectebant præcitati Scribentes, quod illud Zachariæ neque per umbram posset extorqueri ad ullam, vel minimam transfusionem juris activi quasi Episcopalis in eundem Abbatem, nam ad partes illius viscera introeundo, atque anathomica perquisitione perscrutando quantum spectabat ad illa generaliora verba si-
55. gnificantia receptionem sub protectione Sedis Apostolicæ, illa neque de jure sufficeissent ad parturiendam meram passivam exemptionem ex traditis ad mentem *dicti Cap. si Papa in princ. de privileg. in 6. per Oliv. de for. Eccles. part. 3. quæst. 12. num. 64. R. P. D. Petra in prælaudatis commentar. ad constitution. Apostolic. tom. 2. fol. mihi 136. num. 42.* & arguendo ab exemptione passiva ad concessionem activæ Jurisdictionis benè *Rot. decis. 48. n. 2. & 3. coram Millin.* Sed quia idem privilegium ad petitionem D. Bonifacii supplicantis, quod *Fuldense Monasterium juxtà Ripam Fluminis ejusdem nominis privilegio Sedis Apostolicæ decoraretur, ut sub Jurisdictione S. Romanæ Ecclesiæ constitutum nullius alterius Ecclesiæ potestati submitteretur* expressè continebat, quod facta tali mancipatione sunt verba præcisa *cujuslibet Ecclesiæ Sacerdotem, vel Episcopum in Fuldense Monasterium ditionem quamlibet habere aut auctoritatem; vel potestatem posse exercere præter Sedem Apostolicam probibens, ità ut nisi ab Abbate Monasterii fuerit invitatus, nec Missarum solemnia ibidem quispiam celebrare præsumat*, hæc sanè formula loquendi nihil aliud importabat, quàm puram,

& so-

& solam exemptionem, veluti per necessarium antecedens expressè dissolvens legem, & Jurisdictionem Diœcesanam, prout adamussim explicat *Bonifacius in dicto cap. si Papa §. Si autem*, & meliùs in §. *Et est idem* ibi — *Et est idem si privilegium contineat, vel ipse Papa per modum exprimat suprascriptum, quod Ecclesia sit libera, seù quod potiatur Romanæ Ecclesiæ libertate, vel quod in hoc prærogativâ gaudeat speciali, aut si dicat indefinitè, quod Ecclesiæ Romanæ annuum Censum solvat ad praecepta iudicium libertatis, sivè quod ipsam Ecclesiam eximit ab Ordinarii Potestate, vel quod non audeat illic Episcopus Cathedram collocare, aut imperandi, seù ordinationem quamvis levissimam faciendi exercere aliquam potestatem*, & tradunt cumulati *per Fagnan. in cap. cum Cappella n. 11. de Privileg. Barbos. in dicto cap. si Papa n. 1. & seqq. eodem titul. de Privileg. in 6. Marant. respons. 21. n. 67. tom. 4. Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 30. n. 174. Rot. decis. 359. n. 13. coram Emerix. Jun. & in Firmana Jurisdictionis 13. Martii 1702. §. 4. coram Reverendissimo P. D. Molines Decano.*

Compertoque idcirco quod, prænominata verba prohibitiva *ne ullus Episcopus auctoritatem desuper exerceret* sistant in primo passu solius exemptionis passivæ, parum omninò faciebat illa alia specialitas superius ponderata, quod non solùm *locus ipse tàm ab ipso Zaccaria, & relig osis viris ditatus, seù dotatus, & Apostolicæ sedi subjectus inconcussè permaneret*, sed quod etiam *locis quoque, & rebus tàm eis, quæ moderno tempore possidebat, quàm quæ futuris temporibus in jus ipsius Monasterii divina pietas voluisset augere ex donis, & oblationibus fidelium absque ullius personæ contradictione firmitate perpetuâ perfrueretur* — Quoniã si locus ipse Principalis, videlicèt Monasterium cum Ecclesia vigore antecedentium ut supra verborum non fuerat nisi dumtaxat exemptus, veluti dos primæ fundationis, quid aliud importare volebat extensio ad alias res, & loca futura, nisi eandem nudam exemptionem, dum copulatum non debet esse diversæ naturæ ab illa, cui co-

56. pulatur, & dum quid essent ista loca inferius Zaccharias explicavit per illa verba, *sivè in Prædiis, Sylvis, Nemoribus, Pratis, Villis, Vineolis, Molendinis*, absque eo quod unquam Pontifex mentionem fecerit de Personis, quando notorium est ex prænominato *Textu in cap. per exemptionem de privileg. in 6.* quod exemptis locis, exemptis Ecclesiis, exemptis Monasteriis nunquam censeatur exemptæ, & avulsæ ab Jurisdictione Episcopi Personæ, ut in durioribus de exemptione Locorum, seù Bonorum à Jurisdictione Episcopi etiam quoad Decimas, Primitias, onus suscipiendi Ordines, & Crisma, & accedendi ad Synodum, non per hoc censeatur datum, & concessum Territorium separatum per hæc fermè verba aliis adductis dixit. *Rot. decis. 840. n. 4. coram Emerix Jun. & in Gerunden. Jurisdictionis super bonô jure prima Martii 1690. §. posset exemptio coram bo. me. Benincasa.*

Nullamque pariformiter vim inferebat subalterna ponderatio, quod eo ipso, quod loca etiam futura, quæ continebantur sub privilegio Zaccharia verisimiliter forent hominibus repleta, maximè dum deinceps Carolus magnus, & Pipinus ejus Frater sub expressione pariter locorum idẽ privilegium imperiali munimine roboravit, proinde, & iidem homines venirent sub exemptione concessa, quia quidquid esset de hac verisimilitudine, & prætermissa pro nunc responsione, & replicatione dandâ subsequenti privilegio Stephani tertii litteraliter exprimenti *homines*, profectò hujusmodi ponderatio, hujusmodi illatio longè erat à principiis Sacrorum Canonum, dum in præcitato *cap. per exemptionem 11. de privileg. in 6 exempta Ecclesia, — ipsa quidem Ecclesia* — sunt verba textus — *& ipsius Monachi, & Canonici, Clerici etiam, & Conversi perpetuoque oblati, non autem Ecclesiæ ejusdem Presbyter, qui Parochianorum curam habet, quoad ea, quæ ad Curam eandem pertinent, nec ipsi Parochianietiam intelligantur exempti.* Ac propterea satis non erat, quod loca essent repleta hominibus ad hoc, ut iidẽ homines exempti censerentur, quid enim magis replcat Ecclesiam Parochialem, quàm Presbyter ejusdem Parochialis, quid melius, quàm ipsi

57. Parochiani constituentes eandem Parochiam & nihilominùs isti minimè comprehenduntur, nisi specificè nominentur, ut cum eadem censurâ *Textus* monent quoque *ibidem Canonistæ*, & præceteris *Joannes Andreas Ancaran. Franc. n. 3. versic. 5. Angel. verb. exemptus n. 1. vers. & exempta Passarin. sub n. 1. & ibidem Barbos. in collectan. doctor. sub n. 1. & 4. Marant. to. 4. respons. 21. n. 67. Francesc. de Eccles. Cathedralib. cap. 3. n. 163. Kochier. de Jurisdict. in exempt. part. 1. quæst. 13. n. 4. cum concordantibus relatis in præloudata Firmana Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. concors tamen cor. Reverendissimo Molines.*

Idque tam solidum, & verum, ut licèt Sedes Apostolica eximeret Ecclesiam cum pertinentiis suis, eamque sic exemptam largiretur alicui non jam Abbati regulari, vel alteri Prælato inferiori, sed alicui jam præexistenti Episcopo concederet, & donaret, posset quidem is Episcopus potiri activâ Jurisdictione in ipsa

58. Ecclesia, sed non in illius Parochianos, quamvis etenim major pertinentia dari nequeat prò fundanda substantia Ecclesiæ Parochialis, quàm illa Parochianorum respectu ejusdem Ecclesiæ, attamen Populum, & Parochianos non venire ad celebre *Consil. Calderiu. il 6. titul. de donationibus* ultra generaliter affirmata per *R. P. D. Petra ad constitution. Apostolic. dicto to. 2. fol. 136. n. 43. Rot. decis. 14. n. 12. coram Duran. dec. 181. n. 10. & 11. coram Carill. & decis. 233. sub n. 30.*

n. 30. part. 10. rec. stabilivit cum subsequuta approbatione S. Sedis ad explanationem pervetusti Brevis *Gregorii Noni Sacra particularis Congregatio* quinque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in illa famigerata *Florentina Jurisdictionis* inter *Archiepiscopū Florentinū & Episcopū Fesulanum*, de qua etiā meminit opportunè *Rota in dicta Firmana Jurisdictionis 15. Aprilis 1701. §. non officiente, aliàs 17. cum sequenti coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.*

Eaque omnium est ratio, quia, ut præmisimus, quando tractatur de tribuenda exemptione, vel etiam Jurisdictione, maximè Prælato Inferiori adeo materia est odiosa, & habet contra se Juris resistentiam, ut nusquam illa amplectatur, quæ non fuere specificè expressa,
59. etiamsi essent annexa, & cõnexa, aliàs admitteretur extēsio in re, in qua illā expliciter jura abhorrent, & execrantur ex doctrina *Felin. in cap. auditis num. 9. versic. cæterum cum seqq. de præscription. Fermosin. in cap. cum contingat quæst. 2. num. 14. de for. competen. Lap. allegat. 70. sub num. 9. Rot. in Barchinonen. Jurisdictionis 12. Junii 1682. §. & ut penitus coram clar. mem. Cardinali Mattejo.*

Et de facto *supra laudatus Tomasinus, qui in contrariis Decisionibus* circumferebatur pro Abbate, quamtumuis ut præmisimus obstupescens magnificaverit hoc de cætero insuetum tunc temporis Privilegium, non tantùm loquens de eodem Privilegio Zaccariæ, sed de approbatione, seu confirmatione Pipini Regis, in primis adnotat idem Privilegium, prout asserebat ipse Pipinus, prodiisse cum consensu Episcoporum, *quos verisimile non erat consensisse*: sunt verba auctoris: *suæ Jurisdictionis tanta detrimento, vel potius excidio*: verùm positivè firmat, quod licèt de tempore traditi Privilegii ob Fidelium defectum nulla extarent vestigia impressa Episcopalis potestatis, atque ita justum foret, quod Cænobio Fuldensi ob merita delegationis exercitæ à Divo Bonifacio barbaras illas Gentes suavi Christi jugo subiicientis, uberius Privilegium concederetur, non tamen Reges, atque Pontifices contulerunt, usque ad tempora Caroli Magni illa Privilegia, *quibus Episcopalis Jurisdictio penitus eliderctur, uti videre est in superius relat. cap. 35. de benefic. parte 1. lib. 3. num. 7. in fin.* & generaliter tradunt latè relati *per Rota in dicta Firmana Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. Domini tamen cum seqq. alias §. 10. & 11. coram Reverendissimo Decano.*

Submoto obstaculo hujus primi Privilegii Zaccariæ successivè præfati scribentes pro Episcopo, eo minus obsistere dicebant, seù in aliquo obesse succedaneum Privilegium *Stephani III.* nam etsi in eo legeretur adauctum confirmationi factæ quoad Indultum Zacchariæ illud verbum *Hominibus*; Adhuc præterquam tale vocabulum nec aderat in antecedenti Privilegio Zacchariæ, nec deinceps fuit amplius appositum in cæteris confirmatoriis, & etiam amplioribus privilegiis, ex quo fortasse tale verbum noluerunt iidem subsequentes Pontifices approbare, adhùc non per hoc trahendum erat Indultum Stephani ad aliquem intellectum, qui posset excedere interpretationem quibuslibet privilegiis exemptivis attributam à prædicta sanctione *Textus in cap. Per exemptionem* coercendo generalitatem, ut par erat ejusdem verbi *hominibus* ad Monachos, Clericos, & Conversos, & Oblatos ejusdem loci, scilicèt Monasterii, & similium accrescendorum pro tempore Monasteriorum, Ecclesiarum, aut Granciarum Abbatiæ, dum, ut diximus, exorbitantia materiæ non patitur, ut fiat benigna interpretatio, sed quantum fieri posset coarctetur, & restringatur, & de facto *Pignatell. dicta consultat. 85. n. 7. tom. 5.* supponit, & vult quod ultra Monasterium, & Personas clarè in Privilegio nominentur, & eximantur loca omnia, & personæ subditi, & populus universus, aliàs aderit quidem exemptio, & jurisdictio in personis alioquin subditis, & mancipatis, sed non in locis, & in Clerum, & in populum, ut cum *Franc. in cap. per exemptionem n. 3. versic. 5. nota ibiq; Ancharan. n. 3. vers. Quarto nota de privileg. in 6. Guglielm. de Monte Landuno in Clementina Pastoralis n. 24. lib. 1. firmat. Rot. decis. 324. n. 6. part. 1. recent.* quæ loquitur de celebri Principatu, & insigni Abbatia Sancti Galli ejusdem Ordinis Sancti Benedicti apud Helvetios in contentione cum Episcopo Constantien., & postea prosequitur *Gratian. discept. for. cap. 918. n. 12. & 33. eadem Sac. Rot. dec. 28. per tot. & signanter n. 16. part. 9. recent.*

Et de reliquo quid requiratur ad constitutionem veræ exemptionis, nec non Jurisdictio-
60. nis activæ cum separatione Territorii, quod scilicèt necessaria sit assignatio confinium in Privilegio cum aliis importantissimis circumstantiis, & verbis videre est penes *Joannem Andr. in cap. nimis de jur. Ancharan. in cap. postulasti n. 4. de for. competen. Geminian. in cap. 2. versic. quæro de constitution. in 6. Fagnan. in cap. significasti de offic. Archidiac. n. 17. & seqq. in cap. Nullus de Parochiis n. 40. & 41. & in cap. cum dilectus de Religios. Domib. Pignatell. consult. Canonic. tom. 8. consult. 59. n. 20. Kochier. de Jurisdict. in exempt. part. 1. quæst. 9. n. 2. & seqq. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 24. à n. 112. ad seqq. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 34. n. 9. versic. altera De Rosa de residen. Episcop. cap. 4. sect. 6. sub n. 404. Rot. decis. 483. n. 13. p. 14. decis. 340. n. 17. part. 15. recent. in Gerunden. Jurisdictionis 5. Martii 1692. §. Non obstat coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano inter impressas ad ornatum Card. de Luc. tom. 3. de Jurisdict. decis. 20. n. 5. & in Romana Jurisdictionis super reservatis 15. Aprilis 1701. ex §. Secundum fundamentum cum pluribus seq. coram eodem.*

Non omittendo, quod neque illud verbum *Hominibus* stabat intra viscera indultæ exemptionis, sivè solutionis à lege Diocesana, quæ definit in illis verbis -- *præsumat celebrare* --
61. subsequentia quippè verba præseferentia quoque dictionem adversativam *autem*, ut ibi -- *locus autem idem simul cum rebus, & Hominibus tàm iis, quæ moderno tempore &c.* reguntur ab alio discreto, & indifferenti verbo *perfruatur*, ut ibi -- *absque ullius personæ contradictione* (locus scilicèt, sivè Monasterium) *perpetua firmitate perfruatur*; unde tàm separatio orationis per modum, ut diximus, adversativum, quàm separatio vocabuli, & diversitas inter *prohibemus, & perfruatur* satis manifestabant in eisdem postremis verbis non agi de ulla exemptione quoad bona, & personas, sed de simplici fruitione, seù temporalitate, quod est consonum iis, quæ afferuntur *per Tomassin. dicta p. 1. lib. 3. cap. 30. n. 9.* ibi; *antè ea tempora privilegia, & libertates Monasteriorum non pertinebant nisi ad tuitionem temporalium Bonorum, quibus ut irretractabilis firmitas adderetur, interponebatur Sedis Apostolicæ authoritas à Regibus ipsis privilegia Monasteriis concedebantur, ut submoveretur ab eorum rebus temporalibus laicorum grassatio, & deprædatio, utque libertates ab Episcopis, & Pontificibus indulta hoc etiam præsidio convalescerent.*

Ejusdem irrelevantiæ erat (uti pariter prosequebantur) alterum Privilegium Joannis VIII. quatenùs enim pertinebat ad magis genericam illam considerationem, quod Abbas Fuldensis consacrandus esset dumtaxat à Sancta Sede Apostolica, quod cæteræ Ecclesiæ noscere deberent *Fuldensem Ecclesiam specialem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ esse filiam* ad summum coadjuvabat; vel præseferebat magis superius admissam exemptionem, ut ad litteram declaravit idem Bonifacius in dicto *cap. si Papa de privileg. in 6.* ibi -- *sivè ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ, vel ad Romanam Ecclesiam specialiter pertinere, per hoc debet Ecclesia hujusmodi exempta judicari ibique Barbos. n. 1. Passarin. de stat. homin. quæst. 18. art. 10. inspect. 10. à n. 689. ad seqq.*

Quo verò ad Primatum inter omnes Galliæ, & Germaniæ Abbates *sedendi, & judicandi, & Concilium cum cæteris Abbatibus habendi*, quidquid esset an hæ potestates, seu prærogativæ implicarent, sivè denotarent aliquam Jurisdictionem in abstracto, sanè in concreto, & ad effectum præcisum, de quo erat quæstio nihil concludebant, cum eadem prærogativa sedendi, judicandi, & Concilium habendi non esset particulariter, sive disjunctim, & ad partes data Abbati Fuldensi, sed per modum prælationis tantummodo, & hujusmodi solum Primatus, quando sedebat cum aliis Abbatibus; qui enim habet facultatem judicandi quocumque modo significativam Jurisdictionis habet illam ex se, non autem admixtam cum aliis certo certius non habentibus illam Jurisdictionem, quasi Episcopalem, & Territorialem, quæ prætendebatur, & sic intelligenda erat ista prærogativa Primatus judicandi, & Concilium habendi non jam pro facultate indicendi Synodum propriam indifferentem, ac Diœcesanam, exercendique contentiosam judicaturam in Clerum, & Populum sæcularem, sed intra lineam, & sphæram Monasticæ sessionis, Monastici Judicii, & Monastici Capitularis Conventus, seù Comitiorum; Primatus siquidem, qui nihil in subsistentia tribuit præter titulum, & præeminentiam inter plures ejusdem tamen Ordinis, & Auctoritatis, non datur nisi supponat aliorum de cœtero paritatem, ut de se patet, & ad propositum observant *Anastas. Germon. de Sacr. Immunit. lib. 2. cap. 4. col. 2. versic. Primatum Francesc. de Eccles. Cathedralibus cap. 1. num. 109. & cap. 33. num. 32. Engel. in Jus Canonic. lib. 1. tit. 33. de majoritat. & obedient. §. 4. num. 23.*

Atque ita hujusmodi Primatus ad praxim redactus nihil ultra præstare valebat, quàm quod Abbas Fuldensis inter cœteros Galliæ, & Germaniæ Abbates Primatum haberet sedendi, hoc est primi loci, consequutivè etiam judicandi, hoc est ante alios tradendi suffragium, & Capitulum tenendi, sive habendi infra propriam Hyerarchiam Regularium Ordinis Sancti Be-
62. nedicti, immò addi posset, & convocandi, cum ad digniorem inter plures de jure spectet Jus indicendi, seu convocandi Capitulum *cap. postulasti de concess. prabend Abb. in cap. cum Nobis num. 9. de elect. & in cap. 1. de majoritat. & obed. num. 4. Franc. de Eccles. Cathedral. cap. 23. num. 102. Rot. in Gerunden. Jurisdictionis super jure convocandi Capitulum 14. Junii 1702. §. Et deinde in fin. coram R. P. D. meo Priolo, & in Motulen. super bono jure 27. Januarii proximi præteriti §. Profligatis rationibus cor. Me.*

Non omisso, quod etiam seorsim à præmissa consideratione facultas judicandi, immo, & suspendendi, & excommunicandi etiam lai-
63. cos, quam ex privilegio habeat Prælatus Inferior, non facit, quod non subsit Episcopo, ut docet aperta *Glos. in cap. cum ad Ecclesiam verb. Ecclesiastica sententia* ibi: *illud generaliter traditur, quod quilibet Prælatus Collegiatæ Ecclesiæ, licèt subsit Episcopo, est tamen Judex Ordinarius in plebe sua, & habet Jurisdictionem cognoscendi, & excommunicandi de offic. Judic. ordinar. & prosequuntur Butr. in cap. cum contingat 13. num. 14. prope fin. versic. poterunt etiam excommunicare de foro competen. Rot. decis. 69. n. 27. cũ seq. p. 19. rec.* immo quod nec ubi privilegiũ dicat: *sine aliqua molestia, & cõtradictione Ordinarii, sivè Episcopi possit Judicare &c.* non ob id facultas judicandi efficiatur privati-
64. va, sed in omnem casum intelligatur cumulativa cum vero Ordinario, sive Episcopo, itaut exi-

exigatur, quod prohibeantur subditi expressè coram alio litem assumere, ad rem subnectit *R. P. D. Petr. in sæpe citatis commentar. ad constitutiones Apostolic. tom. 3. fol. Mihi 137. nu. 45. versic. neque Jurisdictio ex inibi relatis Tondut. in prævent. part. 1. cap. 11. num. 3. Mart. Medic. examinat. 32. num. 25. & 26. de Franch. dec. 541. num. 7. Gratian. 78. num. 18. & 38. ubi concordant.*

Prout neque negligendo, quod illa alia facultas *Concilium habendi*, quæ aliàs, ut præmisimus, non poterat in casu concreto significare
65. potestatem veram Synodum Diœcesanam efformandi, attento quod primatus in genitivo vocabulo explicatus habendi Conciclium cum relatione ad cœteros Abbates Galliæ, & Germaniæ, nequibat intelligi de vera Synodo, quæ celebratur cum solis, propriisque subditis, non verò cum exteris, iisque æqualibus, ac è longinguo distantibus, maximè quia verbum istud *Concilium* suapte natura indifferens ad significandum Congressum, & Conventum plurium, sive speciem quandam Comitiorum, eodem modo, quo Consistorii nomen usurpant diversarum Nationum Episcopi, & Prælati præcisivè ab illo longè eminentiori Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium cum Summo Pontifice, ex quo *Concilium* non importat aliud ethymologicè, quàm quod actus fiat *cum cilio*, & attentione plurium, ut post *Hugon. & Archidiacon. in cap. Canones num. 1. distinct. 15. Felin. in cap. 1. num. 5. vers. ex quo colligi potest de spons.* admonet *Fagnan. in cap. ex part. nu. 10. de Capell. Monachor.*

Attamen nec abstractivè, & absolutè talis potestas habendi Synodum referri valet ad qualitatem *Nullius* sive legis Diœcesanæ, ma-
66. ximâ, & nodosâ existente controversiâ, an Synodus convocatio magis attingat legem Jurisdictionis, quàm legem Diœcesanam, ut sibimet contrarius videtur satis innuisse *Hostien. in cap. dilectus sub num. 6. versic. quamvis autem, & ibi Joann. Andr. sub num. 12. de Offic. Ordinar. Cardinal. in cap. conquerente num. 3. in 10. notabil. eodem titul. Pavin. de Offic. & potestat. capitul. Sede vacante par. 1. quæst. 7. sub num. 3. versic. ex præmissis infero, Pax Jordan. Elucubr. Canonic. tom. 2. lib. 10. tit. 8. num. 112.* aliique latè relati per *Lotther. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 31. num. 76. cum seqq.*

Denique descendentes iidem scribentes pro Episcopo ad privilegium *Silvestri II.* nam de aliis *Sergii IV. Clementis II.* & *Gregorii pariter IV.* tanquam simpliciter confirmatoriis superfluum videbatur habere sermonem, acriter pariter respondebant, quod facultas [etiamsi re vera, & eadem contineretur quoque in præcedenti privilegio *Joannis VIII. dicto Summario num. 12. & 14.*] concessa Abbati ejusque successoribus *Episcoporum more* appellandi ad Apostolicam Sedem ob sui defensionem in nihilo contribuebat Jurisdictioni quasi Episcopali, sive Separationi Territorii, in quantum quippe ad enunciativam *more Episcoporum* jam nemo ignorat, quod mos, sive similitudo non facit unum, & idem ad *Text. in cap. capitulum de rescript. & in l. ad similitudinem Cod. de Episcop. & Cleric.* & in omnem eventum, quod aliquis Abbas, sive Prælatus inferior habens ex concessione Papæ hanc, vel illam prærogativam de jure inhærentem solùm Officibus, & Dignitati Episcoporum, parum prosit ad extorquendam consequentiam, quod talis Indulta-
67. rius polleat vera Jurisdictione quasi Episcopali, ex quo in reliquis dicitur, & remanet hujusmodi Prælatus exemptus cum præeminentia actuum concessorum perseverante semper Episcopo in sua universitate Jurisdictionis, dixit *Rota decis. 340. num. 4. & seqq. coram Priolo, in Burgen. Juris instituendi, seu conferendi 23. Junii 1690. & in Toletana Jurisdictionis 1689. §. Et quamvis Magnus Prior coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano inter impress. ad ornatum Card. de Luc. de Jurisdict. decis. 13. num 12. & 13.*

De cœtero consimile privilegium appellandi ad S. Sedem, & præsertim ad sui tantummodo defensionem, citra ullam mentionem subditorum de jure non est prærogativa annexa
68. soli Episcopatui, immo postmodum, vel effecta communis, vel particularis omnium simpliciter exemptorum, dum non servata gradualitate, receptum videmus in praxi, quod licet fere semper appellare omisso medio ad Sedem Apostolicam; ut testantur *Gloss. & Doctores in cap. ad Romanum 2. quæst. 6. cap. dilecti il terzo de appellat. Scacc. eodem tract. lib. 3. cap. 2. quæst. 6. num. 46. & seqq. De Marin. resolut. 17. num. 11. & 17. lib. 1. Pax Jordan elucubrat. Canonic. tom. 3. lib. 14. tit. 26. sub num. 28. Card. de Luc. de Judic. disc. 3. nu. 54. in fin. Rot. decis. 170. num. 11. coram Buratt.* & de jure pariter Judex exemptorum est ipse eximens, sive Papa, & Sedes Apostolica, ejusque repræsentantes, ut sunt Nuncii Pontificii, Au-
69. ditor Cameræ, aliique consimiles à S. Sede delegati, & Judices ad huc effectum constituti ejusdemque S. Sedis repræsentativi *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 69. n. 4. & in Miscell. Ecclesiast. disc. 66. n. 1. & disc. 16. n. 6.*

Quinimmò rigor illius verbi *appellare* pateretur argumenti retorsionem præsupponendo nimirum, quod fortè gravamen, à quo per Abbatem appellaretur, proveniret ab Ordinario, sivè Episcopo in vim suæ Jurisdictionis non ablatæ, quoties enim derivaret ab alio *ex. gr.* Metropolitano, ubi non adsunt Legati nati, & Primates jam de suo canonico ordine, ac metho-
70. do appellatio defertur ad Papam, ut respectu primæ propositionis, quod nempè ly *appellare* supponat gravamen judiciale, habetur *in cap. ut debitus 59. & cap. cum cessante de appelation.*

Innoc. in cap. brevi de Jur. Jur. Doctores in rubr. extr. de appell. Bartol. in l. 1. in princip. ff. eodem titul. Bald. in l. post sententiam n. 4. Cod. de sent.

Et quoad prædictum ascensum appellationis
71. de Episcopo ad Metropolitanum &c. videre est *in cap. Romana per tot. & signanter in §. fin. de appellat. in 6. & ibi Geminian. n. 2. Franc. n. 1. Abbas in cap. Pastoralis in princip. de offic. ordinar. Pax Jordan. elucubrat. canonic. tom. 3. lib. 14. tit. 26. n. 504. & 521. Speculat. eodem titul. de appell. §. 4. in princip. Gregor. Tholosan. de appell. lib. 4. c. 2. sub n. 2. Stacc. eodem tract. qu. 8. n. 86. & 97. De Luc. de Feud. disc. 60. n. 9.*

Absoluti proinde præcitati scribentes pro Episcopo à fastidioso, & singillari pondere generalium privilegiorum, quibus apparebat insignita Abbatia, in nihilo refragari prosequebantur propositionem, quod stante etiam primitiva naturali libertate, saltem benignius interpretanda, accipiendaq; forent in universum supradicta collecta privilegia, quia cum prætensio Jurisdictionis, sivè exemptionis nativæ ostensa fuerit ex deductis in primo articulo penitus imaginaria, & insubsistens, & littera Privilegiorũ ad eorum sensum nusquam extorqueri posset ad inferendam Jurisdictionem dativam, seu concessivam, aut concessam, nequibat ullatenus per unionem utriusq; asserti juris ulla vis operativa depromi in præjudicium veri Diœcesani, aut saltem Episcopi adjacentis, aliàs
72. permitteretur conjunctio imperfectorum, quæ de jure exulat à Tribunalibus, ut inquit *Joannes Andreas in cap. is cui de elect. in 6. Beniell. consil. 70. n. 34. Laurent. decis. Avenionen. 71. n. 7. Adden. ad Pamphil. decis. 659. n. 9. cum concordan. adductis in tractat. de commerc. & mercatur. discurs. 27. n. 25. & seqq.* & in individuo privilegiorum *Ancheran. in cap. Indemnitatibus §. Cæterum sub n. 1. de elect. in 6.*

Minusve in adjutorium adsciri posse prætendebant observantiam, respectu siquidem *scribentium*, illationi *Tamburrini* simplicitèr con-
73. numerantis Abbatem Fuldensem inter habentes triplicem repræsentativam figuram facilè occurrebant cum magis individua discussione, & sententia *Tomassini*, de qua superiùs *in §. Et de facto*; quodque privilegium præ cæteris Zachariæ, cui cætera famulabantur, præseferat simplicem exemptionem, quoq; testati sunt *Zigler. de Episcop. cap. 24. à n. 1. ad 13. Natal. ab Alexandr. in histor. Eccles. ad sæcul. 8. art. 4. de Monach. Joann. Tritbem. in Cronic. Hirsaugien. in indiculo verbo Monasterium S. Bonifacii Hermeli. in fasticul. jur. public. cap. 31. n. 4. Petr. Bert. in commentar. rerum Germanicar. lib. 3. verb. Fulda cap. 541.* & in proposito ratiocinatur *Rota in Brixien. Jurisdictionis 15. Julii 1688. §. Donationes coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Caprara*, quodque neque D. Bonifatius cogitare potuerit acquisitionẽ Jurisdictionis Episcopalis, & Territorii separati cum ingenti repletione sæcularium demonstrabat ipsa Eremitica inchoatio Monasterii in loco horroris, & vastæ solitudinis, de qua paritèr meminere Privilegium, seù donatio à *Pipino Francorum Rege facta* Monasterio. ut ibi dicitur in *solitudine Buchoniæ noviter constructo*, de quo *in dicto Summario Aabatis n. 7. Brover. in Antiquitat. Fulden. lib. 1. cap. 5. Villibald. in vita S. Liob. Abbatis. relat. à Sur ad diem 28. Septembris fol. 298. Ache. & Mabillon. in Act. Sanctor. Ordin. Sanct. Benedict. ad sæcul. 4. Benedictin. tom. 4. fol. 251. & Petr. Cratepol. de SS. German. verb. Sturmi circa med.*

Ad argumentum verò pariter interpretativum, illudque desumptum a supradicta concessione Primatus Abbati Fuldensi inter Abbates Galliæ, & Germaniæ replicabant à contrario, nempè quod facilè non esset de tempore *Joannis VIII.* primi indulgentis hunc Primatum adfuisse aliquem Abbatem in *Gallia*, vel in Germania, qui præditus existeret ulla Jurisdictione quasi Episcopali, undè exoriri posset allata monstruositas, quod prælatio, & Primatus tribueretur habenti minorem Jurisdictionẽ, dum jam vidimus, quod præ ceteris Abbas D. Galli in Helvetiis *licèt* consimili Principatu temporali suffultus, adhuc perperam unacum Abbate Fuldensi connotatus apud *Tambur. de jur. Abbat. dicto tom. 1. disput. 3. quæst. 4. sub n. 3. §. adsunt*, tali omninò careat Jurisdictione, & prærogativa quasi Episcopali cum Territorio separato, sicuti definivit *Sacra Rota in dicta decis. 324. part. 1. rec.*

Et ex his pari *lance* transeuntes iidem Scribentes à Summis Pontificibus ad Cæsares Augustos animadvertebant, quod pleraque ex Imperialibus Diplomatibus nihil ultrà impartiebantur Abbati Fuldensi, quàm simplicem roborationem Indultorum, quæ prodierant à Sancta Sede fermè illorum verba in eorum visceribus transcribẽdo, ut erat illud confirmatorium aliorum Pipini, & Caroli editum de *anno* 822. à Ludovico Pio d. *Summ. n.* 10. prout etiam alterum Otthonis sub *anno* 948. ubi mentionem faciens de præcedentibus illius Antecessorum munimentis Abbatem, & Monasterium, atque subjectos recepit sub Augusta defensione, tollendo ulteriùs Jus Imperialis Fisci pro exactione tributorum ratione temporalitatis d. *Summ. n.* 13. quod & solummodò repetitum legitur de *anno* 1114. per Henricum Imperatorẽ d. *Summ. n.* 19. & deinceps per Conradum d. *Sum. n.* 20. ac denique per Rodulphum de *anno* 1289. d. *Summ. n.* 22. ac propterea simplex tot exageratorum diplomatum Imperialium series ad effectum interpretandæ, vel declarandæ alicujus spiritualis, & quasi Episcopalis Jurisdictionis adeò dignoscebatur inutilis, ut opus non foret obviam ire cum cæteroquin indubitabili pro-
74. positione, quod eadem privilegia tanquã promanantia à potestate hujus sæculi existant in-

capa-

capacis ad concedendam, vel per viam latioris extensionis inferendam Jurisdictionem spiritualem, & quasi Episcopalem juxtà communiter notata per *Text. in cap. decernimus 2. de Judic. cap. Pastoralis de donat. Rota decis. 395. n. 15. coram Emerix Jun. decis. 220. n. 8. & 9. part. 9. decis. 433. num. 16. & 17. part. 14. decis. 340. n. 18. part. 15. recent. & in Brixien. Jurisdictionis 5. Julii 1688. §. Donantes coram Eminentiss. D. meo Card. Caprara.*

Advertendo, quod si in aliquibus ex prædictis Cæsareis Privilegiis facta noscitur mentio de Hominum subjectione, de Districtibus, aliisque vocabulis Territorialem potestatem, & Jurisdictionē importantibus,hæc nec per umbram tangebat subjectionem,& districtualitatem spiritualem,sed tantummodò temporalem,ut citra inutilem transcriptionem, & examinationem singillarium verborum videre est non minùs ad litteram, quàm ad sensum eorundem Diplomatum,duas enim partes amplectuntur eadem Diplomata, alteram quæ refert Apostolica Privilegia nullatenùs includentis Populum, & Clerum, & circa hæc per viam meræ confirmatio-
75. nis præpotentiam brachii Imperialis polliciti fuerunt Augusti ex ea advocatione,qua in præsidium, & tutamen Sanctæ Sedis Apostolicæ pollent Imperatores, & de qua in *cap. ab Imperatoribus 23. quæst. 3. cap. Principes,& cap. Administratores 23. quæst. 5. Clementin. 1. de jur. jur. Marc. Anton. Genuen. de Eccl. seù prax. Eccles. quæst. 63. n. 2. & 3.* latè *Martin. Magero de advocat. armat. cap. 5. per tot. Salgad. de reg. protect. part 1. cap. 1. prælud. 3. n. 72. Anastas. Germon. de Sacr. Immunit. lib. 3. cap. 12. n. 26. Lotther. de re beneficiar. lib. 3. quæst. 30. & sequentibus*, quando dereliquo simplex confirmatio corro-
76. borat, sed non extendit confirmatum juxtà *doctrinam Dec. in l. merè n. 3. ff. de Jurisdict. omn. Judic. Bero consil. 7. n. 37. lib. 3. Rota decis. 635. n. 7. coram. Cerro decis. 264. n. 2. & 3. part. 12. & decis. 387. n. 18. part. 17. recent.*

Et altera, quæ respicit nudam temporalitatem, ejusque respectu in dies illi Supremi Principes ter emeritò Abbati Fuldensi concesserunt Superioritatem, & Dominiū in hominibus Imperio subditis, nec non districtum, Loca, & Territoria cum geminatis,& superadditis præeminentiis, & prærogativis juxtà illam adamussim in hoc solo proposito reduplicationem personarum, quàm abstractivè rectè denotabat *Tamburinus*, quamve ultra Summum Pontificem quotidiè videmus, & agnoscimus in tot Archiepiscopis, & Episcopis insimul Dominis, & Principibus temporalibus, & in linea regularium insigne tenemus exemplum Magni Magistri Hierosolymitanæ Religionis, qui ultra suam ordinariam Jurisdictionem in Equites, & Regulares proprii Ordinis, & temporalem potestatem in Laicis sibi subditis, non obstantibus suis Administris in Sacro Charactere,& Eccle-

siasticis Dignitate constitutis non se immisceat in
77. exercitio Jurisdictionis in Clerum, & Populum, qui sub proprio regitur Antistite Melevitano sd ea, quæ signanter animsdverterunt *Cardinalis de Luca de regular. lib. 15. titul. Miscellan. Eccles. discurs. 4. n. 2. Carol. Anton. de Luc. de pluralitat. homin. legal. cap. 31. sub n. 1. de Ros. de resident. Episcop. dict. cap. 4. sect. 6. sub n. 408. Rota decis. 70. sub. n. 49. versic. itùm,& evidentius, quid Meliùs part. 13. recent.*

Restabat Henrici Imperatoris præceptum recensitum in *dicto Summario num. 23.* in quo asseritur, quod cum contra tenorē Privilegiorum, quæ viderat, Episcopus Herbipolen. homines, & Castrenses Abbatis Fuldæ proscriberet, & excommunicaret, iniungebatur revocatio hujusmodi proscriptionum, & excommunicationum, verùm in quantum attinebat ad visionem Privilegiorū, replicabant præfati Scribentes pro Episcopo, quod non per hoc eadem privilegia, quamtumuis visa, & revisa restabant immutata, vel aucta super id, quod ut supra ostensum fuit, importabant, & quoad proscriptionem, & excommunicationem non bene distinguebatur, qui essent illi homines, & Castrenses, & contra quos ex iisdem hominibus, & Castrensibus Episcopus Herbipolen. evaginasset gladium proscriptionis, & excommunicationis, nam in ordine ad proscriptionem utique malè se gerere poterat Episcopus cum respectu dominii temporalis, bonorumque sæcularium,& Vassallorum ipsius Dominii temporalis, quibus potissimè cogruit vocabulum proscriptionis; par in parem non habebat Imperium, uterque enim erat Princeps temporalis Sacri Germanici Imperii, & de facto Henricus utrumque nuncupat Principem sibi dilectum; respectu autem excōmunicationis nescitur, an Episcopus re vers correctionem promereretur,ex quo excommunicando forsan exemptos, sive addictos Ecclesiæ, & Monasterio Fuldensi falcem immisisset in messem slienam, cum nequeat Episcopus exemptos excommunicare, & in eos ullam exercere Jurisdictionem, nisi forsan ex jure in suis casibus delegato, vel à Sacro Concilio Tridentino, vel à Constitutionibus Pontificiis, ideoque idem præceptum veluti æquivocum, ac non omnino clarum, & pro-
78. cedens à sæculari potestate non erat idoneum ad inducendam ullam observantiam in materia præsertim tam stricta, exorbitanti, & odiosa, in qua ut diximus, & bene connotavit *Olin. de for. Eccles. par. 3. quæst. 10. num. 64. in. fin.* necesse est, quod verba Privilegiorum in alium intellectum detorqueri non possint ad ea, quæ circa primam Conclusionem observat *Barbos. in collectan. Doctor. ad Sacr. concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 21. Maceraten. variar. resol. lib. 1. resolut. 10. Thesaur. in Thesaur. fol. Eccles. par. 1. cap. 18. Rodriquez. tom. 1. qu. regul. 36. art. 4. Campan. in diversor Jur. Canonic Rubr.* 2. cap.

2. *cap.* 13. *Trivisan. decis.* 36. *part.* 1. latè *Novar. in Comment. Bullar. part.* 1. *Commentar.* 55. *& Commentar.* 106. *& sequentibus*.

Et quoad secundam *Aretin. consil.* 115. *sub num.* 3. *Surd. decis.* 131. *nu.* 8. *Rota decis.* 650. *num.* 13. *&* 14. *coram Bich. decis.* 18. *num.* 28. *par.* 9. *dec.* 282. *n.* 10. *part.* 17. *& decis.* 414. *num.* 22. *par.* 19. *recent.* cum aliis relatis concordantibus *in annotat. ad meas Decisiones inter hactenus impressas tom.* 1. *decis.* 71. *num.* 17.

Pariterve transeundo ad gesta per Sedem Apostolicam eneruis, ut adiiciebant iidem Scribentes, reddebatur observantia Sſmorum Pontificum, quia jam quæ erant ordinis penitus contradistincta ab illis, quæ Jurisdictionem concernunt, erant in Sacro Tribunali præservata maturiori examinationi, ut in *Decisionibus & Sententia Reverendissimi Molines Decani*, & de cætero licèt eæ delegationes, & facultates in Abbatem directæ in d. *Summario n.* 30. *&* 31. *cum sequentibus* regulariter cōmitti non soleant nisi Episcopis, attamen in primis retorqueri videbatur argumentum, ex quo eædem delegationes pro majori parte superfluæ penitus extitissent, quoties Abbas Fuldensis habuisset Territorium proprium, & verè Nullius, utpote recipientes exercitium ipsius plenariæ & quasi Episcopalis Jurisdictionis, ut de facultate concedendi litteras dimissoriales Alumnis in proprio Seminario commorantibus, aliisve suæ ditionis sæcularibus Clericis, signanter advertunt *Barbos. de Jur. Eccles. in univers. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 62. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 2. *disput* 2. *quæsit.* 26. *num.* 3. de facultate dispensandi ab irregularitate plenè relati per *Barbos. in Collectan. ad Sacr. Concil. Tridentin. sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. *sub num.* 7. *Tamburin. de Jure Abbat. d. tom.* 2. *disputat.* 17. *quæsit.* 3. *num.* 4. & demum de explenda visitatione Ecclesiarum in ejus Ditione existentium *Azor. institution. moral. cap.* 40. *quæst.* 6. *lib.* 3. *Novar. in non. jur. Pontific. practic. conclus. tit. de visitat. conclus.* 1. *aliàs* 118. *num.* 2. *Ventrigl. in prax. rer. notabil par.* 2. *annotat.* 24. §. 1. *nu.*
79. 2. quæ sanè superfluitas in Privilegiis Apostolicis non admittitur, ut inquit *Bonifacius in d. cap. si à Papa* ibi: *ut privilegiis nihil aliàs allatura concessio ei, cui conceditur, & Sententia nullum aliud allatura subsidium Ecclesiæ* (*pro qua fertur*) *prærogativam* (*cum verba aliquid operari debeant*) *conferat gratiæ specialis: & ibi canonistæ, aliique relati per Barbos. ibidem num* 11. *& Passarin. num.* 4. *&* 6. *Marant. respons.* 68. *num.* 13. *par.* 3.

In omnem verò casum cum totum hoc negocium committendi uni potius, quàm alteri pendeat ab arbitrio, & libera voluntate Summorum Pontificum, fortasse tunc vice Episcopi selegerunt Abbatem tanquam sub eorum magis intrinseca protectione receptum, ulteriusque in domo propria præditum potestate brachii temporalis, quod sæpe sæpius admodum confert exequutioni rerum concernentium regimen & bonum Ecclesiasticum, quando de reliquo neque hæ delegationes concludunt certum suppositum Jurisdictionis quasi Episcopalis, possunt etenim ad Papæ libitum, & ut rectius judicet in Domino expedire etiam committi simplicibus Sacerdotibus dum, & ipsa ministratio Chrismatis, sive insignis Sacramenti Confirmationis, & si per expressam determinationem Sacri Concilii anathematizetur inficiena seu controvertens hujus Sacramenti esse solum Episcopum Ministrum Ordinarium, ut legitur *in dicto Sacro Concilio Tridentino de reformatione sess.* 7. *tit. de confirmat. Canon.* 3. nihilominus
80. ex peculiari delegatione Summi Pontificis capacem esse quoque simplicem Sacerdotem cōprobat *post D. Thom.* 3. *par. quæst.* 72. *artic.* 11. *Fagnan. in cap. cum venisset num.* 3. *&* 4. *de Sacra Unction. Gonzalez. cap.* 4. *num.* 14. *de consuetudin. Barbos. in collectan. Doctor. ad Sacr. Concil. Tridentin. sess.* 7. *de confirmat. num.* 3. *&* 4. *& de potest Episcop. par.* 2. *allegat.* 30. *nu.* 4. *&* 5. *Pignatell. consultat.* 11. *num.* 3. *& seqq. tom.* 6. *Fragos. de regimin. reipublic. par.* 2. *lib.* 8. *disputat.* 18. §. 7. *num.* 1. *Hurtad. de confirmat. diffic.* 3. *Verricell. de Apost. Miss. quæst.* 129. *num.* 2. *&* 3. *Diana par.* 8. *tract.* 1. *resolut.* 3. *Bellarmin. de Sacram. confirmat. lib.* 2. *cap.* 12. *Paaimoll. decis.* 3. *annotat.* 2. *num.* 11. & doctè ostendit *R. P. D. Dandinus de hæres. cap.* 3. *sect.* 3. *sub sect.* 1. *num.* 4. *& seqq.*

Hincque non egrediendo à materia Crismatis, & Confirmationis validum contra Abbatē promovebat (uti credebāt enunciati scribentes pro Episcopo) Argumentum elicitum ab iis, quæ prænarrantur per *eruditam, & doctam, ut supra Secretarium Sacræ Congregationis Concilii in commentariis ad constitutionem secundam Benedicti XI. sub n.* 9. *& seqq. tom.* 3. *fol. mihi* 561. Quoniam cum nuper pendente hujusmodi controversia *in Sacra Rota* supplicasset Abbas Fuld. Sacræ Congregationi Concilii pro obtinenda facultate ministrandi hujusmodi Sacramentum Confirmationis suis subditis vigore Brevis cōmunicativi privilegiorum Congregationis, quæ nuncupatur Sanctæ Justinę Ordinis S. Benedicti, quod à *San. Mem. Urbano VIII.* idem Abbas reportaverat, proposito idcircò ab Eminentissimo D. Cardinali Gabriellio *Dubio sub die* 22 *Septembris* 1703. in præfata Sacra Congregatione. *An Abbas posset suis subditis vigore ejusdem Brevis Sacramentum Confirmationis conferre*, dilata fuit resolutio, & rescriptum — *Expectetur exitus Causæ in Sacra Rota* — & tamen consimilis facultas, & Indultum jam pridem concessum fuerat Abbati S. Mariæ Florentię, etsi penitus pretensione Jurisdictionis quasi Episcopalis ratione suę Abbatię destitueretur, id enim solummodò consequutus fuerat veluti de verò gremio Congregationis prelaudatæ Sanctę Justinæ

ſtinæ juxtà verba tranſcripta per *eundem R. P. D. Petrum ubi proximè ſub n. 9. & 10.*

Quinimmò ab hab facti præexitentia proſequebantur, quod dum Abbas Fuldenſis recurſum habuerat ad memoratum *San. Mem: Urbanum VIII.* pro habenda communicatione privilegiorum Congregationis Sanctæ Juſtinæ non leve ſignum exoriebatur, quod ipſe Abbas minimè potiretur illa Territoriali, & quaſi Epiſcopali poteſtate, quam ſupponebat, aliàs fruſtra petiiſſet, quod jam ſupra eadem privilegia
81. in vim hujuſmodi plenariæ, quaſi Epiſcopalis poteſtatis in ſe intus habuiſſet adverſus adagiū, de quo in *§. ſi itaque inſtitution. de action. Corn. conſil. 64. ſub n. 10. Grat. diſce. forenſ. cap. 731. n. 27. Rot. deciſ. 610. n. 3. part. 18. rec.*

Deinde nè quid relinqueretur immune à cōgrua replicatione, ſubdebant, quod ſermonem habendo de prætenſis confeſſionibus Epiſcoporum, nulla utique confeſſio reſultabat à concordis inter utramque Dignitatem ſtabilita *de anno* 826. in ordine ſiquidem ad illa verba *cum ſuis Clericis, & Populis* enunciativa hæc, nec per umbram percutiebat materiam ullam Juriſdictionis, ſed explicabat ſolam honorificam, ut par erat, aſſociationem, cum qua uterque ex eiiſdem Principibus amicabile inierant colloquiū ut ibi -- *notum ſit omnibus qualiter Vuolfgerus Epiſcopus, & Ratgarius Fuldenſis Abbas cum ſuis Clericis, & Populis conventum fecerunt in loco, qui dicitur &c.* & certè ſinè alia illatione ad Juriſdictionem ſic incedere decebat tàm Epiſcopum, quàm Abbatem, dum & ipſe Abbas Populos ſibi tanquam Principi temporali ſubditos habebat, & tanquam Abbas etiam Clericos, vel Eccleſiæ inſervientes in ſtatu Sæculari, vel mavis quoque regulares, ut in durioribus benè explicat in ſupradictis terminis Juriſdictionalibus, videlicèt miniſtrationis Chriſmatis ſæpè memoratus *R. P. D. Petra in ſuperius relatis commentariis ad Conſtitutionem ſecundā Benedicti XI. ſub n. 9. verſic. immò videtur dictum privilegium tom. 3. fol. mihi 561.*

Quo autem ad ſubſtantiam puncti Decimarum, illarumque in parte reſtitutionis favore Abbatis concordatæ per Epiſcopum, utique Decimæ perſolvendæ erant Abbati in illis locis, quæ erant de pertinentiis Monaſterii, dum ſignanter *Silveſter Secundus, & Clemens pariter Secundus* expreſsè in eorum Indultis concedebant Abbati exactionem, & fruitionem Decimarum cum prohibitione aliorum omnium, nè eandem exactionem impedirent, ideoque rectè debebat Epiſcopus illas amicabiliter Abbati exigendas relinquere, etſi quas abſtulerat, reſtituere, abſque eo quod de cœtero etiam in abſtracto exēptio à Decimis, illarumq; exactio quicquam faciat ad eruendum Territorium ſeparatum, ut per *Rot. deciſ. 840. coram Emerix jun.* & abſque eo quod in rei veritate Jus decimandi ſecum ferat de neceſsè certū veſtigium ullius ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ Juriſdictionis, dum illo gaudere valet etiam Perſona Laica, ut paſſim contingere ex Privilegio Apo-
82. ſtolico in Regnis Hiſpaniarum, patet ex ſæpius firmatis per *Rotam*, & ſignanter *in dec. 694. n. 18. coram Merlin. deciſ. 235. n. 3. coram Cerr. deciſ. 624. n. 12. part. 2. deciſ. 193. n. 8. par. 8. in Illerden. Decimarum 26. Aprilis 1700. §. conſtito, & §. demum coram R. P. D. meo Scotto in Gerunden. Primitiarum 5. Januarii §. non obſtat, & 7. Maii §. licèt enim, & ſeqq. 1703. & 28. Januarii §. præmiſſo 1704. cor. Eminentiſſimo Caprara, & in Barchinonen. Decimarum de Corrodevall. 27. Junii ejuſdem anni 1704. §. Quinimmò cor. b. m. Muto.*

Pariformis ob id irrelevantiæ reddebantur aliæ concordiæ, in idem coincidentes, immò illa celebrata *de āno* 1069 retorqueri videbatur tum quia ibidem poſitivè dicitur, quod Abbas habebat privilegium hujuſmodi Decimas exigendi, ideoque pertinentia & exactio non erat ſuaptè natura referibilis ad prætenſam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, tum etiam quia eadem concordia, de qua *dicto Summ. n. 18.* inita apparebat cum Archiepiſcopo Moguntino, quod ſanè indicabat adjacentiam, & vicinitatem, ſi non circumdarium alterius Ordinarii, & partialis Diœceſani in aliqua ſaltem extenſione locorum Abbatiæ & quoad alteram concordiam *anni 1231. dicto Summ. n. 21.* profectò ex ea non apparebat quicquam conventum cum Epiſcopo Herbipolen circa Eccleſiaſticam poteſtatem, ſed ſolùm reſpectu temporalis Dominii utriuſque Principatus, etiam quoad mutuo diſtribuendos, & agnoſcendos reſpectivè ſubditos, qui naſcerentur ex Matre ſubdita unius, & Patre ſubdito alterius, vel è contrà, quin proindè a factis, vel conventionibus temporale Dominium tangentibus ullum trahi valeat argumentpm ad ſpiritualem, ſeù Eccleſia-
83. ſticam Juriſdictionē ut monent *ad Text. cap. 1. juncta gloſſ. in verbo locis de religioſ. Domib. & Clementin. ne Romani §. ſanè in verb. Diœceſis de de elect. Hoſtien. in cap. ſuper eo n. 3. de Paroch. Felin. in c. cum Cauſam n. 12. verſic. ſecundò ſciat de probat. Card. de Luc. de jur ſdict. diſc. 1. n. 16. & 17. Rot. deciſ. 55. n. 12. poſt Tamburrin. de jur. Abbat. tom. 3. deciſ. 12. n. 3. coram Peutinger. deciſ. 324. n. 10. part. 1. & deciſ. 70. n. 52. part. 13. rec.*

Circulorum ſeu partium integrantium Corpus Germanici Imperii deſignatio, ſeu deſtinatio facta per Albertum ſecundū Imperatorem, non tantum ex mox inſinuatis reddebatur irrelevans, utpotè concernens meram temporalitatem, verùm, & erat penitus inefficax ex duplici obſervatione, prima videlicèt, quod verba illa *tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſibi ſubditis* legebantur indiſcriminatim appoſita etiam reſpectivè ad Principes merè Sæculares, ſicque in omnem eventum expectabant ulteriorem

riorem declarationem, & certitudinem, ut singula singulis referri possent; Et secunda quod si Abbatia Fuldesis recensita non extitit intrà Circulum, sub quo continebatur Episcopatus Herbipolen. adscripta tamen fuit uni, eidemq; circulo, sub quo comprehendebatur Archiepiscopatus Moguntinus æque ex latere suo adjacens, qui & esse valeret: si forte mallet: consors in præsenti lite ratione suæ etiam partialis adjacentiæ, seù circumdarii, ideoque potissima occasio recensendi Abbatiam sub circulo, in quo reponebatur Archiepiscopatus Moguntinus, & non Episcopatus Herbipolensis, illa verisimiliter erat, quia forsan opportunitas non patiebatur, quod ipsa Abbatia dissecaretur in duos Circulos. quando de reliquo videmus ipsas veras Diœceses passim adscribi diversæ partitioni, vel Principatui, ut monstrat Archiepiscopatus Beneventanus existens in cen-
84. tro Regni Neapolis, & alii consimiles, qui unam partem Diœcesis habent in una Ditione temporali, & aliam in altera exemplo *Patriarchæ Aquileiæ Episcopatuum Vdinen. Novocomen. & Campanien.* cum aliis notissimis, & in proposito præ cæteris animadvertit *Gloss. in Clementin. Romani verb. Diœcesis de Elect. Hyeronim. de monte de finib. regund. quæst. 75. n. 9. Barbos. de Offic. & potestat. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 7. sub n. 15. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 3. n. 16. & disc. 97. n. 5.*

Cætera, quæ concernebant honorificentiam, & admodum distinctas prærogativas Abbatis, sive in ejus intitulatione, sive in tractamento Cæsarum, sive demum in interventu satis qualificato Æcumenicis Conciliis, ad sensum memoratorum scribentium pro Episcopo, nec eis parturiebant offendiculum Invidiæ, nec periculum amittendæ ex hoc capite Jurisdictionis, circa quam hujusmodi honorificentiæ nihil concludunt teste *Card. Jacobatio de Concil. lib. 1. art. 2. pag. mihi 85. col. 2. Rot. decis. 709. n. 4. part. 4. diversor. in Leodien. Jurisdictionis 13. Martii 1684. §. Nil etiam coram Eminentissimo Capeara*, prout videmus in iisdemmet Abbatibus, qui post terminatum officium quamplura
85. retinent decora cum denominatione Abbatis, & in Episcopis post dimissum, & renunciatum Episcopatū ex connotatis penes *Joan: de Imol. in Clementin. ne in agro versic. in ultima quæstione de stat. Monach. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum col. 38. n. 81. de consecipt. Tamburrin. de jur. Abb. tom. 1. disputat. 13. quæst. 4. n. 6. & 7. Card. de Luc. de Regularib. disc. 77. n. 5.* Et quoad Episcopum Episcopatui renunciantem habetur *in cap. 1. de ordinand. ab Episcop. qui renunc. Episcopat. ubi Innocent. Abb. Hostiens. cæterique Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 18. n. 10. Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 17. n. 5. & seqq. Ricciull. lucubrat. Ecclesiastic. lib. 2. cap. 4. per totum Franecs. de Eccles. Cathedralib. cap. 17. n. 96.*

Respectu verò actuum, quibus innitebatur Abbas pro corroboranda sua Jurisdictione quasi Episcopali, attulerant è converso iidem scribentes pro Episcopo usque ab initio propositionis Causæ multiplicem caterva aliorum actuum in oppositum militantium pro eodem Episcopo unàcum confessionibus ipsorum Abbatum agnoscentium pro proprio Diœcesano eundem Episcopum, sive mediantibus enunciativis ab eis factis *Herbipolen. Diœcesis*, sive mediantibus præsentationibus factis ab Abbate ad quamplura Beneficia ab finem, ot Episcopus tanquam proprius Diœcesanus illos in- 3
stitueret, sive etiam perpensa formali oppositione facta per Episcopum, ne Abbatia erigeretur in præjudicium suæ Diœcesis in Episcopatum, sive demum consideratis aliis enunciativis S. Sedis, libris que Cancellariæ Apostolicæ, unàcum gestis in ipso capite Monasterii, seù Oppidi Fuldæ, quibus licèt, *tam prima Decisio diei 28. Junii 1700. §. Reliqui enim ex eis cum seqq. coram Eminentissimo D. meo della Tremoille*, quam tertia, & novissima *diei 27. Aprilis 1705. §. Secundo educebatur alias IX. cum seqq. coram Reverendiss. Molines Decano.* vigore Folii postmodum concordati in discrepantia legitimitatis scripturarum respondisse curaverit, attamen eosdem actus è conoonverso approbaverat *Secunda Decisio 10. Februar. 1703. §. Adstipulatur secunda coram eodem Reverendissimo D. meo Molines Decano.* Quando cœteroquin favore habentis juridicam assistentiam pro exercenda Jurisdictione, vel ex capite bene comprobatæ situationis intra limites Diœce-
86. sis, vel saltem adiacentiæ, ut supra, non solùm actus numero minores superabundant pro excludenda contraria observantia, sed exuberant paucissimi, & secundum aliquos etiam unicus actus in oppositum *Bald. in cap. querelam num. 23. de Elect. Canonistæ in cap. cum Ecclesia de caus. possess. & propiet. Dec. consil. 215. nu. 2. Rota decis. 912. num. 8. coram Bneatt. decis. 24. num. 35. & 36. part. 10. decis. 382. num. 13. & 14. par. 16. decis. 375. num. 6. par. 18. Recen. in Surrentina Jurisdictionis inter hactenus impressas coram Me: decis. 31. num. 6. in Brixien. Jurisdictionis 5. Julii 1688. §. & frustra coram Eminentiss. Caprara, & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Prout etiam coram Rever. ndiss. P. D. meo Molines Decano.* Et actus exerciti in una parte Diœcesis utique se extendunt ad
87. omnes, & ratione contiguitatis, & continuationis universalem quoad omnes præservant Jurisdictionem sicuti prosequuntur *Lotther. de re beneficiar. part. 1. quæst. 24. num. 210. De Ros. de residens. Episcopor. cap. 4. sect. 6. nu. 441. Rot. decis. 63. num. 13. post Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. & decis. 491. num. 6. par. 1. Recentior.*

Præter hæc majorem, & forsan certissimam exclusionem prætensæ activæ, ac dativæ Jurisdictionis quasi Episcopalis sibi promeruissent

sent quoties ab omni labe suspicionis, sive suppositionis detecta extitissent immunia asserta solemniter gesta in generali Synodo Moguntina *sub anno* 1048. in ea etenim Teste *Brover. in antiquit. Eccles. Fulden. lib.* 4. *fol.* 292. interveniente præsentia, & assistentia *Henrici Imperatoris* ad conquestionem Adelberi Episcopi Herbipolensis, quod Abbas *super se, suosque Monachos, & locum Fuldensem Episcopalem potestatem denegaret*, viceversa Abbas proferens in medium Apostolica, & Imperalia Privilegia dolebat, *quod Archidiaconi Episcopi Herbipolensis frequenter veluti infensi in habitatores loci Fuldensis exacerbescerent*, commotio hæc sedata remansit sub illa æquitativa discretione, quod Episcopus *nec in Abbatem, nec in Monachos, nec in ipsum Monasterium ullam potestatem exigeret, vel exerceret*, ex opposito autem Clericus (sive Parochus, sive forsan Vicarius) ab Abbate præsentatus bannum accipere deberet ad Episcopo, & in aliquibus suburbanis villulis inter Fuldensem locum, & fluviolum Huna *placitum* haberet. Ac propterea ex hujusmodi actis in suo proprio lumine perspectis indubitabiliter resultasset, quod Episcopus, & non Abbas in contraversa ditione Fuldensi polleret Episcopali Ecclesiastica, & Spirituali Jurisdictione; *banni* etenim præservatio demonstrat agnitionem, quod Jurisdictio ordinaria resideret penes Episcopum, *ex Dugang. in Glossar. verb. bannum*, prout similiter verbum *placitum* præsefert facultatem ex Episcopi auctoritate concessam sedendi pro Tribunali, & judicandi, quemadmodum explicat *Emanuel Gonzalez. in cap. omnes num.* 9. *De Feriis, & Voss.*
88. *lib.* 4. *de Vitiis sermon. cap.* 16. *in fin.* & defacto non obstante quod *prima Decisio Diei* 28. *Junii* 1700. *sub §. igitur* hanc prorsùs probationem rejecisset, *Tribunal* tamen *in secunda Decisione diei* 16. *Februarii* 1703. illam admisit, & comprobavit *in §. In quorum omnium*.

Ast hodie rursùs prægustato, & ad malleum contradictionis revocato hoc documento, compertum fuit apud *Dominos* minus habens, primò quia Schedula, quæ desuper ex parte Episcopi proferebatur, originaliter apparebat omninò defectuosa, & non integra, cum eadem carthula deficiens fermè in octava parte, rectè perlegi nequiret, pluraque nomina subscriptorum desiderarentur, itaque coactus fuit Procurator ipsius Episcopi occasione exequutionis litterarum compulsorialium fateri (sunt verba præcisa) *se non exibere superiorem scripturam in qualitate originalis*: absque eo quod scripturæ,
89. tam informi fulcimentum aliquod auctoritatis præbere posset Archivium Episcopale, à quo talis senio nimis confecta copia extrahebatur, dum Archivium privatum, etsi Episcopale, nil operetur contra non subditum, ut citra scrupulum erat Abbas, ad ea, quæ perpetuò dixit Rota, & signanter *in decis.* 41. *per tot. coram Verall. part.* 1. *decis.* 34. *num.* 1. *coram Millin. decis.* 3. *num.* 15. *part.* 8. *decis.* 59. *num.* 18. *decis.* 379. *la seconda num.* 8. *part.* 13. *decis.* 628. *num.* 6. *part.* 18. *& decis.* 640. *num.* 5. *part.* 19. *recentior.* & in individuo connotavit *Cardinalis de Luca de Jurisdict. disc.* 12. *num.* 9. *tom.* 3. *Adden. ad Buratt. decis.* 667. *num.* 20. *Rot. decis.* 186. *lib.* 3. *coram Puteo decis.* 65. *num.* 1. *& decis.* 90. *num.* 2. *coram Martin. Andr. dec.* 642. *num.* 1. *coram Seraphin. decis.* 549. *num.* 1. *&* 2. *part.* 4. *diversor. decis.* 313. *part.* 9. *& decis.* 498. *num.* 58. *part.* 19. *recentior. & Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. *§. Tum quia coram bon. mem. Bourlemont.*

Secundò vehementius quia etiam in recta chronologia hujusmodi obsoleta chartula vacillabat, cum nullibi liqueret, quod Æcumenica Synodus Moguntina de qua supra, celebrata fuisset, seu celebrari potuerit in præsentia *Leonis Papæ IX. & Henrici* Imperatoris sub enun-
90. ciato *anno* 1048. uti sub data *tertio Non. Febr. anno Domini Incarnationis* 1048. *registrabatur in Summario Episcopi coram Eminentiss. de la Tremoille num.* 64. cum neque tunc temporis ad Summi Apostolatus Apicē foret evectus idem Leo perantea *Bruno Episcopus Tullen.* & ex nobili Francorum prosapia oriundus, quin potius *idibus* quidem *mensis Februarii, sed anno* 1049. Romæ extiterit consecratus, & paulo pridem electus, quemadmodum ex vetustis Indicibus Vaticani dignovisse testatur *Cæsar. Cardinalis Baronius in suis operosis annalibus Ecclesiasticis sub prædicto anno* 1049. *secundum impressionem Antuerpien. Typis edit. de anno* 1608. *tom.* 11. *fol.* 160. *lit. D. & E.* & sanior, & major pars scriptorum illius temporis affirmat, ut patet ex *Labbe, & Cossart. tom.* 9. *Concilior. fol.* 974. *col.* 1. *post init. P. Anton. Forest. Mappamund. Historic. tom.* 3. *fol.* 449. *Gaspar. Alvar. Roma in ogni stato part.* 1. *fol.* 265. *col.* 1. *Ciaccon. tom.* 1. *& Platin. in vita Pontific. in vita ejusdem Leonis IX. P. Thimot. de Termine in sua Chronohistor. lib.* 7. *ad* 1049. *Flavev. Cherubin. Bullar. Roman tom.* 1. *fol.* 2. *col.* 2. *Laert. Cherubin. Bullar. Roman. tom.* 1. *fol.* 11. *col.* 1. *Remig. Florentin. in Vitis Imperatorum fol.* 727. *& seqq. le grand. Dictionarie Historiq. tom.* 3. *litt. L. P. Gabriell. Bucelin. in suo histor. universal. Nucleo sub præfato anno* 1049.

Quin ulla præberi posset concordantia, seu conciliatio creationis, sive consecrationis hujus Pōtificis cum celebratione præfati Æcumenici Moguntini Concilii à diverso modo concipiendi, seu regulandi annale initium, sicuti plures de cætero differentias hujus computationis annotavit *Didac. Covarruvias variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. *in fin. & num.* 2. *Cyriac. controvers.* 397. *num.* 1. *Scac. de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1195. *Card. de Luc. de Pension. disc.* 26. *sub. num.* 8. *Rot. decis.* 385. *num.* 6. *coram Bicch. decis.* 571. *num.* 7. *coram Dunozet.*

 Jun.

Jun. & decis. 433. *num.* 10. *part.* 13. *rec.* quod nempe accipiendo ab incarnatione Divini Reparatoris *annus* 1048. perduraret nedum usque *ad idus Februarii*, *sed ad diem* 25. *Martii anni* 1049. dum juxta magis universalem Ritum Ecclesiasticum is incipiat à Nativitate ejusdem Domini Nostri Jesu Christi in præcedenti *mense Decembris* usque per totum eundem *mensem*
91. *Decembris* anni subsequentis, quia adhuc incompossibile erat, quod *à Nonis ad idus Februarii* ejusdemmet suppositi anni, & sic intra momenta paucorum dierum potuerit Romæ fieri, & quod plus est, posticipata consecratio Leonis, Moguntiæ verò celebrari antecedenter sub eodem anno Concilium, per ea, quæ in proposito similium discrepantium confrontationum habentur *apud Marant. controvers. Jur. part.* 3. *Respons.* 84. *num.* 27. & 62. *cum seqq. Farinacc. in prax. criminal. de falsit, & simulat. quæst.* 153. *num.* 170. *Rota post prim. volum. consil. ejusdem decis.* 132. *num.* 2. & *ibi Adden. litt. B. in fin. & decis.* 285. *num.* 1. *part.* 18. & *in Burgen. Jurisdictionis super Commissione curæ* 11. *Jun,* 1706. §. *Certius quia coram Me*.

Eoque perstringentius superaccedentibus geminis, immo tribus, nimiumque repugnantibus circumstantiis, altera, quod historica monumenta incontrovertibiliter testantur, quod viduata universali Ecclesia per mortem Damasi Papę extitit denunciatus in Urbe Roma in Summum Pontificem prælaudatus Leo IX. & insimul consecratus, ut diximus *de Mense Februarii* 1049. ideoque etiam posito, quod annus 1048. sub quo data asserti Conciliaris Decreti cantabat, sumpto initio ab Incarnatione duraret usque ad diem 25. *Martii* ad sensum informantium pro Episcopo ob Ecclesiæ Ritum, de quo superius, universaliter denominatum 1049. & præscindendo quoque ab insinuato, & intolerabili absurdo, quod Concilium antecederet consecrationem, per discrimen inter *Nonis*, & *Idibus*, prout præscindendo pariter, quod contra omnem possibilitatem idem Pontifex in tam brevi intervallo quatuor, aut quique dierum duplicasset ubicationem Romæ, & Moguntiæ, nihilominus si deficeret quoque præfata data decreti in designatione, & expressione Mensis, & diei, eo ipso quod tenemus ex omnium historicorum consensu Leonem fuisse Creatum, & consacratum de *Mense Februarii* de anno 1049. & quod ly 49. verteretur ad normam objecti in 48. quis dicat, quod in eodem anno 48. à mense *Februarii usque ad* 25. *Martii* valuisset *Leo* abscedere ab Urbe, pervenire Moguntium, indicere Concilium, & Decreta stabilire, ideoque hujusmodi minus exorbitans inverisimilitudo, ne dicamus physica
92. impossibilitas, ut juristæ dicunt, speciem induit falsitatis *Cap. non est verisimile Extrau. de Præsumpt. ibique scribentes Bald. in l.* 1. *C. de ser. fugit Boer. cons.* 40. *n.* 48. *Gravett. cons.* 28. *n.* 1. *Cephal. cons.* 287. *n.* 21. *Surd. cons.* 132. *n.* 21. & *cons.* 135. *n.* 15. *Bonden. Collect. legal.* 17. *n.* 33. *vol.* 1. & *Collectat.* 27. *n.* 95. *vol.* 2. *Sperell. decis.* 28. *n.* 65. *Rota de Testam. decis.* 23 *in Antiq. decis.* 173. *sub n.* 6. *part.* 4. *recent.*

Altera non minus valida circumstantia manifestissimè in idipsum conspirabat, quia ex testimonio pariter uniformi historicorum evincitur, quod *Leo* post ejus creationem in Urbe sequutam, & aliqualem moram in Italia traductam Gallias petiit, & inibi celebravit Concilium, quod nuncupant Rhemense, posteaque Moguntinum, ut præ cœteris refert *Oldovin. in addit. ad Ciaccon. in vita Leonis IX. tom.* 1. *pag. Mihi* 793. *versic. post Rhemensem Synodum*. qua propter eo palpabilius nemo non videt, quantum erat impossibile, quod Concilium Moguntinum potuerit tam celeriter convocari, nedū in eo aliquid decerni, & stabiliri sub eodem *anno* 1048. ab Incarnatione aliàs vigore obiecti 1049. ab idibus scilicèt Februarii usque ad 25. *Martii* inclusivè, ita ut ostensa, firmataque hac impossibilitate materiali; dici posset (quatenus
93. oporteret) etiam probatâ negativâ coarctatâ ad normam eorum, quæ tradunt *DD. in cap. ex tenore extrau. de Testib. Boss. in tit. de defens. reor. num.* 24. & *seqq. Franc. Herculan. in tract. de negativa. n.* 195. *Farinacc. prax. criminal. tit. de opposit. contr. dict. Test. quæst.* 65. *num.* 218. & *seqq. Gram. decis.* 56. *num.* 4. *versic. & iste est modus*.

Et denique semper robustius, quia si qua versatur discrepantia inter historicos in subjecta materia Concilii Moguntini in ordine ad tempus, illa est, quod plurimi putavere, quod hujusmodi Synodus Moguntina non nisi de anno 1050. prodierit, ex plenè digestis per *Cardinalem Baronium loc. citat. ad relat. anno* 1049. *impression. Antuerpien. tom.* 11. *fol. Mihi* 176. *sub litt. E. in fin.* Sicque tantum abest, quod verificabile sit tempus in data prænominatæ copiæ, seu chartulæ *ann:*
94. scilicèt 1048. ut potius augeantur fulcimenta & testes historici à fortiori in contrarium, vulgato argumento *Auth. Multo magis Cod. de Sacrosanct. Eccles. Euerard. in topic. legal. lib. loc.* 65. *Petr. Andr. Gammar. in Dialog. legal. lib.* 2. *loc. a minori ad majus Thom. de Tomass. in florib. leg. regul.* 52. *Marc. Antoni. Paulut. dissert. legal. tom.* 1. *dissert.* 50. *artic.* 2. *num.* 187.

Cogitabat aliquis, an adhuc aliquo modo (salvâ semper, & in suo robore remanente illegalitate hujus copiæ) concordari possent hæc tempora, & scripturæ; quoniam cum nonnulli voluerint, quod prædictus Imperator Henricus elegisset, seu nominasset *Brunonem* postea *Leonem* in Pontificem, valuisset proinde dari casus, quod is antequam Romam arcesseret, interfuisset huic Concilio Moguntino, & probabiliter composuisset hujuscemodi amaritudines etiam pridem à longo tempore assiduè vigen-

vigentes inter Episcopum Herbipolen.& Abbatem Fulden; Verùm præterquam, ut solidè demonstrat *Baronius*, nil aliud egit in hoc facto Imperator, quàm ad instantiam Cleri Romani, seu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium non bene convenientium de persona creandi Pontificis, tantummodò *delegeret*, *sed non elegeret* Brunonem, ut cum *Leon. Ostiens. lib. 2. cap. 82.* probat *Baron. in annal. Ecclesiastic. loc. de quo supra ad ann.* 1049. *sub initio dict. Impress. Antuerpien. tom.* 11. *fol. Mihi* 160. *sub litt. C.*

Attamen robustissimè semper urgebat enunciata impossibilitas, quoniam opus fuisset, quod *nonis Februarii* 1048. *Bruno* non adhuc consecratus moram traheret Moguntiæ, & *idibus ejusdem Mensis Februarii* Romæ consecraretur quinimo præcisivè etiam ab hac fatali impossibilitate, necesse pariter extitisset, quod in brevi mensium circulo duo Moguntiæ fuissent habita Concilia, unum ante consecrationem Leonis, alterum post, cum nemo inficietur, quod post assumptionem Leonis certo certius fuerit Moguntina Synodus in ejusdem *Leonis* præsentia celebrata, quando hujusmodi celebratio duorum Conciliorum in Civitate Moguntiæ pugnat cum toto agmine historicorum ex iis, quæ videre est *apud Labbeum, & Cossartium tom. 9. Concilior pag.* 1046. *& apud concil. generalia juxta edition. Reg. Parisiens. tom.* 25. *pag.* 555. *Adam. Bremen. lib.* 3. *cap.* 31. & cum Juris resistentia, quæ pluralitatem nusquam
95. præsumit, sed potius errorem *cap. in præsentia versic. verum il 2. de probation. l. omnium Cod. de Testam. leg. fin. Cod. de reb. credit. Everard. in topicis legalib. loc.86. Ruin. consil.* 141. *num.* 12. *lib.* 5. *Mascard. de probat. conclus.* 1174. *num.* 4. 8. *&* 23. *Menoch. de præsumption. lib.* 6. *præsumpt.* 15. *num.* 1. *Sebast. Medices ad regul.* 4. *num.* 15. *&* 16. *Rota decis.* 248. *num.* 13. *part.* 18. *recent.*

Collabente itaque hoc substentaculo prætensi Decreti Conciliaris Moguntini, sed adhuc supradictis omnibus invicem collatis, & denuò ad singillarem librationem per *Dominos* perpensis, major profectò pars existimavit revera non posse in statera justitiæ, & in sensu disiunctivo firmari favore Abbatis propriè, & fundatè secundum caput prætensæ Jurisdictionis activæ, seu dativæ, Verùm ut quoque innuebat *prælaudata brevis Decis. Reverendissimi D. mei Decani*, major etiam pars, *ac fere omnes* convenere in reputando, quod supradicta omnia iterata privilegia, nec non diplomata Pontificia, & respectivè Cæsarea cum reliquis actibus ab inde subsequutis in opposito sensu conjunctivo, sufficientissimè opitularentur Abbati, ad finem stabiliendi tertium caput præscriptæ saltem Jurisdictionis; cum quid quid sit, quoties aliquis Prælatus Inferior intendat præscribere adversus Episcopum cognitionem
96. causarum criminalium, in quibus profectò terminis decernente Sacro Concilio Tridentino in *sess.* 24. *cap.* 20. *§. ad hæc de reformat.* hujusmodi cognitionem privativè spectare debere ad ipsum Episcopum, *Sacra* deinceps *Congregatio* ejusdem Concilii Interpres, præservatam minimè intellexit favore Prælati Inferioris præscriptionem quadragenariam etiam cum titulo, seu privilegio non litterali; Sed solam immemorabilem, prout testata fuit *Rot. in Theatina Jurisdictionis coram Coccin. inter ejus impress. decis.* 860. *&* 872. *& nuper coram R. P. D. meo Scotto sub die* 18. *Februarii* 1707. *in princip. & in §. Parum urgente quod.*

In genere tamen generalissimo Jurisdictionis exuberare titulum quoque juxta præmissa saltē coloratum juncta Quadragenaria præscriptio-
97. ne satis perspicuè effulgebat, nam quatenus attinet ad efficaciam solius Quadragenariæ præscriptionis per eam tolli *omnem actionem*, etsi agatur in materia Spirituali Decimarum inter Parochum, & Parochum indefinitè dicit *Textus in cap. Ad aures 6. de præscriptionib.* præscribi à simplici pariter Parocho cōtra proprium Episcopum quartam Decimarum, & oblationum defunctorum rescripsit, & ordinavit Archiepiscopo Salernitano *Alexander III. in antecedenti cap. de quarta eodem tit. de præscript. & ibi Vagnerec in jus Canonic. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 26. *cap.* 4. *verb. de quarta decimæ*; Et per Abbatem regularem non minus præscribi Jus Episcopale in plebe subdita Abbati, & adiacentibus illius capellis in eisdem gravissimis materiis cōcernētibus Institutiones, & destitutiones Plebanorū seu Parochorū, & Clericorum, in Baptismis Pænitētiis, sepultura cū similibus profitetur, expresse, & iniūgit *Innocentius III. in cap. cū olim* 18. *eodem tit. de præscription.* addito quod si interruptionem hujusce præscriptionis quadragenariæ, per actus ab ipso gestos non probaverit Episcopus, avelli posse super Ecclesiis ab Episcopali Thiaria quælibet jura, eaque transfundi valere in Abbatem regularem, remanentibus tantùm apud Episcopum actibus interruptis, & non præscriptis magis famigerata Sanctio est ejusdem *Alexandri III. in cap. auditis* 15. Sæpius laudato titulo de *præscriptionib.* & summant ibidem *Abbat. & Cardinalis, cum Bald. relati per Fagnan. in commentar. ad idem cap. Auditis num.* 1. *& in cap. cum olim pariformit. num.* 1. *eodem titul.* necnon plenius *Emanuel. Gonzalez. ibidem pariter sub num.* 1. *Florez. de Men. practicar. lib.* 3. *quæst.* 24. *Limchez. de jur. Episcop. cap.* 5. *num.* 46. *Loggofre in Synops. Decretal. fol.* 176. *Card. Balb. de præscription. prima par. quintæ par. principal. quæst.* 11. *n. infin. versic. quoad totale jus. de Luc. de Jurisdict. disc.* 12. *num.* 19. *&* 20. *Boer. decis.* 133. *n.* 10. *de Graff. decis. aur. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 36. *Rot. decis.* 2. *n.* 1. *versic. sed omnia jura de præscript. in nov. & decis.* 243. *n.* 13. *part.* 2. *rec.*

Quod eo facilius etiam circa jus instituendi ad re-

98. ad regimen curæ Animarum, etsi regulariter illud privativè spectet ad Episcopum per *Text. in cap. ex frequentibus de Institution. & cap. cum satis 4. de Offic. Ordinar.* procederet, quoties inferior præscripsisse contenderet idem jus instituendi nomine, & vice Episcopi, aut cumulativè cum ipso ea cumulatione, quæ causet præventionem, ut subdit idem *Gonzalez. in dicto cap. Auditis sub num. 9. circa finem* & plenè examinatū refert in *Sacra Congregatione Concil* i in quadam acri controversia inter *Episcopum Burgi Sancti Domnini, & Præpositum Gusseti* prænominatus *Fagnan. in eodem cap. Auditis ex num. 2. usque ad finem*, & rursus *in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possession. & proprietat. ex n. 24. pariter usque ad finem*, & ante eum tradiderunt *Cardinalis in Clementin. 2. de excessib. Prælator in princ. opposit. 6. Gilchen. de præscript. part. 3. cap. 10. n. 10. cum aliis, quos refert, & sequitur, Augustin. Barbos. de Offic. & potestat. Episcop. part. 3. allegat. 72. num. 186.*

Et eo itidem præcisiùs quoties eidem quadragenariæ præscriptioni titulus coloratus cōjungatur, nam etsi respectu juris instituendi præsertim ad proximè insinuatos terminos Jurisdictionis cumulativæ, censuerint etiam nonnulli titulum non requiri, adhuc eo superaccedente eam carere qualibet difficultate prosequitur *Fagnan. in dicto cap. cum Ecclesia Sutrina ubi supra*, ibique *sub n. 38. & sequent.* plura præbet exempla nanciscendi, seu deducendi titulū coloratum.

Quin immo dispungentibus Auctoribus, sive Doctoribus an Abbas, vel alius inferior juxtà dispositam in præcitato *cap. cum olim de præscrip.* quod enumerat octo capita Jurisdictionis, & nutavit *Fagnan. ibidem sub n. 23.* & alterum adjungit usque ad novem *Balb. de præscript. prima part. 5. partis principal. quæsit. 11. n. 10.* atque inter hæc in foro penitentiæ potestatem absolvendi in levioribus culpis valeat quoque eandem potestatem absolvendi præscribere in gravioribus, convenire videntur in hoc, quod in casu, quo idē Abbas, vel alius Inferior mediante vel privilegio Apostolico, vel legitima præscriptione habet omnimodam Jurisdictionē quasi Episcopalem excluso Episcopo, itaut sit in statu nullius Diœcesis, tunc utique queat præscribere etiam potestatem absolvendi in gravissimis culpis, sicque perneccesse, sive per necessarium antecedens supponūt Abbatem, aliumque Inferiorem absolutè præscribere posse omnimodam quasi Episcopalem Jurisdictionem in certa parte Diœcesis, ut inter istos *Scribentes*, seu *Doctores* signanter videre est stabilitum penes *Fagna. in dicto cap. cum olim n. 1. cum sequent.* & præcipuè *sub n. 22. §. Et in hoc primo*, & distinguen-
99. do inter potestatem Jurisdictionis, & ordinis, quæ postrema est imperscriptibilis, quia provenit ex vi consecrationis, & non ex iniunctione, sive delegatione Hominis per *Tex. in C. quāto ibique Innocent. & cæteri de consuetudin.* subsequitur idem *Fagnan. in cap. Nullus de Paroch. & aliena. Paroch. n. 3. & sequent. Cætialup. in tract. de union. impres. inter tractat. mag. par. 15. tom. 1. art. 3. n. 24.*

Ac propterea ad hæc, sive ad præmissam propositionem tres communiter modos designant iidem Doctores acquirendi statum *Nullius*, sivè Territorium veeè separatum, primum
100. videlicèt quādo in aliquo loco supprimitur actu existens Dignitas Episcopalis, eidemque loco præficitur Abbas regularis, vel alius inferior pro inibi exercenda Jurisdictione exemplo *Montis Cassini*: Secundum ubicumque per Sedem Apostolicam certum Territorium ab aliqua Diœcesi dismembratur, ibique pariter constituitur Prælatus Inferior cum Jurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & Populum excluso penitùs Episcopo exemplo pariter *Veteris Commendatarii Abbatiæ Castri Durantis*; Tertium tandem mediante præscriptione, ubi scilicèt Prælatus Inferior in certa parte Diœcesis tanquam proprium Territorium suprà Hominum memoriam omnimodam Jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & Populum privativè ad Episcopū exercuerit, quemadmodum de hisce tribus modis antiquiorum Schola Canonistarum examinata, & perpensa demonstrat toties laudatus *Fagnan. in dicto cap. Nullus ex num. 18. cum plurib. sequent. de Paroch. & alien. Paroch.*

Non adversante Doctrinā *Hostiensis in cap.*
101. *Cum contingat interdum de for. competen. num. 1.* ubi admittens solum PaPæ Privilegium maximè in loco Episcopo carente, & referens exemplum supradicti Abbatis Montis Casini, firmat, quod ex consuetudine nequeat alius Prælatus excepto Episcopo habere Territorium sub ea ratione, quod alias *in eadem Civitate, seù Diœcesi* (sunt verba præcisa) *essent duo capita, quasi Monstrum*, quod & videtur sensisse *Anton. de Butr. in eodem cap. cum contingat sub n. 17.* ubi tradit, quod solus Episcopus merum, & mixtum Imperium habet in Diœcesi sua, & quod idem merum, & mixtum Imperium tribuitur à solo Papa, quodque ad summum valet Inferior præscriptione tueri *quasi sub Episcopo*, itaut Episcopus habeat universalem Jurisdictionem saltem habitu, prælaudatus autem Inferior tantummodò in exercitio, idque placuerit *Abbati in d. pariter cap. cum contingat sub n. 18. in fin.*

Quoniam ultra quod capitalis Doctrina hæc *Hostiensis*, illiusque ratio etiam ad ejus sensum minimè congrueret casui præsenti, dum ut explicavit eum referendo *Abbas in cap. cum olim n. 4. de præscriptionibus* difficultas præscribendi Territorium contra Episcopum principaliter non cadit in Abbate exempto, à quò facilius jura Episcopalia præscribi valent, ob illud palpabile discrimen cadens inter exemptum, & non exemptum, quia non exemptus cum majori

jori absurditate deberet simul, & semel duo præscribere, exemptionem scilicèt passivam, nec non Jurisdictionem activam, quando tamen exemptus jam præexistens in statu veræ, & prout hic nativæ exemptionis vnum dumtaxat obicem superare, & præscibere debet, videlicèt prædictam Jurisdictionem activam, quantum verò lubentius in jure superetur unum ob-
102. staculum, & non duplex, dictat regula, sive adagium notissimum à contrario, duo vincula magis ligant, quam unum *cap. 1. de reg. & pac. Autentic. itaque Cod. commun. de success. leg. discretis 10. Cod. qui testam. facere poss. Alex. consil. 145. n. 6. lib. 2. Valenzuel. consil. 120. n. 31. tom. 2. Marant. controvers. Jur. part. 1. res. 20. n. 36. & respons. 21. n. 14. Rot. decis. 237. n. 9. coram Dunozet. Jun.*

Attamen indistinctè hujusmodi Hostiensis opinio ab ipsomet *Abbate* mordicus, & diametraliter impugnatur tàm *in dicto cap. olim n. 4. quam in præcitato altero Cap. Auditis* licet ibi non sinè magna inconstantia se referat ad dicta per eum *in dicto cap. cum contingat*, & quod si in certa parte Diæcesis à tempore, cujus non extat memoria Archidiaconus, vel alius Inferior exercuerit Jurisdictionem Ordinariam causas quascumque audiendo, & definiendo, in illa parte non valeat Episcopus opponere Officialem, ex quo generalis provisio *Textus* facta à *Bonifacio VIII. in cap. cum Episcopus de Offic. Ordinar. in 6.* non se extendat ad loca, quibus de Judice specialiter est provisum post *Arcbidiac.* ab eo relatum, & *Joa: de Imol.* præcisè firmat *Joa: Andr. iu dicto cap. cum Episcopus versic. per*
103. *hoc dixit Arcbidiaconus*, & quod præscriptione acquiri possit quidquid mediante privilegio valet obtineri ad non obscurè insinuata per *Cælestinum III. in cap. duo simul de Offic. ordinar. ubi Canonistæ, & Innoc. III. in cap. super quibusdam §. Præterea* pro regula tradunt *Fælin. in cap. si diligenti de præscript. Gabriel. commun. conclus. tit. de præscript. concl. 1. kochier. de Jurisdict. Ordinar. in exempt. part. 1. quæst. 6. per tot. Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 30. n. 212. Barbos. de Offic. & potestat. Episc. part. 3. alleg. 72. n. 186. in fin. de Ros. de resident. Episc. cap. 4. sect. 6. n. 416. R. P. D. Petra in relat. commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. fol. 141. num. 60.*

Quin etiam ullatenus subsistat ratio (quæ cæteroquin est anima legis) allata per *Hostiens.* in ordine ad monstruositatem duorum capitum in eadem Civitate, vel Diœcesi, ut enim illam destruendo connotavit sæpe *citatus, Fagnan. in dicto cap. Nullus sub num. 22. versic. Et quamvis Hostiensis*, & eum sub velamento defensionis tamen impugnans *Lotther. de re Beneficiar. libr. 1. quæst. 24. num. 208. & cum eo Tambur. de Jur. Abbat. Tom. 1. disput. 15. quæst. 9. à n. 9. ad 16. Cardi. de Luca de Jurisdict. disc. 1. à num. 27. & disc. 12. sub n. 20.* ipso, quod Prælatus Inferior præscribit adversus Episcopum Jurisdictionem in aliqua parte Diœcesis, iam hujusmodi Prælatus Inferior dicitur esse in statu Nullius, & sic extra illam eandem Diæcesim, in qua figuratum monstrum contingere debuisset, quodque à fortiori in rei veritate minimè
104. repugnet in aliqua Diœcesi Inferiorem posse habere proprium Territorium, & sub nomine *Diœcesani* venire, nemo est, qui dubitet, & expressè advertit *Glos. in Clem. unic. de for. competen. verb. Diæcesanis, ibique Cardinal. sub n. 2. versic. 4. quæro, & Imol. num. 38. Abb. n. 17. Recciull. Lucubrat. Ecclesiasticar. lib. 5. cap. 4. num. 8. Gratian. disceptat forens. cap. 212. n. 7. & 8. Ciarlin. controv. forens. lib. 2. cap. 220. num. 72. Cocbier. de Jurisdict. Ordinar. in exempt. part. 1. quæst. 8. Tamburin. de Jur. Abbat. lib. 1. disput. 15. quæst. 9. n. 206. Rot. dec. 40. num. 2. dec. 55. num. 1. & dec. 69. n. 7. post. eundem. & decis. 324. sub. n. 1. ad fin. versic. ideoque par. 1. recent.*

Et ideo quamvis *Fagnan. in dicto cap. nullus num. 22.* loquendo de tertio casu acquisitionis Territorii Separati per viam præscrptionis re vera loquatur de præscriptione, sive exercitio Jurisdictionis *supra hominum memoriam*, & ante eum, idipsum affirmaverit post *Arcbidiacon. & Joann. de Imol. Joann. Andr. ubi supra in cap. cum Episcopus de majorit. & obedient.* attamen *Doctores* quoque descendentes ad quadragenariam cui assistat titulus, & bona fides, illam ad hunc eundem effectum æquipararunt præscriptioni immemorabili, ut clarè resultat ex de-
105. *cretali Bonifacii VIII* quod incipit *Episcopum alias cap. 1. de præscription. in 6.* ubi sic comparativè ad præscriptionem quadragenariam, & immemorabilem positivè concluditur: *Ubi tamen est jus commune contrarium, vel babetur præsumptio contra ipsum, bona fides non sufficit, sed necessarius est titulus, qui possessori causam tribuat præscribendi, nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cujus contrarii memoria non existat*: ibique *Gloss.* cum qua procedunt exemplificando etiam in dominio maris variarum Nationum *Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 4. num. 72. Petr. Barbos. in leg. competit num. 59. & seqq. Cod. de præscription. 30. vel 40. annorum, Decian. lib. 1. consil. 24. num. 119. Adden. ad Gomez variar resolut. cap. 15. sub. num. 25. §. de præscriptione Jurisdictionis, Mascard. de probation. conclus. 214. num. 6. & 7. Larr. allegat. Fiscal. 68. num. 1. Franc. de regimin. Eccles. Christian. par. 1. lib. 3. disput. 70. n. 60. circa fin. Gamm. decis. Lusitan. 82. num. 9. & 10.* & post eos *Gonzal. in cap. de quarta num. 6. versic. cæterum de præscriptionibus, Rota decis. 91. num. 1. in fin. par. 1. decis. 1. n. 17. par. 4. tom. 2. & dec. 108. n. 9. par. 17. recent.* & in durioribus loquentes nēpe de præscriptione Juris cognoscendi causas criminales *Spad. cons. 193. num. 3. & seqq. lib. 2.* adducens privilegia exemptiva pro titulo colorato efformando *Rota decis. 21. num. 1. &*

2. part.

2. *par.* 14. *recent. Card. de Luc. de judic. disc.* 21. *num.* 42. ubi per dictionem *pene* parificat præscriptionem 40. *annorum* cum titulo colorato præscriptioni centenariæ, & immemorabili, & per *Textum* sæpius in primo articulo Jurisdictionis nativæ relatum, scilicèt *in cap. cum Personæ de privileg. in 6.* admittere ad eundem effectum Jurisdictionis criminalis æquiparationem immemorabilis, & quadragenariæ cum titulo videtur *Rota in decis.* 243. *num.* 13. *part.* 2. *recent.* quam refert *Barbos. de Offic. & potestat. Episcop. par.* 3. *allegat.* 127. *num.* 3. *in fin.* & ad præscribendum statum *Nullius* cum omnimoda Jurisdictione licèt ipse loquatur de immemorabili, adhuc idem procedere in quadragenaria cum titulo existimat *Tondut. quæst. beneficial. cap.* 60. *num.* 10. *par.* 1. *Tamburrin. de jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæst.* 9. *num.* 9. *Rosa de residen. Episcopor. cap.* 4. *sect.* 6. *num.* 453. *& seqq. Rota decis.* 335. *num.* 24. *par.* 13. *recen. & in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super. bono Jure* 7. *Junii* 1700. §. *quia immo coram bo. mem. Muto* cum aliis relatis concordantibus *in tertia decis. diei* 27. *Aprilis* 1705. §. *Posito quod Abbas alias* §. 16. *coram R. P. D. meo Molines Decano*.

Firmato igitur, quod explosa opinione *Hostiensis*, illiusque ratione, possit in genere Territorium Separatum præscribi, & infallanter quando præscriptio existat immemorabilis, quodque quadragenaria cum titulo colorato penitus æquipolleat præscriptioni immemorabili, vel centenariæ, consequi necessariò apud plerosque, immo fere omnes, ex *Dominis* videbatur, quod intercedente hoc spatio supra quadraginta annos exercitii privativæ Jurisdictionis, in
106. Abbate Fuldæ, titulus coloratus resultaret in gradu superlativo à tot superius examinatis privilegiis si non disiunctivè, conjunctivè saltem perpensis, quidquid enim esset, quando hujusmodi titulus fuisset obtentus à non habente potestatem illum concedendi, ut est Episcopus, & si contrarium velit quoque in hoc sibi diversus *Hostiensis in cap. dilecto filio de Offic. Archidiacon. sub num.* 24. profectò quoties tituli, seu privilegia noscuntur reportata à Sede Apostolica, ad quam unicè pertinet dismembrare Diœceses, hæc causare possint justam causam præscribendi, & hic sit ille titulus coloratus, & secum ferens justam causam præscribendi, qui communissimè reperitur admissus, solumque requisitus in hac materia, post longè examinatam materiam concludere videtur *De Ros. de resident. Episcopor. ca.* 4. *sect.* 6. *n.* 431. *&* 432. & cum eo *Imol. in cap. præposuit num.* 5. *de concess. præbend. Passarin. in cap. Episcoporum n.* 12. *cum seqq. & num.* 64. *cum seqq. de præscription. Dec. cons.* 119. *num.* 2. *vers. ex his confirmatur Lotter. de re beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 24. *nu.* 166. *& num.* 216. *& seqq. Card. de Luca de Jurisdict. disc.* 1. *num.* 11. & generaliter *Castren. consil.* 253. *num.* 4. *lib.* 1. *Rebuff. de pacific. possess. tract. magn. tom.* 15. *par.* 2. *fol. mihi* 542. *à tergo*, *Larrèa allegat. Fiscal.* 60. *num.* 3. *versic. & ille titulus*, *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 48. *n.* 31. *& artic.* 52. *num.* 143. *Ostasch. decis.* 116. *n.* 6. *Rota decis.* 94. *num.* 1. *lib.* 1. *coram Puteo*.

Et eo efficacius, quia præter hæc conjunctivè, ut præmisimus ponderanda privilegia longè efficaciorem titulum coloratum subministrare visa est lugubris historia præterlabentis olim sæculi *decimi sexti*, debacchante siquidem hæresi Lutherana per viscera Germaniæ, illius authores; quin immò, & subditi nobiliores ejusdem Abbatiæ ceperunt irruere super cultu, & dogmatibus Orthodoxæ Fidei introducere cōtendentes ritum illum aberrantem, quem nuncupant *Confessionis Augustanæ*, unde Balthaxar tunc Abbas Apostolicam protectionem, sub qua manebat, implorans, recursum habuit *ad san. mem. Gregorium XIII.* & quia in primis adscitis sub tanti Pontificis laude, & approbatione pro valido præsidio Presbyteris Societatis Jesu juxta luculenter recensita *in dicto Sūmario Abbat. num.* 27. *cum seqq.* Sanctitati suæ supplicaverat pro sui ipsius commendatione apud Cœsarem, defacto idem *san. mem. Gregorius XIII. sub anno* 1574. Maximiliano scripsit Imperatori, ut hanc Christi causā amplecteretur, & declararet licet Abbati per Imperii decreta collapsam *in sui Ditione* religionem restituere, in qua ea re ei subjecta, cuncti obtemperare deberent; sed parum ab initio juvit Abbatem Clementia, & intercessio Pontificis, Julius namque Episcopus Herbipolen. successivè de ann. 1576. Balthaxarrem Abbatem cum magno equitatu coegit ad liberè ei cedendam administrationem Abbatiæ; Cumque propterea Abbas acriorem querelam Pontifici obtulisset, novas litteras hortatorias super hac oppressione Gregorius Cœsari rescripsit, & respectivè novas alias, ut par erat minaces eidem Julio Episcopo Herbipolen. unde Maximilianus hisce omnibus permotus præcisè
107. mandavit Episcopo, ut abreptam Jurisdictionem Abbati restitueret, sic perhibens illud Imperatorium, & Principale brachium, quod Sacri Canones, & Æcumenicæ ordinationes sæpè sepiùs implorare non dedignantur, ut liquet *ex D. Augustino relat. per Franc. Arrias in tractatu de bell. & bellatorib. num.* 101. *cap.* 1. & ibi omnes *cap. quoniam in plerisque de offic. ordin. cap. statuimus de maledíction. cap. dilecto de sent. excommunicat. in* 6. *Sacr. Concil. Trident. sess.* 24. *de reformat. cap.* 8. *& sess.* 25. *de regularib. cap.* 5. *Archidiacon. in cap. periculoso num.* 5. *de stat. regular. in* 6. *Federic. de Senis cons.* 151. *n.* 5. *Rolland. cons.* 37. *num.* 2. *vol.* 4. *Put. in tract. de Synod. verb. Brachium in princ. num.* 2. *Bellug. in specul. princip. rubric.* 11. §. *tractandum à n.* 1. *Mart. de Jurisdict. part.* 1. *cap.* 49. *n.* 50. *Aloy. Ricc. prax. for. Ecclesiastic. part.* 1. *tit. de implora tion. brach. sæcular. resolut.* 278. *sub num.* 2.

num. 2. & resolution. 279. cum seqq.

Augusti sollicitudinem, & opem laudavit *Gregorius*, & ab humanis prærepto *Maximiliano*, delatoque Imperio ad *Rodulphum* Maximiliani filium in pluribus Epistolis modò ad eundem Rodulphum conscriptis. modò aliis Episcopis, & Principibus litteris datis sub expressione, quod Abbas *legitimus Pastor, & Possessor* esset Abbatiæ, & quod injustè ipsi fuerat adempta *possessio, & Jurisdictio*; quodque Episcopus Herbipolensis contentus esse deberet suo Episcopatu, nec *alienam Provinciam appetere, nec attingere deberet*, causam hanc, seu negotium celeriter obtruncandum commisit, seu delegavit ipsi Imperatori Rodulpho, ex quo certissimis (ut idem Pontifex dicebat) testimoniis cognoverat *Abbatis calamitatem, & miserum ejus Diœcesis statum*, infirmando insimul prius sicuti par erat, & penitus cassando, & irritan-
108. do cessionem prædictam, ita exigente justitia in actibus, & contractibus per vim, & metum extortis *l. si mulier. §. final: ff. quod met. caus. l. ultim. Cod. de iis, quæ vi, metusve caus. Institution. de except. in princip. Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 17. sub num. 37. Sperell. decis. for. Eccles. par. 1. decis. 25. num. 4.* nec non subiecta materia, de qua agebatur, cum præter Summum Pontificem nulli liceat cedere, vel
109. concedere Ecclesiasticam, & spiritualem Jurisdictionem ex notissimis, de quibus *Hostiens. in c. cum contingat n. 1. de for. competen. ubi Butr. num. 11. Panormit. num. 18. Pignatell. consultat. 97. num. 12. & 13. tom. 10. Rota dec. 395. num. 5. coram Emerix Jun. decis. 324. num. 2. decis. 220. num. 9. & 10. par. 9. & decis. 340. num. 9. & 20. par. 15. rec.*

Obiit interea Gregorius, eidemque successit *Sixtus* nuncupatione *Quintus*, acriterque monuit Episcopum Herbipolen. ne tentaret amplius *partem ullã Abbatiæ, & Terrarũ, aut juris illius* possidere, cumque nihilominus de anno 1589. memoratus Episcopus sategisset mediante persona Procuratoris Fiscalis in Parochialibus Ecclesiis Capituli Gaysa Ditionis Fulden. Sacrum solemne celebrare contra litteram expressam Privilegiorum Abbàtis, necnon easdem Ecclesias visitare, non desiit Officialis, seu Vicarius ejusdem Abbatis resistere, & contradicere, adeout frustra nonnulla peregerit idem Fiscalis, & usque ad tertiam vicem redierit pro explenda visitatione, quia tam idem Officialis, quam reliqui de Clero sese constanter opposuerunt per exhibitionem Privilegiorum, & per positivam negationem, quod Episcopus Herbipolensis foret illorum Episcopus, *de alio sibi Ordinario non constare* conclamantes, *quam de Fuldensi, dicto Summario ex num.* 48. *cum seqq.* Qui sanè modus, seu contradictio non solùm est solitum remedium exemptorum, sed est potentissimum requisitum ad solidandam præscriptionem, teste *Cardinal. de Luca de Jurisdict. discurs. 34. sub num. 30. vers. 3. contradictio ejus &c. & de Regalib. discurs. 135. num. 7. Rovit. decis. 97. num. 4. 6. & 21. Thesaur. decis. 16. num. 8. Afflict. decis. 388. num. 10. Adden. ad Buratt. decis. 38. num. 8. Rota decis. 213. num. 4. part. 4. decis. 226. num. 33. & seq. par. 7. & decis. 254. num. 21. part. 10. Recent.* cum aliis relatis concordan. *in Addit. ad decis. 50. num. 32. inter hactenus impress. coram metam. 1.*

Putavit sed incassum Episcopus ita contradictus, & rejectus posse censuris aggravare sub anno 1593. suos contradictores, verùm illico ab eisdem Censuris pro parte Abbatis interposita extitit appellatio ad Sanctam Sedem, & deinde ex altera parte Agentis præfati Episcopi Papæ porrectum Memoriale pro complenda incepta, & impedita visitatione super hujusmodi jure visitandi introducta, atque pendente in Sacra Congregatione Concilii, prodiit interim Sententia Rodulphi Imperatoris, cum consequutivo mandato directo ad Maximilianum Archiducem, & respectivè Magnum Ordinis Theutonici Magistrum ad hoc, ut *Abbati Fuldensi* (sunt verba præcisa) *suæ Diœcesis possessio plenariè, & omnimodè restituatur*, ad partes quoque iniugendo, Civibus, Subditis, & Ministris ejusdem Territorii Fulden. *quod* (pariter sunt ipsa verba) *prædictum Abbatem tamquam eorum Ordinarium, Dominum, & Regnantem Principem recognoscerent, dicto Summario num.* 56. absque eo quod de ejusdem Sententiæ validitate probabiliter ambigi posset, dum Imperator processit, seù procedere valuit ex speciali delegatione Papæ, de qua
110. supra; Pontifex enim quamlibet causam quantumcumque Ecclesiasticam, & Spiritualem citra hæsitationem queit committere, & delegare cuilibet Laico etiam privato ex communiter affirmatis per *Doctores in cap. Mennam 2. quæst. 4.* ubi *Gloss. & in cap. præter hoc, §. Ad hoc 32. distinct. Gutierez. Canonic. quæst. lib. 1. cap. 34. num. 38. cum seqq. Borell. de præstant. Regim. Catholic. cap. 71. num. 2. & seqq. Belliug. Specul. Princip. rubric. 11. §. Videndum num. 17. in fin. & rubr. 22. §. Et quia num. 43. Cardinalis de Luca de Benefic. discurs. 73. sub num. 8. Sperell. decis. 8. num. 50. Rota decis. 114. in fin. part. 2. diversor. in Nullius, seu Legionen. Jurisdictionis super bono jure 23. Martii 1703. §. Siquidem coram me. Nullius, seu Provinciæ Hispalen. Juris amovendi Vicarium 21. Februarii 1707. §. Non obstante, quod alias il 6. coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano.*

Debito non minus, & felici pariter successu assequutus est Abbas, quod post biennium à die lati Judicii per Imperatorem, prænominata Sacra Congregatio Concilii re maturè dispuncta excitandam censuerit per litteras in

forma

forma Brevis Jurisdictionem, aliàs ei competentem nempe, ut *in locis sibi pleno Jure subjectis Jurisdictionem quasi Episcopalem exercere, visitationem obire, Parochos instituere, cæteraq; ad eamdem Jurisdictionem pertinentia peragere valeret*; idque latiùs explicando, Pontificio munimine roboravit *san. mem. Clemens Octavus, dicto Summario num.* 58. & hoc pariter ipsum, & sub eadem intitulatione Clementis ejus Prædecessoris, scilicèt *Abbati Monasterii Fuldensis Ordinis Sancti Benedicti Nullius Diœcesis Provinciæ Moguntinæ* ferè ad litteram repetiit *san. mem. Paulus V. dicto Summario num.* 60. & nuncupationem *Nullius* pariformiter in commissione regiminis, & administrationis tàm in Spiritualibus, quàm in temporalibus facta Joanni Bernardo Successori per obitum Balthaxaris in eadem Abbatia Fulden. adhibuit *san. mem. Urbanus VIII. de anno* 1623. proindeque hisce omnibus in unum collectis quis neget à tot munimentis Sedis Apostolicæ, & à firmo judicio duorum Majorum, & verè Magnorum Ecclesiæ luminarium Papæ scilicèt, & Imperatoris non sesultare exuberantem titulum coloratum, quive citrà scrupulum ad sensum superiùs ad ductarum auctoritatum præbere posset justam causam præscribendi in Abbate, sive possidendi proprium Territorium tanquam separatum, eoque adamussim animo, quem explicitè, & pernecessè tenuere, nedum Cæsar, sed & plures Pontifices, dum in longè fortioribus ad similes, & debiliores Juris effectus justissimam causam
111. præbent etiam meræ opiniones insignium Doctorum, & Tribunalium, ut uno ore conclamant, *Bero, consil.* 1. *num.* 3. *lib.* 2. *Caren. resolut.* 204. *num.* 7. *Adden. ad Gregor. decis.* 149. *num.* 7. *decis.* 1270. *num.* 3. & 4. *coram Emerix Junior. in Hispalen. Juris præsidendi in Choro* 2. *Julii* 1700. §. *Atque id in fin. coram Reverendissimo dell'Olmo Episcopo Conchen. in Mindonien. Observationis Constitutionis prima Martii* 1706. §. *Eoque fortiùs, & in Firmana Legitimæ* 27. *Januarii* 1707. §. *Quinimmò non defecere aliàs il* 7. *in utraque coram me*, & magis in individuo *Felin. in cap.* 4: *num.* 24. *de præscriptionibus, Bald. in leg. Judicia in fin. Cod. de rei vindicat. Alex. in leg.* 1. *num.* 4. *ff. de eo per quem factum erit*.

Neque fortitudo, seu firmamentum hujusmodi actorum valebat in minimo enervari sub opposito prætextu, quod signanter Episcopus non fuisset lacessitus, sive auditus occasione resolutionis, ut supra captę per *Sacram Congregationem Concilii*, aliorumque omnium, quæ supervenerunt; Quoniam Cæsaris gesta ignorare non poterat Episcopus, cum idem Cæsar ex Pontificia commissione & respectivè ex munere Imperatoriæ suæ Dignitatis sub positivo sequestro tenuisset regimen Abbatiæ cum expulsione ejusdem Episcopi, quando de reliquo res erat adeò notoria cum appositione manuū tot Pontificum, ut nullum, sivè in Germania, sivè in Curia Romana posset clamorosum latere negocium; Sacra verò Congregatio non solùm de stylo minimè consuevit unquam inaudita Parte respondere, sed quod plus est, nonnè Agens ipsius Episcopi illum per supradictam Epistolā indubitanter certioravit de Memoriale porrecto, & de pendentia litis in Sacra Congrega-
112. tione, adeoùt opus hactenus non foret ad eversionem objecti ingredi quæstionē an Agēs, seù Procurator præsumatur certiorasse suum Principalem; de qua *Cardinalis de Luca de Judic. discurs.* 6. *num.* 19. & *discurs.* 18. *num.* 53. *Rota decis.* 127. *num.* 4. *coram san. mem. Gregor.* & plenè ibidem *Addea. num.* 10. & *seqq. decis.* 307. *num.* 3. 7. & 8. *coram Burat.*, ibique *Adden. litt. A* & *decis.* 152. *num.* 8. *coram Cardinal. Cels.*

Constabilito proinde primo ex geminis requisitis, Privilegio scilicèt, seù titulo plusquam colorato, restabat in sensu *omnium* fermè *Dominorum* disquirendū secundum, scilicèt utrum tempus privativi exercitii hujus omnimodæ, & quasi Episcopalis Jurisdictionis ab Abbate demonstraretur in hodierna disceptatione integraliter perfectum, & absque interruptione completum per toties memoratum spatium *annorum* 40. cum hoc præcipuè sibi vindicare cogatur quælibet præscriptio nimirum, ut illa de-
113. beat esse penitùs completa, ex quo perficiatur in ultimo momento, & respectivè, seu copulativè existat continuata absque ulla, vel minima intermediante interruptione per ea, quæ circa primam assertionem coruscant penes *Alciat. in leg. Annalus* 134. *de verborum significat. Cujac. in leg.* 3. §. *Minorem, ff. de minor.* & *in leg.* 5. *ff. qui Testament. fac. poss. Everard. Jun. consil.* 39. *num.* 36. *lib.* 1. *Balb. de præscript.* 3. *part.* 6. *part. principal. quæst.* 1. *num.* 11. *Rot. decis.* 304. *sub num.* 2. *part.* 1. *decis.* 114. *num.* 11. *part.* 9. *decis.* 21. *num.* 8. *part.* 18. *Rec.* & *in Pisauren. Rescissionis contract.* 5. *Maii* 1698. *coram me inter hactenus impress. decis.* 42. *n.* 15. & in puncto secundæ decernit *Textus in cap. Auditis*, & *in leg. usurpatio* 2. *l. naturaliter* 5. *ff. de usucap. Bald. in leg. unica Cod. de usucap. transfer. Cassanæus consil.* 64. *num.* 28. *Balb. de præscript.* 3. *part.* 6. *part. principal. quæst.* 4. *num.* 37. *Larrea allegat. Fiscal. part.* 1. *alleg.* 68. *num.* 28.

De hoc igitur lapsu plusquam quadragenariò quasi possessionis Abbatis in privativo exercitio activæ Jurisdictionis ambigere *Domini* nō potuerunt, cum in facto liqueret, quod ab *anno* 1602. sub quo prodiit Sententia Rodulphi Imperatoris usque ad *annum* 1688. sub quo hodiernalis, & Judicialis reclamatio ex parte Epis-
114. copi fuit introducta lapsi palpabantur *anni* 86. itaut si alii decem, vel duodecim anni defluxissent nedùm iterata quadragenaria, sed etiam inducta censeri valuisset omnium validissima centenaria ex iis, quæ abbreviando rigorem

gorem perfecti, & consumati temporis centenariæ habentur penes *Palm. allegat. 7. n. 56. pag. 74. tom. 1. Lotther. de re benefi. quæst. 7. lib. 2. num. 62. cum seqq. Cardinalis de Luca de Jurepat. disc. 57. num. 32. Rota decis. 142. n. 8. coram Buratt.* ibique *Adden. num. 17. in fin. decis. 809. n. 6. coram Amat. Dunozet. decis. 17. n. 4. decis. 18. num. 6. post Vivian. de Jurepat. decis. 509. num. 1. part. 5. & decis. 184. num. 3. part. 6. Recent.*

Ac propterea ultima amaritudo residebat in prætenso subalternante capite interruptionis ad formam dicti *cap. Auditis*; Sed præsupposito quod ab inde citra nempe ab *anno* 1602, usque ad *annum* 1688. Episcopus Herbipolensis nullum actum verè clarum, & non æquivocum, aut retorquibilem Jurisdictionis exercuerit in toto Territorio, Ditione, seu Diœcesi Fulden. & è converso quoslibet actus Ecclesiasticam spiritualem, & omnimodam quasi Episcopalem Jurisdictionem præseferentes pacificè peregerit Abbas Fulden. quin etiam constantissimè, & semper idem Abbas Fulden. fuerit à tota Curia, & Aula Romana, nec non Ministris S. Sedis, ac denique ab ipsis summis pro tempore Pontificibus recognitus pro vero Ordinario, & constitutus in statu *Nullius Diœcesis*, non solùm verbo tenùs, verùm etiam ex continuata commissione negociorum Ecclesiasticorum, & spiritualium, de quibus omnibus abundè refertum erat *dictum Summarium Abbatis ex num.* 59. usque ad *numerum* 74. & rursus ex *num.* 75. *cum pluribus seqq.* junctis depositionibus triginta Testium formiter examinatorum, & idipsum egredere concludentium; nullam interruptionem progignere posse, *Domini* authumarũt prætensas Concordias exaratas de annis 1613. & 1614. licèt enim eædem Concordiæ quoties importassent illud, quod prætendebat Episcopus, deservire valuissent pro interrũpenda præscriptione, sive ejus defluxu à prædicto *an-*
116. *no* 1602. usq; ad eosdem annos 1613. & 1614. cum illæ præseferrent indubitabilem scientiam alieni Juris scilicèt Episcopi, cum quo positivè fuit ratione ejusdem alieni juris inita convẽtio & transactio per Abbatem ad tradita per *Felin. in cap. illud num. 7. & 8. de præscript. Giurb. obser. 9. num. 19. Bonden. collect. leg. 77. n. 15. Balb. de præscript. part. 6. quæst. 4. num. 36. Tondut. de prævent. part. 3. cap. 11. num. 7. Rot. decis. 6. num. 7. & decis. 385. num. 1. lib. 3. coram Cassad. Adden. ad Pamph. decis. 134. n. 7. decis. 172. num. 6. coram Coccin. & decis. 356. num. 12. coram Eich. & in individuo decis. 221. num. 28. part. 13. rec.*

Attamen ultra quod prima concordia *anni* 1613. vix aliquid videbatur concludere in agnitionem Episcopi circa ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, quæ nec hodie prætendebantur ab Abbate, respectu verò concernentiũ jurisdictionem Ecclesiasticam, & spiritualem, super qua versabatur colluctatio, nihil pœnitus inibi apparebat stabilitum, nisi quod desuper eligerentur amicabiles Inspectores, & Compositores, & quoad alteram transactionem sequentis *anni* 1614. legebatur inibi dumtaxat, quod per modum puræ propositionis factæ à nonnullis Deputatis Fuldensibus in forma nullatenus obligatoria, *sed* (sunt verba præcisa) *ad Partium utrinque ratihabitionem*, aliqua dicebantur circa hanc Jurisdictionem in ordine ad quoddam locum, seu Capitulum, quod nuncupant *Carlostadianum*, ideoque cum nulla deinceps supervenerit ratihabitio, & hujusmodi tractatus non remanserit ullo modo, saltem per aliquem actum exequutioni demandatus profe-
117. ctò, & tanquam pendens à futura ratihabitione, & tanquam ineffectuatus nullam malam fidem valebat infligere Abbati, ex deductis per *Felin. in cap. cum olim in fin. de præscript. DD. in L. silendum §. Qui fundum ff. qui satisdar. cog. Guido Papa decis. 496. num. primo. Hjeron. Leo decis. Valen. 123. num. 5. & seqq. lib. 2. Rota decis. 103. n. 11. coram san. mem. Alex. VIII. & decis. 381. num. 17. part. 19. recent.*

Quis dicat quod cum ab inde citra, ut mox tetigimus, nusquam Episcopus in locis controversis quicquam peregit, & Abbas pacificè, & generaliter perseveravit in sua quasi possessione, confirmata magis, quàm obnubilata, non extiterit ejusdem Abbatis bona fides, secundum ea, quæ ratiocinata est, *Rota in Bononien. juris conferendi 22. Aprilis 1697. §. adhuc, & seqq. coram bo. me Ursino.*

Maximè dum in longè durioribus terminis quotidiè habemus, quod si non, ut ad præsens, per actus, & discursus merè extrajudiciales, verùm judicialiter appareat aliqua lis introducta, & contestata adversus possessorem, si is in
118. eàdem lite minimè postea succubuerit, neque hujusmodi effectiva, & judicialis contestatio idonea reputatur ad inceptam præscriptionem offuscandam, & interrumpendam juxta monitum *Felin. in cap. illud num. 17. de præscr. Balb. eodem tract. 6. part. princip. sext. part. quæst. 4. n. 37. Covarr. in regul. possessor. part. 2. §. 12. n. 4. vers. Secunda conclusio Rot. dec. 467. num. 1. coram Ludovis. decis. 75. num. 5. & decis. 490. num. 12. coram Peutinger. decis. 108. n. 614. & 15. coram Emerix jun. dec. 754. n. 17. part. 18. rec.* & in præcisis terminis *decis. 54. sub num. 23. coram Martin. Andr. & dec. 1027. num. 14. coram Seraph.*

Cæterùm ubi etiam per hypotesim vellemus quod prænarratæ concordiæ parturire valuissent hanc interruptionem, innegabilis erat decursus aliorum plusquam 40. *annorum* à præfato *anno* 1614. usque ad *annum* 1662. in quo ini-
119. ta conspiciebatur altera concordia, non enim præscriptio etiam semel interrupta impedit quominùs altera juridicè inchoetur, atque decurrat, prout neque præscriptio jam legitimè

completa per actus postea contrarios, dummodò non præseferant abdicationem quæsiti Juris ex ipsa jam consumata præscriptione valeat destrui, seu corrumpi, quemadmodum super prima conclusione observant *Abbas in cap. Auditis in ult. notab. num.* 10. *de præscript. & consf.* 94. *in fin. versic. item, & secundo Fagnan. in cap. si quis de regul. Garz. de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 107. *Trobatt. de effect. immemorabil. quæst.* 15. *artic. primo num.* 26. *Card. de Luc. de Judic. disc.* 21. *n.* 64. *Adden. ad Ludov. dec.* 718. *in fin. decis.* 296. *num.* 5. *coram Mantic. dec.* 718. *in fin. coram. Seraph. decis.* 739. *num.* 30. *coram Buratt. & decis.* 445. *num.* 9. *part.* 1. *recent.* & super altera, *DD. in l. ult. C. de præscript. Bartho. in l. cum acutissimi §. final. Cod. eodem tit. de præscription.* 30. *annor. Ruin. consil.* 118. *num.* 5. *lib.* 4. *Covarruv. in secunda part. relect. cap. possessor. de regul. jur. §.* 12. *num.* 7. *Balb. de præscript. in* 3. *part.* 6. *part. principal. num.* 13. *versic.* 4. *præscriptio Magon. decis. Florent.* 79. *num.* 7. *Rot. decis.* 285. *num.* 4. & 5. *part.* 19. *recent.*

Tantum vero aberat, quod ultima concordia prædicti *anni* 1662. extorqueri posset ad inducendam aliquam dimissionem Juris jam mediante plusquam quadragenario defluxu quæsiti eidem Abbati, ut potius ex illius lectura, *libere, relinquatur Abbati ejusq; successoribus, status, seu Character nullius Diœcesis habeatque:* ut ibi dicitur: *ejusdem Antistes in Clerum, & Populum Jurisdictionem ordinariam, privativè, qualis Prælatis Episcopis Inferioribus &c. sive de jure, sive ex consuetudine competit, hancque Jurisdictionem exerceat, ut hactenus exercita est*: hodierno *Summario Episcopi num.* 1. unde quomodo ad destructionem, & interruptionem juris quæsiti antecedenter, deservire queit, quod tendit ad ma-
120. jus robur, & efficaciorum confirmationem ex collectis per *Berto consf.* 7. *num.* 37. *lib.* 3. *Menoch. consf.* 75. *num.* 32. *vol.* 1. *Ruin. consf.* 17. *num.* 1. *vers. unde confirmatio lib.* 1. *Rot. dec.* 289. *num.* 14. *part.* 12. *rec.* & in individuo *dec.* 467. *num.* 5. *in fin. coram Seraphin decis.* 573. *num.* 13. *par.* 19. *recent. & in Leodien. Monasterii* 4. *Julii* 1498. §. 3. *demum versic. & quoad coram me inter hactenus impress. decis.* 61. *tom.* 1.

Et de facto id adeo verum præfulgebat, ut superveniens Episcopus Herbipolensis sibi præjudicialem reputans hanc novissimam Concordiam *anni* 1662. supplicaverit Sanctissimo Pontifici *san. mem.* Innocentio XI. pro illius irritatione, causamque prius desuper committi curavit, *clar. mem. Cardinali Cacciæ*, & dein *bon. me. Emerix Jun.* si etenim non extitisset magis confirmatum territoriale jus Abbatis ex hac concordia non provocasset, atque reclamasset Episcopus, quælibet enim reclamatio, & appellatio implicat prætensam læsionem, & gra-
121. vamen ad mentem *Textus in cap. at debitus, & cap. cum cessante de appell. l.* 1. *ff. de appell. recip. Palm. alleg.* 187. *num.* 39. *Gregor. Tolos. tract. de appell. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 1. *fol.* 461. *Censal. decis. Lucen.* 45. *num.* 6. *Censal. decis.* 23. *n.* 28. cum aliis in proposito adductis in *Cavallicen. Bonorum super expensis* 14. *Maii* 1708. §. *hinc Domini coram Me*.

Quid ultra dum ad magis, magisque corroborandum saltem abstractivè, seu generaliter in sua Ditione Fuldensi Jus Abbatis, tam prima, quàm secunda commissio appellationis, seu reclamationis obtenta, & *Sacro Auditorio* præsentata per Episcopū expressè profitebatur cum successivo mandato ad lites confecto, quod non totalis, sed super certis quibusdam, seu plurimis locis idem Episcopus prætendebat sibi vindicare usurpatam Jurisdictionem; Unde dum Episcopus nullatenus universalem in omnibus locis eam sibi competere contendebat, per necessarium utique antecedens fatebatur reliquum Territorium, & jus quasi Episcopale Juridicè existere penes Abbatem, cum similes
122. dictiones *plus*, & *minus* substantiam rei minimè immutent *leg. fin. ff. de fundo instruct. & in leg. legat. generaliter ff. de legat.* 1. *Ferret. in constitut. Cathaloniæ gloss.* 8. *num.* 155. *Marc. Ant. variarum resolutionum lib.* 3. *resol.* 39. *num.* 4. & exceptio firmet regulam in contrarium, ut post *Felin. in cap. quoniam frequenter num.* 1. & *seqq. ut lit. penden.* habetur annotatum *in Monasterien. Præpositura* 26. *Junii* 1702. §. *absque eo quod cor. Me*.

Frustranea proinde erat contextualis Episcopi expressio adiecta signanter in secunda commissione *diei* 3. *Aprilis* 1688. quod ob varias, *in Romano Imperio belli calamitates in superiori, & in eo Sæculo exortas, de facto prædicti ejusdem Episcopi Prædecessores impediti fuerint in eisdem locis pastorali officio invigilare*; quod sanè bellum hodie repetebatur fuisse signanter illud Sueticæ irruptionis sequutæ de tempore Gustavi Regis, quia præterquam in primis hæc ipsa expositio secum trahebat inevitabilem confessionem, quod sic possessio, & exercitium Jurisdictionis interim staret penes Abbatem, isque propterea fuisset ex hoc solo capite manutenendus, ut erat prima quæstio, seu Dubium in hac causa propositum, increpans quip-
123. pe se se fuisse spoliatum fatetur actualem possessionem, seu quasi, existere pœnes alterum, & donec probetur spolium semper tribuenda est manutentio possidenti *cap. in litteris de restit. spol. cap. licèt Episcopus de præbend. in sext. Gratian discept.* 899. *num.* 22. *Menoch. de retinend. remed. ultim. num.* 18. *Post. de manutent. observat.* 42. *num.* 134. & *seqq.* & *num.* 136. *Adden. ad Buratt. dec.* 194. *litt. C. Rota dec.* 582. *num.* 5. & *dec.* 555. *num.* 9. *coram Card. Seraphin. & in Cameriren. Manutentionis, seu Censuum* 23. *Junii* 1698. *coram R. P. D. meo Molines Decano impress. penes Modern. Asculan. ad Stat. Urb. decis.* 55. *num.* 21.

Adhuc

Adhuc nec subsistit hujusmodi allegatum impedimentum ad obtundendam vim hujus plusquam quadragenariæ possessionis; Siquidem non legebatur in historiis coactum unquã fuisse Episcopum Herbipolensem, ejusque Curiam Ecclesiasticã esse profugam à sua adiacente Diœcesi Herbipolen. & quod plus est quod in omnem casum non potuerit, prout antiqui Martyres, & Sancti Pontifices, inter quos præcipuè S. Clemens, etiam à Tyrannis relegati, seu in certam Insulam deportati, Ecclesiam regere ope nimirum Epistolarum, & Ministrorum, immo credibile non erat, & simul incongruum videbatur, quod ipse Episcopus ex Causa ingruentium bellorum pastorale Officium non impenderet erga proprium Gregem Herbipolen. quapropter nulla suberat ratio, quare pariter non valuisset frãgere panem Dominicum etiam, ut diximus in proximè adiacente Diœcesi Fulden. cum minus includatur sub majori sive parte, sive summa ad *Text. in cap. 1. de arbitr. in 6. & in leg. 1. §. si stipulanti ff. de verb. oblig.* vel saltem interea protestari debuisset, præter ea, quæ ad hoc obiectum evellendum bene fuerunt perpensa, atque firmata in præcedentibus Decisionibus videlicet *sub die 28. Junii 1700. §. impedimentum verò cum seqq. coram Eminentissimo Domino meo de la Tremoille 16. Februarii 1703. §. Nec demum refert. & 27. Aprilis 1705. §. prout eo minus aliàs il 27. cor. R. P. D. meo Molines Decano.*

Ista igitur, & ejusmodi quæ inferius veluti pro coronide adducentur extitere fundamenta, quæ *Dominos* impulerunt saltem, ut diximus unitivè cum prioribus Privilegiis Apostolicis ad definiendum statum *Nullius* favore Abbatis;

124\. Dissimulare tamen non libet dissonantiam ad hoc sensu unius signanter ex *Dominis meis hodierna die* suffragantibus, ut ita magis veritas elucescat, & quilibet dignoscat quanta cum maturitate, & quanta cum discussione librentur, seu cribrentur Causæ in Sacro Auditorio, quod ideo pandit præventivas Decisiones ex præscripto Pontificum, ut Collitigantes consulant quid sibi magis expediat in parando, vel deferendo defensionem, cum in substantia eędem Decisiones, quæ debent pręcedere Sententiam ferendam, & prius Partibus communicantur, habeant quodammodo simplicem vim motivorum, seu dubiorum, quibus bene sublatis ad effectivam Sententiæ prolationem devenitur, ut in aliquibus etiam exteris Tribunalibus, etsi titulo dubiorum, practicari testatur *Fontanell. decis. 461. per tot. Cas. Barzi decis. Bononien. in fin.* & collaudarunt *relati per Rot. in Reatina Fideicommissi 9. Decembris 1701. In princip. cor. Me.*

Is proinde *Dominus* in suo summoperè elucubrato suffragio in scriptis, ut moris est, *mihi* tradito durum in primis sibi dicebat apparere, quod postquam juxta enarratam facti Seriem, commissum fuit ad instantiam Episcopi hoc negocium Sacræ Rotæ super rescissione concordiæ *anni 1662.* signanter *coram bo. mem. Emerix* Tribunãl rescindendam censuerit ad ipsius Episcopi reclamationem eandem Concordiam ob non quæsitum, nec obtentum Apo-

125\. stolicum Beneplacitum, uti videre est in *Decisionibus bastenus impressis la 1028. & le 1267. cor. eod. b. m. Emerix Jun.*

Et tamen observatã eâdem Concordiã, & tali victoriã super rescissione in Rota non reportatã, aliquid considerabile remansisset pro Episcopo, non solùm nempe in ea conventum præfulgebat, quod integraliter in casu, quo calamitas præberet, quod per vim, aut aliam quãcumque viam Abbatia ad Acatholicorum manus devenisset, Jurisdictio Abbatiæ plenariè remanere deberet penes ipsum Episcopum Herbipolen. sed etiam in pacifico statu occumbente aliquo Abbate Fulden. quod semper illius pro tempore Successor Canonicè electus teneretur (sunt ipsa verba) *confirmationem Jurisdictiois in Spiritualibus* eidē Ecclesiæ Fuldē. in præfato recessu, seu Concordiã *concessa, ac etiam manutentionem ubi necessitas flagitaret per litteras petere:* Hodie verò ad sensum revidendæ Sententiæ Rotalis etiam hoc extimabile jus cujusdam innegabilis superioritatis penitus deperderet Episcopus, & maximè quando tunc temporis *Sacra Rota* præter defectum Beneplaciti credidit nihil ab illa, sic de cœtero sonante concordia recepisse eundem Episcopum, prout

126\. exigit de Jure quælibet transactio, quæ non tenet nisi aliquid hinc inde detur, aut remittatur, ut præcisè legitur *in dicta decis. 1028. n. 5. & seqq. & dicta decis. 1267. num. 1. & 2. coram bon. mem. Emerix. Jun.* & generaliter tradiderunt *Peregrin. consil. 37. sub. num. 28. lib. 1. Manent. consil. 142. num. 2. & 3. lib. 2. Urceol. de Transact. quæst. 100. n. 3. Rota post eundem decis. 3. num. 3. decis. 279. num. 1. coram Carill. decis. 164. num. 11. coram Cerr. decis. 75. n. 13. part. 16. decis. 277. num. 1. & decis. 650. n. 2. part. 18. recent. & in Romana Pecuniaria, seu Transactionis 17. Junii 1701. §. sed nulla cor. Me.*

Ast quicquid esset de hoc discursu cum in præsenti foret solummodò disceptandum de controversa Jurisdictione ex integro, itaut sibi deberet Episcopus imputare si, ut dicitur, Canes dormientes excitando proprio se lygone percussrat, præsertim cum *præfatæ Decisiones coram bo. mem. Emerix* Episcopo tantùm informante prodierint, subjungebat *idem Dominus* prætereundo duos præcedentes articulos, vel obiter tangendo scilicèt tàm super prætensa per Abbatem exemptione, sive Jurisdictione nativa, quàm super altera privilegiativa, seu Dativa, quarum respectu proculdubio reliquæ majori *Dominorum* parti sese conformabat; quod nec ullo modo credebat in jure, vel in facto subsistere tertium caput Jurisdictionis prescri-

ptę, seu præscriptivæ vigore prætensæ plus-
quam Quadragenariæ quasi possessionis Jurisdi-
ctionis exercitæ cum titulo colorato; Distin-
guendum etenim in jure replicabat, quod aut
erat quæstio, quam in substantia solùm exami-
nant quæcumque superiùs allatæ *Decretales*
utrum omnia jura Episcopalia distributivè in
suis particularibus, sive capitibus, & actibus
Jurisdictionis possent ab Archidiacono, Deca-
no, vel alio inferiori Prælato, multoque ma-
gis ab Abbate regulari jam exempto præscribi,
& tunc nõ levis pugna fuit inter nostros majo-
res Canonistas non jam quoad effectum, &
exercitiũ, dum in hoc præfatæ decretales erant
litteralissimæ, sed in ordine ad qualitatem, seu
titulum, convenientibus *Hostiense*, *& Anto-*
nio de Butrio in cap. cum contingat sub num. 17.
de for. competen. quod inferior valeat etiam ci-
127. tra Privilegium Apostolicum frui exercitio
omnium Jurium Episcopalium ex jure quodam
Vicario, seu, ut dicitur *sub Episcopo*, quia tunc
cessaret monstrum, quod duo forent capita
ejusdem Civitatis, seu Diœcesis, & hoc dictum
Butrii non improbavit, sed approbavit *Abbas*
Panormitanus in eodem cap. cum Contingat sub
num. 18. *in fin.* ut ibi ¦ *si autem vult quærere*
quasi sub Episcopo, ut Episcopus habeat universa-
lem Jurisdictionem saltem habitu, & ipse Præla-
tus Inferior habeat quasi sub eo, licèt exercitio ex-
cludatur Episcopus, & hoc mihi placet ¦ *& n.* 19.
postea *idem Abbas* exponit quid importet hu-
jusmodi habitus Jurisdictionis remanens penès
Episcopum, & de hac eadem consideratione
Vicariæ Jurisdictionis, seu sub Episcopo men-
tionem faciunt *Butr. in cap. cum contingat de for.*
competen. Gonzalez. in cap. Auditis num. 9. *ver-*
sus fin. de præscript. Gratian. disceptat. forens.
cap. 215. *num.* 18. *&* 19. *Balb. de præscript.*
part. 1. *quintæ partis principal. quæst.* 11. *n.* 4.
versic: quod procedit, Barbos. de offi. & Potestat.
Episcop. allegat. 72. *num.* 186. *in fin. Aloys. Ric.*
in prax. rer. quotidian. for. Eccles. part. 4. *resul-*
tat. 272. *sub num.* 4. *Rota decis.* 324. *sub n.* 12.
part. 1. *& decis.* 21. *num.* 14. *parte* 14. *Recent.*
Verùm à contrario quod etiam in titulum
proprium, & non quasi sub Episcopo omnia
Jura Episcopalia (semper tamen ut supra distri-
128. butivè sumpta) queat inferior, & maximè
exemptus per quadragenariam pręcipuè cum
titulo colorato præscribere absolutè firmat
prælaudatus *Panormitanus* non tantùm *in cap.*
cum olim num. 4. *de præscription.* sed & pleniùs
in dicto cap. Auditis num. 7. ubi nihil de cæte-
ro dicendo de tempore pręciso faciendæ prę-
scriptionis se extendit etiam ad certam partem
Diœcesis excluso in totum Episcopo, ut erat
casus in eodem *cap. Auditis*, in quo Abbas de
Hevescam non totum Territorium materiale,
quod ipse possidebat, sed certas Ecclesias in
valle de Hevescam prętẽdebat avulsas ab Epis-
copo, & à Cœlestino donatas, vel pręscriptio-
ne quęsitas, & quod non certam partem Diœ-
cesis Episcopi in abstracto, sed certam partem
Diœcesis, seu Territorii Prẹlati inferioris in-
telligat Textus summavit *Glossa Magna in dicto*
cap. Auditis ibi ¦ *Prælatus Inferior posset præ-*
scribere in certis Ecclesiis suæ Diœcesis totum Jus
Episcopale ¦ & hoc modo loquendi se expri-
munt, seu supponunt *Abbas ibidem sub num.* 1.
Hostiens. in cap. cum contingat. in princip. & sub
n. 1. *de for. competen. Joannes Andr. in cap. cum*
Episcopus versic. quod si Archidiaconus in certa
Parochia, de Majoritat. & obed. in 6. *Calderin.*
consil. 2. *sub rubric. de præscription. Balb. eodem*
tractat. de præscript. prima part. 5. *part. principal.*
num. 2. *versic. ideò potest Prælatus*.
Neque mirandum videtur, quod tàm *Glossa*
Magna ubi proximè, quàm *Abbas*, cæterique
usurpent vocabulum *Diœcesis* vice *Ditionis*, aut
Territorii relativè ad Prælatum Inferiorem,
quia istud vocabulum in genere *Diœcesis* est in-
differens ad significandum Territorium mate-
riale, seu locum, in quo quis aliqua etiã subal-
ternãte Ecclesiastica Jurisdictione fruatur, quẽ-
admodum continua ostendunt exempla, & tra-
dunt *Abbas in cap. veniens de præscription. n.* 2.
Felin. in cap. Rodulphus num. 19. *eodem titul. Al-*
beric. in Dictionar. jur. civil. & Canonic. verb.
Diœcesis Lavor. elucubrat. variar. tit. 1. *cap.* 8.
num. 11. *Rot. in Burgi Sancti Sepulchri Beneficii*
27. *Junii* 1703. *§. Insuper nonnulli coram Reve-*
rendissimo P. D. meo Molines Decano; Et ipsa Pa-
rochia, quæ citra Jurisdictionem Episcopalem
stat sub simplici Rectore, seu Sacerdote, ideò
nuncupatur Parochia, quia impropriè dicitur
129. ejusdem Sacerdotis parva Diœcesis ex con-
notatis penes *Vivian. de Jurepatronat. part.* 1.
lib. 2. *cap.* 7. *num.* 7. *& seqq. Rota decis.* 78. *n.* 26.
inter hactenus impressas coram me, & in Pampi-
louen. juris sedendi 28. *Januarii* 1707. *§. Nus-*
quam tamen pariter coram Me, & quod ad diver-
sos effectus, sive diversis respectibus, quis dici
valeat habere verum, & proprium Territorium,
ultra casum Parochiæ, vel Pręposituræ multi-
pliciter exemplificat *Petrus Ancharan. in dicto*
cap. cum contingat sub num. 9. *versic. istas usque*
ad fin. ejusdem numeri de for. competen.
Sed (subnectebat idem *Dominus meus*) quod
etiã ultra supradictas intelligentias totum Ma-
teriale Territorium possessum cum omnibus
Capellis, & Ecclesiis, & universo Clero, &
Populo laico in eodem toto Territorio mate-
riali degente possit per præscriptionẽ quadra-
genariam cum titulo colorato, vel sine, Præ-
latus inferior exemptus, vel non exemptus ex-
ploso in totum Episcopo circa omnia Jura non
distributivè, sed universaliter, & indefinitè in-
tellecta nancisci, & acquirere sinè claro, & ex-
presso privilegio Apostolico, vel saltem præ-
sumibili, & allegabili per possibile mediante
præscriptione immemorabili certè opinabatur,
quod nedum nullus Textus, sed vix aliquis pri-
vatus

vatus Doctor undequaque novissimus fortasse adinveniretur, qui hoc affirmaret, jam enim quoad Textus advertebat, quod Decretales supra relatæ id minimè dicebant, ut sunt *Cap. ad aures, cap. de quarta cap. cum olim, cap. Auditis de præscription.* & ipsum Magnificatum *Cap. cum Personæ de Privileg. in 6.* in primis non excedebat limites meræ exemptionis absque ullo transgressu ad activam Jurisdictionem in Populum, & Clerum: & dein supponebat semper superioritatem præexistentis Ordinarii, & denique ajebat de casibus particularibus correctionum, & declinationis à Foro, & ad hunc effectum admittit suffragari possessiionem quadragenariam cum titulo taliter colorato, ut inducere potuerit justam causam præscribendi.

Consequutivè idcirco advertebat, quod tam *iidem Textus*, quàm etiam *Scribentes*, qui determinarunt, vel respectivè censuerunt omnia Jura Episcopalia præscribi posse, nusquam intellexerunt, ut ob id concluderetur status Nullius, & quod dictio *omne* toto Cœlo non differret à *toto* itaut nusquam pariter cogitaverint, quod totale, seu totum Territorium materialiter pos-
130. sessum per Abbatem cum ibi degentibus mediante præscriptione Quadragenaria cum titulo colorato, vel sinè acquiri posset per inferiorem, non tantùm quia in hoc differt dictio *omne* à dictione *totum*, quia dictio *omnis* verificatur in pluribus, ac etiam in tribus, vel duobus, dictio verò *totum* non recipit è converso ullam divisionem, ut præter collectos per *Barbos. tractat. var. diction. 241. num. 9. & ferè per tot.* frequenter habemus in proposito Trebellianicę videlicèt, quod dictio *omnis* non impediat illius detractionem, sed benè dictio *tota Castren. consil. 28. n. 4. lib. 2. Soccin Jun. consil. 170. n. 33. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 888. num. 10. Mansf. consultat. 540. num. 20. & 21. Mangil. de imputat. disputat. 115. n. 28. & 30. Peregrin. de Fideicommiss. arti. 3. num. 88. & seqq. Rota decis. 14. sub num. 12. part. 15. & decis. 327. num. 4. part. 18. rec.*

Certius autem quia in casu præciso præscribendæ Jurisdictionis Textus magis amplus, & capitalis in hac materia nimirum in *cap. Auditis* octo solùm enumerat actus Jurisdictionis Episcopalis, qui possint præscribi, & Doctores ad summum se extendunt ad novem, ut constat apud *fere omnes Canonistas in cap. cum olim eodem titulo de præsciption. ubi signanter Hostien. sub num. 2. Joan. Andr. sub num. 4. Butr. num. 10. Abb. num 5. Fagnan. num. 11. Balb. eodem tractat. par. 1. quintæ partis principal. quæsit. 11. num. 9.*

131. Et quod non possit fieri extensio in hac eadem subjecta materia Jurisdictionis de casu ad casum, seu de specie ad speciem, nisi concurrat causa universalis, constantissimè tradiderunt ad *Text. in cap si Papa versic. his enim de privileg. in 6. cap. significasti ubi Gloss. verb. non egreditur de præscript. Abbat. in cap. P. G. n. 15. de offic. delegat. Bald. in cap. de causis num. 8. eodem tit. Bobadill. in politic. lib. 2. cap 19. sub num 13. Rot. decis. 167. num. 5. coram Bichio decis. 191. & decis. 556. num. 10. par. 19. rec.*

Immo *Calderinus* insignis Canonista in celebri *consil. 2. post titul. de præscriptionibus* complexivè ad omnia supradicta ponit quæstionem sic incipiendo: *An Archipresbiter cum Capitulo Ecclesiæ Cathedralis possit præscribere cum aliquo colorato titulo omnia Jura Episcopalia, & Jurisdictionem Episcopalem in aliquibus suis Ecclesiis, Monasteriis, & Prælatis, Rectoribus, Clericis, & quibuscumque Personis; Dico quod sic exceptis quibusdam &c.* & ut elici valet ex verbis mox transcriptis, & ex *toto consilio* excipit quidem plures casus, sed post generalem propositionem affirmatam *in verbo omnia*, illam aut distributivè, ut diximus, accipit, aut totaliter in aliquibus tantummodo locis, & certis Villis, & Ecclesiis ad normam *supradictæ Glossæ magnæ in c. Auditis*, & consonant *Abbas, & Hostiensis in sæpius relato cap. cum olim de præscriptionib. aliique mox adducti concordantes sub §. Certius autem.*

Quare optimè *Fagnan. in dicto cap. Nullus num. 18. cum seqq.* sæpe collaudatus in præcedentibus decisionibus bene descendendo ad casum veri Territorii Separati, & status Nullius Diœcesis sine expresso Privilegio Apostolico,
132. atque Pontificia dismembratione, vel subrogatione alicujus Abbatis in locum Episcopi præexistentis, omnino requisivit consuetudinem immemorabilem, nam hæc ad differentiam quadragenariæ cum titulo colorato dat facultatem allegandi titulum dismembrationis, & concessionis Pontificiæ, & quemcumque alium, ut dicunt, meliorem de Mundo, quod non facit, nec facere potest quęlibet inferior, & minus longa præscriptio ex traditis ad rem per *Gastill. controvers. in lib. 5. cap. 93. § 8. sub num. 31. & lib. 6. cap. 26. num. 69. in fin. Grat. disceptat. forens. tom. 3. cap. 42. num. 21. & 22. Rocc. disputat. Jur. selectar. lib. 1. cap. 7. num. 15. & seqq. & num. 21. & 22. Auendan. de Censib. cap. 8. num. 18. Trobat. de effect. immemorabil. quæst. 13. num. 56. Pecch. de Aquæduct. tom. 1. cap. 2. quæst. 3. num. 42. Adden. ad Molin. de Primogenitur. lib. 4. cap. 10. num. 10. Lotther. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 7. num. 59. Card. de Luc. de alienat. disc. 3. num. 12. Fontanell. dec. 586. num. 18. Rot. decis. 10. num. 16. coram Zarat.* & in præcisis terminis quadragenariæ cum titulo *Fajard. allegat. fiscal. part. 2. alleg. 33. n. 1768.*

Differentiam quoque evidentissimam supposuit adesse inter quadragenariam cum titulo, & immemorabilem *Sacra Congregatio Concilii*, nam cum in illa *Teatina Jurisdictionis de Athissa* disceptatum extitisset in *Sacra Rota coram Coccin.* an non obstante, quod locus Athissæ foret intra limites Diœcesis Theatinæ, & proindè Archie-

Archiepiscopus haberet intentionem fundatam super cognitione causarum criminalium, & Matrimonialium tam vigore *prædicti cap. cum Personæ de Privileg. in 6.* quàm *Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 20. §. Ad hæc de reformat.* & ab initio, seu tunc *Rota* remissivè tamen ad opinionem, quam tenuisset prædicta Sac. Congregatio, censuisset manutenendum esse potius Præpositum, quàm Archiepiscopum, ex quo idem Præpositus habebat pro se antiquissimam possessionem, & Privilegium juxta intelligentiam datam *cap. eum Personæ*, ut liquet *ex Decisione 706. cor. Coccin.* Nihilominus deinde, & *eadē Sacra Congregatio*, & eadem *Rota* maturiori examini subiicientes articulum an quadragena-
135. ria cum titulo, seu Privilegio possent re vera refragari Præposito, utrobique prodiit oraculum negativum, uti pariter elucescit ex *dec. 860. & decis. 872. coram eodem bon. mem. Coccin.* & signanter in *ultima*, in qua ad mentem ejusdem Concilii in *præcitat. sess. 24. cap. 20. §. Ad hæc* dicitur quod solum Concilium præservat immemorabilem.

Quodsi quadragenaria cum titulo sortiretur eandem efficaciam cum immemorabili ad finem constituendi Territorium verè Separatum, vel statum verè *Nullius* (in qua propositione contra Sententiam *Sacræ Congregationis*, & *Rotæ* nimium aberrare videbantur *Spada, Tondutus*, & *alii* loquentes de causis criminalibus, & Matrimonialibus), & ex præmissa ratione, seu comparatione simplex quadragenaria eum titulo, & non sola immemorabilis sufficeret loco Privilegii expressi dismēbrativi, non certè potuisset per *Sacram Congregationem*, & *Rotam* auferri Præposito Athissæ adducenti Privilegium, & antiquissimam possessionem, jus cognoscendi etiam causas Matrimoniales, & criminales. nam hæc potestas, & Jurisdictio cognoscendi causas criminales, & Matrimoniales, semper venit in sequelam citra scrupulum sub Territorio Separato, & sub statu *Nullius* Diœcesis, jam enim, & hanc denominationem *Nullius* in pluribus Bullis Pontificiis, & per eandem intitulationem ejusdem *Sacræ*
136. *Rota coram Coccin.* sibi factam, & nuper rursus comprobaverat in generaliori instauratione causæ Præpositus Athissæ *coram R. P. D. meo Scotto*, per ea, quæ circa easdem causas Matrimoniales, & criminales venientes, ut diximus in sequelam veri status *Nullius*, & Territorii separati dixerunt *Pagnan. in cap. Accedentibus à num. 20. cum pluribus seqq. Narbon. leg. 59. Gloss. 1. num. 66. tit. 4. lib. 2. recop. Barbos. ad Concil. sess. 24. de reformat. cap. 20. à num. 51. ad seqq. R. P. D. Petra in commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 2. fol. Mihi 147. num. 5. 6. & sequen. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 1. num. 10. Aloys. Ricc. in prax. rer. quotidian. for. Eccles. resolut. 271. per tot. Rot. decis. 39. per tot. & decis. 41. num. 1. & seqq. Post. Tamburrin. de jur. Abbat. tom. 3. & decis. 958. num. 6. coram Emerix. Jun.*

Et sanè (prosequebatur) fastidiosum nimis, & absonum videbatur, quod quis allegans titulum repertum ad malleum contradictionis inefficacem, seu insubsistentem per solū postea cumulativum spatium 40. *Annorum* fieret præcisivè à Charactere Ordinis, respectu universalis Jurisdictionis plenarius Episcopus, sivè Papa, & hoc ex causa simplicis oscitantiæ alicujus Episcopi, qui per *Annos* 40. regeret illam Ecclesiam intra cujus fines, vel adjacenter staret aliquod Monasterium, vel Abbatia. aut alia Dignitas, & destitisset inibi exercere suam Diœcesanam Jurisdictionem, vel quod idem est, obscitanter se gessisset in causis criminalibus & Matrimonialibus nulla intercedente differentia inter has, & reliquum Territorium, ex quo impossibile est, quod Episcopus non crediderit, aut scire non debuerit committi delicta, sive Matrimonia quotidiè in omnibus, & quibuscumque locis, ast quia è converso impossibile, vel nimium improbabile existit, quod plures, & plures Episcopi prout requiruntur ad complementum immemorabilis hujusmodi osti-
137. tantia detenti fuerint; hinc intercedēte diversa immò contraria ratione inter quadragenariam cum titulo colorato, & immemoraiblem diversimodè, sivè aliter erat statuendum, seu judicandum *cap. cum cessante de appellat. l. adigere §. Quamvis ff. de jure patronat. Mascard. de probation. conclus. 4. num. 54. Rot. decis. 499. n. 3. part. 5. decis. 278. num. 12. part. 12. decis. 212. num. 11. part. 14. & decis. 205. num. 6. par. 17. Recent.*

Neque subsistere (pariformiter subdebat) unquam posse sic abstractivè, & ad omnes effectus, quod Quadragenaria cum titulo in rei veritate æquipolleret immemorabili, jam enim *Cardinalis de Luca. de Judic. disc. 21. sub n. 42.* modificativam illam dictionem prudenter adhibuerat scilicèt *penè*, & non in omnibus hujusmodi æquiparationem procedere animadvertetat *Trobat. de effect. immemor. quæst. 14. artic. 2. num. 17. versic. non in omnibus*.

Aliique Doctores, quos ipse recognoverat, detegebantur, vel prolapsi in errorem, dum hanc parificationem satagebant adducere in supradictis terminis causarum Matrimonialium, & criminalium, vel generaliter obloquebantur de regula, quod acquiri valeat mediante præscriptione, quicquid acquiri potest mediante Privilegio, undè erant pernecesse intelligendi de præscriptione immemorabili, quia illa sola, & vix cētenaria in vim solius præsumptionis perhibet facultatem allegandi Privilegiū, & quemcumque alium titulum, & *Textus in cap. primo de præscriptionib.* minimè feriebat casum, quo requireretur prout hic Privivilegium Apostolicum dismembrativum, & concessum Jurisrisdictionis, sed tractabat de eo, qui conquerebatur,

rebatur,

rebatur, alium Episcopum prætendisse Decimas in alieno Territorio præscripsisse, & quia id est contra Jus, requisivit inibi nihilominùs *Bonifacius VIII.* quod vel adesset de medio immemorabilis, vel titulus cum minori præscriptione, sicuti etiam concludit, & non ultra, *Rota decis. 21. num. 1. & 2. part. 14. recent.* & de cœtero sat erat dicere, quod in fortioribus terminis centenariæ cũ titulo *Rota coram Cocci. dicta decis.* 872. sic in oppositum protestata fuit, & se se expressit; *Licèt alleget Præpositus dicendo quod centenaria cum titulo habeat vim immemorabilis, tamen omisso, quod Rota non sequitur istam opinionem, sed vult, quod de memoria, & initio in contrarium non constet juxta Gloss. in cap. primo in verb. memoria de præscript. in 6. &c.*

Addito quod cum præscriptio necessariò exquirat possessionem, seu quasi illius rei, vel Ju-
138. ris, quod quis præscribere intendat per *Text. in cap. sine possessione 3. de regul. jur. in 6.* unde dicitur veluti per adagium *tantum præscriptum quantum possessum*, Jus autem universale differenter ab illis octo, vel novem actibus, vel disiunctivè; vel particolariter recensitis in *dicto cap. Auditis*, & penes *Auctores*, non possit possideri, seu quasi per tempus præcisum, etiam centenarium, profectò nequibat idem Jus universale, tanquam quid potius concepibile, quã possedibile cadere sub præscriptione ad hoc, vel illud tempus limitata secundum ea, quæ post *Bald. in rubric. de præscription. In 6. col. final. versic. Item scias*, animadvertit *Balb. eodem Tract. de præscript. in prima part. 6. & ultim. part. principal. vigesimoctav. & ultim. not. n. 55.* & ideo quod sola immemorabilis possit inservire pro
139. acquirenda totali Jurisdictione, quasi Episcopali, utpotè consistens in sola negativa, & æquipollens possessioni in vim Privilegii allegabilis, & præsumpti cum hac dictione *sola* respondit *Rota* in illa celebri *Toletana Jurisdictionis 335. num. 18. part. 13.* cum qua conveniunt *Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept. forens. cap. 212. num. 13. Pignatell. consultat. canonic. 26. num. 18. tom. 2. Card. de Luc. in annotat. ad Concil. Tridentin. disc. 33. num. 40. eadem Sacra Rota decis. 10. num. 11. & decis. 21. num. 8 & 16. coram Zaratt. decis. 395. num. 1. & decis. 1111. num. 3. coram bon. mem. Emerix. Jun. decis. 153. num. 6. part. 11. decis. 511. n. 5. part. 19. recent. in Leoden. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Hinc non obstat coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, & 15. Martii 1700. §. Minusque coram R. P. D. meo Scotto, & in Firmana Jurisdictionis 15. Aprilis 1701. §. cum itaque, & in eadem super reservatis eadem die 15. Aprilis §. Et licet cor. prælaudato Reverendissimo D. meo Molines Decano.*

Et de facto à præmissa consideratione, quod Jus universale non sit, ut ità dicamus, possessibile, & consequenter nec præscriptibile, promovebat *idem Dominus* hanc consideratione͂, quod licèt pro parte Abbatis in *ejus Summario* registraretur magna series actuum præponderantium illis, qui pro parte Episcopi afferebantur, iidemq; magis dici possẽt immunes à responsione, quam illi in oppositum allati per Episcopum, & si viderentur hi tempora magis proxima fundationi percutere. non tamen constabat Abbatem, nec pro eo Informantes hoc demonstrabant, quod ipse Abbas exercuisset omnes, & quoscumque actus, qui venire possunt, & veniunt sub plenaria, & omnimoda Jurisdictione Episcopali, & de quibus Sacri Canones, Æcumenica Concilia, & Doctores nimirum circa officium, & potestatem Episcopi per voluminosos usque disquirunt tractatus, ac propterea quælibet semper præscriptio aliàs necessaria ad formam *Textus in cap. auditis*, ac aliorum absque adjutorio immemorabilis, vel privilegii expressi non poterat nisi, ut ità dicamus, particularizare, & per consequens quoque si aliquid remanebat non quasi possessum vel non exercitum, perseverabat sub illa linea universalitatis non cadente in his terminis, ut jam præmissum fuit propagatione de actu ad actum, de specie ad speciem, unde etiam si Episcopus ex parte sua nihil probasset adhuc tanquam ratione situationis Abbatiæ in sua Diœcesi ha-
140. bens juris assistentiam super eadem universalitate pro se debuisset interim universaliter manuteneri ex propositione, de qua milliès *Sac. Congregatio Concilii* relata per *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. primo num. 13. & decis. 9. num. 3. Posth. de manutent. observat. 85. num. 30. Carol. Anton. de Luc. in meliorat. ad de Marin. variar. resolut. tom. primo resolut. prima sub num. 10. versic. aut Abbas in fin. Rot. dec. 860. & 872. utrobique num. 5. coram Coccin. decis. 566. n. 6. coram Dunozzett. Jun. decis. 395. num. 16. cor. Emerix. Jun. decis. 304. n. 17. part. 11. dec. 334. num. 22. part. 13. Recent. in Tarraconen. Jurisdictionis 10. Maii 1700. §. Concurrente coram Reverendissimo P. D. meo dell'Olmo Episcopo Conchen. & in firmana Jurisdictionis super reservatis 15. Aprilis 1701. §. Et licet cor. Reverendissimo Molines Decano.*

Quæ sanè resolutiones Sac. Congregationis cum dicant, quod ipsa immemorabilis cæteroquin apta ob præsumptum privilegium includere hanc universalitatem, debet prius canonizzari per tres conformes, antequam denegatur Episcopo manutentio, asperum videbatur, quod ei fuisset interim denegata ob solam Quadragenariam cum titulo, sive hęc æquipollere valeat, sive non eidem immemorabili vulgato argumento *Auth. multò magis &c.*

Progrediendo autem ulterius *ipse unus* non modicam quoque difficultatem sentiebat in admittendo in hoc proposito, colorem illorum titulorum, qui ex parte Abbatis proponebantur subjungens, quod ad effectum, ut quadragenaria cum titulo non jam in materia tam gra-

vi efficiendi aliquem omnimodum, & effectivum Episcopum, sed simpliciter contra dispositionem Juris communis, *ut in d. cap. 1. de praescriptionibus in 6.* aequipararei posset immemorabili, hic talis titulus deberet esse clarus, & expressus, aliàs si ad suam trutinam revocatus
141. appareret minus habens potius impediret initium, atque decursum bonae fidei in praescriptione requisitae, idque adeo verum, ut ex nuda retentione Privilegii insufficientis, seù non non importantee illud, quod praetenditur, certo certius emergere talem malam fidem, quę inficiat possessionem cujuscumque longissimi temporis firmaverit *Rot. decis. 24. num. 2. & 3. cor. Caputaquen. par. 2. decis. 77. num. 6. & dec. 91. num. 3. cor. Cavaler. dec. 663. num. 25. cum seqq. coram Merlin. decis. 816. num. 13. cor. Cerr. & decis. 256. num. 9. & 10. coram Bich.* & ad rem prosequuntur *Rocc. disput. Jur. select. cap. 149. n. 141. Parex. de edition. Instrumentor. par. 2. titul. 10. resolut 2. num. 22. Turricell. de reb. Eccles. non alienand. cap. 28. num. 19.*

Et id circo cum juxta secundum articulum singula vetera privilegia agnita fuerint non excedere cancellos, & si amplissimae de coetero exemptionis, vel particularium, & ad partes concessarum praeeminentiarum, seu praerogativarum Abbati per S. Sedem, hoc debebat exuberare pro exclusione cujuslibet praescriptionis, cum adamussim sępius Tribunal rejecerit praetensionem Territorii Separati ex hoc ipso
142. capite, quod non esset allegabilis possessio, seu quasi, quando tituli, quorum vigore subsequuta erat eadem possessio, seu quasi, talem Jurisdictionem, tale Territoriū minimè importabant, sicuti patet ex *decis. 55. num. 10. post Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. decis. 324. ex num. 3. usque ad 10. par. 1. decis. 221. num. 10. & decis. 334. num. 19. & 20. par. 13. recent.* & in proposito connotarunt *Jo. Andr. in cap. cum personae de privilegiis in 6. sub num. 11. in fin. ibique Ancharan. sub num. 4. Franc. §. Quod si tales sub num. 3. Geminian. sub num. 6. & in consil. 96. sub num. 4. Larrea allegat. fiscal. 68. num. 9. & 10. Fajard. par. 2. alleg. 33. n. 1741. Barbos. de praescription. ad leg. competit. 6. n. 144. Aget. in annotat. pro erar. tom. 2. §. 14. quaest. 1. num. 46. pag. 179. Mattheu. de regim. Regn. Valent. cap. 6. §. 1. sect. 1. num. 41. Parex. de univers. Instrum. edit. par. 2. tit. 10. resolut. 3. num. 23. de Ros. de residens. cap. 4. sect. 6. n. 440. & seqq.*

Ideoque bene subjungit post *Butr. Molin.* & alios *Larr. d. allegat. 68. num. 11.* quod adinventa est cauthela ad effectum ne noceat tituli insufficientia alleganti praescriptionem immemorabilem, quod illam allegans nunquam titulum exhibeat, aliàs eo detecto insufficiente corruit tota machina praescriptionis etiam immemorabilis, & ob id pariter acres insuetexere
143. quaestiones in indagando, an quis allegans immemorabilem, & titulum producens minus idoneum, dicatur cecidisse à vi immemorabilis, vel potius compatibilitee, & citta restrictionem fuerit sequuta tituli productio, *ut illa in famigerata Januen. Abbatiae coram bo. me. Pirovano, & Ghislerio relata in recent. decis. 218. & decis. 241. par. 6. & decis. 29. par. 7. ubi concordan.*

Nil penitus obsistente, quod ubi concurreret titulus clarus, & expressus opus non foret alia praescriptione; Id enim certissimum foret, sed hoc non facit aliquid ad destructionem praecedentis assertionis, aliud quippe est, quod titulus sit, & debeat esse clarus, & expressus, & aliud ac longè diversum, quod non obstante tali claritate, adhuc ille non patiatur difficultatem aliquam extrinsecam ratione alicuius invaliditatis, exemplum praebente *Larrea in dict. allegat. 68. num. 4.* in qua formitee tractat *de praescriptione quadragenaria cum titulo, ex quibus destruatur, vel non procedat*, & signantet per *leg. fin. §. fin. Cod. de fund. patrimonial. lib. 11.* in qua materia cum non sufficit Principis concessionem, concurrere pro praestanda liberatione à solutione ratione fundi patrimonialis stā-
144. te prohibitione aliorum Jurium, necessaria (inquit *Larrea*) est quoque possessio quadraginta annorum, quae suppleat clausulam derogatoriam, *& sub num. 5. & seqq.* alia exempla, aliasque auctotitates expendit quemadmodum posset ad rem deduci quoque familiare exemplum exemptionis à Decimis expressè factae per Papam sine derogatione *cap. nuper eodem titul. de Decim.* quae est necessaria veluti provenicnte *à Decreto, seu Canon. 55. Concilii Generalis Lateranen. sub Innocentio III.* celebrati ad *Rotam decis. 7. num. 2. apud Mohedan. de locat. decis. 194. num. 4. cor. Cerr. decis. 229. num. 3. & dec. 247. num. 10. cor. Cavaler. decis. 279. num. 6. cor. Coccin. dec. 53. n. 15. cor. Zarat. decis. 302. n. 11. par. 9. & decis. 97. num. 11. par. 13. recent.* tunc enim observantia quadragenatia vertibilis etiam in nuncupationem praescriptionis praesumere faceret forsan derogationem ad partes; prout passim dicimus in casibus *ex. gr.* constitutae dotis plusquam litteealitee, vel litteralis paeiter, & expressi tituli donationis per ob-
145. servantiam tricenatiam, seu quadragenariam suppleti defectum derogationis Pontificiae in Urbe requisitae adversus Constitutionem Sixtinam Dotium modeeatoriam, & de Jure non minus suppletur non apparenti insinuationi praedicti clari, & expressi tituli donationis, secundum ea, quae habentur penes *Gabriel. consil. 36. num. 52. lib. 1. Gratian. discept. forens. 53. num. 58. Rocc. disput. Jur. select. cap. 10. num. 42. tom. 1. Rot. decis. 575. num. 11. coram Cavaler. decis. 441. num. 28. coram Cerr. decis. 151. num. 7. par. 11. decis. 319. num. 10. & decis. 254. num. 22. par. 14. recent.* unde concludebat, quod ad hoc, ut quadragenaria

nsria cum titulo æquipolleat immemorabili,
vel intercedere debet titulus legitimus, & ex-
pressus ab habente potestatem, vel si existat ti-
tulus expressus minus tamen validus, seu legi-
timus oportet, quod is conjungatur cum
observantia quadraginta annorum.

Descendendo verò ad novissimum titulum
provenientem ab iis, quæ *à Sacra Congregatio-
ne Concilii*, & Summis Pontificibus *Gregorio
XIII. Clemente VIII.* & respectivè *Paulo V.* ge-
sta fuerunt de tempore Julii Episcopi Herby-
polensis favore Abbatis Fuldensis, strictè re-
plicabat, quod hæc omnia processerunt per
speciem purgationis attentatorum, non facto
examine rationum millitantium pro Episcopo,
qui, & si dicatur, quod versimiliter auditus
fuerit, certè ex Actis non apparebat, quod suas
rationes tunc deduxerit, & forsan si tunc etiam
comparuisset, quia agebatur de attẽtatis,& spo-
lio plusquam violento, Aula Romana illum
non audisset pro ullatenus impedienda reinte-
gratione Abbatis ad suam possessionem, prout
auditus non fuit in substantia sui prætensi Juris
Archiepiscopus Theatinus cum Præposito At-
hissę ex causa spolii, & attentati violenti me-
diante quodam decreto perpetrati per ipsum
Archiepiscopum absque eo quod tamen per
reintegrationem Præpositi intellexerit, *Rota
cor. R. P. D. meo Scotto in decis. edita in eadem
Theatina Jurisdict. sub die 18. Februarii* 1707.
ullum Jus ejusdem Præpositi approbare, maxi-
mè dum *san. mem. Clemens VIII.* in hac reinte-
gratione demandata in sequelam Decreti Sacrę
Congregationis noluit de novo aliquid conce-
dere,sed in forma merè præsuppositiva. seu po-
tius in justum odium manifestissimè attentan-
tis, & violenti per impetum armorum Spolia-
toris, usus fuerat vocabulis innovativis non de
novo dativis, confirmatoriis, & excitatoriis.
sed non concedendi, quod prius non erat,
confirmandi, quod non aderat & excitandi,qui
non vivebat, inspectâ præsertim adjunctione
146. expressè facta Clausulæ *sine præjudicio alicu-
jus*, quæ adeo est præservativa Juris alieni, ut
nihil censeatur ablatum, nisi illud, quod litte-
raliter e primitur in eo actu, vel illud, quod
contradictoriè incompatitur cum ipsomet actu,
in quo legitur apposita *Mart. de clausul.* 17. *n.* 2.
Rot. decis. 1084. *num.* 7. *coram Emerix. Jun.* &
decis. 171. *num.* 9. *par.* 19. *rec.*

Amaritudinem postremò sentiebat in ordi-
ne ad tempus re vera pacificum, & habile ad
efformãdam ullam legitimam præscriptionem,
hujusmodi namque præscriptio nequibat alle-
gari sub nomine, & figura immemorabilis (quę
probata deservisset ad intentum ut supra) *Sum-
marium* quippe Abbatis erat plenum concor-
diis, fermè in omni sæculo sæpius subsequutis,
& *Summarium Episcopi* pluribus non carebat
actibus in contrarium, quando tamen ad in-
147. fringendam quamcumque immemorabilem
consuetudinem, vel præscriptionem superabun-
dat quilibet, nedum actus, sed, & rumor in
contrarium, ut semper professa est *Rota*, & si-
gnanter *decis.* 535. *num.* 2. *cor. Pute. in dec.* 159.
num. 6. *coram san. mem. Alexan. VIII. dec.* 158.
& *decis.* 518. *utrobique num.* 8. *cor. Emerix Jun.*
decis. 153. *num.* 17. *part.* 11. *decis.* 97. *num.* 21.
par. 13. & *decis.* 469. *num.* 57. *par.* 19. *recent.*

Quo autem ad minorem præscriptionem, seu
consuetudinem 40. vel 50. *annorum* certè, ut
illa suffragari possit,debet esse continua non in-
terrupta etiam per actus extrajudiciales, & un-
148. dique completa cum bona fide. & animo
præscribendi, sicuti de his omnibus præter *tex.
expressum in dicto cap. Auditis*, ad monent su-
per primo puncto *Felin. in cap. illud num.* 7. &
8. *de præscript. Giurb. observat.* 9. *num.* 19. *Castill.
de tertiis cap.* 35. *per tot. Tondut. de prævent.
par.* 3. *cap.* 11. *num.* 7. *Rota decis.* 6. *num.* 7. *co-
ram Cassador. decis.* 356. *num.* 12. *coram Bichio*,
& *decis.* 221. *num.* 28. *part.* 13. *recen.* super se-
cundo *gloss. in l. in usucapionibus ff. de divers.* &
temp. præscript. & *in l.* 3. §. *minores ff. de minor.
Balb. de præscript. tert. part. sext.* & *ult. part.
principal. quæst.* 1. *num.* 11. *circa med De Ros. de
resident. Episcop. cap.* 3. *sect.* 6. *num.* 447. & de-
mum super tertio *Joannes de Valbea in* 2. *Decre-
tal. ad tit. de præscript. num.* 15. *Tranchedin. con-
sult.* 2. *num.* 14. *Larrea alleg. fiscal.* 63. *num.* 24.
Fachbineus lib. 1. *controv. cap.* 64. & 65. *Trobat.
de effect. immemorabil. quæst.* 14. *art.* 2. *num.* 1.
de Ros. loc. cit. num. 434.

Ad rem verò applicando quoad actus inter-
ruptivos ponderabat *idem Dominus* gesta per
Episcopũ de *annis* 1608. 1614. & 1618. ut in
Summario distributo per eundem Episcopum de anno
149. 1702. *num.* 83. præter cœteros actus pariter
recensitos in eodem *Summario num.* 86. & ta-
men ad præservandam integralitatem, seu uni-
versalitatem Episcopalis Jurisdictionis, eliden-
damque contrariam observantiam allegatam
per Inferiorem superabundat unicus actus mili-
tans pro Episcopo, ex congestis pręter jam su-
pradeductos per *Marescott. var. resol. lib.* 1.
cap. 11. *num.* 1. *cum pluribus seqq. Lotther. de re
beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 10. *num.* 21. *Ros. de resi-
dent. Episcop. cap.* 4. *sect.* 6. *num.* 442. & *seqq.
Rota decis.* 375. *num.* 6. & 7. *par.* 18. *recent.
in Brixien. Jurisdict.* 5. *Julii* 1688. §. & *frustra
coram Eminentissimo Caprara*, & *in Leodien. Ju-
risdictionis* 12. *Aprilis* 1698. §. *prout etiam cor.
R. P. D. meo Molines Decano*.

Eoque validius, quia pręcisivè quoque à
ponderatione, utrum ipsęmet concordię causa-
rent interruptionem, stante quod à penultima
anni 1614. usque ad alteram *anni* 1662. pręte-
ritę *Decisionis* ad omne pejus censuerant super-
excedi spatium quadragenarium, & illud paci-
ficum, ut in rei veritate restasset, etiam admis-
so supra primas concordias, pręedicto actu *anni*
1618. interruptio siquidem pręscriptionis non

est impeditiva novę inchoationis, & ultra jam supra allegatos conveniunt. *Abbas in cap. illud num. 18. de præscript. Gratian. discept. forens. cap. 2. n. 46. & seqq. Rota decis. 365. num. 25. cor. Priol. dec. 184. sub num. 16. part. 11. & dec. 379. num. 7. par. 17. recent.*

Nihilominus istę concordię collabescere faciebant fundamentum bonę fidei, & respectivè statum excludebant omnino pacificum, Concordię etenim *annorum* 1613. & 1614. non solùm simultaneè ponebant in ore Abbatis claram confessionem, quod per antea extitissent inter has Partes continua jurgia ex causa controversę Jurisdictionis, sed prępediebant quoque, quod incipere decurrere in futurum valerent animus, & bona fides in præscribendo requisiti, siquidem in Concordia *anni* 1613. firmata jam conventione quoad concernentia characterem, & ordinem Episcopalem, reliquum totum circa Jurisdictionem remittebatur Arbitris, seu Commissariis hinc inde deputandis, de facto sub *anno* 1614. deventum fuit ad hanc deputationem, ac deputati interessentes pro Abbate plura capitula proposuerunt favorabilia Jurisdictioni Episcopali Herbipolensi per viam quidem merę propositionis, & fermè sub conditione supervenieñdę ratihabitionis, interim, quod ista ratihabitio probabiliter speranda inter Viros Ecclesiasticos saltem ad sensum deputatorum pro Abbate pendebat, quomodo statim inchoare, & in continenti currerę poterat nova pręscriptio? pręsertim dum nullum stabilitum fuerat tempus sub opportunis clausulis resolutivis ad hanc ratihabitionem obtinendam; & quomodo è converso imputari quibat negligentię Episcopi, si urbanè desistebat hoc medio tempore sperare, & probabiliter sperandę, & verisimilis ratihabitionis ab ulteriori exercitio actuum Jurisdictionaliũ, dum in eadẽ secunda Concordia sibi non facta ulla pręfinitione temporis, utiq; sine imputabili negligentia, ac prorsus sub omnimoda bona fide sperare, & probabiliter reputare poterat, quod saltem, ut diximus, Abbas ratas haberet propositiones suorum Deputatorum, & sic cessare vi-
150. debatur illa negligentia, in qua fundatur anima pręscriptionis, ut ait *Felin. in cap. vigilanti de præscript. L. cum notissimi §. Quamobrem, & §. Illud, Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum Palm. decis. Lucen. 256. num. 8. tom. 3. Rota decis. 50. num. 4. cor. Bichio decis. 407. num. 16. part. 5. decis. 207. num. 5. part. 6. decis. 92. num. 8. & decis. 300. num. 8. & 9. par. 19. recen.*

Idque fortiùs secundum *ejusdem Domini* intellectum urgebat conjungendo ultimam transactionem supradicti *anni* 1662. dum ea pariter celebrabatur cum præciso supposito, quod usq; ad illud tempus non terminaverint, sed duraverint, & adfuerint dissentiones, & contentiones, ideoque à parte antea, sive hoc pariter intermedio temporę quommodò potuit Abbas explere perfectam Quadragenariam, de hisce enim contradictionibus arduum erat ambigere, tum quia hoc positivè fatebatur idem Abbas in ipsa ampliori, & magis unanimi concordia sequutá cum totali reconciliatione animorum,
151. & amicitiæ; Tum etiam quia de Jure necessaria basis pro ineunda concordia illa est, ut vel lis actualis præexistat, vel justus illius timor ingruat, & immineat per *Textum apertissimum in l. 1. ff. de transact. juncta leg. 2. & leg. transact. o Cod. eod. Hostien. in Summa eod. tit. in princip. Abb. in rubr. Decretal. de transact. Carol. de Mean. observat. 197. sub n. 2. part. 2. Marc. Anton. Paulut. dissert. legal. tom. 1. dissert. 15. num. 46. Urceol de transact. quæst. 2. num. 79. Rota post eundem decis. 4. num. 9. & decis. 206. num. 2. part. 16. recent. & in Pisauren. Transactionis super bono jure 21. Februarii 1707. §. Potissimè verò cor. R. P. D. meo Priolo*.

Nec ad magis retundendam hanc bonam fidem, & insimul ostendendum animum Abbatis, probaliter remotũ à cogitatione præscribendi & è converso honestandam personam Episcopi Julii, qui fortè credidit posse tanquam Princeps etiam armorum vi recuperare, quod suum putabat, desistebat reflectere, quod conquestiones Balthasaris tunc Abbatis Fulden. contra memoratum Julium Episcopum, ac si ille foret Hæreticorum fautor, erant minus subsistentes, & innixæ veritati, ad memoriam reducendo illa, quæ de eodem Episcopo Julio testabatur illius coætaneus *Cæsar Cardinalis Baronius*, in hoc ipso proposito sinceritatis, & zeli erga Fidem Orthodoxam *in suis Annalibus Ecclesiasticis ad annum 689. in fine juxtà impress. Antuerp. 1611. tom. 8. fol. mihi 600. litt. B* ibi; *Quorum precibus* (videlicèt nonnullorum Sanctorum Martyrum, quos D. Burchardus in Ecclesia Herbipolen. recondi curaverit) *factum non dubitamus, ut Fides Catholica in eadem Ecclesia adhuc integra perseveret in tanto naufragio Fidei Hermannrum Provinciarum benè culta laboribus, & benè custodita vigiliis Julii ejus Episcopi digni Sanctorum Præsulum Successoris*.

Et respectu bonæ fidei, vel animi ejusdem Abbatis, illiusque successorum parvipendenda non erat intra circulum ejusdem prætensę quadragenarię superius enunciata formalis supplicatio porrecta *fan. mem. Urbano VIII.* per Abbatem Fuldensem pro consequenda communicatione, & participatione Privilegiorum Congregationis S. Justinæ ipsius Ordinis S. Benedicti, quodque ulterius vigore Brevis à prælaudato *Urbano VIII.* desuper reportato nuperrimè modernus Abbas preces porrexerat Sacrę Congregationi pro facultate, & indulto ministrandi Chrisma, ut refert *R. P. D. Petra ejusdẽ Congregationis Secretarius in ejus Commentariis ad Constitutiones Apostolicas tom. 2. Constitut. 2. Benedict. XI. fol. mihi 561. à num. 9. ad seqq.* unde nisi pro parte Abbatis demonstraretur,

tur, quod privilegia memoratę Congregationis S. Justinę aliquid plus in tota illorum latitudine contineant, quàm secum ferat; & includat Territorium separatum, & status verè *Nullius* facile erat arguere, quod nunquam ipse vel ejus Antecessores crediderint esse propriè quasi Episcopos, non tantùm quia locum sibi vindicasset dicterium ¦ *Frustrà petis &c.* verum, & potentius quia quisquis minus requirit fatetur non habere, quid majus, sub quo res petita contineretur, exemplo petentis immis-
152. sione, qui fatetur se non possidere argumento *Textus in §. adipiscendæ institution. de interd. Postb. de manuten. observat. 57. num. 73. Rota post eundem decis. 579. num. 6. decis. 20. cor. clar. mem. Card. Mantic.*

Ac ne quid intactum relinqueret, in nihilo putabat obesse, quod Episcopus Herbipolensis in introductione causæ sequutę de anno 1688. petiisset sibi adjudicari Jurisdictionem, sive tribui manutentionem in pluribus locis Abbatię Fulden. & non in omnibus, quasi quod per hoc ex suamet pretensione declarasset sibi nõ cõpetere omnimodam, & universalem Episcopalem Jurisdictionem in toto circumdario Abbatię; siquidem hujusmodi discursus longè erat ab hypothesi, & potiùs justam moderationem Episcopi demonstrabat, quià si pro omnibus locis, & super toto temporali dominio ejusdem Abbatię institisset, palàm incurrisset in temeritatem, & pęnam plus petentium, ipse enim nec pretendere poterat plusquam sibi deberetur nimirum solummodò universalem Jurisdictionem quę citra exemptionem, & expressa privilegia prępediri non posset per Abbatem cis amnem Fuldam, & sic usquequo sua Diœcesis extendendebatur, ultrà namque eundem amnem finitima est non solùm Provincia, sed Diœcesis Moguntina, & defactò cum Prędecessoribus Archiepiscopis Moguntinis tanquam limitrophis aliàs concordarunt Abbates Fuldę sub anno 1662. ut in toties *d. Summ. Abbatis n. 74.* Quod si autem Archiepiscopus usque dum non comparuerat in Palestra Judiciaria, celebravit tamen, ut asserebatur, & ipse concordiam de anno 1685: pro sua ditione, & Diœcesi, & propterea quis revelavit an in dies tanquam, & ipse putans se lęsum in prędicta sua asserta cõcordia inita distinctim ab ea, quàm de prędicto anno 1662: exaraverat in figura Episcopi Herbipolensis, quàm simultaneè vestiebat, non resurgat, passim enim videmus in foro unum Creditorem, vel interesse habentem agere, & alium pro causis sibi notis obdormire, sed postea de somnio surgere, & in judicium venire
153. sinè detrimẽto suorum Jurium prout in proposito si postmodum experge fiat, tractant sub titulo de tertio veniente ad causam *Cancer. var. resolut. part. 1. cap. 17. Ridolph. in prax. part. 2. cap. 4. à num. 96. Schettin. tot. tract. de Tert. venient. ad causam, & alii relati in Ferrarien. Primogenituræ 6. Julii 1705. §. finali coram Me.*

Itaque hęc erant motiva, per quę signanter ille *unus* in aliorum sensum abire renuerat, & de factò apparebant valdè stringentia, & considerabilia, sed non idcircò recedere posse existimarunt *Domini* à confirmatione pręcedentis sententię *coram Reverendiss. P. D. meo Molines* nàm *juxtà dictum Salomonis in lib. Ecclesiastic. cap. 4.* relatum *in cap. 1. §. & quoniam funiculus de treg. & pac.* ¦ *funiculus TRIPLEX difficilè rumpitur*: Concurrere quippe sive conspirare visa sunt in unum nimia fundamenta in oppositum, in Tribunalibus siquidem sive Collegiis voto nõ vivitur uno, & propterea aliquis ex *Dominis* de tribus pręsidiis Jura Abbatis communientibus videlicèt exemptione, & Jurisdictione Nativa, Dativa, & pręscriptiva, omnia admittebat, alii dativam, & pręscriptivam, & *omnes*, seu ceteri deniq; postremam Jurisdictionem cum supradicto colore titulorum pręscriptam, seu pręscriptivam non obstantibus pręmissis, ut supra incontrarium; Quoniam citra repetitionem fundamentorum captę resolutionis, ut quę ut supra detegebantur quamplurimis innixa rationibus, & auctoritatibus, adjungebant non obsistere argumentum, quod *Sacra Congregatio Concilii* existimet pręscriptionem Quadragenariam cum titulo colorato non suffragari pro avellendo jure Episcopali in cognitione Causarum Matrimonialium, & Criminalium, non enim ob id destruebatur integraliter fundamentum Status Nullius, in cujus sequelam descendebat, ut præmisimus, facultas cognoscendi de hisce causis criminalibus, & matrimonialibus, Constitutiones enim pontificię, & ipsum Sacrum Concilium Tridentinũ semper intelligendum secundum sensum Eminentiss. Interpretum ejusdem Concilii absque læsione de cætero Territorii separati, licèt plura in se graviora noluerint etiam dato Territorio separato à Prælatis inferioribus exerceri, & de hisce defacto erit in hac causa fortasè videndum super reservatis ad normam brevis Decisionis *diei 20. Novemb. 1705. editæ cor. Reverendiss. P. D. meo Molines Decano.*

Et quoad ea concernentia claritatem, sive expressionem tituli, clara satis *Domini* existimabant, quacumque sublata amaritudine per supradicta gesta subsequuta de tempore Summorum Pontificum *Gregorii, Clementis, & Pauli*, cumque ea tunc gesta, necnon verba Brevium, quæ prodierant, apparerent undique firma, & ampla, evitari nequibant tanquam merè suppositiva, sive cum suppositione competentis Abbati Jurisdictionis quasi Episcopalis, simpliciter excitativa; In primis namque denegari non poterat quod saltem non patefacerent sensum Pontificum, & essent declarativa juris, si quod erat dubii, proindeque junctâ plenissimâ, & antiquissimâ observantiâ declarabant, seu qualificabant Jurisdictionem, de-
154.

154. qua supra Abbati competentem, & quando possessio exuit illum corticem, cæteroquin durum præscriptionis, & induit alterum declarationis minus asperum, summopere operatur etiam ad pandendum Statum *Nullius* ex iis, quæ punctualiter considerantur apud *R. P. D. Petra ad Constitution. Apostolic. tom. 2. Constitution. 6. Alexand. III. sect. 1. n. 70. fol. Mihi 144. De Luc. ad Gratian. discept. forens. c. 202. n. 13. de Ros. de resid. Episcop. 3. sect. 6. n. 502. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 11. n. 17. & seqq. Rot. decis. 54. cor. Mart. Andr. & dec. 69. ex n. 17. & seqq. post Tamburrin. de Jur. Abb. tom. 3. det. 89. n. 13. cor. Ubago, & in Dertusen. Jurisdictionis 26. Aprilis 1694. §. his adstipulatur cor. Eminentiss. Caprara.*

Et secundo quod etiam retento intellectu, quod nedum per antea, sed & tunc, & ab indè citra, tot Pontifices supposuerint Abbatem habere Territorium separatum, & versari in Statu *Nullius*, succedebat de plano regula, seu

155. conclusio, quod etiam (ubi oporteat) verba suppositiva. si prolata existunt ab eo, qui poterat disponere, disponunt, ut ultra superius allatos sub §. *Atque hinc gradatim* prosequuntur etiam in terminis Testatorum, hominumque privatæ fortunæ per *Text. in leg. cum proponebatur 66. ff. de leg. 2. & ibi Gloss. Dec. consil. 23. sub. n. 4. vers. puta verba, Casanat. cons. 15. sub n. 9. & cons. 16. per tot. Odd. cons. 64. sub. n. 56. Castill. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 4. cap. 46. n. 19. & 23. Rota decis. 417. num. 9. part. 19. recent.*

Denique circa tempus, ac prætensas interruptiones, & malam fidem in objecto annotatam ponderarunt *Domini*, quod hæc omnia adscribi potius valerent, & attribui vexationibus, & molestiis, dum semper à contrario liquebat constantissimè Abbates objectavisse, quod ex immemorabili, & ex vi Privilegiorum erant in quasi possessione exercendi universa Jura Episcopalia præter illa, quæ sunt infixa Ordini, & Charactéri, semperque in vim desuper initarum transactionum in possessione controversæ Jurisdictionis remansisse, atque extitisse firmatos: quapropter consequutivè reincidebant ea omnia, quæ supradicta fuerant sub §. *maximè dum* in terminis admodum durioribus effectivæ contestationis litis, in qua si favore præscribentis extiterit pronunciatum, magis ex illa confirmata dicitur, quàm interrupta possessio, quemadmodum præter inibi allegatos prosequuntur relati per *Ratam in Gienuen. Juris mutandi super restitutione in integrum 26. Aprilis 1700. §. minimè refragante cor. bon. me. Muto.*

Utraque, &c.

R. P. D. LANCETTA.

Burgen. Jurisdictionis Merc. 26. Junii 1709.

ARGUMENTUM.

An, & quando Abbas Parochialis Ecclesiæ possit commitere Curam illius Vicario, aliaque plura de probatione Territorii Separati traduntur.

SUMMARIUM.

1. *Prælatus inferior debet probare habuisse Territorium Separatum, vel ex privilegio Apostolico, vel ex præscriptione immemorabili, vel quadragenaria cum titulo.*
2. *Res judicata super prætenso Territorio Separato ex quibus excludatur.*
3. *Jurisdictio Diœcesana non confunditur cum Jurisdictione contentiosa.*
4. *Sententia Rotalis regulatur à decisionibus.*
5. *In Sententia Rotali nil decerni potest, quod sit disforme à decisionibus, & contra earum tenorem.*
6. *Decimarum perceptio designat ordinariam Jurisdictionem.*
7. *A subjectione certarum personarum degentium in Ecclesia Parochiali, non potest inferri ad Ordinariam Jurisdictionem in Curam, & Populum.*
8. *Episcopus dicitur Parochus universalis, & plures actus ei reservati designant ejus ordinariam Jurisdictionem, & quales sint vide nu. 9. & 10.*
11. *Observantia demonstrat quid fuerit concessum.*
12. *Ex pluralitate actuum inducitur scientia, & excluditur ignorantia.*
13. *In actibus exercitis ab Episcopo habente nativam Jurisdictionem non requiritur scientia Prælati inferioris.*
14. *Episcopus habet intentionem fundatam in Jurisdictione sua Diœcesis.*
15. *Commissio curæ animarum pertinet ad Episcopum, cujus sunt Oves.*
16. *Concordia inita servari debet.*
17. *Abbas regularis ingerens se in functionibus Parochialibus in plebe Episcopi incurrit excommunicationem.*
18. *Jurisdictio restricta intra limites Monasterii non potest ultra eos extendi, ad translationem Curæ in Populum.*
19. *Cura Ecclesiæ Parrochialis subjecta Abbati regulari dicitur pura Vicaria manualis, & Presbyteri sunt deputandi limitatè, & ad tempus, non absolutè.*
20. *Cura animarum in Vicariis non datur in titulū.*
21. *Vicarii ad tempus deputati pro exercitio Curæ animarum in Vicariis manualibus possunt iterum subjici novo Examini ab Episcopo.*
22. *Vicarii amovibiles in cura, sub metu novi examinis diligentiores evadunt ad servitium.*

DECISIO XXV.

CUM supposito, quod Abbas Parochialis Ecclesiæ olim S. Joannis, modò verò S. Adalelmi nuncupat. Extra Muros Civitatis Burgen. frueretur Territorio Separato, & Jurisdictione quasi Episcopali in Populum, & Clerum

rum in dicta Parochia degentem vigore antiquarum Sententiarum, & rei judicatæ Rotalis, tam in Decisionibus in præcedenti Instantia æditis coram R. P. D. meo Ansaldo. quàm in alia ædita coram Me in hàc ulteriori Instantia die 2. Julii superioris anni responsum fuit, quod eidem Abbati competebat Jus cōmittendi exercitium Curæ Animarum in dicta Ecclesia S. Adalelmi Vicariis per ipsum deputatis, & exercendi respectivè per seipsum omnes actus Parochiales, & administrandi Sacramenta in dicta Parochiali sine ulla licentia, & approbatione Archiepiscopi, quodque Vicarii indefinitè, non autem ad tempus limitati essent per eundem Reverendiss. Archiepiscopum approbandi, semelque approbati novo examini iterum subjici non possent; Verùm quia hodie constitit, quod Abbas prædictus non fruebatur Territorio Separato, nec Jurisdictione quasi Episcopali, idcircò DD. pro recessu à Decisis responderunt.

Premissâ enim inconcussâ regulâ, quod Territorium distinctum, & Separatum, ac propriam Diœcesim de Jure solùm Episcopi habere dicuntur, itaut alii Prælati inferiores, quatenus illud
1. prætendant, teneantur probare, vel illud habuisse ex speciali privilegio Papæ, ad quem solùm spectat Territoria distinguere, & separare, *cap. cum contingat. de for. compet. ubi Hostien. n. 1. Butr. num. 11. vers. de consuet. Abbas num. 19. Bellamer. n. 15.* vel acquisivisse ex præscriptione immemorabili, aut quadragenaria cum titulo, ut plenè probat *Tambur. de Jur. Abbat. lib. 1. disput. 15. quæst. 9. num. 7. Cardinalis De Luca de Judic. disc. 1. num. 12. Gratian. discept. foren. cap. 252. n. 16. & 17. Rota coram Burat. dec. 578. num. 2. & in rec. decis. 220. num. 5. par. 9. & decis. 304. num. 7. part. 11.*

Neutra ex dictis probationibus allata fuit ab Abbate; Ipse enim unicè totum suum fundamentum constituit in quadam asserta re judicata nostri Tribunalis, eo quia per geminas Decisiones æditas coram bo. mem. Orano usque de anno 1594. & 1595. *impress. post Tambur. de Jur. Abbat. in ordine 41. & 42.* fuerit firmatum, quod vigore Privilegii concessi à san. me. Sixto IV. ac Paulo III. & longevæ possessionis concessa extiterit Abbati Jurisdictio quasi Episcopalis cum Territorio Separato, & quarum vigore emanarunt Sententiæ, & executoriales Rotales.

Istius autem fundamenti insubsistentia ex
2. Historia rerum gestarum satis corruere visum fuit, quoniam reclamantibus tunc temporis Defensoribus Archiepiscopi fuit ad eorum instantiam subscriptum particulare, & separatum Dubium: *An constaret de Territorio proprio, & Separato d. Abbatis*; quod negativè semel, atque iterum fuit resolutum, non attentis Privilegiis præfatis, ut patet ex decisionibus æditis 4. Decemb. 1595. qua responsum fuit Abbatem non gaudere Territorio Separato, & 7. Februarii 1596. qua sub fundamento, quod Abbas non haberet Territorium Separatum, concessa fuit manutentio favore Archiepiscopi, & revocatum mandatum de manutenendo obtentum ab Abbate in quasi possessione cognoscendi Causas Criminales.

Et licèt prosequuta postmodum Causa, aliæ æditæ fuerint Decisiones super aliis Articulis, in illis tamen pro certo habitum fuit Abbatem non gaudere Jurisdictione quasi Episcopali, cum ipsimet Scribentes pro Abbate talem prætensionem deseruerint, ut ex particulis informationum hodie exhibitis, & de facto in Decisionibus subsecutis examinata extitit quæstio, an Abbas vigore Privilegii Sixti IV. gauderet Jurisdictione Criminali in Clericos dictæ Ecclesiæ, quæ sublata non diceretur per Concilium Tridentinum, eaque foret privativa, vel cumulativa cum Archiepiscopo, quæ inspectiones sicuti inutiles fuissent, si firma remansisset Separatio Territorii, & Jurisdictio quasi Episcopalis Abbatis secumferens etiam dictam facultatem, ita pro necessaria consequentia dicendum venit, quod seclusa qualitate Territoriali Abbas habitus fuit pro Prælato inferiori potiente Jurisdictione Criminali in Clericos & inservientes Ecclesiæ compatibili cum Univer-
3. sali, & diœcesana, quæ non confunditur cum Jurisdictione contentiosa ad certum genus personarum, & locum restricta, ex firmatis per *Rot. in Calaguritana Pontificalium 19. Novembris 1696. §. Et summatim, coram bo. mem. Ursino, in Giennen. Adjunctorum 23. Januarii 1702. §. Considuatur, coram Reverendiss. D. meo Decano, & in Leodien. Jurisdictionis 27. Aprilis 1705. §. Quinimo, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

His autem stantibus, non possunt dictæ Sententiæ, & Executoriales quantumvis amplissimis verbis conceptæ Territorii separationem decernere, cum principium sit undique admis-
4. sum, quod Sententiæ regulantur à Decisionibus, & ab eis restrictionem recipiunt, etiamsi verba nimis generalia comprehenderent, cum in eis nihil contineri, vel decerni valeat, quod
5. disforme sit, & præter, vel contra Decisionum tenorem, ad tradita per *Scacc. de Senten. & re judicata, Gloss. 14. quæst. 7. num. 72. Rota coram Bich. dec. 370. n. 5. cor. Burat. dec. 327. n. 1. in recent. dec. 267. n. 24. part. 19. & in Tolet. Jurispatronatus 5. Junii 1697. §. Validitas in fine coram Reverendissimo Conchen.*

Difficultatem agnoscentes Defensores Abbatis conabantur suadere, quod exclusio Territorii in mox enunciatis Decisionibus referenda sit ad 14. Agros, ad quos Abbas Jurisdictionem suam quasi Episcopalem ampliare contendebat, non autem ad Ecclesiam S. Adalelmi, quam esse de Territorio separato jam antea definitum fuerat *in dictis primis Decisionibus 41. & 42. impressis post Tambur.* At ultra quod dictæ

Deci-

Decisiones fuerũt per alias subsequẽtes exprefsè revocatæ, & resolutio capta in eis sicùt absolutè, & indefinitè Territorium excludit, non autem taxativè quoad Agros, aliaque certa loca, ita absolutè venit intelligenda.

Replicatio nimis debilis, & insubsistens visa fuit ex pluribus; Et primò, quia in prima Decisione præcedentiũ revocatoriâ examinatur donatio Alphonsi, quæ percutit nedum Castra, & Agros, sed etiam ipsam Ecclesiam, unde dum ibi Rota declarat nullam ex ea competere Jurisdictionem quasi Episcopalem, clarum fit, quod exclusio Territorii etiam Ecclesiam indistinctè comprehendit; Secundò quia in eadem Decisione refertur nostrum Tribunal motum fuisse ad ita decidendum; Tum ex quo Archiepiscopus in vim Concordiæ, quæ à Mauritio Archiepiscopo nomen assumpsit Mauritianæ, percipiebat partem Decimarum, & oblationum, quæ
6. perceptio designat Ordinariam Juiisdictionem, tum ex quo Beneficiati Ecclesiæ S. Adalelmi tenebantur se conferre ad Processiones, & cum Cruce Archiepiscopum associare; Monaci vero prohibebantur pulsare Campanas, & Officium inchoare antequam Episcopus in Ecclesiam ingressus fuisset, tum ex quo denique Archiepiscopus visitabat Sacrarium Ecclesiæ prædictæ, & in ea exercebat Jura Episcopalia; Quæ fundamenta, & rationes cum respiciant exclusionem totalem Territorii non possunt limitari, & restringi ad solam continentiam Agrorum, & Castri.

Nec quidquam afficit, quod tam in primis Decisionibus, quàm etiam in aliis postea æditis, & signanter in illa impressa *la* 717. *part.* 4. *Divers.* ac etiam in literis executorialibus canonizatum fuerit Ecclesiam S. Adalelmi pleno jure reperiri subjectam Abbati, etiam privativè ad Archiepiscopum; Quoniam illis bene consideratis constat quidem fuisse declaratum, quod *Monasterium* (sunt verba Sententiæ R. P. D. Orani) *una cum Parochiali Ecclesia, atque personæ, tam Clerici, quàm sæculares, ac quæcumque aliæ personæ tam in dicto Monasterio, quàm in dicta Parochiali Ecclesia degentes, & illis quomodolibet inservientes &c.* essent liberæ, & immunes ab omni, & quacumque Jurisdictione, atque superioritate D. Archiepiscopi, sed non ex inde inferri potest, quod ista concessio ad certos limites, & personas restricta verificetur etiã quoad Clerum, & Populum, de quo nulla est facta mentio, & in quo stat cardo difficultatis cum simul stare possit, quod Ecclesia, & in ea degẽtes sit plenissimè subjecta Prælato inferiori in Temporalibus, & Spiritualibus, quodque Jus plenum quoad Curam Populum, & administrationem Sacramentorũ maneat sub Jurisdictione Diœcesana proprii Ordinarii, adeout
7. à subjectione Ecclesiæ, & personarum in ea degentium inferri nõ potest ad Ordinariam Jurisdictionem in Curam, & Populum, cum una ab altera totaliter discriminetur, ut probant *Abbas in capit. Cum plantare num. 6. & seqq. cap. Pastoral. n. 7. de Privileg. Rebuff. in prax. part. 1. tit. de un. benef. Gloss. 11. n. 11. num. 2. Ricc. in prax. resol. 293. num. 4. tom. 1. Tondut. quæst. benef. part. 1. cap. 1. §. Quintò num. 12. Card. de Luca de Jurisdict. discurs. 1. num. 7. Rota coram Pamphil. decis. 693. per tot. in Rec. decis. 49. num. 24. part. 15. & decis. 93. num. 10. & seqq. part. 16. in Firmana Jurisdictionis super puncto Ecclesiar. 10. Maii 1700. §. Hoc ipsum & 17. Martii 1702. §. 13. coram Reverendiss. D. meo Decano.*

Hæc omnia licèt in se clara sint, tamen clariora redduntur ex pluribus argumentis antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus; & sanè antecedentia eruuntur ex dicta Concordia Mauritiana, in qua declaratur tertiam partem Decimarum Ecclesiæ S. Adalelmi spectare ad Archiepiscopum; Exercitium verò Curæ cum facultate audiendi Cõfessiones Cappelanis ab Abbate deputandis non nisi quàm per Archiepiscopos committi posse cum aliis conventionibus supra relatis, quæ ordinariam Jurisdictionem in Archiepiscopo tanquam pe-
8. nès Parochum Universalem ad evidentiam probant, ut signanter de Decimis *Rot. post Card. de Luca de Jurisdict. decis. 18. sub num. 1. & seq. & decis. 20. num. 23. & in Burgen. Juris instituendi 23. Junii 1690.* & de approbationibus ad Confessiones, aliisque actibus *Rota dicta decis. 20. num. 21. post Card. de Luca decis. 310. num. 3.* penes *Posth. de manut. & coram Zarat. decis. 10. n. 19. in Recent. decis. 22. n. 2. part. 7.*

Concomitantia promanant, ex quo documenta exhibita per Abbatem occasione dictæ antiquæ litis restringuũtur ad solum Indultum Sixti IV. confirmatum à Paulo III. quod certè non tribuit Abbati Territorium separatum, sed Jurisdictionem dumtaxat Civilem, & Criminalem in Ecclesia, & personas in ipsa Ecclesia degentes, eique inservientes. Subsequentia
9. verò deducuntur ex plusquam centenaria observantia elicita ex pluribus actibus gestis per Archiepiscopos, tum quia pro tẽpore Decimas receperunt, & approbarunt Sacerdotes ad Cõfessiones, commiseruntque Curam Cappellanis, tum quia Ecclesiam, & Confraternitates in ea erectas auctoritate Ordinaria visitarunt, tum,
10. & tandem quia Pontificaliter ordinarunt Clericos, dispensarunt in Matrimoniis, administrarunt Sacramenta cõfirmationis, Causas Spirituales vertentes inter Parochianos dictæ Ecclesiæ judicialiter cognoverunt, aliaque omnia gesserunt, quæ ad verum Diœcesanum pertinent; Quæ observantia non solùm digito demonstrat quid in Sententiis fuerit concessum, & respectivè denegatum, verùm etiam opera-
11. tur, præscindendo etiam à prænarratis resolutionibus, inductionem cujuscumque melioris tituli de Mundo. *Rota decis. 150. num. 4. 5. part. 5.*

part. 5. decis. 174. num. 10. part. 18. Recentior. in Ferrarien. Decimarum super Jure Universali 7. Junii 1696. §. Et ad augetur cor. bon. mem. Ursino, & in Illerden. Unionis 27. Junii ejusdem anni §. Hoc autem cor. eodem.

Non attento, quod actus hujusmodi Jurisdictionales exerciti fuerint ab Archiepiscopis sine scientia, & patientia Abbatum; Ultra quod
12. enim, quoties in tanta illorum pluralitate sub oculis Abbatum pro tempore ad effectum deductæ fuerunt, vanum est illorum ignorantiam allegare; Cum præsens quæstio versetur circa actus ab ipso Ordinario exercitos in vim propriæ, & nativæ Jurisdictionis, nulla scientia,
13. nullaq; alterius ratihabitio requiritur, ex quo tunc dicitur uti Jure suo, nec aliquid innovare in alterius præjudicium, *Tamburin. de Jure Abb. tom. 1. disput. 25. quæst. 9. num. 23. 24. Adden. ad Buratt. decis. 579. num. 16. Rota in Caputaquen. Jurisdictionis super bono Jure 4. Maii 1708. §. Siquidem, coram R. P. D. meo Caffarello.*

Exclusa qualitate Territoriali, & Jurisdictione quasi Episcopali facilis visus fuit recessus à decisis quoad sequentes actus, de quibus agitur in præsenti, firmis cęteroquin remanentibus illis, super quibus verè, & propriè cadit res Judicata, nam respectu aliorum eo ipso, quod stat firmum, quod Ecclesia Sancti Adalelmi non solùm sita est intra fines Diœcesis Burgen,
14. sed etiam in ipsamet Civitate, inde sequitur, quod Archiepiscopus dicitur habere Juris assistentiam super exercitio omnimodæ Jurisdictionis Diœcesanæ, & Ecclesiasticæ in Clerum, & Populum habitantem in Parochia Sancti Adalelmi, adeout respectu primi actus concernentis Commissionem Curæ Cappellanis per Abbatem nominatis Commissio Curæ fieri debeat per Archiepiscopum, non autem per Abbatem, ea quidem ratione, quod cum dicta Ecclesia quoad Curam, & Populum non sit subjecta Abbati, sed Archiepiscopo, utique Commissio ad
15. ipsum quoque spectare debeat, cujus sunt Oves habitantes in Parochia per *Text. express. in cap. cum plantare §. In Ecclesiis de Privil. in 6. cap. 1. de verb. signif. in 6.*

Maximè quia concurrit favore Archiepiscopi dicta Concordia Mauritina inita usque de anno 1242. In illa enim etiam specificè concordatum legitur, quod Cappellanus, seu Vicarius sit ab Abbate deputandus, ab Archiepiscopo verò impartienda sit facultas administrandi Curam Animarum, prout hoc ipsum servatum fuisse demonstrant literæ Patentes semper à solo Episcopo concessæ, de quo deponunt plures Testes formiter examinati de annis 1648. 1684. & 1696. quapropter sive dicta Concordia accipiatur per viam tituli de per se operantis, sive per viam declarationis ejusdem, quod
16. de Jure inerat, semper probat bonum Jus Archiepiscopi, venitque propterea inviolabiliter observanda ad *Text. in cap. 1. & cap. 1. fin. de pact. in 6. leg. non minor. Cod. de Transact. Rota decis. 310. num. 1. part. 5. decis. 5. num. 1. & seq. decis. 218. num. 4. part. 7. Recent.*

Transeundo autem ad alterum, minori Jure potest Abbas astruere sibi facultatem exercendi functiones Parochiales per seipsum, nam eo ipso, quod Archiepiscopus est Parochus Universalis totius Diœcesis, exinde sequitur, quod dum habitualis Cura penes ipsum residet, nequit Abbas illo inconsulto functiones per se ipsum assumere, & si se ingerit in administratione Sacramentorum, & exercitio functionum Parochialium in Plebe Episcopi, ipso facto incurrit excommunicationem ad *Text. in Clem. 1.* & plenè *Barbos. de potest. Paroch. cap. 20. n. 7. Card. de Luc. in addit. ad disc. 15. de Jurisdict. in supplement. num. 23. & seq* quam veritatem optimè agnoverunt Abbates pro tempore, qui vel se non intermiserunt in exercitio functionum Parochialium, & Sacramentorum administratione in d. Parochia, vel licentiam ab Archiepiscopo petierunt, ut resultat ex *Summ. Archiepisc. distribut. 6. Maii præteriti n. 39. & 40.*

Haud suffragante, quod Ecclesia S. Adalelmi sit plenariè memorato Abbati subjecta, quodque in antiquis executorialibus decernatur eidem privativa Jurisdictio, tam in Civili-
17. bus, & Matrimonialibus, quàm in Criminalibus in personas, & Clericos, quia cum Jurisdictio circumscripta sit intra limites Monasterii Ecclesiæ, & personarum in illis degentium, illa quidem operari poterit facultatem privativè quoad Archiepiscopum cognoscendi Causas Civiles, & Criminales Monachorum, aliorumque inservientium Monasterio, non autem translationem Parochialitatis, & Curæ in Populum, ut optimè firmat *Rot. dec. 13. num. 7. & dec. 29. num. 9. & seq. post Antonell. de Jur. & oner. Cleric. & in Firmana Jurisdictionis 15. Aprilis 1705. §. Hanc assertionem, coram Reverendiss. D. meo Decano.* Adstipulante signanter observantia, juxta quàm ipsi Abbates, quoties voluerunt aliquam ex functionibus explere, opportunam licentiam expostularunt, ut resultat ex ipsis licentiis pro tempore concessis, de quibus etiam deponunt Testes superius relati.

Pari insubsistentia laborat prętensio Abbatis prohibendi Archiepiscopo, ne possit ad tempus, & limitatè Cappellanos approbare, quoniam posita exclusione separationis dicti Territorii, cum nunquam Ecclesia S. Adalelmi fuerit avulsa ab Archidiœcesi, sicut illa remanet
18. pura Vicaria manualis & ad nutum amovibilis, prout sunt aliæ, quæ reperiuntur in eadem Archidiœcesi, & Curam exercent nomine Archiepiscopi, nequit iste per Abbatem astringi, ut Vicarios deputandos absolutè approbet, sed illos limitatè, & ad tempus recipere potest, quemadmodum firmatum fuit per *Rot. cor. Peuting. dec. 15. num. 23. decis. 13. n. 67. & seqq.*

decis.

decis. 55. *num.* 24. *& cor. Carill. dec.* 96. *n.* 7. *& seqq.*

Quin Obici valeat, quod ita Abbas privaretur Jure illo instituendi, & destituendi, quod sibi competere definitum fuit in antiquis executorialibus, quia cum tale Jus competens Abbati reseratur ad ea Beneficia, quæ existunt in Ecclesia S. Adalelmi, quorum institutio, & destitutio ad eum pertinet in vim Brevia san. mem. Sixti IV. extendi non potest ad Curam
19. Animarum, quæ non in titulum, sed amovibiliter, & ad nutum Vicariis committitur, & cujus respectu termini institutionis adaptari nõ possunt *Rot. post Pacichel. de distant. decis.* 29. *n.* 10. *& in Fanen. Jurisdictionis* 21. *Jan.* 1704. *§. Quod enim cum seq. &* 16. *Junii ejusdem anni §. Sed præter, cor. R. P. D. meo Scotto, &* 5. *Junii* 1705. *§. cum ergo, cor. R. P. D. meo Caffarello.*

Minusque tandem controvertere valet Abbas, quod Archiepiscopus ad novum examen compellere possit Cappellanos, & Vicarios ab
20. eo nominatos, quia admissâ in Archiepiscopo facultate approbandi limitatè, & ad tempus ex ea sequitur, quod ei permissum est, illos ad novum experimentum subiicere, quidquid dicendum foret, si absolutè approbandi essent, ut distinguunt *Dian. Oper. Moral. tom.* 7. *tract.* 1. *resol.* 67. *n.* 3. *& resol.* 68. *n.* 4. *Cabsut. in Delectemat. Jur. Canon. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 14. *Rodriq. qu. regul. tom.* 1. *qu.* 19. *art.* 8. maximè quia etiam in hac parte concurrit observantia, tàm Universalis in tota Diœcesi, quàm individua in ea Ecclesia, de qua agitur, juxtà quam Vicarii semper limitatè, & ad tempus fuerunt approbati, ac ad iteratum examen compulsi, quæ observantia, utpotè favorabilis, & magis prospiciens servitio, & saluti Animarum, eo fortiùs attendenda venit, cum Vicarii metu novi examinis diligentiores, & promptiores fiant ad
21. servitium sub spe obediendi prorogationem in Officio, ut ponderat *Card. de Luc. de Jurep. disc.* 15. *n.* 3. *&* 11. *Rot. cor. Peuting. d. dec.* 53. *num.* 73. *& cor. Coccin. decis.* 78. *num.* 13.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. ANSALDO.

Burgen. Jurisdictionis super commissione Curæ. Ven. 11. *Junii* 1706.

ARGUMENTUM.

Prælatus inferior Episcopo potest committere Curam animarum in Ecclesia unita ejus Monasterio exempto, stante consuetudine junctâ cum Privilegiis.

SUMMMARIUM.

1. *Executoriales à Sac. Rota concedantur ex præambulis decisionibus in Causa editis.*
2. *Regula quoad te liberas ædes habeo, quando præcedit.*
3. *Episcopi successerunt loco Apostolorum.*
4. *Concilium Tridentinum restaurans Jurisdictionem Episcoporum non derogavit Juribus Abbatum habentium à Sede Apostolica privativam jurisdictionem in temporalibus, & Spiritualibus.*
5. *Abbates regulares differunt quoad Jurisdictionem ab Archipresbyteris, alisque digitatibus sæcularibus Capitulorum.*
6. *Institutio authorizabilis respectu Curati pertinet ad Episcopos.*
7. *Exemptio passiva non extenditur ad exemptionem activam cum Jurisdictione in Clerum, & Populum.*
8. *Abbas Regularis ex consuetudine immemorabili potest effici Semi Episcopus.*
9. *Unia Ecclesiæ facta pleno jure quid importet.*
10. *Concordia, quæ non probatur per documenta authographa, non habetur in consideratione.*
11. *Instrumentum discordans in tempore, quo potuit celebrari, habetur pro apogripho.*
12. *Actus, qui dederunt Causam liti, non sunt habendi in consideratione.*
13. *Institutio authorizabilis contradistinguitur ab institutione collativa.*
14. *Populus sub cura degens in Parochia remanet sub Jurisdictione Episcopi, cujus sunt oves.*
15. *Fallit in certis circumstantiis, quando Parochia fuit unita pleno jure Abbati in Monasterio exempto, & cum Jurisdictione. num.* 17.
16. *Populus recipere debet Sacramenta in Ecclesia Parochiali.*

DECISIO XXVI.

TAM vigore Consuetudinis, cujus memoriæ non extabat principium, quam ratione Pgivilegiorum, ac confirmationum Apostolicarum, signanter *san: mem: Sixti IV.* ac *Pauli III.* quam, & denique in vim traditionis, sive historiæ Sacri Concilii Tridentini, necnon verborum ejusdem *in sess.* 24. *cap.* 20. *de Reform.* una cum addita declaratione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ipsius Sacri Concilii Interpretum, *Rota* jampridem censuerat, competere Abbati S. Joannis, ejusque Monasterio, omnimodam Jurisdictionem privativè ad Archiepiscopum in Locis pleno Jure subjectis sibi, ejusque Mensæ, ita affirmantibus in veteri dissidio litteris executorialibus Sacri nostri Auditorii, nempe *omnimodam Jurisdictionem Cri-*
1. *minalem, & Civilem in Clericos, & Personas &c. spectare ad dictum Dominum Abbatem prædicti Monasterii &c.* ut latiùs habetur *in Summario Moderni Abbatis num. primo ex litt. B. cum omnibus seqq.* & explanaverant de more *cuncta decisiones,* quæ præambulæ extiterunt prælaudatis Exequutorialibus, respectivè nempè *coram bo: mem:*

nem: Francisco Orano, & coram Hjeronymo Pambilio, postea ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, uti videre est ex Cathalogo præfatarum decisionum, quæ fortuitò asservantur impressæ apud *Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. 3. decis. 41. dec. 42. dec. 43. & dec. 44. penes Tostib. de Manuten. dec. 32. post primum volumen consiliorum Farinacc. decis. 100. & in part. 4. diversf. decis. 165. & 717. & decis. 37. part. 1. Recent.* & earum substantia refertur apud *Barbos. ad Concil. session. 24. de Reformat. cap. 2. sub num. 55.*

Cumque obdormiverit hæc altercatio, tàm sacrosanctè definita, fermè per duo sæcula, nuper occasione cujusdam Matrimonii celebrati per modernum Abbatem in Parochiali Ecclesia Sancti Adelelmi sibi pleno Jure subjecta, resurrexerunt, & axarserunt sicuti ignis inter spinas quatuor nova capita inspectionum, singillariter, ut moris est, *à Me* proposita, & per *Dominos* accuratissimè dispuncta; *Primordiale*, ac vegetius caput respiciebat commissionē Curæ Animarum prænominatæ Parochialis, sive Ecclesiæ S. Adelelmi, circa quod iidem *Domini* nullatenus ambegerunt respondere unanimiter *pro Abbate*.

Quoniam licèt obtruncè, & non omninò per extensum fuerint exposita ad evitandum inutile volumen verba Exequutorialium Sacræ Rotæ, de quibus supra, adhuc in præcedenti antiqua Causa *coram Orano, & Pamphilio* jurgium principale consistebat quoad hanc eandem Ecclesiam Sancti Adelelmi, quæ in iisdem Exequutorialibus, ac antecedentibus decisionibus præcisè definiebatur, *subjecta pleno Jure ipsi Abbati, ejusque Monasterio S. Joannis non minus in Spiritualibus, quàm in Temporalibus*, adeout respectu ejusdem Ecclesiæ tribueretur *omnimoda facultas recipiendi computa, de dicta Parochiali Ecclesia disponendi, atque in illa instituendi, & destituendi &c. privativè quoad Archiepiscopum &c.* ut in *dicto Summ. n. primo post litt. B cum seq.* Ideoque cum hodie tractaretur de commissione ejusdem Curæ Sancti Adelelmi, Archiepiscopus nihil prætendere valebat, veluti *privativè*
2. jam exclusus; facilè quippe dici poterat ab Abbate, ejusque Monasterio, *quoad Te Reverendissimū Archiepiscopum in hac Ecclesia Sancti Adelelmi liberas ædes habeo*, sicuti perurgente hujusmodi intrinseca ratione in non dissono proposito *post Ulpiani responsum lib. 17. ad Edictum, in l. Loci corpus 4. §. Competit etiam in fin. ff. Si servitus vindicetur, & lib. 28. in l. Si pignore subrepto 22. §. Si prædo, ff. de pignorat. act.* tradiderunt *Ancharan. consil. 360. num. 1. Ferrett. consil. 185. num. 6. in fin. vers. item dato quod, Marant. controvers. Jur. part. 5. respons. 45. num. 31. & 3. Borgnin. Cavalcan. decis. 16. n. 5. lib. 4. Rota decis. 709. num. 10. part. prima Rec. & in Romana Communautiarum, & Fontanilis 20. Januarii 1702. §. At denique, coram Me.*

Quin obsisteret idem *Sacrum Concilium Tri-*
3. *dentinum*, restaurare meritò procurans Jurisdictionem Episcoporum, atque Archiepiscoporum, utpote succedentium in locum Sanctorum Apostolorum: Siquidem, ut egregiè animadvertit, ac determinavit prænominata Congregatio Concilii Interpres, Sacrum Conci-
4. lium non cogitavit derogare Juribus Abbatum habentium à Sancta Apostolica Sede Romana Jurisdictionem omnimodè privativam, tam in spiritualibus, quàm in Temporalibus quoad hanc, vel illam Ecclesiam, & circa Personas, & Clericos ipsis Abbatibus pleno Jure subordinatos, prout optimè venerans declarationem eorundem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium tāquam optimè distinguenrem Archidiaconos, Decanos, aliosque certitudinalitet inferiores Episcopo, de quibus loquutum erat Concilium à supranominatis Abbatibus, præclarius forsan, & respectivè reverenter effata, & subsequuta est *Rota in prædicta decis. 43. n. 4. & seqq. & decis. 44. num. 6. post Tamburin. de Jur. Abbat.*, & habetur etiam penes *Ricc. decis. Cur. Archiepiscop. Neapolitan. decis. 184. par. 4.*

Non etenim, ut subjungebat eadem *Rota coram Orano in d. decis. 43. post Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 2.* par fundamentum erat circa Archipræsbyterum, sive Decanum, aut aliam Di-
5. gnitatem Capitularem respectu Episcopi, sicuti aderat in ordine ad Abbates in Territorio eisdem assignato, quia antiquis illis temporibus abbates, vel ex Consuetudine, vel ex Privilegio, & non Archidiaconi, aut Decani Capitulorum, sortiebantur Jurisdictionem quasi Episcopalem in Districtu, Locis, seu Personis mediante prædicto peculiari Privilegio, vel Consuetudine pleno Jure sibi subordinatis, atque subjectis, quemadmodum consecutivè ad hæc confirmarunt quoque *Gloss. & DD. in cap. cum Ecclesiar. de Offic. Ordinar. Innocent. in cap. 2. versic. de Abbatib. de transaction. Paris. cons. 22. num. 14. vol. 4. Mandos. regul. 26. Cancell. q. 3. n. 8. Paris. de Resignat. lib. 7. quæst. 15. n. 4. & seq. Chockier. de Jurisdict. part. 4. quæst. 67. n. 3.*

Neque videbatur intrare hæsitatio in ordine
6. ad institutionem auctorizabilem, quæ nunquā censetur prærepta à renibus Episcopi, cujus est Populus in Diœcesi sibi præfinita, ad ea, quæ collegerunt *Butr. in cap. unic. de Capell. Monachor. in 6. num. 16. & ibidem Imol. n. 7. Abb. num. 15. Soccin. in cap. cum & plantare num. 8. de Privileg. Fagnan. in cap. cum Ecclesiam n. 32. de Caus. possess. & propriet. Gonzal. in cap. cum satis num. 3. & seqq. de Offic. Archidiacon. Bellamer. cons. 89. num. 12. Murg. de Benefic. qu. 2. n. 183. & quæst. 3. n° 100. & seqq. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæst. 31. num. 61.* & bene in aliis particularibus casibus dixit *Rota decis. 14. n. 3. post Murg. quæst. Pastoral. Burgen. Juris Instituendi, seu conferendi 23. Junii 1690. §. & verà in fin. coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, & Faven. Jurisdictionis 16. Junii* 1704.

1704. §. *Et præsuppoſita unione*, *coram* ;*R. P. D. meo Scotto*.

Authumarunt etenim *Domini*, diſtinguentes tempora ad finẽ concordandi Scripturas, quod hæc omnia fortiter procederẽt ubicũq; tractatũ foret de intelligentia antiquarum formularum pro Monachis, & Religioſis eorundem temporum abſque conceſſionibus, ſive definitionibus deinceps ſuperventis privativè, quoad Archiepiſcopum, vel Epiſcopum, itaut ſonarent in purum exemptionem, vel ad eam referri poſsẽt, quia tunc exemptio paſſiva aſcendere non poterat ad Juriſdictionem activam juxtà celebrem ſanctionem *Bonifacii VIII.* relatam *in cap. Per exemptionem de Privileg. in 6.* quam, utentes hoc argumento, exornarunt *Doctores*, juſtè reputantes, ab exemptione paſſiva non poſſe de-
7. duci conſequentiam ad Juriſdictionem activam
Fagn. in cap. cum Capella num. 16. de Privileg. Calderin. in concil. quod incipit *Chriſti*, *& Glorioſæ Mariæ*, *impreſs. poſt Lap. allegat. 139. à num. 20. ad ſeqq; Chockier. de Juriſdict. Ordin. in exempt. part. prima quaſt. 13. num. 4. Donat. Rer. Regular. tom. 2. part. 3. tract. 10. quaſt. 4. num. 2. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 15. n. 4. Bertucchin. vot. decisiv. 141. num. 12. dec. 181. num. 11. coram Carill. dec. 338. num. 14. coram Priol. deciſ. 840. num. 4. coram Emerix. Jun. dec. 324. num. 26. part. 1. Recent. dec. 334. n. 20. part. 13. & in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono Jure 26. Novembris 1694. §. Nec ad deſtruendũ cum ſeqq. coram Eminentiſſimo D. meo Card. Caprara, in Firmana Juriſdictionis ſuper Reſervatis 15. Aprilis 1701. §. 12. & in Herbipolen. Juriſdictionis 28. Februarii 1703. §. Sed ſolùm cum ſequen. in utraque coram Reverendiſſimo P. Domino meo Molines Decano, & in Leodien. Juriſdictionis 7. Aprilis 1704. §. Rurſus etenim, coram Me.*

Cœterùm quando Conſuetudo immemora-
8. bilis, munimenta Regum de quibus in *Summario Abbatis num. 10.* Apoſtolicæ confirmationes prælaudati *Sixti IV. & Pauli III. Summario Archiepiſcopi num. 6.* & correlativè *deciſio corã Orano impreſſa ut ſupra poſt Tamburin. de Jur. Abbat. deciſ. 42. in princip. verſ. primo in donatione* effecerunt, quod Abbas Monaſterii Sancti Joannis frui valeret tanquam, ut ita dicamus, ſemi-Epiſcopus omnimoda Juriſdictione in Spiritualibus, & Temporalibus, & tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus *privativè* quoad Archiepiſcopum in Eccleſia Sãcti Adelelmi ſibi *pleno Jure* ſubjecta, non amplius verſabamur in terminis ſimplicis exemptionis, ſed
9. Juriſdictionis activæ, & fermè Epiſcopalis ad hunc quoque reſultantem effectum commiſſionis Curæ citrà neceſſitatem alterius Inſtitituttionis auctorizabilis procurandæ, vel obtinendæ ab Epiſcopo, ſecundum ea. quæ etiam in longè debilioribus, ſeu reſpectivè fortioribus terminis affirmavit, & docuit *Jo: Andr. in cap. de Monach. de Præbend. & Dignitat. ſub n. 10.* ibi ; *Verùm ſi pleno Jure concedatur, tunc Abbas quaſi Vicarius Epiſcopi poteſt in tali Eccleſia Presbyterum ponere, & curam Animarum ei committere*: & proſequuntur *Gloſſ. in cap. unico, verb. ipſis de Capell. Monachor. in 6. & ibi Franc. ſub n. 3. in tertio membro ſuæ diſtinctionis, verſic. Ex quibus nota, Innocent. in cap. In Lateranenſi num. 3. de Præbend. & in cap. Cum inter de Sentent. & re judic. ſub num. 2.* ubi *Abbas num. 12. verſic. Tractat hic Innocentius, Gaufred. in cap. Paſtoralis ſub num. 4. de Donation.* ibi ; *Si verò ſit Eccleſia Parochialis, tunc Abbas habet præſentare Vicarium Epiſcopo*, & ſi pleno Jure *eam habeat, Abbas Vicarium ponere poteſt*, & Curam committere, *& etiam removere* ; *ibidem Gonzal. ſub num. 2. Imol. in cit. cap. Monach. §. Si autem Eccleſia, eodem tit. de Præbend. Paſſerin. in cap. Abbates num. 3. de Privileg. in 6. Felin. in Repertor. verb. Eccleſia ſubdita pleno Jure, Tondut. reſolut. Benefic. part. 2. cap. 1. §. 5. ſub n. 12. Modern. Roman. in ſuis diſceptationibus Eccleſiaſticis part. prima diſceptation. 20. ſub num. 11. & 31. Ricc. in Prax. var. reſolut. cap. 293. n. 3. & 4. Zerol. in Prax. Epiſcop. part. prima. § 19. Turricell. de Union. cap. 4. num. 52. Chockier. de Juriſdiction. part. 1. quaſt. 9. num. 6. tom. 1. Lotber. de Re benefic. lib. 1. quaſt. 33. num. 10. & lib. 2. quaſt. 12. num. 13. & 32. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat. 72. num. 185. & 188. Rota deciſ. 2. num. 2. de Exceſſ. Prælator. in nov. deciſion. 5. ſub. num. 8. part. 7. & deciſ. 93. num. 11. part. 16. Recent.*

Circa autem Concordiam, quam ſatagebant amplificare Defenſores Archiepiſcopi, utpote ſequutam de *anno* 1242. ac ſtabilientem, quod Cappellanus in Eccleſia S. Adalelmi valeret quidem nominari, ſeu præſentari ab Abbate, ac Monaſterio S. Joannis, ſed Inſtitutio danda eſſet ab Archiepiſcopo, vel Archidiacono, *Summ. Archiepiſcopi num. 5.* necnon circa Inſtitutiones, quæ hodie de proximo factæ dicebantur ab eodẽ Archiepiſcopo de annis 1682. 1683. *& ſeqq. eodem Summ. Archiepiſcopi n. 9. & 10.* parùm *Domini* immorati ſunt; Quoniam
10. de enunciata Concordia nullum apparebat, & nullum dabatur legitimum authographum, ut poſſet illa haberi in aliqua conſideratione, maximè dum Sacra Rota *coram præfatis Orano, & Pamphil.* ac ſubſequentibus Executorialibus, ſignanter quoad hanc Eccleſiam S. Adelelmi definierat oppoſitum, quin de hac exagerata Concordia ulla poſt eam effulgeret obſervantia. Quapropter hæc Concordia tanquam in ſui radice non juſtificata pro vera, & ſubſequẽter ineffectuata reputari non poterat in aliquo ente, ſive conſideratione, ſecundum ea, quæ in terminis Concordiæ reſpondit aliàs *Rota*, & ſignanter *deciſ. 61. num. 6. poſt Urceol. de Tranſact. deciſ. 42. n. 8. poſt Tamburin. de Jur. Abb. deciſ. 62. num. 12. coram Peutinger. deciſ. 144. num. 12.*

num. 12. *&* 13. *coram Bich. decis.* 472. *num.* 7. *coram Dunoz. Jun. dec.* 252. *num.* 12. *part.* 13. *& decis.* 227. *num.* 8. *par.* 18. *rec. & in Aretina Beneficii* 21. *Junii* 1701. §. *Informantes, in Illerden. Distributionum* 7. *Aprilis* 1704. §. *Quinimo, & in Civitatis Vetulæ Transactionis* 28. *Aprilis ejusdem anni* 1704. §. *Firma igitur stante in omnibus coram Me*.

Certiùs quia ad trutinam appensis temporibus Concordiæ, ac illis S. Adelelmi, à cujus veneratione nomen recepit hæc Ecclesia, quæ ut prætendebatur, prius dicta erat S. Joannis Evangelistæ *Summ. Abbatis num.* 10. de facto præfulgebat, quod hujusmodi Concordia supponebatur inita *de anno* 1242. & S. Adelelmus mediante Regia Donatione consequutus fuerat hanc Ecclesiam de anno dũtaxat MCCCVIIII. quemadmodum præseferebat *utrumque Summarium*, nempe *Reverendissimi Archiepiscopi n.* 4. *&* 5. *& Abbatis num.* 10. *litt. B.* Sicque vel asserta in contrarium Cõcordia remanebat inefficax ob illegalitatem, ac deficientia documenta, aliàs necessaria ad illam firmandam in robore probationis, vel restabat æquivoca, utrum scilicèt loqueretur de hac Ecclesia S. Adelelmi, aut de alia, aut ad omne pejus apertissimè dissonabat in tempore. Quomodo enim poterat censeri, quod Ecclesia S. Adelelmi, de qua agebatur, esset comprehensa in Concordia, dum S. Adelelmus erat in humanis post 67. *annos videlicèt ab anno* 1242. *ad annum* 1309. & successivè sui ipsius debuit expectari canonizatio; quoties enim quodlibet Instrumentum discordat in tempore, quo potuit celebrari, facilè habetur pro apocripho, & insubsistenti, teste *Marant. controv. Jur. part.* 3. *respons.* 84. *n.* 27. *&* 62. *cum seqq. Mascard. de probat. concl.* 740. *num.* 21. *vol.* 2. *Farinacc. in prax. Crim. de falsit. & simulat. quæst.* 153. *n.* 170. *Francisc. Marc. dec.* 151. *num.* 2. *part.* 1. *& decis.* 613. *num.* 1. *vers. secunda conjectura part.* 2. *Rota post primum volum. consil. ejusdem dec.* 132. *num.* 2. *& ibi Adden. litt. B in fin. & dec.* 285. *num.* 1. *part.* 18.

Similiter institutiones, sive Licentiæ recentius concessæ ab Archiepiscopo, scilicèt de annis 1682. 1683 *& seqq.* idoneæ non erant, vel
12. ad præscribendum statum contradictorium, vel ad obnubilandam intentionem Abbatis radicatam in discussione Sac. Rotæ, atque in illius Executorialibus, Unde ad summum præbere potuerunt causam liti, & proinde parvi erant faciendæ, sicuti tradunt *DD. in cap. licèt causa de probat. Bart. & Bald. in l. final. ff. ad Turpillian. Dec. cons.* 28. *num.* 10. *contr. discep. forens. caus.* 53. *num.* 3. *in fin. tom.* 1. *Posth. de manut. observ.* 17. *num.* 46. *Rot. decis.* 42. *n.* 8. *cum seqq. post Tamburin. de jur. Abbat. decis.* 634. *num.* 10. *coram Cavaler. decis.* 522. *num.* 20. *coram Bich. decis.* 741. *num.* 4. *coram Emerix. Jun. decis.* 533. *num.* 2. *part.* 1. *dec.* 588. *num.* 1. *part.* 6. *decis.* 219. *num.* 25. *part.* 16. *dec.* 204. *num.* 23. *& decis.* 329. *part.* 18. *rec. in Firmana Jurisdictionis super reservatis* 15. *Aprilis* 1701. §. 26. *coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, & in Caurien. Jurisdiction.* 11. *Jun.* 1703. §. *Non urgentibus coram Eminentissimo D. meo Cardinali Caprara*.

Tandem pro coronide ad eam subalternantem quantumvis cæteroquin justam rationem,
13. respectu Institutionis auctorizabilis contradistinctè ab Institutione collativa ex animadversis per *Gloss. in cap. unico de Capell. Monachor. in figurat. casus circa fin. Franc. ibidem sub n.* 5. *DD. in cap. cum satis de Offic. Archidiacon. Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 99. *Domini* firmiori præsidio innitentes responderunt, verum equidem esse, quod ubi tractatur de Populo non compræhenso in Privilegiis Abbatum au-
14. ctoritas intronizans saltem respectu ejusdem Populi remanere dicatur penès Episcopum, cujus Oves aut per proprium Episcopum, aut in omnem casum subsidiariè pascendæ sunt per alterum institutum, seu nominatum ad Curæ exercitium ab eodem Episcopo; Nihilominus adhærendo intentioni *Sac. Concilii*, illiusque declarationi factæ per S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & præcisius tenori Privilegiorum, ac nostrarum Executorialium supradicta ratio prosternabatur, quia quoties aliqua Ecclesia *pleno jure* incorporata est cum Parochia alicui Abbati, jam per Sedem Apostolicam vestito omnimoda Jurisdictione quasi Episcopali, ejusdemque Jurisdictioni subjecta, *privative* quoad Ordinarium sub expressè illi concessa cognitione Causarum usque Criminalium, & matri-
15. monialium; idem Abbas in his peculiaribus, & rarò cõtingentibus circumstantiis præcisivè à charactere reputãdus est quodammodò Episcopus, reputandus est quodammodò Ordinarius totius Parochiæ, & consequenter Populi in ea degentis, itaut ipse Populus, (qui in illa
16. Sacramenta recipere tenetur, ad notata per *Barbos. de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 153. *num.* 66. *&* 67. *Rot. decis.* 380. *num.* 11. *&* 13. *part.* 5. *rec.*) veniat perpensis iisdem circumstantiis in consequentiam ejusdem Parochiæ sic unitæ, & incorporatæ secundum ea, quæ benè
17. innuit *Innocent. in cap. In Lateranen. de Præbend. Imol. in cap. de Monachis num.* 7. *eod. tit. idem Innoc. in cap. Pastoralis num.* 2. 3. *&* 6. *de donat. & ibi Jo: Andreas num.* 5. *vers. quod si Archiepiscopus Hostiens. ibid. eod. num. & vers. Ancharan. sub num.* 5. *&* 6. *Soccin. in cap. Recepimus n.* 7. *eod. tit. Alexander de Nev. ad Ab. in cap. ex ore sub verb. exemptus, Lap. alleg.* 139. *sub num.* 10. & ibidem prosequitur *Calderin. sub num.* 17. 18. 22. *& per tot. Francisc. Ansald. cons.* 34. *num.* 235. *&* 136. *Cavalcan. in consul. impress. in repert. Brixien. ad ejus decis. part.* 1. *verb. unico num.* 26. *vers. sed Populus exemptus, Rota decis.* 459. *num.* 28. *& seq. coram Bich. & in Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium* 6. *Apri-*

Aprilis 1693. §. *& certò certiùs cum seq. cor. bo. me. Ursino, & in Firmana Jurisdictionis super reservatis* 15. *Aprilis* 1701. §. 14. *&* 16. *cor. Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.*

Concludendo itaque, seu repetendo à primo ad ultimum, ad sensum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, quod Abbatibus Regularibus minimè fuerit ablata per S. Conc. Tridentinū eorum Jurisdictio, quæ illis competebat tanquam (ut ita prosequamur) quodammodò Episcopis *exercitium Curæ committendum esse per eundem Abbatem S. Joannis*, Rota resolvit utraque &c.

R. P. D. MOLINES DECANO,

Castelluna validitatis concordia, seu Bipartitæ Lunæ 12. *Januarii* 1705.

ARGUMENTUM.

Agitur de Bipartita factâ inter Religiosos ejusdem Ordinis, an, & quando subsistineri possit. vel potius rescindenda venit ex capite nullitatis, & læsionis, aliaque plura traduntur.

SUMMARIUM.

1. *Transactio rescinditur ex capite læsionis, & injustitia.*
2. *Bipartita facta inter Religiosos quatuor requisita habere debet, ut subsistineri possit.*
3. *Causa justa concurrere debet in divisione Provinciarum Regularium.*
4. *Beneplacitum obreptitium, seu subreptitium nullius est roboris quamvis impetratum à Sede Apostolica.*
5. *Difinitorium caret facultate faciendi divisiones Provinciarum; & illæ pertinent ad Capitulum generale.*
6. *Definitorium non potest statuere id, quod fuit impugnatum in Capitulo generali.*
7. *Consensus omnium nationum concurrere debet pro aliquo stabiliendo in Capitulo generali.*
8. *Actus, qui omnes tangit, debet ab omnibus approbari.*
9. *Divisio justa non patitur, ut uni tradatur major pars.*
10. *De natura Transactionis est, ut aliquid hinc inde detur, & remittatur.*
11. *Status Religionis non semper remanet eo modo, sed habet suas vicissitudines.*
12. *Finis consideratus, ubi non attenditur, rescinditur Concordia inter Regulares.*
13. *Probatio non potest desumi ex actibus deficientibus.*
14. *Scripturæ informes existunt aliquando in publicis Archiviis.*
15. *Inverisimile oritur ex distantia locorum respectu alicujus Scripturæ, quæ ex illis pervenire debebat.*
16. *Præsumptio inexistentiæ Scripturæ desumitur ex non facta productione.*
17. *Actus inefectuatus nullum tribuit Jus.*
18. *Tractatus consultivus non debet haberi in consideratione.*
19. *Actus subsequens destruit primum, seu arguit illius ineffectuationem.*
20. *Placitum super divisione dependet ab omnibus nationibus non autem à Singularibus Religiosis.*
21. *Mandatum procuræ non præsumitur.*
22. *Probatio, si requiritur per necesse, non sufficit per possibile.*
23. *Divisio quando non dicatur approbata ab omnibus Regularibus.*
24. *Justitia divisionis desumenda est ex rationibus intrinsecis, non extrinsecis.*
25. *Prædominium alicujus nationis non attenditur pro sustinenda Bipartita.*
26. *Transactio non sustinetur super his, quæ per dolum fuerunt occupata.*
27. *Monasteria quando considerari debent uti singula, & quando per modum universitatis.*
28. *Divisio præferre debet æqualitatem, ut subsistineri possit.*
29. *Subreptio, & obreptio vitiant gratiam, seu confirmationem Apostolicam.*
30. *Concordia non datur sine consensu.*
31. *Capitulum generale representat totam Religionem.*
32. *Pontifex non præsumitur velle inæqualitatem inter Religiosos.*
33. *Transactio nulla, & injusta non potest subsistineri, etiamsi fuerit à Judice approbata.*
34. *Vitia non sanantur per solemnitates adhibitas.*
35. *Decretum Judicis nihil operatur, ubi constat de læsione, & Injustitia.*
36. *Taciturnitas in præjudicialibus non inducit consensum.*
37. *Observantia non pacifica, sed impugnata non attenditur.*
38. *Lex tractu temporis si detegatur læsiva, & injusta reformari debet.*
39. *Transactio injusta, & læsiva etiam jurata tractu temporis convalescere non potest.*
40. *Observantia dicitur necessaria pro redarguenda lege de læsione.*

DECISIO XXVII.

CUM plures Monaci Ordinis S. Bernardi Congregationis Cistercienfis ex Provinciis Campos Legionis, & Galleciæ nullam, & injustam esse prætenderent quandam assertam Concordiam, seu Bipartitam usque de Anno 1660. à Capitulo intermedio ejusdem Ordinis stabilitam, & successivè per sa. me. Clementem IX. & Clementem X. duplici separato Brevi confirmatam, prævia speciali commissione Signaturæ Gratiæ adjerunt Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium pro necessaria oris aperitione, & postea Sanctissimus Dominus

minus Noster Clemens XI. mandavit, ut dicta Sacra congregatio procederet cum Voto hujus Sacri Auditorii, qua de re sub die 19. Novembris 1703. consului Dominos *An intraret arbitrium pro aperitione oris*, & affirmativum prodiit responsum ex momentis, & rationibus in evulgata decisione lato calamo recensitis, ad cujus tenorem subinde Votum Tribunalis publicavi, quod prædicti Monaci eidem Sacræ Congregationi exhibuerunt, & quia in illius executione aliquæ ortæ sunt difficultates, novum recursum habuerunt ad Signaturam Gratiæ, in qua placuit eidem Sanctissimo Domino Nostro rescribere, ut prævia aperitione oris, juxta sensum Rotæ Sacra Congregatio procederet ad definitionem Causę principalis cum Voto ejusdem Rotæ. Hinc propterea in hodierna Audientia disceptandum proposui Dubium ¦ *An Transactio, seu Bipartita substineatur, itaut Brevia sint exequenda* ¦ quod fuit in omnibus *negativè* resolutum.

Præsuppositâ namq; facti serie abundè relatâ in alia mea Decisione super oris aperitione,
1. ratio decidendi subnixa fuit Nullitati, Injustitiæ, ac læsioni dictæ Bipartitæ, quæ vitia sunt talis naturæ, & operationis, ut illam destruant, ac de medio tollant, etiamsi processisset per modum legitimæ, & rigorosæ Transactionis (quæ aliàs ex infra deducendis nequaquam adest) Transactiones namque laborantes patenti nullitate, enormemque alterius ex Partibus læsionem involventes, ab omni Jure inefficaces, irritæ, & invalidæ declarantur, *ad Tex. in l. qui cum Tutoribus §. Qui fallaciam, ff. de Transact. & in l. Transactio, C. eodem, Cagnol. in l. 1. num. 78. vers. pro contraria & seq. C. de rescind. vendit. Dec. in l. cum se 5. num. 1. C. de transact. Card. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. num. 23. & seqq. Rot. decis. 24. num. 19. post Salgad. in Labyr. Credit. & decis. 55. num. 1. apud Urceol. de transact. & in Rec. decis. 12. n. 5. & decis. 331. num. 16. part. 17.*

Evidens equidem apparuit nullitas Bipartitæ; Ad ejus enim validitatem quatuor requisita copulativè concurrere debent nempe justa causa, cõsensus omnium Nationum, Authoritas Ca-
2. pituli Generalis, & Beneplacitum Sedis Apostolicæ, ut conveniunt omnes super materia scribentes, inter quos *P. Passerin. de elect. c. 2. n. 60. & 61. Sanct. Ubald. in Quodlibet. Regular. quodlibet. 12. dub. 10. num. 1267. vers. quia tamen, Raggius de regim. Regular. dub. 26. concl. 2. Cappon. discept. 49. num. 1. tom. 1. Bruno Neuss. in Polianth. Theolog. Canon. disput. 120. quæst. 1. §. ult. num. 10, Card. de Luc. de Regul. disc. 3. num. 10. in fin. à Spiritu Sancto in director. Regul. tract. 5. disput. 2. sect. 5. num. 95.*

In præsenti autem themate utique non deficiebat primum substantialissimum requisitum justæ causæ, dum revera Religiosi aliquorum Monasteriorum ex Alcarria, & Manca oriundi facta confœderatione soli, omnia ferè Monasteria occupaverant, eaque inter ipsos dividebant, admittẽdo ad habitum Religionis Oriundos ex dictis Terris solummodò, aliaque hujusmodi agebant totale dominium supra cœteros præseferentia, quæ latè enarrantur in alia decisione super aperitione oris §. *Ob majorem cum seq.* itaut ad hasce partialitates, & controversias extinguendas Religiosi utriusque Veteris, & Novæ Castellæ necessarium simpliciter esse crediderint aliquod æquum, justum, & rationabile temperamentum pro bono pacis, & regularis quietis universæ Religionis, ut recognitum fuit in congressibus Annorum 1662. 1669. & 1671. quæ sanè causa est altera ex illis, quæ
3. à Scriptoribus Regularibus justissima reputatur ad dividendas Dignitates, & Officia Religionum, ut concludunt Authores prælaudati in §. 3. Ab eaque plures Summi Pontifices moti fuerunt ad istas divisiones Auctoritate Apostolica confirmandas, derogando Juris dispositioni, quæ aliàs tales Societatum Regularium scissiones non admittit ex traditis per *Petrum de Bassio in director. part. 3. cap. 35. n. 4. Castellin. de elect. cap. 1. num. 37. Passerin. eodem tract. cap. 2. num. 60. Murg. in Constit. Apostol. dec. 19. num. 5. & seqq. & decis. 20. n. 11. Rota dec. 65. num. 10. part. 1. Rec.*

Prout non deficiebat Beneplacitum Apostolicum, sed cum istud fuerit obreptitiè, & subreptitiè extortum ut infra agendo de executio-
4. ne Brevium in hoc negotio emanatorum habebitur sermo, perinde est, ac si re vera non concurreret; Penitus tamen, penitusque desiderantur alia duo requisita; Exulat quipqe Auctoritas Capituli Generalis, dum Bipartita stabilita fuit Anno 1669. in Capitulo intermedio composito ex Generali, & sex Definitoribus ad aliũ effectum coadunatis, ut refertur *in alia decisione super oris aperitione §. Gravissimas*; illius proinde nullitas efficitur insanabilis, cum Definitorium careat potestate stabiliendi ejusmodi Re-
5. ligionum divisiones, talique facultate fruatur Capitulum Generale universam Religionem repræsentans, ut ajunt *Fagnan. in cap. cum dilectus num. 33. de consuetud. Donat. in prax. Regular. tom. 2. tit. de elect. quæst. 32. num. 3. A Sanct. Ubald. quodlibet 12. dub. 10. num. 1267. vers. cum apud nos, Passerin. de elect. dicto cap. 2. num. 60. & 61.* & fuit dictum *in decisione super aperitione oris §. Incipiendo.*

Eoque magis quia facultates Definitorii ex Constitutionibus Congregationis sunt restrictæ ad certa negocia inferiora, *Summario Patrum Castellæ Veteris num. 9.* ac etiam quia hujusmodi Bipartitam concordare noluit Capitulum Generale Anni 1668. ut inferius dicetur.
6. nec proinde valuit Definitorium ex paucis Religiosis compositum ea statuere, quæ in dicto Capitulo fuerant præcedenter impugnata, & acerrimè contradicta *ad regul. Text. in cap. cum infe-*

infrior. de majorit. & obed. & in specie à *S. Ubald. quodlibet regular. 12. num. 1356.* & observat præallegata decisio super aperitione oris *super eodem §. Incipienda.*

Sicut etiam non probatur datum fuisse consensum ab omnibus Religiosis Nationalibus interesse habentibus, sine quo nec per ipsum Capitulum Generale statui potest in Religionibus Bipartita, seu alia divisio, ut probat *Passarin. de elect. cap. 2. num. 60. 61. & 63. in fin.* ex ea
7. efficaci ratione, quia cum similes divisiones sint actus respicientes privatum singulorum interesse, necessarius est ad illarum validitatem, & substinentiam omnium Nationalium consensus, ut notant in specie *Solorzan.de Jur. Indiar.lib.3. cap. 26. num. 96. à Spiritu Sanct. in director. regular. tract. 5. disput. 2. sect. 5. num. 95.* & generaliter est de regula, quod actus, qui omnes
8. tangit ab omnibus, & singulis nemine discrepante approbari debeat; ut docuit *Gloss. in cap. cum omnes in verbo constitutum de Constitut. ubi Innoc. num. 3. Bald. num. 16. Abbas n. 5. Bellamer. num. 5. & 8. Beru num. 9. Fagnan. num. 8. & 9. Barbos. num. 5. Paris. cons. 90. num. 18. lib. 4. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 4. cap. ult. §. 1. sub num. 9. Rot. decis. 307. num. 3. coram Coccin. & decis. 450. num. 13. coram Cerro & decis. 139. num. 5. part. 14. & decis. 224. n. 25. & seqq. part. 16. & in Romana Immissionis 26. Martii 1696. §. Ut etiam coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Nullitatibus hactenus expositis clarior, & lucidior est injustitia Bipartitæ; per eam quippe divisa fuit Religio in duas partes, scilicèt Castellæ Veteris, & Novæ, ponendo in earum qualibet Provincias, & Regna ibidem specificata, supponendo cum hac divisione materiali Regnorum, & Provinciarum rem deducere ad æqualitatem, vel saltem justam in apparentia ostentare, sed ultra quod impugnabatur per Patres Castellæ Veteris, quod ejusmodi materialis divisio processerit servatâ debitâ æqualitate ex deductis in alia decisione super aperitione oris §. *Et sic sensim.* Iniustitia, & enormissima læsio Bipartitæ oritur ex hoc ipso, quod divisio facta fuit per materialem Regnorum, & Provinciarum divisionem, & separationem; Jurgia namque contentiones, & controversiæ inter Castellanos novos, & veteres exortæ fuerant, ex quo illi quantumvis in eorum Tertis non haberent nisi sex tantùm Monasteria, nihilominus occupaverant, mediantibus factionibus, & confæderationibus, ferè omnia triginta sex Monasteria pusita in locis Castellæ Veteris, *propter quod affectus Monacorum erga proprias Terras, è quibus erant oriundi perturbabatur.* Quapropter ad extinguēdas hujusmodi partialitates non erat congrua, & conveniens separatio per Provincias, & loca materialia, in quibus non aderant Monasteria, sed divisio facienda erat habito tantùm respectu ad loca, in quibus illa existebant: Hoc quippe modo extinguebantur partialitates, & factiones. Consideratâ autem hac dividendi ratione per Monasteria, quæ erat unice attendenda, patentissima consurgit illius læsio, nam Castellani novi habentes sex tantùm Monasteria in eorum Terris, adepti sunt per Bipartitam materialiter, ut supra diximus per Regna, & Provincias factam quindecim Monasteria Castellæ Veteris, contra omnes regulas
9. justæ, & æqualis divisionis, quæ non patitur, ut una pars non solùm nihil recipiat ab altera, sed insuper, quod eidem majorem suorum Jurium contribuat portionem per ea, quæ tradunt *Boer. decis. 6. num. 1. cum seqq. Micalor. de Fratrib. part. 3. cap. 1. num. 29. Calvin. de æquit. lib. 1. cap. 4. num. 5. & in Romana Concordiæ 15. Junii 1696. §. Ex quibus coram Me.* Etiam si divisio fieret per viam Concordiæ, & Transactionis, dum etiam in hoc contractu debet
10. hincinde aliquid dari, & remitti, sine qua mutua datione, & cessione, ille tanquam nullus, & enormiter læsivus ab omni Jure reprobatur, *ad vulg. Text. in l. Transactio, C. de transact.*

Augetur injustitia Bipartitæ, quia alia Causa ob quam deventum fuit, & necessarium erat devenire ad præfatam divisionem, extitit factionum, & confæderationum extinctio, quæ per divisionem antedicto modo per Regna, & Provincias factam, nedum sublatæ non fuerunt, sed potius confirmatæ, & altius radicatæ; nam Castellani novi acquirendo quindecim Abbatias fixarunt una cum aliis sex propriarum Terrarum 21. voces activas in eorum Factione, quibus adjunctis aliis vocibus Prædicatorum, qui de illo tempo e erant de eadem confæderatione juxta decretum factum in eodem Capitulo intermedio, Capitulum Generale pro majori parte remanebat compositum ex eisdem Castellanis novis, prout erat antea, immo pejori modo, ac longè magis præjudicali, dum per Bipartitam facto constabilita remansit in vim legis scriptæ sine spe rescissionis, ubi è contra ante Bipartitam possibilis, & sperabilis erat Factionis decrescentia, & reductio Religionis
11. ad pristinum statum libertatis, & indifferentiæ Nationalium, juxta rerum humanarum vicissitudines, quibus status humanus subiacet, ut ait *Text. in §. Quia verò hactenus Auth. de nupt. & in §. Ut autem Lex. Auth. de non alienan. reb. Eccles. & §. Primo Auth. ut omnes obed. Judicib. & optimè Hostien. in cap. tua Nos de consanguin. & affinit.*

Nihil igitur injustiùs remanet ea divisione, seu transactione, per quam alteri ex partibus tribuitur totum id, quod erat in controversia, sine assequutione potissimi finis, propter quem inita, & stabilita fuerat, nimirum sedandi Factiones, & controversias, ac reddendi Ordini Claustrali pacem, & perpetuam tranquillitatè, ut latius observat Decisio super aperitione Oris §. *Ejusdem ponderis.*

Nec

Nec expensa nullitatis, & injustitiæ vitia reĉtè oppugnabantur ex fundamentis hodie noviter deductis; non quidem ex eo principalissimo, quod controvesa Bipartita stabilita fuerat de anno 1669. per Capitulum intermediū in executionem alterius Bipartitæ conclusæ de anno 1662. in quodam cōgressu habito Matriti in Regio Monasterio Sanctæ Anne per decem Magistros, & Cathedraticos suffultos legitimo mandato Procuræ omnium Monasteriorum, ut prætendebatur constare ex actis ejusdem congressus transcriptis *in Summario Patrū Castellæ Novæ Numero* 5.

Enim verò hujusmodi objecto duplex æquè solida occurrebat responsio; Quarum alter stabat in eo, quod acta præfati congressus non fuerunt exhibita in forma probanti, dum transcripta *in dicto Summario Patrum Castellæ Novæ sub num.* 5. sunt quædam assertæ illorum particulæ excerptæ ex Summario cujusdam recur-
13. sus facti de anno 1668. per P. Dionysium Mantillam Congregationi particulari super negotiis Monacorum Cistercienfium deputatę, unde ex illis nulla legitima oritur probatio *C.1. de fide Instrum.* cum aliis relatis per *Rotam in decis.* 187. *num.* 1. *part.* 5. *rec. & decis.* 51. *n.* 4 *&* 5. *part.* 9.

Nihil suffragante, quod dictum Summarium repertum fuerit inter Codices dictæ Congregationis particularis, cujus à Secretis tunc tēporis erat R. P. D. Fagnanus clar. mem. Quoniam nil repugnat, quod Litigantes exhibeant in eorum Summariis scripturas informes & documenta debita legalitate carentia, quem de-
14. fectum non supplent publica Archivia, in quibus illa asservari contingit, cum & in istis passim existant, & reponantur informes, & illegales scripturæ; ut in proposito dixit *Rota decis.* 41. *per tot. part.* 1. *coram Verall. & decis.* 167. *num.* 7. *& seqq. coram Coccino, & decis.* 285. *num.* 2. *& dec.* 1296. *num.* 25. *coram bo. mem. Emerix Decano.*

Nec porrò citra Causam dubitatum fuit de legalitate dictorum actuum; nam in illis supponitur Congressum præfatum habuisse legitimum mandatum omnium Monasteriorum ibi: *Havendo proceduto il dare i Monasterj i loro poteri per tutto quello in essa si risolvesse;* quæ enunciativa non fuit verificata, imo ex pluribus Argumentis insubsistens ostendebatur, quorum alterum petitum fuit ex quadam relatione totius successus in dicto congressu facta à Fr. Jo: de Saracho Promotore Fiscali Religionis, & ab eodem posita in actis Notarii Francisci Ximenez, à quo fuit extracta copia transcripta in hodierno Castellanorum veterum *Summario sub num.* 5. ex qua sanè relatione, licèt habeatur, quod post captam resolutionem deveniendi ad aliquod justum, & rationabile temperamentum, fuerit scripta Epistola circularis omnibus Monasteriis, ad hoc ut transmitterent mandatum Procuræ in personam sex Monacorum, ibidemq; referatur minuta mandati; Re vera tamen inibi non dicitur quod d. mandata fuerint effectivè trāsmissa, imo potius constat de opposito, dum asseritur, quod *nel intrim, che si aspettava la risposta de' Monasterj* fuerunt convocati Religiosi, qui debebant intervenire in congressu, habitiq; fuerint discursus circa modum removendi plures abusus, & statuendi divisionem Religionis per Bipartitam, vel Tripartitam, cōclusaq; fuerit per majorem numerum suffragiorum Bipartita, ut latiùs patet ex dicta Relatione.

Secundum argumentum desumptum fuit ex ea facti circumstantia, quod littera circularis requirens dicta mandata Procuræ Monasterio-
15. rum fuit data sub die 8. Februarii 1662. ut refert Promotor Fiscalis in dicta sua relatione, & in actis cōtroversis asseritur, quod die 13. Martii Patres intervenientes in Congressu habuerunt in manibus eadem mandata; Inverisimile autem apparuit, quod spatio unius mensis, & quinque dierum potuerint insimul transmitti ea utraque Castella Veteri, & Nova tot mandata ad Matritum.

Tertium argumentum, & quidem efficax præstabat ponderatio, quod si revera adfuissent controversa mandata, utique adhuc existerent in præfato Regio Monasterio Matriti, ubi ha-
16. bitus fuit Congressus, & summa facilitate Patres Castellæ Novæ habentes in manibus omnia Archivia Religionis potuissent illa extrahere, & exhibere, vel originaliter, vel in transumptis in forma probanti, & tamen nunquam in decursu litis adeò diuturnæ fuerunt producta; unde præsumptio est, quod verè non adsint *Rota dec.* 111. *num.* 5. *part.* 6. *recent. & in Melivitana successionis super articulis* 27. *Junii* 1701. *§. Cæterum coram me.*

Ex quibus itaque omnibus nullum fieri potest fundamentum super Bipartita stabilita de anno 1662. quia non constat clarè, & evidenter eam fuisse stabilitam cum consensu totius Religionis, & omnium Nationalium, non docto de præfatis mandatis Procuræ. Sed quatenus de illis doctum fuisset, adhuc ex illa nullum suscipi valet præsidium ex alia urgentiori responsione, quod scilicèt tametsi fuisset stabilita à majori parte suffragiorum, tamen cum non convenissent suffragantes circa modum ipsius exequutionis, congressus fuit dissolutus sine ulla determinatione, & conclusione, remisso negocio ad proximum Capitulum generale, in quo de mense Maii convocato, licèt Castellani Veteres instantissimè egissent, ut caperetur provisio circa præfatam divisionem, de qua actum fuerat in antecedenti Congressu, semper illorum Instantiæ fuerunt rejectæ, ut refert Promotor Fiscalis in dicta sua Relatione; Unde super dicto actu anni 1662. ineffectuato nullū statui potest fundamentum *Rota coram Celso decis.* 7. *num.* 9. *& decis.* 381. *num.* 17. *part.* 19. *recent.*

recent. & in Firmana Jurisdictionis 15. Aprilis 1701. §. 15. coram Me.

Apertiùs constat de ineffectuatione dictæ Bipartitę ex recursibus factis de anno 1668. per Patrem Mantillam unum ex veteribus Castellanis prius S. M. Clementi IX. & postea Sacræ Congregationi particulari deputatæ super negociis Cistercienſium; Cum enim in illis exposuisset confęderationes, & partialitates in Religione vigere, & ad eas dirimendas conclusam fuisse de Anno 1662. Bipartitam executioni non demandatam, Sacra Congregatio commisit Episcopo Vallisoletano, ut se conferret ad proximum Capitulum Generale, & cognosceret de justitia, vel injustitia dictæ resolutionis anni 1662. sed nihil profuit illius interventus, eum partes fuerunt inter se discrepantes, & non solùm non approbarunt deliberationes Congressus anni 1662. sed neque ullum aliud invenire potuerunt medium proportionatum ad dirimendas partialitates, *quia neutra partiū suis prætensionibus cedere volebat*, & licèt de hac eadem re actum esset in Urbe inter Procuratores, nihil tamen ad effectum deductum fuit, quia erant *Procuratores utriusque Patris sufficieti ad concordandum mandato destituti*, ut de hoc facto cōstat ex narrativa Brevis Clementis IX. Ex quo manifestissimè resultant duæ certæ cōsequentiæ. Altera, quod Patres Castellani Veteres non fecerant occasione congressus anni 1662. mandatum Procuræ ad acceptandas deliberationes à dicto congressu Monacorum capiendas, aliàs coacti fuissent ad acceptandam Bipartitam tunc stabilitam. Altera quod revera illa non habuerat suum effectum, sed
18. fuerat tractatus merè consultivus, qui in nulla cōsideratione haberi solet *Rot. dec. 26. n. 12. part. 18. & dec. 26. num. 13. dec. 121. num. 8. part. 5. & dec. 146. num. 19. & 20. part. 18. tom. 2. recent.*

Quod etiam evidentissimè colligitur, ex quo ipsum Capitulum intermedium habitum de anno 1669. non fecit Bipartitam consecutivè ad antecedentem, ut asseritur conventam de anno 1662. cum de ista nullam habuerit mentionem, sed immò asseruit excogitasse, & reperiisse eandem Bipartitam tanquam remediū novum nunquam antea stabilitum, & verè unicum, quod sufficeret pro removendis partialitatibus, & factionibus, ut denotant ea verba ; *nullum aliud pro his malis efficacius remedium invenire potuimus* ; Si enim tunc de Anno 1669. Capitulum Intermediū adinvenit hanc Bipartitam; ergo illa conventa de Anno 1662. di-
19. cendum necessariò est, quod non fuisset perfectè stabilita prævio mandato Nationaliū, nec etiā effectuata *§. penult. in proœmio Instit. & §. fin. Insti. de donat. l. 2. §. Juris Civilis, ff. de origin. Jur.* cum aliis apud *Rebuff. in l. si calumnietur, §. Tellum versic. notandum est, ff. de verborum signific.*

Nec dicatur, quod dicta Bipartita tractata de anno 1662. eatenus non habuerit effectum, quatenus non placuerit Manchis, & Alearris, seu Castellanis novis, non verò Castellanis veteribus, cum ex istorum parte potius constet fuisse supplicatum Papæ pro illius confirmatione mediantibus Instantiis factis per P. Dionysiū Mantillam.

Quoniam verius est oppositum, quod scilicèt non placuisset Castellanis veteribus; Tum quia ex præfata relatione Promotoris Fiscalis colligitur, quod dicta deliberatio Anni 1662. cepta fuit sine mandatis Procuræ, & eo interim quo illa expectabantur, nec constat, quod unquam transmissa fuissent; igitur dissensus in Bipartitam referri debet ad Castellanos veteres, de quorum mandatis non constat eam fuisse conventam, neque enim actus signanter præjudicialis placuisse præsumitur iis, quorum consensus non fuit habitus.

Tum quia ex eadem relatione habetur, quod magna fuit contentio inter Monachos componentes dictum congressum, an divisio facienda esset per Bipartitam, vel Tripartitam, remissáque controversiā ad decisionem suffragiorum, vota fuerunt æqualia; medietas enim fuit pro Bipartita, & altera pro Tripartita, judicantibus illis, qui votarunt pro divisione in tres partes *essere ingiusta in sole due una di Castiglia nova, e l'altre di tutte le Nazioni, quando in Castiglia nova solo sono fondati sei Monasterii, & uno di questi il Collegio di Alcalà, che si alimenta con quello, che gl'altri li contribuiscono, & anche quello di Madrid la maggior parte, e nell' altre Terre stanno fondati trentasei Monasterii tredici in Galitia, quattro nella Rioxa, e Montagne di Burgos, tre in Asturia, e sedici nell' altre di Castiglia vecchia* ; subinde verò unus ex tribus, qui votarunt pro Tripartita, ne controversia remaneret æterna, ac indecisa ad evitandum majus malum satius duxit approbare Bipartitam, ut subdit eadem relatio, ibi ; *Uno delli trè Deputati, che votarono, se si doveva dividere in tre parti le nationi, vedendo, che la materia restava indecisa, disse, che stimava tanto il male delle partialità sudette, che acciò si evitasse un danno si nocivo, e pregiudiciale, riduceva il suo parere, e si confermava con quello si facesse la divisione nelle due parti solamente.*

Si igitur inter ipsos sex Deputatos, quorum pars major erat Castellæ novæ, adfuit paritas votorum circa divisionem in Bipartitam, vel Tripartitam, & vicit pars stans pro Bipartita ex accessu unius ex contrariis ducti Zelo euitandi majus malum; quomodo unquam dici potest Castellanos veteres approbasse Bipartitā? Certiùs si reflectatur, quod juxtà relata per Promotorē Fiscalem dicta deliberatio fuit suspensa, & remissa ad imminens Capitulum generale ex consilio, & suggestione unius ex Castellanis veteribus ibi ; *In altra sessione, che fù l'ultima, uno di quelli della parte di Castiglia Vecchia*

chia visto, che non si confermavano in mezzo alcuno delli proposti, disse, che per questo gli pareva si rimettesse al Capitolo Generale prossimo futuro, con che si disfece la radunanza. Et evidentiùs, quia in eodē Capitulo generali Castellani veteres plures eidem porrexerunt supplices libellos, sed in eorum nullo facta fuit mentio Bipartitæ, solùmque expositum legitur tractatum fuisse in congressu prædicto de stabilienda pace & concordia Religionis, evitandi causa partialitates, & nihil conclusum fuisse, ac proinde supplicabant Capitulo, ut ageretur de materia, pro qua facti fuerant dicti congressus, ut legere est ex ipsis instantiis transcriptis per dictum Promotorem Fiscalē in præfata ejus relatione.

Ultra quod cum Bipartita in dicto congressu anni 1662. tractata legatur per nonnullos Patres singulares pro majori parte Castellanos novos, ut dictum est, proinde nil refert, quod ea ibi placuerit Castellanis veteribus, aut novis, cum placitum dependeat semper ex cōsen-
20. su Nationum in universum, non autem singularium Religiosorum, *Surd. cons.* 28. *num.* 105. *Adden. ad Buratt. dec.* 275. *à litt. A. Rocc. disp. Jur. cap.* 86. *num.* 3. *Rot. in Tirasonen. Decimarum* 1. *Julii* 1697. §. *In nihilum coram R. P. D. Caprara*.

Nihil officiente Instantia facta per Patrem Mantillā in prænominatis suis recursibus factis Romæ, quia dictus Monacus non habebat mandatum Procuræ suorum Connationalium Castellæ veteris, & ad Urbē accesserat potius pro suis negotiis particularibus, quàm communibus Nationis, & pro illis porrexit preces tanquā persona singularis sine ullo mandato, quod cæteroquin nec exhibuit, nec asseruit, nec de
21. Jure præsumitur etiamsi asseratur *Afflict. decis.* 345. *num.* 6. *Rot. dec.* 64. *num.* 14. & 15. *par.* 12. & *dec.* 362. *part.* 17. & *dec.* 134. *n.* 11. *part.* 18. *rec.* Ulteriùs nec re vera in suis recursibus institit pro confirmatione Bipartitæ, sed simpliciter tāquam unus de populo supplicavit pro remedio factionis, petendo committi Episcopo Vallisoletano, ut cognosceret in Capitulo Generali de justitia, vel injustitia resolutionis anni 1662. in quam formam prodiit resolutio Sacræ Congregationis, per quam in-
22. stantiam, etiamsi esset facta cum mandato Procuræ generali, non dicitur approbata, nec reprobata Bipartita, *Rot. dec.* 604. *num.* 20. *coram Dunoz. jun.* & *dec.* 64. *n.* 26. & *dec.* 304. *num.* 34. *part.* 17. *rec.*

Quod ad evidentiam confirmatur, ex quo in Capitulo generali, in quo intervenit dictus Episcopus uti Apostolicus Delegatus proposito decreto Bipartitæ anni 1662. nihil fuit conclusum, ex quo neutri placuit parti, ut dicitur
23. in narrativa Brevis Clementis IX. ibi -- *Quia neutra partium suis prætensionibus cedere volebat*; Ergo non potest dici, quod Bipartita placuerit potius Nationalibus Castellæ veteris, quàm illis Castellæ novæ; imo præsumptio est, quod displicuerit Veteribus, & placuerit novis, quia isti non habebant, nisi sex Monasteria, & per Bipartitam acquirebāt quindecim ex Monasteriis alterius partis, & docuit ipse eventus, dum in Capitulo intermedio composito ex novis Castellanis stabilierunt isti eādem Bipartitam, per ea, quæ notat *Gloss. in l.* 1. *in verbo liberalitatem, ff. de donat. Rot. dec.* 274. *num.* 4. & 5. *part.* 6. & *dec.* 27. *n.* 1. *p.* 7. & *decis.* 513. *n.* 10. & 11. *part.* 14. & *dec.* 51. *n.* 4. *part.* 16.

Neque ad præsumendum consensum Patrum Castellæ veteris, & evitandā injustitiam Bipartitę profuit ponderatio, quod illi ex ea non modicum beneficium acquisiverunt, dum ubi prius stante factione, & confœderatione Patrum Castellæ novæ vix tres, vel quatuor Abbatias obtinere poterant, stante Bipartita sibi assecuraverant medietatem Abbatiarum totius Religionis. Quandoquidem justitia temperamenti litium extinctiva non est desumenda ex statu, in quo reperiebatur Religio irregularibus, & injustissimis abusibus referto, dum contra omnes Juris, rationis, & æquitatis leges aliqui Religiosi non habentes in eorum Terris, nisi duo parva Monasteria, insimul confœderati totale dominium Religionis usurpaverant, ut exposuit P. Mantil-
24. la in suis recursibus, sed justitia metienda est ab intrinseco, & habito solùm respectu ad causas unde oriebantur partialitates, & dissensiones ad effectum illas eradicandi, & extirpandi, ideoque ut ajebant illi, qui in congressu Anni 1662. votarunt pro Bipartita, non erat habendus respectus ad occupationē omnium Abbatiarum factam per Castellanos novos, sed ad numerum Monasteriorum, quæ in Terris utriusque partis existebant, etiam si procederetur per viam Concordiæ, ut enim ea rectè stabiliatur in hac materia, semper in pristinum statum omnia prius redigi debent, & quidquid illicitè occu-
25. patū est per factionem; & prædominium computari non debeat in favorem usurpatoris, sed tantùm illud considerari, quod prius suum erat; aliàs sequeretur absurdum, quod quis usurparet aliena in dolum, ut medio transactionis saltem
26. eorum partem licitè consequi posset contra regulas Juris, de quibus *Text. in l. Auctoritate, Cod. undè vi*.

Nec minus salvari potest Injustitia Bipartitę ex alio fundamento, quod fortiùs inculcabant Defensores Patrum Castellæ novæ, quod scili-
27. cèt omnia Monasteria sint indifferenter subjecta Congregationi citra distinctionem Nationum, & Regnorum, omnesque Abbatias fuisse fundatas à munificentia Serenissimorum Hispaniæ Regum, & non à Personis particularibus Locorum, quodque unum sit Regnum Castellæ, licèt verbo tenus dividatur in duas veterem, & novam: adeoùt de ambarum beneficiis aliisque bonis Ecclesiasticis promiscuè fruantur novi, & veteres Castellani, quodque in

Monasteriis Castellæ veteris recipiantur oriundi ex nova, & viceversa; Ac demum, quod de tempore Bipartitæ fuerit, & hodie sit æqualis numerus Religiosorum utriusque Regni; Unde inferebatur, quod in facienda divisione nulla haberi debuerit ratio de præponderantia, & inæqualitate unius, vel alterius Nationis, nec de majori, vel minori numero Monasteriorum in utraque ex eis fundatorum.

Quoniam Domini his omnibus strictè responderunt, quod ista unitas adeò inculcata convincit injustam fuisse divisionem Religionis, & Monasteriorum etiam per Bipartitam; Si enim una est Congregatio, una Religio, una Corona Castellæ, æqualis numerus Monacorum, immeritò igitur deventum fuit ad Bipartitam, & perperam ista defenditur tanquam justa à Monachis Castellæ Novæ, sed illorum instantiæ esse deberent, quod Religio reducatur in pristinum Statum indifferentiæ, id tamen nec petietur, nec petunt, immo Religio tàm in Congressibus anni 1662. 1669. 1671. sciēs prędictam unitatem Congregationis, Religionis, & Coronæ Castellæ cum omnibus circumstantiis supra in objecto ponderatis agnovit esse necessariam divisionem ad extirpandas partialitates, & odiosas confęderationes. Punctus igitur
28. stat in perscrutando non jam utrum sit facienda divisio, seu Bipartita in genere quoad Religionem, sed solùm in concreto, an Bipartita, & divisio, quæ facta fuit, sit justa, & careat læsione, tàm quoad Monasteria, quàm circa finem, ad quem directa fuit, scilicèt ad tollendas confęderationes, & partialitates, cui fini cum fuerit contraria Bipartita, tam in suo primo esse, quàm expost, illius injustitia non potest esse magis patens; quia non est justus, & congruus modus sedandi controversias inter habentes sex Monasteria, & obtinentes triginta sex omnia in cumulum ponere, eaque inter Collitigantes pro æquali portione dividere, & cum læsio, & injustitia Bipartitæ verificetur in inæquali divisione Monasteriorum, ac etiam in ordine ad finem, seu causam, propter quam facta fuerat, hoc sufficit ad ejus rescissionem, remissa ad aliud tempus congruum discussione super statu Religionis examinādo pro capiendo novo remedio adaptabili tot discordiarum, & partialitatum malo confessato per Religiosos utriusq; Castellæ in Congressibus annorum 1662.1669.1671.

Posito ex hactenus deductis, quod Bipartita utpote nulla, injusta, & lęsiva sustineri nequeat, consequens est Brevia in illius confirmationem emanatam exequenda non esse, dum constat de illorum obreptione, & subreptione,
29. quæ vitia Pontificias concessiones evertunt. Suppositum quippè fuit Papæ dictam Bipartitam fuisse factam per viam Concordiæ per Capitulum intermedium anni 1669. habens hujusmodi potestatem, eamque esse magis æqualem, & unicum medium ad extinguēdas omnes partialitates, & controversias inter Monacos dictæ Congregationis diù vigentes, quæ omnia non subsistebant; nam Bipartita non fuit composita per viam Concordiæ, & Transactionis, quæ juxta regulas Juris nunquam adfuit, cum Nationes non dederint eorum consensum, ut supra probatum fuit, sine quo non datur Con-
30. cordia *leg. 1. ff. de pact. Rota dec. 391. n. 15. part. 15. & decis. 116. num. 18. part. 17.* Nec Capitulum intermedium pollet potestate legitima statuendi similes concordias, illa residente penes Capitulum Generale, quod totam repræ-
31. sentat Religionem, ex supra relatis, & dictum fuit *in decisione super aperitione oris §. Incipiendo.*

Quemadmodum nec subsistebat narrata æqualitas Bipartitæ, dum manifestissima detegitur ejus inæqualitas ex supra ponderatis signāter notando, quod Papæ absolutè reticita fuit illa substantialis, & essentialis circumstantia, quod Castellani Novi non habebant nisi sex Monasteria in illorum Terris, & quod Veteres obtinebant triginta sex; Sienim Summus Pontifex hanc inæqualitatem scivisset, per quam magis fovebantur discordiæ, & partialitates tot
32. annis vigentes in Religione non confirmasset Bipartitam, sed alium congruum modum excogitasset ad rem deducendam ad debitam æqualitatem, sicuti non permisit illam inęqualitatem quod una Natio posset aliam excedere in quatuor vocibus, ut ponderatur *in decisione super aperitione oris §. Ut proinde.*

Et hæc subreptionum capita nedum annullant confirmationem Concordiæ factam per Summum Pontificem, sed etiam ejus approbationem reportatam in Sacra Congregatione Particulari de ordine Sanctissimi tunc instituta
33. ad hunc effectum. Quippe læsio, & fallacia, quibus Transactio inficitur, eam reddunt insubsistentem quantumcumque per Judicem, & congregationem emologatam quia semper urget fundamentum supradictorum vitiorum,
34. quæ non sanantur per solemnitates desuper adhibitas, *Rota coram Merlin. decis. 702. n. 74. & seqq. Seraph. dec. 508. n. 2. Gregor. dec. 113. num. 8. Adden. num. 11. Duran. decis. 25. n. 15. Cavaler. decis. 288. num. 6. Coccin. decis. 391. num. 3. & decis. 445. n. 2. & in Rec. decis. 186. num. 2. part. 7. & decis. 336. num. 25. part. 10.* & tritum est decretum Judicis, ejusque cognitionem nihil operari, ubi constat de læsione, &
35. injustitia plenè *Jovius de Solemn. in contr. Minor. glos. 20. §. 2. n. 86. & seqq. & §. 3. n. 11. cum sequen. & gloss. 16. §. 7. num. 261. Pic. ad Stat. Urb. gloss. 2. num. 35. vers. limitatur tertiò, Urceol. consult. 63. num. 13. Rota dec 348. num. 9. part. 14. Rec.*

Nec obstat, quod Castellani Veteres acquieverint dictæ Bipartitæ, eamque approbaverint per spatium vigintiocto annorum. Tum quia si dicta approbatio desumatur, ex quo publicatis Brevibus in Capitulo Generali anni 1671. Castel-

Castellani Veteres inibi existentes non reclamaverint, nihil officit, quia cum hujusmodi interesse respiceret omnes Religiosos Nationales, ac per consequens etiam illos, qui non aderant in Capitulo, utique non potest allegari universalis õniũ cõsensus, neque sufficit illorũ tacitur-
36. nitas, cum hæc in præjudicialibus non inducat consensum, sed requiratur consensus expressus, *Gratian. discept.* 725, *num.* 11. *Cyriac. controv.* 238. *n.* 62. *Rocca disput. Jur. cap.* 127. *num.* 21. *Rota coram Ubald. dec.* 360. *num.* 13. *Bich. dec.* 500. *num.* 47. *Royas dec.* 82. *num.* 10. & priùs *cor. Seraph. dec.* 991. *num.* 2.

Sive quia reverà observantia dictæ Bipartitæ post annum 1671 non fuit pacifica, & semper quantum potuerunt Religiosi Veteris Castellæ in sua libertate positi illam impugnarunt, immo ex relatione Reverendissimi Nuncii
37. Hispaniarum constat nec fuisse in totum observatam, ut ex *Summ. Monacorum. Castellæ Veteris num.* 1. *litt. DD.*

Sive demum quia, quatenus etiam fuisset semel approbata Bipartita, cum tamen expost detecta fuerit læsiva, & inæqualis, ac jurgiorum, & partialitatum non extinctiva, adhuc reformari debet, dum lex, quæ tractu temporis
38. experitur injusta, & iniqua, substineri non debet, veluti redacta ad casum, à quo incohari non debuisset, ut ex *D. Thom.* & aliis Juribus probat *mea præterita decisio §. Cæterum*.

Ex quibus proinde in omni casu urget inevitabile dilemma, cum quo processit *decisio super aperitione oris §. Non relevante*: Quod aut Bipartita fuit ab initio injusta, & læsiva, & non potest opponi longeva illius executio, & ac-
39. quiescientia, etiam concurrente juramento, quod esse non debet vinculum iniquitatis, nec injustitia à tractu temporis convalescere, & sanari potest, juxtà *theor. Bart. in leg. prima. n.*6. *ff. de Transact. Natt. cons.* 162. *num.* 30. *vers. propterea Surd. cons.* 49. *num.* 32. *& seqq. Andreol. consil.* 284. *num.* 21. *Rota coram Buratt. decis.* 410. *num.* 11. *Cels. decis.* 335. *num. primo, & decis.* 412. *num.* 31. *part.* 16. Aut verò Bipartita detecta fuit iniqua expost facto. & cum
40. etiam in hoc casu deveniendum esset ad remedium, obstare non potest observantia, immò ista est semper necessaria ad dignoscendum an lex fuerit benè facta, & produxerit effectum, ad quem emanavit ad *Text. in cap. Suggestum, ff. de decim., & l. cum quidam, ff. de Usur. Rota dec.* 260. *num.* 14. *part.* 16.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Cabilonen. seù Ordinis Cistercien. Jurisdictionis Lunæ 19. *Junii* 1702.

ARGUMENTUM.

An, & quando Monasteria teneantur contribuere Capiti Religionis, & de Separatione Provinciarum in hac decisione agitur respectu Ordinis Cisterciensis.

SUMMARIUM.

1. *Abbas Cistercii dicitur Superior Generalis, & Caput Ordinis.*
2. *Sac. Congregationes Concilii Trident. & Episcoporum, & Regularium interdum in controversiis exquirent votum Rotæ.*
3. *Caput non debet esse abscissum à suis membris religionis.*
4. *Duo capita esse in eadem Religione Monstruosum est.*
5. *Nil magis naturale est, ac æquitati consonum quàm conventiones, & pacta servari.*
6. *Concordia inter Religiosos roborata à Sede Apostolica est omnino servanda.*
7. *Concordia confirmata à Sede Apostolica ligat etiam successores.*
8. *Clausula* supplentes *operatur, ut nequeat allegari facti, & Juris defectus.*
9. *De Potestate Papæ nefas est dubitare.*
10. *A Concordia in dubio non videtur inductus recessus.*
11. *Novæ ordinationes in Religione non afficiunt, nisi factæ fuerint in Capitulo Generali.*
12. *Interpretatio sumenda ea est, per quam excludatur in qualibet dispositone contrarietas.*
13. *Confirmatio in forma specifica operatur, ac si esset nova concessio.*
14. *Clausulæ derogatoriæ nil plus tribuunt, nec ex eis extenditur confirmatio.*
15. *Papa numquam censetur derogare concordiæ initæ inter Religiosos, per solam confirmationem.*
16. *Papa dicitur aliquando circũventus ad suggestionem partis, ubi gratia tendit in præjudicium Tertii.*
17. *Capiti semper præservata dicitur jurisdictio, non obstantibus aliquibus actibus particularibus.*
18. *Ordo Cisterciensis numquam dicitur comprehensus in litteris Apostolicis, nisi de eo fiat explicita mentio.*
19. *Declaratio Papæ tollit facultatem Judicibus aliter judicandi cum habeat vim legis.*
20. *Verba Clara excludunt omnem contrariam interpretationem.*
21. *Observãtia in qualibet re dicitur fidelis interpres.*
22. *Actus æquivoci non sunt attendendi.*
23. *Observantia negativa quales circumstantias habere debet.*
24. *Observantia affirmativa potiùs attendenda est etiam per unicum actum, quàm negativa.*
25. *Excusatio supponit Superioritatem in illo, à quo petitur.*
26. *Abbas Regularis, potest suis Religiosis confer-*

re quatuor ordines minores, secus aliis personis sæcularibus etiam cum dimissoriis proprii Episcopi.

27. *Obsequia aliquando fiunt gratiâ urbanitatis, & majoris honorificentię, quàm demonstrandi Superioritatem.*

28. *Actus semper præsumitur gestus, & titulo meliori,*

29. *Actus quomodo presumatur gestus, relinquitur arbitrio Judicis.*

30. *Congregatio S. Bernardi Italiæ, dicitur facere unum Corpus cum toto Ordine Cisterciensi.*

DECISIO XXVIII.

AD occurrendum necessitatibus, quibus fortasse ob varias temporum vicissitudines visus est subiacere totus Ordo Cistercien. tàm in spiritualibus, quàm in temporalibus, Reverendissimus Abbas Cistercii, utpote hujus per-
1. vetustæ Religionis Pater, Caput, & Superior generalis ad relata per *Tamburin. de jur. Abb. tom. 1. disp. 7. quæst. 1. num. 7. & disput. 12. quæst. 2. num. 1.* indixit, & convocari mandavit Generale Capitulum de anno 1698. in Archicœnobio Cistercii Cabilonen. Diœcesis, quo in loco divinitus prima sua recognoscit exordia, ut testatur *idem Tamburin. to. 2. disput. 24. quæst. 5. num. 28.* quamobrem transmissis ad omnes Superiores Provinciarum, aliosque subalternos Abbates quorumcumque Monasteriorum sub regula pręfati Ordinis Militantium debitis notificationibus, Congregatio nuncupata S. Bernardi Italiæ, illas despexit, prætendens minimè subjectam existere superioritati d. Abbatis Generalis, qui proindè supplicavit sa. me. Innocentio XII. ut servari mandaret quandam concordiam usque de anno 1513. inter tunc temporis Abbatem, & Capitulum Generale, ac prædictam Congregationem amicabiliter stipulatam, & postea à S. Sede Apostolica confirmatam mediante Bulla fel. rec. Pii IV. verùm remisso supplici libello ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium, ab ista
2. rescriptum prodiit, ut exquireretur votum Sac. Rotæ; Unde cum ego tanquam hujus Supremi Tribunalis Decanus hodie proposuerim dubium: *An, & quomodò sit exequenda concordia confirmata per sa. me. Pium. IV. vel potiùs Bulla ejusdem confirmanda*; Domini seriò perpensis juribus utriusque Partis responderunt: *Concordiam esse exequendam, & Bullam confirmandam.*

Quis enim non videt; quantum deceat Regulares militantes sub uno ejusdem Religionis vexillo, debere etiam unicum recognoscere Caput principale, licèt inter eos permixti sint Populi diversarum linguarum, habentes varios ritus, & mores: Dum alioquin datâ nonnullorum separatione, & omnimodâ independentiâ, sicut monstruosum esset in omni corpore
3. politico videre membra à suo capite abscissa, ut ipsamet infallibilis divina veritas prævidens pravos effectus inde orituros dixerit per *Lucam in cap. 11. omne Regnum in se divisum desolabitur;* Ita non absimilis mostruositas dignosceretur,
4. quoties in uno, eodemque mistico corpore duo capita admitterentur, ut in terminis hujus Ordinis consideravit *B. Pius V. in Bulla relata in Summario Abbatis Generalis num. 20.* & prius exprobata tali monstruositate sanciverat *Innocen. III. in Cancilio Generali* per ea, quæ in puncto habentur *in cap. Quoniam in plerisque 14. de Offic. Judic. Ordin.*

Si itaque antiqui Monachi præfatæ Congregationis S. Bernardi Italiæ, qui dulce hujus Religionis jugum amplexi fuerant, quodamodò recedentes ab iis, quæ aliquam dissentionis suspicionem ingesserant, in Abbatem, & Capitulum Generale, atque ità nolentes pro Refractariis existimari, voluerunt potius formositatem unionis in toto Ordine, quàm deformitatem scissuræ, adeout capitulariter congregati constituerint speciales Procuratores, cum quibus de dicto anno 1513. stipulata fuit solemnis concordia, cum certis pactis, & Capitulis, de quibus latiùs videre est in illa, utpotè relata *in dicto Summario num. 3.* profectò eadem con-
5. cordia videtur in omnibus observanda, cum nihil tam naturale sit, ac magis æquitati, fideique humanæ conveniat, signanter inter Religiosos, quàm conventiones, & pacta, quæ semel placuerunt, servari, ac perpetuò custodiri per *Text. in cap. 1. & cap. final. de pact. in 6. l. non minorem Cod. de transact. l. juris genitum §. Prætor ait ff. de pact.* optimè in nostris terminis *Rot. decis. 310. num. 1. par. 5. & dec. 218. num. 4. & sequen. par. 7. recent.* ubi (prout in nostro Themate), quod eo fortius hujusmodi
6. concordia validitatis robur accipit, & executioni mandari debet, quoties illi accessit confirmatio Apostolica, & quidem in forma specifica, ac inserto integro illius tenore, juxta distinctionem, de qua relatis concordantibus tradit *Card. de Luc. de Regular. dict. discurs. 2. num. 8.* ex quo fit, ut illa non modo suos obli-
7. get Authores, sed etiam liget Successores, ex ratione, quod de personali efficitur realis, & omnes proinde remanent ad observantiam adstricti *cap. veniens versic. nisi præfati Monachi, ibique gloss. verbo confirmatum ubi Butr. num. 15. Hostiens. num. 3. & 4. de transact. Abb. in cap. 2. post med. eod. tit. Gemin. cons. 87. num. 1. Ruin. cons. 63. lib. 1, Rot. coram Cerro decis. 744. nu. 1.* & pluribus congestis *decis. 262. num. 5. par. 19. recent.* ubi latè ponderantur effectus resultantes
8. ex clausula sublata, & decreto irritante contentis in præfata Bulla confirmatoria, in qua, nec deficit clausula *supplentes*, propter quam nullus Juris, vel facti defectus valet contra dictam concordiam opponi *Barbos. tract. var. clausula 177. per tot. Rot. decis. 222. ex num. 10. par. 7. rec.*

Hinc

Hinc non obstat, quod Monachi Congregationis Tuscæ, & Lombardiæ, quibus unita fuit Provincia Romana, ut proinde hodie tota nuncupetur S. Bernardi Italiæ, prætendant cum novis Statutis, seu Ordinationibus incompatibilibus cum illis antiquis totius Ordinis Cistercien. confirmatis de anno 1641. ab Urbano VIII. fuisse recessum à præfata Concordia, ac præfatam Congregationem, ejusque Monachos remansisse pænitùs separatos; Nam ad hunc effectum deberent ostendere, vel quod id factũ fuerit servatâ formâ Bullę Pii IV. confirmatoriæ, vel quod voluerit Pontifex Urbanus VIII. explicitè derogare, cum aliàs de ejus

9. potestate nefas sit dubitare, ut in puncto tradit *Card. de Luc. de Regul. disc. 2. n. 5. & 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 1. proem. num. 36. Rota dec. 501. num. 25. part. 5. dec. 56. num. 14. part. 8. decis. 107. num. 27. part. 12. rec.*

Neutrum tamen ostensum fuit, quia respectu novarum Ordinationum, istæ minimè visæ sunt adeò adversari antiquis Constitutionibus Capituli Generalis totius Ordinis Cistercien. ut cum eis conciliari nequirent, quemadmodum singillatim factâ utrarumque collatione, optimè probabant defensores Abbatis Generalis, absque eo, quod opus sit citra necessitatem dictam collationem per extensum hic referre, attenta conclusione Juris, quod sufficit saltem su-

10. per hoc versari in dubio, nè præsumatur recessus, ut punctualiter per *Text. in l. final. Cod. de novat.* firmavit *Rot. dec. 299. num. 2. part. 4. tom. 1. recent.*

Verùm solidiùs reflectebant Domini ad duo, ex quibus profligabatur prætensio dismembrationis, seu omnimodæ independentiæ Congregationis Italiæ à capite totius Ordinis Cistercien. & primò, quod dicta concordia tanquam contractus ultrò citroque obligatorius confirmatus fuit à Pio IV. & in ejus Bulla leguntur hæc præcisa verba ibi -- *nullo unquaque tempore, quovis quæsito colore, prætextu, vel ingenio, nisi de expresso Partium consensu, etiam de fratrum consilio, vel aliàs quomodolibet derogari posse, nec derogatum esse censeri*, ex quibus palam fit, quod nisi doceatur, quod in novis Ordi-

11. nationibus cõsenserit Capitulum Generale, atque Abbas Caput totius Ordinis, certum est, quod quidquid particulariter per Congregationem Italiæ gestum fuerit, nullam vim habet recedendi, seu derogandi dictæ solemni concordiæ, & regulare est in materia Jurisdictionali, quod actus (quicumque sint) ubi sunt expleti citra consensum, scientiam, & patientiam ejus, de cujus principali præjudicio agitur, nequaquam prosunt prætendenti exemptionẽ, ut firmatum fuit *in Gerundea. Jurisdictionis 5. Martii 1692. §. Neque est coram Me, & in Leodien. Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Prout etiam, & §. Secundò pariter coram Me.*

Secundò animadversum fuit, quod in sexto capite dictæ concordiæ conventum extitit per hæc verba -- *Item præsens Generale Capitulum concedit Regimini Congregationis authoritatem suam per immediatè sequens quadriennium, ità tamen, quod illi de Regimine tenebuntur eidem Generali Capitulo referre ea, quæ in vim hujusmodi authoritatis Capituli Generalis gesserint per ipsum Capitulum approbanda, vel reprobanda &c.* quapropter si in vim hujus Capituli, Congregatio Italiæ, ejusque Abbates tractu temporis fecerint nonnullas novas Constitutiones sibi benevisas ad usum Regionis, utique eis tribuenda

12. est talis interpretatio, ut exclusa remaneat quælibet contrarietas, seu incompatibilitas cum regulis, aliisque statutis fundamentalibus totius Ordinis Cisterc., & Capituli Generalis ad *Text. in cap. inter dilectos §. Cæterum de fid. instrum. Bartol. in l. final. §. Idem n. 4. ff. de condit. indeb. Pacion. alleg. 182. num. 7. Rot. dec. 310. n. 9. par. 9.* & melius *dec. 99. n. 11. par. 11. dec. 225. n. 44. part. 17. recent.*

Ex quibus etiam promanat, quod Monachi dictæ Congregationis Italiæ neque sint in probatis, Pontificem Urbanum VIII. voluisse per ejus Bullam confirmatoriam dictarum novarum Constitutionum, derogare antiquæ concordię inter has partes stipulatæ, & multò minus alteri Bullæ Pii IV. ejus antecessoris, qui ità solemniter, & cum clausulis admodum prægnantibus illã confirmavit; Bulla enim Urbani VIII. quatenus citra veri præjudicii præseferret confirmationem in forma specifica, de cujus natura est, ut res confirmata perindè haberi debeat,

13. ac si fuisset ab ipso Papa de novo concessa. est certum, quod hodie non queritur de annullandis dictis Constitutionibus particulariter ordinatis pro fælici, & prospero ejusdem Congregationis Italiæ Regimine, quibus dicta Confirmatio Apostolica firmatis robur adjecit, & proindè quidquid sit, quod illa suppleat defectus, si qui adsint propter clausulas derogatorias posteriores, istæ nihil plus tribuunt, quam Statu-

14. ta confirmata, nec ultra eorum naturam extẽditur confirmatio, ut punctualiter probat *Pacion. allegat. 39. à n. 19. ad 23.* & bene distinguendo inter defectum potestatis, & defectum voluntatis Papæ, relatis concordantibus dixit *Rot. dec. 175. num. 7. & 8. part. 5. & dec. 219. num. 1. & 2. part. 17. rec.*

Imo cum hodie non doceatur ex parte Congregationis Italiæ de supplicatione porrecta Pontifici confirmanti, vel dicendum est, ipsum

15. nunquam intellexisse derogare Cõcordiæ per viam contractus initæ cum Capitulo Generali totius Ordinis, cui fuerat jus quæsitum vigore pactorum in illa contentorum, etiamsi in posteriori Apostolica Confirmatione adsint amplissimæ clausulæ derogatoriæ, ex traditis punctualiter per *Roman. cons. 436. num. 14. Soccin. cons. 59. n. 9. lib. 1. Pacion. allegat. 195. n. 12. Ridolph. in prax. par. 3. cap. 5. sub num. 300.*

Mobe-

Mohedan. dec. 6. de privil. Cresten. dec. 5. n. 1. eod. tit. Rot. dec. 119. num. 1. part. 3. divers. & dec. 115. num. 5. & dec. 239. n. 8. coram Alexandr. VIII. & dec. 9. num. 10. coram Zarat.
16 .vel præsumendum est, Papam ad suggestionē Partis fuisse circumventum, ubi gratia confirmatoria tendit in præjudiciū tertii optimè *Pacion. d. alleg. 195. num. 11. Adden. ad dec. 90 num. 147. & ad dec. 217. num. 32. part. 9. & melius dec. 4. num. 1. part. 8. rec.*

Rursus quod per dictam Confirmationem Urbani VIII. super Statutis noviter conditis à d. Congregatione Italiæ in nihilo fuerit diminuta authoritas Abbatis Generalis, urget optima reflexio, quod licèt ante annum 1641. eadem Congregatio frueretur pluribus aliis Privilegiis, & Bullis diversorum Pontificum, nimirum Innocentii VIII. Alexandri VI. Gregorii XIII. Sixti V. in quibus fuerunt præscriptæ, & approbatæ certæ leges pro regimine, & gubernio ejusdem Congregationis Italiæ, Monachi tamen in ea tunc temporis religiosè viventes, necnon amantes pacem, ac prout par est, unionem totius Ordinis Cistercien. nullo unquam tempore excitarunt vanam prætensionem
17. eorum separationis à Capitulo, & Abbate Generali Cistercii, cui semper præservara dicitur ejus universalis Jurisdictio, quoties expressè aliter dispositum non sit, ut in terminis Constitutionum confirmatarum à Sede Apostolica relatis concordantibus decidit *Rot. in Valentina Jurisdictionis 6. Aprilis 1699. §. Et sanè coram Me.* Certiùs ponderando, quod in jure communi cautum reperitur per speciale privilegiū, nunquam in litteris etiam impetratis à Sede Apostolica censeri comprehensum hunc Vene-
18. rabilem Ordinē Cisterciensem, nisi de eo fiat expressa mentio *cap. cum ordinem 6. de rescript. ibique Gonzal. Tell. num. 5. In fine* cum aliis adductis per *Manriq; in annalib. ipsius Ordinis to. 4. anno 1128. cap. 1. num. 5.*

Præterea hujusmodi discursus evidētior evadit, ex eo quod cum ad preces Regis Lusitaniæ B. Pius V. Monasteria Ordinis Cistercien. existentia in illius Regno, erexisset in Congregationem regendam ab uno Abbate Generali, nè in controversiam deduceretur, an per hujusmodi erectionem fuisset præjudicatum Abbati Generali totius Ordinis, existimans, ut supra tactum est, monstruosum esse, duo capita reperiri in uno ejusdem Ordinis mistico corpore, mediante Brevi sub datum 8. Octobris 1571. declaravit suæ intentionis, mentis, ac voluntatis fuisse dicta Congregatio sic erecta, ejusque Monasteria minimè censerētur à Capite totius Ordinis exempta, & separata, sed perpetuò remanerent sub obedientia, Jurisdictione, & superioritate Abbatis Generalis Cistercii, quæ sanè Pōtificis declaratio, etiam de per se sola considerata omissis aliis pluribus decretis diversorum Pontificum ad exuberantiam adductis per Scri-
19. bētes pro dicto Abbate Generali, sufficit, ut ad instar legis normam præbeat Judicibus non aliter judicandi in simili controversia, quæ vertitur cum Congregatione Italiæ ex responso *Innocentii III. cap. in Causis de senten. & re judic. Pacion. allegat. 195. num. 2. & in Romana Juris honorifici 24. Martii proximè præteriti §. Posita coram Me.*

Eoque magis, quia, cum postmodum de anno 1595. Congregatio S. Bernardi hujus Ordinis in Regnis Hispaniarum præsumpsisset se esse exemptam à Superioritate Abbatis Cistercii, & ob id supplicasset fa. me. Clementi VIII. iste audita prius resolutione Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, cui supplices preces remiserat, mediante pariter Apostolico Brevi, declaravit per hæc præcisa verba — *Abbatem Generalem Monasterii, & totius Ordinis Cistercien. quascumque Congregationes ubivis, tàm in præfatis Hispaniarum, ac etiā Portugalliæ Regnis, quàm alibi institutas, & quæcumque illarum ejusdem Ordinis Monasteria, tàm virorum, quàm mulierum in quibusvis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis etiam dd. Regnorum, prout in aliis totius Orbis Christiani partibus consistentia &c. visitare, corrigere, & reformare &c. liberè posse, & debere*, quæ sanè verba, utpote nimis clara,
20. nullum dubitandi locum relinquunt per *Text. in l. ille aut ille ff. de legat, 2.* cum aliis præcedenter adductis.

Confirmaturque omnia prædicta ex uniformi observantia, quæ in qualibet materia quantum sit operativa, & tanquam fidelis interpres
21. attendenda, nemo est, qui nesciat, ex notissimis; Et quidem præsupposita, uti non controversa illa ab initio Religionis, usque ad annum 1641. cum dumtaxat ab inde citrà prædicta Congregatio Italiæ ex peculiaribus Statutis confirmatis, ut dictum est ab Urbano VIII. prętendat separationem, reflectebant Domini, quod licèt ex parte dictę Congregationis allegaretur observantia negativa, quod scilicèt a dicto anno 1641. usque ad præsens nunquam miserit Monachos ad Capitulum Generale, nunquam visitata fuerit à Deputatis in illo, & si qui actus adducerētur in contrarium, tanquam æquivoci
22. essent reputandi, ideoque non attendendi, ex doctrinis allegatis per illius Defensores; Attamen cum de natura talis observantiæ in omni
23. materia sit, habere concomitantes circumstantias consistentes in requisitione, contradictione, & subsequuta acquiescientia. ex vulgatis, & in puncto dixit *Rot. dec. 2. num. 4. part. 18. rec.* Tantùm abest in nostra hypotesi verificari talia requisita, ut potius singula inferius ponderanda, non modò debilitant, verùm etiam penitus prosternūt prætēsam negativam observantiam; imò, quod plus est, exoritur favore Abbatis Generalis totius Ordinis Cistercien. observantia affirmativa, & interpretativa, cui semper fa-
24. vendum est, etiamsi concurreret unicus tantùm

tùm

tùm actus positivus, ut distinguendo pluribus relatis tradit *Rocc. disput. Jur. select. cap.* 170. *num.* 25. *&* 26. & *cap.* 187. *num.* 12. & passim censuit *Rot.* ut testatur *dec.* 316. *num.* 15. *par.* 9. *dec.* 520. *num.* 10. *part.* 13. *rec.*

Primò enim ex datis *in Sum. Abbat. num.* 10. colligebatur Superiores dictæ Congregationis Italiæ fuisse requisitos ad accedendum, seu mittendum Monachos ad Capitulum Generale, ut ex pluribus eorum epistolis responsivis directi dicto Abbati Cisterc., in quibus non recensentur obstinatæ contradictiones eundi, sed potius supplices excusationes abessendi ob diversos respectus, scilicet, vel ex causa paupertatis Monasteriorum, vel quia aliqui debebant interesse visitationi provinciali, quæ omnia
25. cessantibus justis impedimentis, supponunt cæteroquin obligationem recognoscendi in Capitulo Generali Superioritatem Abbatis totius Ordinis, ut de se patet.

Secundò removetur omne dubium ex *d. Sum. n.* 7. 8. *&* 9. ubi probatur prævia deliberatione facta à Regimine Congregat. Italiæ de anno 1669. actualiter fuisse missos duos Monachos Provinciæ Tusciæ ad Capitulum Generale celebratum de anno 1772. & insuper fuerunt repartitæ expensæ itineris super Monasteriis ejusdem Provinciæ, unitæ cum illa Lombardiæ.

Tertiò demum solemnior esse nequit alter positivus actus, qui collimat ad suadendam superioritatem Abbatis Generalis Cisterc., ex datis *in d. Summar. num.* 17. In eo enim distinctè refertur accessisse ad Urbem Abbatem Generalem, qui in visitatione peracta in Monasterio S. Crucis in Hjerusalem, ubi degunt Monachi Congregationis Provinciæ Lombardiæ, fuit cum sonitu Campanarum in signum superioritatis, & lætitiæ ab ipsis etiam cantantibus consuetam Antiphonam *Ecce Sacerdos, & Pontifex &c.* benigniter exceptus, & omnes ab eodem non solùm receperunt paternam benedictionem, sed aliqui ex eis initiati quoque
26. fuerunt primâ tonsurâ, ac quatuor minoribus ordinibus, qui nequeunt ab Abbatibus utentibus mitrâ, & baculo pastorali conferri, nisi Personis Regularibus sibi subjectis, non autem aliis sæcularibus, licèt isti haberent dimissorias proprii Episcopi, ut formiter discusso articulo videre est in voto *Card. Seraphini* relato per *Tamburin. de Jur. Abb. tom.* 2. *quæst.* 7. *disput.* 2. *per tot.* Eademque pariter visitatio cum eisdem solemnitatibus expleta fuit in aliis Monasteriis Trium Fontium, & Sancti Viti in Urbe *eodem num.* 17. *in fine*.

Absque eo quod dicta receptio Abbatis Generalis, ita solemniter expleta cum visitatione ab ipso in toto Monasterio peracta referri va-
27. leat ad titulum puræ honorificentiæ, urbanitatis, ac majoris existimationis, ut practicari solet inter nonnullos Regulares diversæ Religionis, puta Franciscanos, & Dominicanos, & inter Magnates Sæculares; Quoniam nos versamur inter Religiosos ejusdem Ordinis Cisterc. nec illi Congregationis Italiæ, qui semper meditati sunt dismembrationem à Capite, permisissent gratiâ majoris honoris, quod dictus Abbas Generalis totius Ordinis Caput, expleret actum Jurisdictionis adeò circumstantiatum, qui de sui natura semper præsumitur eo modo gestus, quo magis proficuè, licitè, &
28. validè fieri potuit, & ex quocumque meliori titulo competente eidem Abbati Generali, puta etiam ex illo præambulæ Concordiæ per *Tex. in l.* 2. *C. de acquir. possess.* & cum aliis dixit *Rot. decis.* 23. *num.* 8. *part.* 7. *& decis.* 83. *num.* 4. *par.* 10. *rec.* Præsertim quia versamur in materia præheminentiali, quæ magni æstimatur; Unde vix credi potest, quod Monachi in dicto actu receptionis Abbatis Generalis processerint ducti solùm ex eorum ingenitu, & naturali humanitate, imo in hac materia an quid ge-
29. stum fuerit potiùs ex libera facultate, quàm ex necessitate, relinquitur etiam arbitrio Judicis, ex theoric. *Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 55. *de caus. possess. & prop.* & in nostris consimilibus terminis in puncto expendit *Rota decis.* 224. *ex num.* 8. *ad* 10. *par.* 6. *rec.* & novissimè *in Romana Juris honorifici super possessorio* 24. *Martii proximè preteriti §. Utrique coram Me*.

Quibus omnibus sic perpensis jure quidem optimo conclusum fuit per Dominos in hodierna Rota, Congregationem S. Bernardi Italiæ, non solùm antiquitus, & ante annum
30. 1641. extitisse unitam, & recognovisse in Superiorem Abbatem Cisterc., tamquam totius Ordinis Caput, prout dictus S. Bernardus, adhuc in humanis degens, suaviter, ac melliflué commendavit suis Religiosis; Verùm etiam, nec hodie videtur, quod illa possit juridicè separationem, ac independentiam à dicto Capite prætendere, obstantibus Concordia, & Bulla Pii IV. quarum prima executionem, secunda confirmationem optimè meretur *ex supra allegatis*.

Et ita utraque parte &c.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Augustana Canonicatus Lunæ 23. *Junii* 1704.

ARGUMENTUM.

Agitur de Concordatis Germaniæ, & quando iterum Papa possit conferre beneficia non adimpletâ illorum formâ.

SUMMMARIUM.

1. *Collatio facta ab Ordinario contra formam concordatorum dicitur nulla.*

2. Pa-

2. *Papa potest conferre beneficia per viam praeventionis.*
3. *Facultas conferendi alicui concessa, non dicitur abdicata ab ipso Pontifice conferente, quando Ordinarius nulliter contulit.*
4. *Papa non censetur inferiori conferre majorem potestatem, quam sibi reservaverit.*
5. *Terminus non currit Sede vacante.*
6. *Tempus non computatur continuè, sed utiliter.*
7. *In Pontifice non datur error juris, nec potest decipi in his, quae juris sunt.*

DECISIO XXIX.

CUM in Concordatis Germaniae Summus Pontifex Nicolaus V. sibi, Sanctaeque Sedi Apostolicae reservasset Beneficia vacantia in certis designatis mensibus, quatenus eadem conferret spatio trium mensium, ac hujusmodi termino elapso tribuisset Ordinariis locorum facultatem illa liberè conferendi, ut legitur in prima Bulla dicti Pontificis §. 4. *tom.* 1. *Bullarii*. Hinc propterea secuta vacatione Canonicatus, & Praebendae in Ecclesia Cathedrali Augustana, licèt illius provisio spectaret ad S. Sedem, cum mensis Julii sit de reservatis Pontifici, nihilominus Ordinarius Augustanus sub obtentu, quod nulla à S. Sede intra praefatum trium mensium tempus expedita fuisset provisio, sub die 6. Octobris ejusdem anni Baroni Euchèrio de Ulm vacantem contulit Canonicatum, qui successivè per ejusdem Eucherii resignationem fuit per Capitulum dictae Cathedralis collatus Joanni ejus fratri.

Quoniam verò de eodem Canonicatu provisus subinde fuit à SS. D. N. Clemente XI. die 8. Decembris ejusdem anni 1700. in qua secuta fuerat ejus gloriosissima Coronatio Baro Federicus Hermannus de Gelhen, qui obtinuit litteras mihi directas pro executione, idcirco citato Joanne Canonicatus possessore disputandum proposui sub die 12. Januarii 1703. dubium -- *An litterae Apostolicae sint exequendae*, & affirmativum prodiit responsū ex pluribus fundamentis in desuper evulgata decisione relatis, de cujus viribus cum hodierna die haesitari contingerit, Domini stetere in decisis ex unico motivo inferius explicando, quod cum solùm sufficeret ad resolutionem controversiae, ac pro substinendis litteris Apostolicis, caetera in decisione contenta posthabuere, utpote involventia plures Juris articulos altiorem, & maturiorem requirentes indaginem.

In eo itaque strictè, & solidè fūdata fuit provisio Apostolica, quod etiam admisso Summum Pontificem non contulisse praefatum Canonicatum intra terminum trium mensium in dictis Concordatis praefixum; Certum tamen, & irrefragabile apparuit, quod Ordinarius Augustae non expectavit ad illum conferendum lapsum
1. trium mensium, sed contulit intrà trimestre, unde collatio per ipsum facta, utpote contraria supradictis concordatis fuit nulla, & invalida, nullumque effectum producere potuit, ex traditis per *Oldrad. cons.* 306. *Jo: Andreas, & alii in cap. statutum de praebend. in* 6. *Azor. instit. Moral. part.* 2. *num.* 35. *Ventrigl. in prax. part.* [illegible]. *annot.* 3. §. 3. *n.* 28. Nec potuit post superventum dicti trimestris lapsum convalescere, ut ex praecitatis, aliisque firmat *decis.* quae confirmatur §. *Cum itaque*.

Posita nullitate collationis Ordinarii, utpote factae ante effluxum trimestre, potuit rectè Pontifex controversum Canonicatum conferre,
2. quamvis lapsum esset idem trimestre ex vi praecedentis reservationis semel infixae, & per viam praeventionis: Nam licèt S. Sedes in dictis Concordatis dederit facultatem Ordinariis conferendi etiam post trimestre, non abdicavit tamen à se potestatem conferendi etiam post trimestre, quando Ordinarius nulliter contulerit intra tri-
3. mestre, & eo effluxo fuisset à pontifice praeventus in conferendo, ex relatis in dicta decisione Causae §. *Propterea* & praeter ibi deductos dixerunt in terminis Concordatorū *Cochie. ad reg.* 9. *Cancel. glos.* 12. *num.* 5. *Peuting. ad lib.* 3. *Decretal. tit. de praebend. num.* 329. *Rot. dec.* 468. *num.* 22. *part.* 19. *rec.* Ea sanè ratione, quia Papa nunquam censetur tantam inferiori concessisse potestatem, quin majorem sibi reserva-
4. verit, ut in specie eorundem Concordatorum notavit *Rot. decis.* 114. *num.* 5. *& 6. part. 6 rec.* cum aliis generalibus plenè relatis *in Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus* 22. *Januarii* 1703. §. *Verùm coram Me*.

Quod autem Ordinarius contulerit ante trimestre patenter concludebant Domini. Vacavit quippe Canonicatus die 6. Julii 1700. vivente sa. me. Innocentio XII. qui cum objerit die 27. Septembris dicti anni, hinc a die 6. Julii quo vacavit Canonicatus, usque ad diem obitus memorati Pontificis ex dicto trimestri effluxerant duo menses, & dies 21 ideoque ad complementum trimestris deficiebant novem dies, quorum cursus non poterat continuare de tempore sedis vacantis, prout non impugnabant Defensores Provisi ab Ordinario, nec sanè impu-
5. gnari poterat, quia quando sedes vacat, Collator non existit in rerum natura, unde terminus nec applicari, nec currere poterat subjecto non existenti ad *Text. in cap. illa sede vacante* ibi -- *nec eodem casu potest dici potestas conferendi devoluta, cum non fuerit ibi Superior, qui eas posset de facto, vel de jure conferre*, ibique notant Scribentes, & in specie *Ananias num.* 5. estque opinio communiter recepta etiam in terminis similium Concordatorum, ut patet ex relatis in decisione, quae confirmatur §. *Alterum impedimentum*, quibus additur *Pengens, & Pinson. de Benef.* §. 9. *n.* 14. *fol. mihi* 4389. *Card. de Luca de Testam. disc.* 72. *num.* 7. *vers. verum, & n.* 8.

Anto-

Antonel. de tempor. legal. lib. 3. cap. 17. n. 17. & in Tirasonen. Portionis 7. Maii 1703. §. Obtenta coram Me.

Si igitur de tempore, quo Sancta Sedes vacavit ad complendum terminum trimestris deficiebant novem dies, isti sumendi sunt ex tempore Pontificatus Sanctissimi D. N. qui cum fuerit assumptus sub die 23. Novembris, consequens irrefragabile est trimestre expirasse sub die 2. Decembris. Ergo Ordinarius Augustæ, qui perperam metiendo tempus continuum absque subductione dierū Sedis vacantis, contulit die 6. Octobris, dicitur contulisse ante lapsum trimestris, & sic nulliter processisse. Tempus enim non debet continuè computari, sed utiliter facta ejus subductione juxtà Juris dispositionem ad *Tex. in cap. quia diversitatem de concess. Praben.* cum aliis *in decis.* Causæ sub *§. Siquidem.*

Nec dicatur Papam non contulisse Canonicatum per viam præventionis, sed uti reservatum in vim concordatorum. Quoniam ommissis aliis responsionibus, ea solidior visa est Dominis, quod cum Papæ narrata fuisset tota facti series, quod nempe Canonicatus vacaverit sub die 6. Julii 1700. quodque Ordinarius contulerit die 6. Octobris sequentis, & aliunde ipse Pontifex optimè noverat tempus Sedis vacantis, & suæ exaltationis, & coronationis diem, utique dicendum est præcognovisse tàm quod elapsum esset trimestre Papæ in cōcordatis præfixum ad conferendum, quàm etiam, quod Ordinarius non contulisset intra idem trimestre, unde facta deinde provisione, ea censetur fundata in illo vero, & legitimo titulo, sub quo juridicè expediri poterat, ne aliàs Papa redargui posset de errore Juris, quod dici nequit ex traditis per *Gonzal. ad reg. 8. §. Si probetur num. 74.* ibi — *Cum provisio facta à Papa substineri non possit in vim reservationis &c. nec ex alio capite præterquam jure præventionis necessè est fateri Papam voluisse Ordinarium prævenire. & sub num. 81. vers. quoniam,* ubi ampliat etiamsi Papæ narrata fuerit reservatio, seu devolutio, quæ non intrabat; Nam respondet, quod hoc non nocet, cum stante narrativa facti, ex qua colligebat non intrare devolutionem, non potuerit decipi in his, quæ juris sunt, idemque dixit *Rota dec. 991. num. 10. coram Pen. & in Hypporegien. Parochialis 1700. §. ult. coram Me.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. KAUNITZ.

Urgellen. Canonicatus Luna 28. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

An, & quæ Beneficia cadant sub alternativa concessa Episcopo ostenditur, & quando litteræ Apostolicæ nequeant redargui de subreptione.

SUMMARIUM.

1. *Beneficia, quæ non sunt liberæ collationis, sed pertinent ad nominationem tertii, non cadunt sub alternativa.*
2. *Beneficium Jurispatronatus Ecclesiastici vacans in mense reservato conferri debet à Sede Apostolica.*
3. *Collationes continuatæ, & effectum sortitæ probant pertinentiam Beneficii.*
4. *Episcopus non præsumitur sibi, & successoribus præjudicare in firmando statu Beneficii, & in ejus collatione.*
5. *Litteræ Apostolicæ, non facta mentione litis, sunt subreptitiæ.*
6. *Gratia Apostolica retrotrahitur ad diem datæ, à qua recipit perfectionem.*
7. *Gratia Apostolica non vitiatur per ommissionem expressionis possessionis, de qua potuerit Pontifex cogitare.*
8. *Beneficium requirens certam qualitatem, potest conferri Personæ, quæ sit in ætate habili ad illam acquirendam infra annum.*
9. *Expressio provisionis nullæ, non debet fieri in litteris Apostolicis.*
10. *Papa præsumitur concurrere cum Ordinario in collatione Beneficii, deficientibus certis Clausulis apponi solitis in Litteris Apostlicis de reservato.*
11. *Papa non solet se immiscere in provisionibus Beneficiorum ad collationem Episcopi vigore Alternativæ spectantium.*
12. *Subreptio excluditur ubi Papa verisimiliter potuerit cogitare in genere.*
13. *Papa solet coferre Beneficia magis Idoneis.*
14. *Justificatio valoris probatur etiam per unicum testem.*

DECISIO XXX.

Canonicatus vacatus per obitum Thomæ Llinas de mense Februarii anno 1700. Sedi Apostolicæ reservato in Ecclesia Collegiata Origaniani multiplices sortitus est collationes, ac lites; Primò enim collatus fuit ab Episcopo alternativa gaudente ad favorem Joannis Villa, y Torres, qui itidem illum etiam obtinuit à Sede Apostolica sub expressione, quod vacasset in dicto Mense Februarii, gaudente pariter Episcopo alternativâ: Verùm Joannes Ubach illum impetravit ab eadem Sede cum supposito, quod Canonicatus vacatus haberet annexum Prioratum Primam Dignitatem in Collegiatâ, ac reservatum collationi Pontificiæ, ac inter hos duos instructa fuit coram me disceptatio, quæ ab initio fælicem exitum habuit ad favorem Villa, y Torres, mediante favorabili decisione, in qua resolutum fuit litteras Ubach non esse exequendas.

Tertiò, tandem eundem obtinuit pariter à Sede Apostolicâ Joannes Massanes sub expressione, quod vacasset in mense Februarii Sedi Apostolicæ reservato, ac non valuisset conferri ab Episcopo, ac sub triangulari quæstione uterque litigans fuit lacessitus sub congruo dubio: *An litteræ Massanes essent exequendæ, itaut esset standum, vel recedendum à decisis*, & licèt novissimus, optatam suarum litterarum exequutionem obtinuit in exclusionem utriusque Collitigantis.

Parum enim elaborandû fuit contra Ubach, cum ipse siluerit, ac de ejus malo jure constiterit ex mea decisione contra eundem supponendâ: Quod autem ad id, quod respicit justificationem litterarum Massanes, propter quam consequi meruit executionem, illa resultat ex quo versamus in Canonicatu, qui ab antiqua consuetudine non spectat ad liberam collationem Ordinarii, sed idem conferri debet ad nominationem, & præsentationem Capituli ejusdem Collegiatæ, quod operatur, ut nequeat
1. comprehendi sub alternativa, à qua *ex regula 8. hodiè 9. Cancellariæ* Beneficia, quæ sunt ad præsentationem, & nominationem alterius, excipiuntur, *Gonzal. ad regul. octavam Cancellariæ gloss. 42. num. 5. & gloss. 45. à num. 1. Card. de Luc. de benefic. disc. 17. num. 4. & disc. 93. num. 4. Rot. cor. Buratt. decis. 264. num. 4. cor. Bich. decis. 314. num. 3. & seqq. & dec. 31. n. 7. & seqq. par. 17. Rec. & in Barthinonen. Parochialis, seu Vicariæ Castri-Fidelium 22. Martii 1697. §. Quia suffragatur, cor. R. P. D. del'Olmo*, & magis præcisè de Canonicatibus ad electionem, seu nominationem Capituli, prævià optione, *Rot. cor. Dunozett. Jun. decis. 599. num. fin. al. & cor. Cerr. decis. 729. sub num. 5. 12. & 15. & decis. 773. num. 3. cor. Manzaned. in Urgellen. Canonicatus, & Beneficii 10. Januarii 1703. §. Quoniam coram R. P. D. meo Caprara in præterita allegat.* sed ejus collatio, quando vacatio
2. contingit in mense reservato, tanquam Jurispatronatus Ecclesiastici, spectat ad Sedem Apostolicam, *cap. cum dilectus in princip. de Jurepatron. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 18. num. 6. Rot. decis. 307. num. 6. cor. Peutinger. & decis. 413. num. 5. par. 18. rec.*

Nullaque occurrere potuit dubitatio, quin Canonicatus non pertineat ad liberam collationem Ordinarii, cum id resultet, tam ex depositione plurium Testium id concludentium, de quibus *in Sum. præterita propositionis n. 15.* quam etiam multiplicibus actibus collationum ad præsentationem Capituli effectum sortitis usque ab anno 1500. cum illi, tanquam longo tempore continuati, probent pertinentiam ele-
3. ctionis, & jus Capituli, *Rot. decis. 444. sub num. 5. par. 4. Rec. tom. 2. & decis. 244. sub n. 3. par. 16. rec. & in Bononien. Juris conferendi 12. Junii 1699. §. Hoc enim cor. R. P. D. meo Priolo.*

His accedit tam sententia emanata in Curiâ Episcopali de anno 1621. canonizans Jus præsentandi favore Capituli, & annullans collationem factam ab Ordinario, quam approbatio plurium Episcoporum pro tempore, & signanter moderni, qui respectivè admiserunt hoc Jurispatronatus, cum non sit præsumen-
4. dum, ut voluerint sibi, & Successoribus præjudicare in libera collatione dictorum Beneficiorum, *Rot. dec. 94. n. 6. par. 1. & dec. 485. n. 13. par. 4. tom. 2. & decis. 572. num. 18. par. 19. rec. & in Comen. Parochialis 22. Aprilis 1697. §. Atque insuper cor. R. P. D. meo Muto, & in Florentina Parochialis 26. Februarii anni præteriti §. Hic ad eruendam cor. R. P. D. meo Priolo.*

Nec possunt dictæ litteræ redargui de subreptione, ex quo mentionem non faciant litis vertentis super eodem Canonicatu inter Vil-
5. lam, & Joannem Ubach, atque decisionis nostri Tribunalis favore Villæ editæ, ejusdemque possessionis, cum ex iis appareat jus aliquod quæsitum, de quo debebat fieri specifica mentio, non sufficiente assueta, & generali clausula in litteris apposita: *Cujus litis statum &c. Card. de Luc. de Benef. disc. 5. sub num. 16. Rot. decis. 1403. sub num. 3. coram Seraphin. & decis. 120. num. 5. coram Ottbobon. & decis. 67. num. 3. cor. Ninotb. & decis. 108. num. 2. & seqq. cor. Dunozett. Jun.* Siquidem cum data litterarum Massanes appareat facta de anno 1700. sub Pontificatu fa. me. Innocentii XII. de quo tempore nulla vigebat lis, dictum tempus potius attendi debet, quàm expeditionis litterarum in forma *Rationi congruit* à nunc sanctè gubernante Pontifice obtentarum, etiam vigore clausularum retrotractivarum, cum Gratia retrotrahatur ad diem datæ, à quo suam
6. perfectionem recipit etiamsi ante registrationem posset à Datario lacerari, *Ros. de execut. litter. Apostolic. par. 1. cap. 2. sub num. 25. Rot. decis. 688. num. 2. cor. Merlin. & decis. 299. num. 5. & seq. cor. Cerro, & decis. 465. à n. 10. coram Peuting. & decis. 90. n. 4. par. 19. recent.*

Similiter nec plus potuit influere in prætensâ subreptionem omissio expressionis possessionis Villæ, nedum quia gratia Massanes est penè contextualis cum sola differentia septem, vel octo dierum in data, quo tempore non poterat exprimere possessionem Villæ adhuc non acquisitam, cum tamen Pontifici fuerit expressum,
7. Ordinarium Canonicatum contulisse, & sic potuerit cogitare, quod adesset Possessor, omissio expressionis dictæ possessionis non vitiat gratiam, *Abb. in cap. cum nostris num. 21. de concess. Præbend. Spad. cons. 37. num. 8. tom. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 3. cas. 201. num. 140. Lotter. de re beneficiar. lib. 3. quæst. 81. num. 38. Ros. de exequut. litter. Apostolic. par. 1. cap. 5. num. 168.*

Minus obstare visa fuit omissio expressionis, quod Canonicatus haberet annexum Ordinem Subdiaconalem; Siquidem quidquid sit, An verè

verè Canonicatus sit Subdiaconalis, super quo
tamen nulla fuit exhibita justificatio, placuit
8. nihilominus responsio, quod, cum non fuerit
probatum Subdiaconatum esse necessariū actu
in controverso Canonicatu, satis est Massanes
usque de tempore impetrationis fuisse constitu-
tum in ætate legitima ad effectum se promo-
vendi intra annum ad dictum Ordinem, *Rot. decis.* 161. *num.* 17. *&* 18. *par.* 18. *recent.*

Omissio verò expressionis gratiæ obtentæ
per villam majorem difficultatem non ingessit,
cum de gratia nullâ, ejusque sequutis effecti-
9. bus nulla sit facienda mentio, juxta authorita-
tes adductas in præterita mea decisione §. *His præmissis*: Patens autem est dicta nullitas, cum
Pōtifex non providerit dictum Beneficium tan-
quam de reservato, sed potius adhæsit colla-
tioni factæ per Episcopum, ibi, *Authoritate nostra de consensu Episcopi conferas*: ex quibus
10. resultat potius voluisse cum Ordinario con-
currere, quàm tanquam de reservato conferre,
Gonzal. ad Regul. 8. *Cancell. in proem.* §. 4. *n.* 70
& seq. Rot. decis. 1144. *num.* 2. *coram Seraphin*
& decis. 951. *num.* 5. *coram Cerr.* Idque magis
ostenditur, ex quo, quando solet conferre
tanquam de reservato, præmittit clausulam:
Dudum omnia Beneficia, ac etiam *dummodò ad Nos dispositio hac vice pertineat*, ex quarum pro-
inde deficientiâ censendum est, non contulisse
tanquam de reservato, sed potius concurrendo
cum Ordinario, solùm magis roborasse ejus
collationem, *Card. de Luc. de Benef. disc.* 23.
num. 6. *Ros. de exequut. liter. Apostolic. par.* 1.
cap. 6. *num.* 261. *Rot. decis.* 2129. *num.* 11. *coram Coccin. & decis.* 25. *à num.* 19. *par.* 10. *rec.*

Nec repugnat, quod sicuti Pontifex regu-
lariter se immiscere non solet in provisionibus
Beneficiorum ad collationem Episcopi spectan-
11. tibus etiam vigore alternativæ, *Card. de Luc.*
de Benef. disc. 52. *num.* 16. *Murg. eodem tract.*
quæst. 3. *num.* 186. *& seqq.* potuerit saltem in
genere cogitare, Beneficium spectare ad sui
collationem, & sic opus fuisse suâ gratiâ ad
substinendam collationem Episcopi, quod suf-
12. ficit ad excludendam subreptionem, *Ruin. cons.*
68. *num.* 4. *& cons.* 75. *num.* 16. *lib.* 3. *Gabr.*
cons. 23. *num.* 8. *& seq. lib.* 1. *Onded. cons.* 89.
num. 77. *lib.* 1. *Rot. decis.* 598. *num.* 5. *par.* 8.
& decis. 36. *num.* 9. *par.* 11. *& decis.* 161. *n.* 15.
par. 18. *rec.* Quandoquidem cum si sibi specifi-
cè innotuisset Beneficium esse ad propriam col-
lationem reservatum, difficiliùs concessisset,
cum tali casu non soleat primò venientibus
conferre, sed potius rescribere: *Concurrit cum aliis*, ut possit conferre Beneficium magis ido-
13. neo; & sibi benemerenti ex tali non specificâ
expressione oritur inexcusabilis sobreptio,
Garz. de Benefic. par. 11. *cap.* 1. *num.* 57. *Rot. in Leodien. seù Aquisgranen. Canonicatus* 2. *Julii anni præteriti* §. *Idque suadet coram Me*.

Quod tandem obiiciebatur Massanes non
probasse valorem Beneficiorum, quæ expressit
Pontifici se possidere, sublatum fuit per fidem
triumTestium, cum ad dictum effectum sufficiat
talis qualis probatio desumpta ex dicto etiam
14. unius Testis ad perpetuam examinati, *Rota in Carthaginen. Beneficii* 10. *Februarii* 1702. §. *Quod autem coram Reverendiss. D. meo Decano, & in Tarraconen. Beneficii* 11. *Febr. currentis anni* §. *Valor circa fin. cor. R. P. D. meo Caprara*.

Et ità utraque &c.

D. ADVOC. BUTII

Discursus Juridicus in Causa Fesulana Jurisdictionis.

SUMMARIUM.

1. *Lapus doctor canonista laudatur.*
2. *Episcopus trasferens censetur transferre omne Jus, si privilegium est indefinitum, quod antea habebat.*
3. *Episcopus nihil excipiens in aliqua concessione totum transferet in Cessionarium.*
4. *Concessio indefinita in dispositionibus, aut Privilegiis exorbitantibus à jure non æquipollet universali.*
5. *Verba indefinita extenduntur ad accessoria, & appellativa.*
6. *Interpretatio lata fit contra concedentem Privilegium, & num.* 9.
7. *Donans non debet obviare suæ liberalitati.*
8. *Sibi imputare debet, si quis apertiùs legem non exposuit, dum potuit.*
10. *Res per laudum vel sententiam adjudicata transit cum omni jure petito, vel oblato.*
11. *Privilegium ubi non procedit per viam puræ liberalitatis semper est latè interpretandum.*
12. *Transactionis perfecta natura est tollere omnes lites.*
13. *Publica utilitas præfertur bono privato.*
14. *Restitutio equalis esse debet ei, quod fuit ablatum.*
15. *Verbum* assignet *in dispositione Papæ beneficiali importat omnimodam juris, & dominii translationem.*
16. *Verbum* libera *in Privilegio appositum importat omnimodam exemptionem.*
17. *Episcopus donans Ecclesiam Parochialem alteri Episcopo, dicitur sub dispositione venire etiam populum, & num.* 18. *&* 19.
20. *Differentia inter donationem Ecclesiæ Parochialis factam alteri Episcopo capaci jurium Episcopalium, & factam Prælato inferiori incapaci.*
21. *Ex qualitate personæ dantis, & recipientis interpretatur quid sub dispositione comprehenditur, & num.* 22. 23. 24.
25. *Imperator donans alicui Ecclesiæ inferiori non dicitur à se abdicare dominium altum inhærens coronæ imperiali, secus si donatio facta fuit Ecclesiæ Romanæ.*

26. *Jus decimandi est quid Spirituale distinctum à commoditate percipiendi decimas temporales, quarum sunt capaces Laici.*
27. *Ex natura subjecti cui adhaeret, regulatur dispositio.*
28. *Cui conceditur jurisdictio, dicuntur concessa omnia, sine quibus illa expleri non potest.*
29. *Titulus Parochiae non potest conferri viventi, & successoribus in perpetuum, sed particulari Personae habili.*
30. *Observantia est fidelis interpres omnium actuum humanorum.*
31. *Confessiones Ordinariorum probant quando sunt plures in praejudicium Ecclesiae.*
32. *Voluntatis mutatio non praesumitur.*
33. *Inverisimilitudo habet imaginem falsitatis.*
34. *Dictio* etiam *est implicativa similium, & similem supponit dispositionem.*
35. *Calderinus dicitur Doctor magnae virtutis.*
36. *Concessio Ecclesiae cum pertinentiis est quid diversum à Populo, intellige, ubi sit Praelato inferiori num.* 37.
38. *Text.* in cap. per exemptionem de Privil. in 6. *explicatur, & num.* 39.
40. *Doctoris dictum tanti valet, quanti extimatur ratio.*
41. *Res ex una causa acquisita potest ex novo privilegio confirmari.*
42. *Regula, quod Episcopus valeat in qualibet parte suae Diacesis erigere Tribunal, intelligi debet ad modicum tempus sine subditorum incommodo.*
43. *Liber privatus contrarius publicis documentis non attenditur. &* 44.
45. *Ecclesia potest pertinere ad Praelatum quinque modis.*
46. *Episcopus non potest ordinare Clericos alienos in propria Diaecesi absque Diaecesani Episcopi Licentia.*
47. *Quis potest diversis respectibus esse subiectus pluribus Episcopis.*
48. *Actus valdè remoti non possunt deservire pro declaratione observantiae.*
49. *Tempus* 40. *annorum requiritur ad praescribendum contra Privilegium.*
50. *Scientia, & patientia requiritur pro praescriptione.*
51. *Exceptio semel rejecta non potest amplius opponi.*
52. *Attestationes, ut sint attendendae, debent percutere casum quaestionis.*
53. *Observantia probatur tam ex actu negativo, quàm affirmativo.*
54. *Episcopus non potest invadere confines, & limites alterius Episcopi.*

FESULANA JURISDICTIONIS.

Antiqua, & civili olim fama diù celebrata contentio, Florentinum inter, & Fesulanum Antistitem, super exemptione Parochialis Sanctae Mariae in campo, diuturno silentio dudum involuta; hodie tandem rescissa oblivione, in magno Romani fori Theatro iterum excitatur: Acrior erumpit, licèt perdomita saeculis, ipsaque pace annorum saevior ad examen revocatur: faelici reditu, si, ut primordiis sui felicibus par contingeret exitus, una cum lite, & defensores prodirent. Lapus enim, & Calderinus, gemina Pontificii Juris lumina, pari adeo ingenio dimicarunt, ut licuerit Posteris dubitare, veritatem, vel esse non unam, vel sibi contrariam.

Nobis igitur cum magno se Judice causa utrinque tueatur, post tanti certaminis reliquias, jam nil aliud superest, quàm, quia veritas in opposito stare dedignatur, maturo judicio metiri, quis eorum pro veritate justius induerit arma.

Decernendum itaque cum Lapo, maximae authoritatis Viro; cui credendum esse sicut glossatori, dixit *Cardinalis Paris. consil.* 105. *n.* 7. *lib.* 4. ejus enim opinio nititur rationi, & auctoritati Innocentii, qui teste *Federico de Senis*
1. *in consil.* 36. fuit divini, humanique Juris Monarcha. & Pater veritatis; Hic enim Lapus alioquin in suis scriptis semper de more admirabilis admirabiliorem se reddidit in praesenti allegatione, prout rationes, & fundamenta, quibus nixus est suum probare assumptum, latiùs per glossas nostras expensa, inferius demonstrabunt.

Sive igitur exemptio Ecclesiae Santae Mariae in Campo, emanaverit in modum Privilegii, sive per Papalis arbitramenti adjudicationem; semper utrobique juxta ea, quae proponuntur, pro totali, & omnimoda translatione Juris Episcopalis in Fesulanum Antistitem, verius de Jure censeo respondendum.

Et quatenus juxtà sensum *Lapi, & Calderini* per viam Privilegii hujus Ecclesiae exemptionem processisse praetendatur; quia agitur de interpretando privilegio Episcopi antecessoris indefinitè assignantis Eccl. S. M. in Campo *liberam, & exemptam cum suis pertinentiis*, dum hodie versamur contra illius successorem, tale privilegium continens spontaneam oblationem, & gratiosam liberalitatem, cum nihil Juris Florentinus exceperit omne Jus, quod in Ecclesia, & suis pertinentiis ante oblationem ha-
2. bebat, in Fesulanum Antistitem Jure praesumitur transtulisse, ad optimum Textum *in cap. quia circa de privilegiis*, ubi innocentius Tertius respondens consultationi Episcopi Londinensis sic ait--*Quaesivisti utrum Monaci omniũ Sãctorum privilegium Praedecessoris tui super Episcopalibus Decimis retinendis, indultum extendere valeant ad possessiones acquisitas, & postmodum acquirendas, super quo tibi tale damus responsum; quod si Decimarum illarum remissio facta extitit secundum Canonicas Sanctiones Praedecessor tuus indefinitè Decimas Episcopales remmittendo, cum nihil exceperit, & potuerit excepisse, ac in beneficiis plenissi-*

nissima sit interpretatio adhibenda, nec debeat una eademque substantia diverso Jure censeri intellexisse videtur, non solùm de possessionibus illius temporis, sed futuri.

In casu nostro õnes, & singulæ rationes decidendi in præcitato textu ponderatæ optimè concurrunt; Episcopus enim Florentinus ante arbitrium à Gregorio Nono promulgatum per suas litteras eidem Summo Pontifici directas obtulit assignare Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Campo, *liberam, & exemptam indefinitè cum suis pertinentiis* nihil excipiendo de Jure Parochiali, sive Episcopali, cum poterat excepisse, & limitatam legem suæ liberalitati præscribere *l. legem C. de pactis* igitur adversus eundem plenissima facienda venit interpretatio; Tum ex eo, quia eadem concessio non debet diverso Ju-
3. re censeri, quoad subjectionem Populi, & Ecclesiæ, quàm ex eo, quod Episcopus nihil excepit, & ne pateat aditus, per quem illiberaliter quis suæ obviet liberalitati, *gloss. in dicto cap. quia circa in verb. indefinitè de privilegiis, & in l. si quis argentum §, ultimo C. de Donat. & in l. cum Aquiliana ff. de transactionibus.*

Quinimmò textus ille procedit in fortioribus terminis, dum Papa ibi indefinitam exemptionem à solutione Decimarum non solùm interpretatus est, quoad Decimas omnium Terrarum, quas Monaci exempti possidebant de tempore largitæ exemptionis, sed illam extendit etiam ad Terras, & possessiones post privilegium acquisitas, & imposterum acquirendas, dum in casu nostro prætenditur concessionem Jurisdictionis in Populum, & Ecclesiam ad ea tantum jura extendi, quæ Florentino Episcopo de tempore concessionis competebant, *authen. multo magis, C. de Sacrosf. Ecclesiis.*

Nihil obstante, quod concessio indefinita in privilegiis, & aliis dispositionibus à jure exor-
4. bitantibus, regulariter non æquipolleat Universali, quemadmodum nec futura post privilegium quæsita eadem ratione comprehendat *cap. quanto de censib. & glos. in dicto cap. quia circa verb. sed futuri de privil.*

Siquidem objectum procedit, quando certa verba ponuntur in privilegio, quæ ad aliud significatum ex sui natura, & proprietate extendi non valent, ut docet *gloss. in dicto cap. quia circa verb. sed futuri*: Secus verò quando in concessione etiam privilegiativa apposita sunt verba generalia, vel indefinita nihil Juris retento ad favorem Concepentis, prout in casu no-
5. stro, in quo fuit assignata Ecclesia S. Mariæ absolutè, & indefinitè *libera, & exempta cum suis pertinentiis*, quæ ad omnia quomodolibet accessoria extenduntur, *l. verbum illud pertinere, ff. de verb. sign.* Tunc enim intrat clara propositio, quod concessio justo Jure extendatur ad omnia appellativa *dicto cap. quia circa de privil.* & concordant *Jura in cap. ex multiplici, ubi gloss. in verb. quamdiù vixerit de Decimis, eadem gloss. in dicto cap. quia circa in verb. Sed futuri, versic. Sed ubi verba de privilegiis, ibique Canonistæ signanter Hostiensis num. 3. & sequentibus Joannes Andrea num. 5. Panormitanus num. 4. Zabarella num. 1. & 2. cum aliis plenè relatis per Barb. in collect. ad dictum cap. quia circa n. 1.*

Rursus præfata conclusio de stricta interpretatione ineunda in Concessione facta per viam privilegii, limitatur, quando privilegii interpretatio fit contra concedentem, illiusque suc-
6. cessores, quibus non licet obiicere, quod sibi aliquid Juris reservaverint in re, & jure largito, dum nihil specialiter fuit in privilegio exceptũ ut patet ex littera *textus in versicul. cum nihil exceperit*, & docet *glos. dicto verb. sed futuri Archidiaconus in cap. per exceptionem sub num. 1. de privil. in 6. cap. pastoralis, & cap. dilecti de dona. l. 3. ff. de Constit. Princip.*

Et hujus limitationis ratio optima affertur ibi per *glossam in dicto verb. sed futuri versicul. sed hic Ideo*, ne videlicèt Donans, vel Concedens excogitata fraude suæ possit obviare libe-
7. ralitati ad textum *in can. primo 16. quæst. 2. & in dicta l. si quis argentum §. ultimo C. de donationibus & in l. cum Aquiliana, ff. de transactionib.*

Ex quo enim ante concessionem Ecclesiæ remanebat in arbitrio Episcopi Florentini talem exemptionem facere sicut instituerat, oportebat eundem, vel minimè ad illam prosilire, vel cum ad illam venire properaverit, nullis artibus suum propositum defraudare, tantamque indevotionem protegere, ex eo velamento, quod Jus Episcopale esset inabdicabile *bene textus in l. si quis argentum §. sin autem C. de donat.* Et ideo Prudentibus placuit, ut quæ ex ambiguis pactis frangunt liberalitatem, contra
8. concedentem interpretarentur: quia sibi imputandum, dum potuit concessioni legem apertiùs dicere, *l. veteribus ff. de pactis*, & benè probat *textus in dicto cap. quia circa de privilegiis junctâ glosâ in verb. sed futur. ibique Joannes Andrea num. 5:*

Et in puncto, quod privilegium contra concedentem, & successores latissimè interpretandum veniat etiam in materia Jurisdictionali
9. firmat *Panormitanus in dicto cap. quia circa n. 3. de privilegiis*, adducens ad hoc optimum *text. in cap. cum dilectus de consuetudine ibique adden. liter. E. allegat concordantes.*

Firmato igitur ex præmissis, quod in controversa concessione translatum fuerit omne Jus, omnisque Jurisdictio Episcopalis in Ecclesiam, & Populum Sanctæ Mariæ, etiam cum præsupposito, quod emanaverit per viam meri privilegii; evidentioribus fundamentis suffultum apparebit bonum Jus Reverendissimi Fesulani, reflectendo diligenter in facto, quod hujusmodi cõcessio emanavit, non quidem in terminis meri, & nudi privilegii à jure communi exorbitantis, sed per viam Justitiæ, & laudi *suadente æquitate prolati* per summum Pontificem Arbitrum inter

inter Partes electum; quo casu intrat propositio apud Juris Interpretes passim recepta. quod in Jurisdictione adjudicata per sententiam Laudum, vel Arbitrium, veniat omne Jus, quod in Judicio Petenti, vel Renuncianti competebat; Ex ratione, quia offerens sive petens, aut abdicans à se Jus, quod habet indefinitè, sibi debet imputare: quia in Judicio censetur quis omne Jus, quod ab initio erat in sui potestate,
10. vel deduxisse, vel remisisse, ideoque res postea per laudum, vel sententiam adjudicata, trãsit cum omni Jure petito, vel oblato in puncto post *Text. in l. solemus ff. de Judic. & cap. cum Eccl. Sutrin. de Caus. possess. & proprietat. & gloss. addit. in cap. per exemptionem in verb. aut ergo vers. quamquam de privilegiis in 6. notarunt Ancharanus ibid. num. 3. Joannes Andreæ num. 2., Geminianus num. 13. Probus ad Monac. num. 5.* & fuit originalis doctrina *Innocentii in cap. cum ad Sedem num. 5. de restitutione spoliatorum*, & *in cap. recepimus de privil. num. 4. ibique Jo: Andr. num. 5. Hostien. num. 5. vers. sed dices Franch. in d. cap. per exemptionem num. 3. vers. secus sit.*

Altera autem ratio est: quia Sententia, & Laudum continent Justitiam, & æquitatem; Privilegium verò gratiam, & privatam legem strictè de Jure interpretandam in præjudicium
11. Ordinarii, quando tamen ab eodem non processit per viam gratiosæ liberalitatis *cap. denique 24. quæst. 5. cap. ex tuarum de authorit. & usu pallii cap. pastoralis cap. dudum, & cap. 14. in his de privileg.*

Quod autem exemptio hujus Ecclesiæ emanaverit per viam arbitrii Papalis præcedente spontanea, & liberali Florentini Antistitis oblatione, & fuerit *pro bono Pacis suadente æquitate* adjudicata, satis apertè patet ex litterali tenore compromissi, & Pontificalis arbitramenti successivè prolati impressi apud Lapum *dicta allegat. 139. in princip.* & apud consilium *Calderini post eandem allegationem impressi num. 15.* ibi enim apparet ex assertione Papæ, quod controversiæ tunc vertentes Florentinos inter Cives, & Fesulanum Episcopum fuerunt ad examen Pontificis delatæ. Et in §. *cum igitur* constat de mandato procuræ dictorum Civium facto in personam Aldibrandi Adimari, & Consortium cum facultate compromittendi in personam Summi Pontificis. Constat ulterius *in §. Nos iis* de causæ cognitione super utrinque deductis; constat denique de arbitramentali laudo successivè prolato ibi -- *Arbitrando statuimus ut in vacuam possessionem inducant, & defendant, ipsumque Episcopatum ulterius non molestent & ibi -- Quia verò ex cohabitatione Episcopi Fesulani major inter eum, & commune Florentiæ poterit concordia provenire, ac major Episcopatus Fesulani securitas, & utilitas procurari; Volumus, & mandamus, quod Episcopus Florentinus Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Campo cum pertinentiis suis tibi auctoritate nostra liberam, & exemptam assignet: Sicut hoc ipsum per suas litteras nobis directas noscitur voluisse, & ibi -- Ideoque Fraternitati tuæ mandamus, quatenus hoc nostrum Arbitrium æquitate suadente prolatum, procures irrefragabiliter observare.*

Si igitur in concessione Castri, vel Ecclesiæ, aut alterius rei, cui plura Jura accedunt, spontè in judicio petita, vel oblata, venit indistinctè omne jus, omnisque Jurisdictio accessoria castri, vel Ecclesiæ tanquam *de illius pertinentiis*: quamvis expressè de præfatis pertinentiis in sententia, vel laudo nihil statuatur, quia satis à jure subintelliguntur: Quantò magis in præsenti controversia, erit hoc firmandum in qua laudum Papale ita *offerente Episcopo Florentino*, mandavit assignari Ecclesiam *cum suis pertinentiis liberam, & exemptam.*

Hæc autem justiùs, & rationabiliùs procedunt, si una cum amplis, & prægnantibus verbis laudi Pontificis reflectamus ad causam propter quam fuit exemptio Ecclesiæ donata: Papa enim consideravit in illius prolatione majorem Concordiam orituram ex cohabitatione, & residentia in futurum facienda per Fesulanum Antistitem in Civitate Florentiæ, & majorem Episcopatus Fesulani securitatem inde proventuram: unde, quia utile est à lite discedere *l. fratres C. de Transactionibus* nihilque
12. in lege Evangelica magis arctè præcipiatur quàm Proximi reciproca dilectio, quæ sine pace haberi non potest: nec auctor Pacis potest coli, nisi in pace *Clementina dudum de sepultur*; & Jura pro stabilienda pace permittunt se ipsa infringi quia, ut *ait Plato de legibus Salus Reipublicæ summa lex esto*: Id circo proculdubio concludendum in præfata concessione mediante arbitramentali Judicio, adjudicatam fuisse omnem Jurisdictionem, omneque Jus Episcopale, ne remanente permixto Jurisdictionis usu ex communione nova jurgia excitarentur l. *cum Pater §. dulcissimis Fratribus ff. de legat. 2.* nevè effectus inde contrarius orietur fini, & causæ à Papa potissimum contemplatæ, quo nihil absurdius *l. meminerint in fine C. unde vi.*

Quanta verò sit præponderatio causæ stabiliendæ pacis in futurum, ex eo patet, quod Jura permittunt pro illius bono Res privati, eo
13. etiam reluctante, & invito, auferri *Bartolus in l. quicumque in fine C. de fide Instrum. Alexand. consil. penult. vol. 5. Gratus respons. 114. n. 6. vol. 2. Barbatia cons. xi. num. 6. vol. 2.* quanto magis dicendum Idem voluisse Privato valente, & offerente.

Ulteriùs prædicta magis suadentur, ponderando etiam, quod Exemptio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, illiusque concessio facta fuit ad reintegrandum Episcopum Fesulanum, de gravibus damnis, quæ ipsius Ecclesia passa fuerat in direptione Civitatis Fesulanæ facta per cives Florentinos eorumque confœderatos, propter quæ

quæ remanserat populo, & grege prorsùs destitutus, ut plures testantur Historici, & qualitas ipsa facti Historicorum attestatione remota rationabiliter suadet: Unde Justo Jure reintegratio fieri debuit mediante concessione Ecclesiæ, & Populi Sanctæ Mariæ, ut sic procederet re-
14. stitutio, in eo, quod abstulerat læsio, ad textum *in l. quod si minor. §. restitut. ff. de minor. l. restituere de verb. signif. & l. cum Prætor eod. tit. cum l. final.*

Probato igitur ex præmissis Juris principiis, quod sive concessio emanaverit per viam simplicis privilegii, sive, ut veriùs arbitror, per viam Papalis arbitramenti; cum ea transiverit omne Jus Episcopale in Ecclesiam, & Populum Sanctæ Mariæ: faciliori medio idem assequimur, ponderando singula verba Laudi, quæ procul dubio ex sui litterali significatu valent omnimodam Juris Episcopalis translationem importare, sicut fieri debere docens Textus *in cap. Porro, & cap. recepimus de privilegiis.*

Et primò translatio totalis dominii Ecclesiæ importatur per verbum *assignet* -- quo positum
15. in dispositione Papæ præsertim Beneficiali infert omnimodam Juris, & dominii translationem *Decius in cons. 640. num. 6. Innocentius in cap. pro illorum num. 1. de præbend. ubi notabiliter ait, quod per simile verbum Assignet Papa totale transfert dominium absque traditione* ..

Rursùs idē importat spontanea Episcopi Florentini oblatio facta Gregorio Nono absq; ulla Juris reservatione *dicto c. quia circa de privilegiis.*

Tertiò hoc idem importat verbum *liberam* cum libera in Jure dicatur Ecclesia; & liber Populus, qui alterius Potestati non est subjectus *l. septima ff. de captivis, & postliminio reversis*, & libera judicetur Jurisdictio, quæ majori potestate non impeditur, & in puncto quo quando Papa in Privilegio concedit Ecclesiam per verbum *liberam* quod tunc dicatur dedisse ple-
16. nam exemptionem, est optimus *Text. in cap. si Papa de Privileg. in 6. Innocent. in cap. Recipimus num. 1. verf. idem dicendum eodem tit. in decretal. Hostien. ibidem num. 4. in fin. verf. vel si dicatur.*

Quartò idipsum clarius importat verbum, *exemptam*, quod inducit omnimodam Juris abdicationem, omnemque Separationem ab Imperio, & Districtu Concedentis favore Donatarii; in quem Omne Jus, quod Residebat penes Concedentem, translatum censetur *Castren. Cons. 187. n. 3. versic. sed his non obstantibus lib. 2.*

Quintò quia Concessio Ecclesiæ facta fuit *cum suis pertinentiis*, quarum Appellatione venit Populus tanquam Accessorius Ecclesiæ Porochiali quoad Jus Episcopale in Concessione facta per Episcopum, non autem quoad dotem & decimas *ut infra ostendemus in §. ex his Itaque.*

Ex quibus in facto ponderatis, optimè succedit Magistralis Doctrina Innocentii *in Capitulo In Lateranensi sub num. 4. de Præben.* ubi ait, quod si Episcopus legitimè donet Eccle-
17. siam Parochialem alteri Episcopo, tunc transtulisse censeatur in Episcopum recipientem omnia Jura Episcopalia in Ecclesiam, & Populum ibi -- *sed si alii Episcopo donaret, tunc cum recipiens Episcopus Jura Episcopalia exercere possit, Intelligimus etiam illa transiisse, nec ulterius prædicta Alius Episcopus poterit Exercere.*

Idemque plenius firmavit, quando Papa eximit Ecclesiam à potestate unius Episcopi, &
18. Alteri concedit Prælato parem habenti Dignitatem; *Ut in Cap. Pastoralis num. 6. & 7. de donationibus.*

Doctrinam Innocentii tanquam veram, & Communem sequuti sunt omnes communiter Repetentes in dicto *Capitulo Pastoralis, & si-*
19. *gnanter Hostien. ibidem num. 6. Ancharan. in d. cap. Pastoralis num. 1. & in cap. de Monac. num. eodem verf. si quaras quare prædicta de Præbend. Card. Zabarell. in d. cap. Pastoralis num. 17. & in d. cap. de Monacis num. 19. & 20. de prebend. Imola in d. cap. Pastoralis num. 24. & in d. cap. de Monacis num. 7. verf. dicebas ulterius Butrius in d. cap. de Monacis num. 10. verf. tunc dicit Innocentius, & in d. cap. Pastoralis num. 7. versic. secus si subesset Episcopo de Donation. Joānes Andrea in dicto cap. Pastoralis num. 5. in fine, & in dicto cap. de Monacis num. 10. de Præbendis latè Soccinus in cap. recepimus num. 7. de Privileg. Addcn. ad Innocent. in d. cap. in lateranensi littera B. de Præben. Lapus d. Alleg. 139. num. 14. nec dissentit Calderin. qui doctrinam Innocentii ausus non est Impugnare ibi num. 22. & 23.*

Ratio verò, quare totum Jus Episcopale transeat in Episcopum, quando Summus Pontifex, vel alius Episcopus donat, vel eximit Ecclesiam Parochialem ad alterius Episcopi favorem est, quia Episcopus Donatarius capax est
20. recipiendi totum Jus Episcopale, illudque benè exercendi, sicut exercebatur per Episcopum Donantem, quæ ratio non procedit, quando exemptio, vel Donatio fit favore Inferioris Prælati, cum hic sit Incapax tale jus exercendi, aliaque Conferendi, quæ sunt ordinis Episcopalis: Quia hoc Casu quamvis donans Episcopus illud transferre voluerit, adhuc tamen minimè potuit in Abbatem, aut alium Prælatum minorem Episcopo, & cum nulla Ecclesia reperiatur; in qua non oporteat Jura Episcopalia exerceri, justius, & æquius est, quod potius talia jura remaneant penes Episcopum Donantem, quam ad alium extraneum pro istis Episcopalibus recurratur, ut optimè docet, & declarat *Joannes Andreæ in d. cap. de Monacis num. 10. de Præbend.* ibi -- *Si quaris rationem, quare prædicta remaneant penes Episcopum, cum pleno Jure transtulerit Ecclesiam in Abbatem etiam exemptum, Respondeo quia nulla Ecclesia est, in qua non oporteat fieri ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, nec ista potuit Episcopus à se abdicare argumento de offic. Prætor. leg. legatus, & si dicas, quod potuit abdicare ad minus ne-* qui-

quivit ea in Abbatem transferre, nec in Minorem Episcopo, ut patet in eo quod sequitur. & notatur infra de Consecration. cap. à qua. Justius ergo est, & Æquius quod potius ad Proprium quam ad Extraneum Episcopum recursus in Talibus habeatur argumento infra de Testamen. cap. cum in Officiis Charitatis Quid ergo si Episcopus conferat Ecclesiam Alteri Episcopo pleno Jure? Resp. hic potest dici, quod omnia sunt translata.

Verùm, quia glossæ Innocentii magnam cum veritate doctrinæ continent profunditatem, longa meditatione discutiendam, ut ipse de se inquit *In Proem. glossar. æditar. in hos quinque libros decretalium num. 1. & 2.* Illiusque Commentatores ad assequendum verum dictarum glossarum intellectum, se brevi Periodo non possunt expedire, volentes illas exactè declarare *ut ait Barbat. in d. cap. Postulasti in 9. colum. de foro competent.* Ideo nos operæ pretium duximus in tanti viri obsequium ejusdem Innocentii Mentem, & Rationes, quibus nixus est in hac doctrina tradenda, pleniori Calamo elucubrare.

Quod igitur ait *Innocent.* in Donatione, vel exēptione Ecclesiæ Parochialis facta per summum Pontificem, vel Episcopum ad alterius Episcopi favorem transire omne Jus Episcopale in Populum, & Ecclesiam fundatur duobus ubique receptis, & inconcussis Juris principiis. Primò videlicet, quod qui Ecclesiam concedit, jus quod in ea habet, jure concessisse præsumatur, *ad textum in l. qui Tabernas ff. de contrahen. emptione. & in l. si domus, & in l. ultima ff. de usu, & habitatione, & in l. si ita ff. de legat. se-*
21. *cundo* Altero autem, quia ex personis dantium, & recipientium, & eorum, quæ dantur, debemus æstimare, quid dari intelligatur *l. si filiæ ff. de legat. 3. cap. & si quæstiones §. primo versic. cum in accipiendis de Simonia, & probat textus in dicto cap. pastoralis de donationibus, & Joannes Andrea ibidem latè exornat n. 2. ver. fin.*

Unde ex his ad propositum nostrum inferendo, dicimus quod cum Episcopus Donatarius capax sit totius juris Episcopalis in Populum, & Ecclesiam; Econtra verò Episcopus, vel Papa illi auctorizans valeat totale jus, quod habent abdicare: Sequitur veram esse doctrinam Innocentii asserentis per hujusmodi donationem, sive exemptionem à Papa, vel Episcopo factam censeri omne jus Episcopale congruens Personæ Episcopi, cui donatur in eundem translatum, ad textum *in dicta leg. qui tabernas ff. de contrahend. emptione.*

Hinc ex iisdem juris principiis mox allegatis videmus, quod si Episcopus concedit Ecclesiam alicui Archidiacono sitam intra limites Archidiaconatus, in qua idem Archidiaconus nullum jus, vel usum habebat, censetur eandem
22. Ecclesiam ipsi tanquam Archidiacono subjecisse, ex ratione, ut diximus, quod secundum qualitatem recipientis censetur Ecclesiæ facta traditio *Joannes Andreæ in dicto cap. pastoralis num. 1. de donat. ubi Imola num. 20. Barbat. num. 4. Hostiensis num. 1. Anania num. 7. cæterique Repetentes.*

Sic etiam si Episcopus donat Ecclesiam Monasterio exempto cum suis Cappellis in futurum acquirendis donasse censetur præfatæ Ecclesiæ exemptionem dumtaxat: non autem jus
23. temporale, quod sibi particulari jure debetur ab Ecclesia donata, ea ratione, quia ex qualitate Monasterii recipientis exempti cum Cappellis acquirendis metiri debemus donationem, ut Ecclesia noviter acquisita ejusdem Juris esse censeatur, cujus erant cæteræ ejusdem Monasterii exempti Cappellæ *ita dicit Innocentius in dicto cap. pastoralis num. 1. de donat. ibique Joannes Andreæ num. 2. Hostiensis num. 1. versic. si verò Monasterium exemptum sit. Butrius num. 4. versic. si autem Ancharan. num. 6. Zabarell. n. 5. Barbatia n. 15. versic. & limitat Innocentius.*

Parique fundamento, si Papa eximit Ecclesiam ab Episcopo, & eam concedit inferiori Prælato, censetur idem illam subjecisse quoad legem Diœcesanam, & jurisdi-
24. ctionis, non tamen in eundem trastulisse institutionem auctorizabilem, nec minus majora, quæ sunt ordinis Episcopalis, eo semper recurrente principio quod secundum qualitatem recipientis metiri donationē debemus *l. si filiæ ff. de legat. 3. l. militari ff. de Testam. militis, ut exemplificando probat Innocentius in dicto cap. pastoralis sub num. 1. de donat. quem sequuti sunt Hostiensis num. 6. Cardinalis Zabarella num. 14. Ancharanus num. 9. Butrius num. 4. sic fuit Barbatia num. 15.*

Ita etiam videmus, quod si Imperator donat Ecclesiæ inferiori aliquam Jurisdictionē Temporalem, non censetur à se abdicasse altissi-
25. mum dominium, quod Majestati Imperialis Coronæ inhæret; secus autem si donavit Ecclesiæ Romanæ, quia tunc omne dominium, omnemque superioritatem transtulisse probant in puncto *Joannes Andreæ in addit. ad speculator. in tit. de Jurisdictione omnium Judicum in verb. Pastoralis Joannes Franciscus à Ponte dec. 2. Angelus in l. 1. §. qui mandatam in fine de officio ejus cui mandat est Jurisdict. Castrens. consil. 70. sub num. 7. lib. 1. Præpositus in cap. 1. col. 6. versi. si autem fieret tit. de Capitaneo qui curiam vendidit. Peregrin. consil. 1. per totum vol. Bald. cons. 345. lib. 1. cum aliis relatis pleno calamo à Præside Ab Ecclesia observat. forens. lib. 2. par. 2. observat. 1. num. 110.* non alio fundamento, quàm quia metiri debemus translationem Juris secundum capacitatem recipientium, & potestatem ejus, qui largitur.

Quemadmodum etiam videmus, quod si Princeps donet aliquod Castrum alteri Principi paris dignitatis, transfert in ipsum majorem Jurisdictionem; secus verò si donatio fiat subdito Inferiori, ut distinguendo latè probat *Roland.*

land. à Vall. consil. 4. num. 39. cum seqq. lib. 3.

Pari denique modo videmus, quod si Episcopus post Concilium Lateranense relatum *in c. prohibemus de Decimis* fecerit investituras feudales de Decimis spiritualibus ad favorem Lai-
26. corum, qui Juris decimandi sunt incapaces, investitura censetur facta de nuda commoditate percipiendi fructus, non autem de Jure decimandi; cujus Laici sunt incapaces, cum sit quid spirituale ab ipsa temporalitate distinctum, ut in puncto distinxerunt *Barbosa in l. Titia num. 43. versic. quia quando, & sub num. 46. versi. & ideo ff. soluto matrimonio Bald. consil. 274. num. 1. lib. 5. Covarruvias variar. resolut. lib. 1. cap. 17. sub num. 5. versic. Decimarum fructus latè Giovagnon. respons. 27. num. 27. 28. & 30. lib. 2. Berous consil. 84. num. 41. & seqq. lib. 1. Rota dec. 205. n. 15. par. 2. divers. & decis. 544. num. 2. par. 4. & decis. 97. num. 3. & 4. & decis. 291. num. 8. & seqq. par. 10. rec;*

Ex his itaque principiis non solùm deducitur, quantum vera sit, & rationabilis doctrina Innocentii solidissimis fundamentis subnixa, quod scilicèt ex qualitate dantis, & recipientis quid datum fuerit metiri debeamus, sed amplius enucleata remanet potissima præsentis causæ difficultas, utrum sub nomine pertinentiarum in arbitramentali adjudicatione, veniant dos, & decimæ Ecclesiæ ad substentationem Rectoris destinatæ juxta sensum *Calderini*, vel potius juxta mentem *Lapi* Jurisdictio in Populum, ac omne jus Episcopale.

Siquidem cum Ecclesia fuerit Episcopo Fesulano adjudicata *libera, & exempta cum pertinentiis suis offerente Episcopo Florentino*: Jam assequimur ex qualitate concedentis, & recipientis, ac rei assignatæ quid fuerit adjudicatum: nam si, ut prædiximus, concedens Ecclesiam jus, quod in ea habet transtulisse censetur, jam patet sub nomine pertinentiarum in casu nostro non posse dotem, & decimas venire, quæ ad Episcopum non pertinent, sed ad Parochum in eadem Ecclesia institutum, ut docuit *gloss. 1. in c. de Monneis de præbendis. & optimè distinguit ibi Panormitanus num. 5. & seqq. quem sequuntur communiter Canonistæ.*

Nomine igitur pertinentiarum quæ latè patent venire debent Jurisdictio, & omne jus Episcopale in Populum, & Ecclesiam, quæ sunt pertinentiæ spectantes ad Episcopos in Ecclesiis, quas donant sibi pleno jure subjectis *cap. conquerente de Religiosis domibus* ad hoc, ut verba, quæ ad plura significata referri valent, adaptentur naturæ actus, cui adhærent *l. si uno ff. locati.*

Et præmissa comprobantur ex eleganti theorica Innocentii, qui *in cap. cum ad sedem num. 4. & 5. de restitutione spoliatorum*, ait, quod si Pa-
27. rochus Ecclesiam suam petat in Judicio cum pertinentiis, tunc dotem, & decimas ejusdem Ecclesiæ vendicare censeatur: quia petitio qualitati, & personæ Actoris debet conformari: ecòtra verò quãdo Episcopus, vel petit, vel dimittit Ecclesiam *cum pertinentiis liberam, & exemptam* in eodem Judicio, tunc omne Jus Episcopale petiisse, vel abdicasse censeatur, *& Innocentium sequuntur ibi repetentes, & signanter Bellamer. num. 7. Butrius num. 22.* & latè declarat *Panormitanus à num. 11. ad 14. ubi in fine ita concludit: si Episcopus petit Ecclesiam sibi adjudicari, veniunt bona respectu Jurium Episcopalium, si Sacerdos tanquam Rector tunc veniunt bona respectu administrationis, ut sentit hic Innocentius considerata persona Petitoris, & hac nota quia puto satis vera, & clara: sequitur Soccin. in regul. Juris vers. pertinentiarum appellatione regula. 363. §. Tertio fallit quando qualitas Petitoris.*

Rursus omne jus Episcopale in Populum, & Ecclesiam tanquam in proprio Territorio exercendum, translatum fuisse etiam ex accessorio Justitiæ, evidenter arguitur, ex eo quia Gregorius Nonus in suo arbitramento mandavit construi Palatium Episcopale, apud præfatam Ecclesiam pro futura Episcopi Fesulani habitatione: Itaque cum in propria residentia deberet Episcopus ex dignitate, & munere Episcopali continuò ad quaslibet subditorum indigentias Justitiam administrare, aliaque facere, quæ sunt ordinis Episcopalis, nimis profectò captiosa fuisset Florentini Episcopi liberalitas, & nimis onerosum laudum Pontificium, si sub nomine exemptionis *Ecclesiæ liberæ, & exemptæ cum suis pertinentiis, & ulterius cum assignatione Palatii Episcopalis* ab Ecclesia distincti, & separati intra limites Parochiæ constructi, adhuc Populum, & Territorium Parochialis non comprehendisset, dum omnia ea, quæ sunt Jurisdictionis, & ordinis absque licentia Episcopi Florentini nec in Ecclesia, nec in Palatio, nec alibi in d. Parochia exercere valuisset *Can. Lugdunensis 9. quæst. 2. cum concordantibus* ex his enim intrat Recepta Juris propositio, quod cui residentia, & usus habitandi in Sede Episcopali concessa fuit, omnia ea concessa dicuntur, sine quibus residentia commodè haberi nón potest *ad textum in l. 2. ff. de Jurisdictione omnium judicum cap. præterea de offic. de-*
28. *legat.* & consequenter concessa fuerit Jurisdictio in Populum, & Ecclesiam tanquam necessarium juris accessorium continuæ residentiæ Sedis Episcopalis, à qua inseparabilis est Jurisdictio *ut tot. tit. de off. ordinarii.*

Præterea translatam fuisse in Episcopum Fesulanum omnem Jurisdictionem, & potestatem Episcopalem rationabiliter suadetur, dum Ecclesia non solùm fuit plenè exempta in laudo Pontificis, sed amplius in sequenti provisione Conciftoriali ab eodem Gregorio emanata, fuit Fesulanis Episcopis pleno Jure concessa: unde recurrit inevitabilis propositio passim per Canonistas insinuata, quod quando Ecclesia fuit

ab uno Epiſcopo per Pontificem exempta, & alteri conceſſa, quod tunc per hujuſmodi conceſſionem tranſlatum fuerit omne jus Epiſcopale ſuæ inhærens Dignitati, cum incongruum omninò videatur, quod alius præſtet ea, quæ ipſe novus Antiſtes præſtare poteſt, & tenetur ratione Jus ſibi applicati juxta notata *per Innocentium in dicto cap. in Lateranenſi num. 2. de præbendis, & in cap. Paſtoralis num. 3. de donat. ibique Hoſtienſis Joannes Andreæ, & alii ſuperius allegati.*

Conceſſio autem Eccleſiæ facta in Conſiſtorio referri non valet ad titulum Parochialem, quia tunc temporis Eccleſia non vacabat, nam ſi vacaſſet, de vacatione fuiſſet facta mentio in Bulla de ſtylo Curiæ juxta quem in proviſionibus Apoſtolicis ita irrefragabiliter ſemper fieri conſuevit, ut Papa quid dare, & quo jure, & per cujus obitum Eccleſiam conferre intelligatur.

Sed conceſſum fuiſſe jus Epiſcopale Manifeſtè convincitur, dum Papa aſſignavit Eccleſiam Epiſcopo tunc viventi, & ſucceſſoribus, quod nullo modo intelligi valet quoad titulum Parochiæ, quia hic non confertur viventi, & ſucceſ-
29. ſoribus in perpetuum ſed particulari perſonæ ſecundum ejus habilitatem ab ordinario approbatæ occurrente Eccleſiæ vacatione, *ad Text. in cap. conſultationibus ibique Ancharan. num. 3. Imola ſub num. 1. Butr. num. 2. & optimè Panormitan. ibidem viden. num. 2. & 3. de donat.*

Ulterius nec præſumendum, quia titulus particularis Parochię eſt de jure incompatibilis cum titulo Epiſcopatus in puncto *Seraphin. deciſ. 1304. ſub num. 1. & 2.* ergo dici non poteſt fuiſſe collatum titulum Parochiæ, dum conceſſio conſiſtorialis non derogavit Conſtitutionibus juris inducentibus hujuſmodi titulorum incompatibilitatem,

Concludendum itaque conceſſionem factam fuiſſe de jure Epiſcopali tunc vacanti per ſpontaneam oblationem factam ab Epiſcopo Florentino quod eſt jus, quod ipſe habebat, & cedere poterat auctoritate Papali.

Hanc denique veritatem pro noſtro judicio Juris Canonici regulis conſentaneam ſatis quoque comprobavit uſus, & obſervantia poſt laudum, & Conciſtorialem conceſſionem ſubſecu-
30. ta, cujuslibet humanæ diſpoſitionis proba, & fidelis interpres *l. ſi de interpretatione ff. de legibus* de ea enim teſtantur maximi, & inſignes Canoniſtæ *Panormitanus in cap. ſuper eo num. 6. de Parochiis* ibi -- *& facit pro Epiſcopo Feſulano qui habet in Civitate Florentina unam Eccleſiam ſibi ſubjectam cum toto Populo illius Parochiæ, & Ancharanus in eodem cap. ſuper eo num. 8. de Parochiis in fine* ibi -- *faciunt hæc ad conſuetudinem quæ eſt Florentiæ. ibi enim eſt quædam Eccleſia Parochialis habens Populum, quæ Eccleſia, & Populus quo ad omnia ſpiritualia ſunt ſubjecta Epiſcopo Feſulano cum aliis recentioribus*, quos ſupervacaneo labore non träſcribimus: quia injuria virtutum fore de tantorũ virorum ſide dubitare in facto in eorum lecturis relato per viam exempli ad comprobandas Juris quæſtiones ad alios effectus ab iiſdem diſputatas.

His etiam accedunt plures confeſſiones à diverſis Epiſcopis Florentinis emiſſæ in precibus Pontifici porrectis, & propria manu ſubſcriptis, in quibus ingenuè faſſi ſunt Antiſtitem Feſulanum habere Parochialem in Civitate Florentiæ, apud quam reſidet, Tribunal habet, & Juriſdictionem Epiſcopalem in dicta Eccleſia, & Parochia exercet, tanquam in propria Diœceſi; confeſſiones autem Ordinariorum
31. probant in præjudicium Eccleſiæ, quando ſunt plures, & ſerio emanarunt *Aretinus in cap. cauſam num. 16. ibique Felinus num. 4. de probat.* etiam ad plenum Eccleſiæ præjudicium quando prout hic pluribus argumentis, & adminiculi fulciuntur *gloſſ. in cap. dudum il ſecondo in verb. de veritate verſ. qui tandem de elect.*

Et ulterius obſervantia laudi, & conciſtorialis conceſſionis præſumitur ſufficienter probata, ex quo Epiſcopus Feſulanus docet de ſui, & Florentini conſenſu laudum, & conceſſionem emanaſſe *Serophinus in puncto dec. 709. n. 2.* eſt autem ratio, quia non præſumitur mutatio
32. voluntatis *l. eum qui ff. de probationibus* maximè in iis, à quibus diſcedere non licuit, poſtquam ſemel placuerat, dum arbitria feruntur in invitum, poſtquam Partes in Arbitrum conſenſerunt *l. 3. §. tametſi ff. de recept. arbitr.*

Deducitur etiam obſervantiæ probatio ex facto, quo oſtenditur Epiſcopum Feſulanum omnimodam Juriſdictionem in ſpiritualibus, & temporalibus exercuiſſe. Ordines conferendo in Eccleſia, & Palatio Epiſcopali ædificato intra limites Parochiæ, poſt conceſſam exemptionem; licentiam aliis Epiſcopis impartiendo, quod in eadem Eccleſia Sanctæ Mariæ ordines conferent Clericis promovendis; Territorium concedendo, fixumque Tribunal ibidem tenendo, diſpenſando ſuper matrimonialibus impedimentis, diſpenſationes Apoſtolicas in gradu prohibito conceſſas exequutioni demandando; cauſas ſubditorum judicando per totam Parochiam tanquam in proprio Territorio; Pontificalem benedictionem in ſolemnibus proceſſionibus toti Populo, & in privatis morientium neceſſitatibus largiendo.

Si enim in laudo, & conceſſione toties recenſitis, non fuiſſet omne jus, omniſque Juriſdictio tranſlata, quis nam prudens rerum ſibi ſuadere poſſet, quod Archiepiſcopi Florentini potentia, & divitiis prævalentes in Civitate, & Diœceſi Florentiæ paterentur Epiſcopum exulem à propria Civitate, odiis pluſquã civilibus everſa in eorum faciem temere uſurpare Juriſdictionem, & propria jura Epiſcopalia palam inva-
33. dere; habet enim omnis inveriſimilitudo imaginem falſitatis *cap. quia veriſimile de præſump. ubi Felinus num. 4.*

Et

Et denique omnem Jurisdictionem spectare ad nostrum Episcopum pro certo, & indubitato suppofuit san. mem. Urbanus Octavus in suo Brevi, in quo eidem, & Successoribus facultatem concessit citandi, & mandata exequendi, contra suos subditos etiam extra limites Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Campo, & in quacumque alia parte Civitatis, & Diœcesis Florentinæ. Ergo si Papa ampliavit facultatem citandi etiam extra limites Parochialis Sanctæ Mariæ per necessarium antecedens suppofuit illam intra limites Parochię apud Episcopos Fesulanos extitisse: cum dictio *etiam* de sui natura
34. sit implicativa similium, & similem supponat dispositionem *l. etiam ff. de verb. Significatione l. etiam c. si Tutor. verſ. Curator. cap. tanta de simonia*.

Hactenus per solida Canonum fundamenta docuimus quàm justis rationibus *Lapi* nitatur opinio ad favorem Episcopi Fesulani, quæ etiã clarior apparebit ex subversione fundamentorum, quibus Calderinus conatus est tueri jura Episcopi Florentini, qui licèt fuerit Doctor
35. magnæ Virtutis, & scientiæ Teste Baldo viro adeo laudato in *consil. 126. num. 1. in fin. vol. 1.* Attamen, quia ut *Isaias dixit, omnes, sicut oves erravimus, & declinavimus à via justa*, imputandum non est Doctori cœteroquin magno, si quandoque à recto veritatis tramite declinavit, sed potius pudori humanæ naturæ tribuendum, quæ teste *Plutarco in Cimone nullum ingenium ab omni errore sincerum, & inemendatum reliquit*.

Non obstat igitur primò dictum Calderini post allegationem *Lapi 139. num. 20.* quod licèt Episcopus Fesulanus per concessionem Papæ consequutus fuerit jus Episcopale in Ecclesiam, & Rectorem Sanctæ Mariæ, Populus tamen ipsius non remanserit exemptus à Jurisdictione Episcopi Florentini: Quia *ut ipse ait*,
36. concessio Ecclesiæ cum pertinentiis, est quid diversum ab exemptione Populi ad *textum in cap. per exemptionem de privileg. in 6.*

Nàm ut bene præveniendo objectum respondet *Lapus in d. alleg. 139. num. 15* dispositio textus in *cap. per exemptionem* locum habet, quando Ecclesia solùm eximitur, nec alii Episcopo conceditur, sed Abbati, aut alii Inferiori
37. Prælato incapaci administrationis eorum, quæ sunt ordinis Episcopalis; quo casu non reperitur, qui talia jura Episcopalia valeat exercere: secus verò quando Ecclesia eximitur, & alii Episcopo conceditur parem habenti potestatē, quia tunc recipiens æque bene potest sicut primus prædicta adimplere, ut distinxit Innocentius *in dicto cap. in lateranensi n. 3. de præbendis, & in cap. pastoralis num. 5. de donationibus*.

Rursùs ultra Lapum respõdemus *cum gloss. 1.* in commentario dictæ decretalis *per exemptionem*, quæ ait, quod ille Abbas, qui ibi prætendebat exemptionem quoad jura Parochialia, succubuit, quia nihil de præfatis juribus ad se spectasse probaverat, & ita solvendo objectum *dicti c. per exemptionem* observat doctè de more *Geminianus in repetitione dicti cap. num. 15. ver. Joannes Andreæ, & ita eundem textum exponit speculator à Geminiano ibi relatus*.

Tertiò dispositio *d. cap. per exemptionem* non applicatur, quando concessio emanavit ab Epis-
38. copo per viam dimissionis juris Papa auctorante: si enim ille Abbas *in casu cap. per exemptionem* probasset Ecclesiam sibi cum pertinentiis fuisse concessam, procul dubio in illo Judicio etiam quo ad curam Populi obtinuisset juxta sensum, & declarationem *glossæ Geminiani, & Speculatoris superius relatorum*.

Quartò tandem respondetur, quod textus *in d. cap. per exemptionem* locum sibi non vindicat in præsenti quæstione, in qua jurisdictio fuit adjudicata per viam Justitiæ mediante Papali arbitramento, non autem per viam meri, & sim-
39. plicis privilegii, continentis gratiam juris tertii præjudicialem, ut in puncto distinxerunt post *glossam additionalem ibi in versiculo nota ergo Joannes Andreæ in repetitione dicti textus n. 2. Geminianus num. 13. Probus ad Monach. n. 15.*

Secundò non obstat Calderinus *ubi supra num. 21.* dum dicit, quod nomine pertinentiarum debeant ea tantum venire, quæ sunt accessoria ad Ecclesiam, & competentia Rectori ratione Rectoratus, veluti dos Decimæ, & Cura Populi eidem Rectori incumbens.

Nam huic objecto supra sufficienter occurrimus, dum ostendimus nomine, & appellatione pertinentiarum, quæ latè patent secundum subjectam materiam, & naturam præsentis exemptionis verè, & propriè comprehendi Jurisdictionem, ac omne jus Episcopale in Populum, & Ecclesiam, quæ residebant penes Episcopum Florentinum concedentem, non autem dotem, Decimas, & curam Populi, quæ ad Parochum, & Rectorem Ecclesiæ pertinebant ex superius allegatis principiis, & fundamentis, quod donans censeatur jus donasse, quod habet *dicta l. qui tabernas ff. de contrahend. emptione*, & quod ex qualitate dantis, & recipientis, & ejus, quod datur, æstimare debeamus, quid fuerit in largitione comprehensum ex doctrina Innocentii *in d. cap. Pastoralis num. 1. de donat. quem sequuntur Joannes Andreæ n. 2. Panormitan. in fine Barbatia num. 5. Hostiensis num. 6. Ancharan. num. eodem Zabarell. num. 17. Imola num. 24. Butrius num. 7. cum aliis supra allegat. in §. doctrinam Innocentii*.

Non obstat Tertia ratio ponderata *ibi per Calderinum sub num. 22.* quod exemptio Populi à potestate Episcopi Florentini non sit accessoria ad Ecclesiam, vel Curam Populi, sive ipsius Curæ dationem; eo quia stant simul, quod aliquis extraneus Episcopus prædicta faciat, committat, & nihilominus Populus remaneat sub potestate, & Jurisdictione proprii Episcopi in cœteris Episcopalibus præter Curam Anima-

rum veluti pro Chrismate, seu confirmatione in fronte, & Jurisdictione causarum ad forum Ecclesiasticum spectantium, ad quod probandum adducit *Innocentium in cap. recepimus versi. in laicis de privilegiis*.

Etenim si vera est propositio, quod dictum Doctoris tanti valet quanti præponderat ratio, vel authoritas per eundem allegata *Bart. in l.*
40. *non solum §. liberationis ff. de libert. legat.* planum fit, quod authoritas Calderini valdè inanis, & vacua remanet, dum Innocentius ab eodem allegatus *in dicto cap. recepimus, ubi supra de privileg.* loquitur, quando concessio Ecclesiæ Parochialis facta fuit Prælato Inferiori, & incapaci, in qua justissimè firmat, quod in ejusdem Parochianis nulla tunc jura ammittat Diœcesanus; qui nihilominus dabit pœnitentias publicas, crismabit, & cœtera Episcopalia jura, tam ad legem Diœcesanam, quàm ad Jurisdictionem spectantia exercebit, ex ratione quia ut diximus, cum Prælatus Inferior hæc Episcopalia nequeat administrare, esset grande periculum, si Ecclesia exempta talibus Sacramentis destituta remaneret *Innocent. in d. cap. pastoralis num. 7. totius allegatus*, cui per tradita à Calderino non fuit sufficienter responsum, dum idem Innocentius ad probandum, quod in inferiorem Prælatum non censeantur translata jura Episcopalia, adducit eundem *Text. in cap. recipimus de privileg.* quando verò transit ad nostrum individualem articulum exemptionis donatæ, & concessæ alteri Episcopo paris dignitatis, tunc eundem Textum limitando firmavit omne jus, & Episcopalem jurisdictionem transire *ut in dicto cap. Pastoralis à num. 5. ad num. 7. de donat.*

Postremò non refragatur, quod dicitur exceptionem Capitis ad membra non extendi *ad textum in cap. cum Cappella, & cap. ex ore de Privilegiis*.

Quia ex supradictis patet responsio, quod præfatum objectum non procedat, quoties in concessione fuit habita membrorum ratio, ut supra firmavimus: nec minus quando concessio exemptionis fuit indefinitè concepta ad favorem Episcopi capacis æquè recipiendi subjectionem etiam in membris accessoriis.

Multoque minus quando emanavit per viam Justitiæ, & laudi, sive spontaneæ largitionis, quæ latiùs interpretatur contra concedentem ejusque successores ex supra firmatis.

Occurrit inter gravia controversiæ nostræ Nescio quis incerti nominis additionator ad consilium Calderini 6. de Donationibus, qui eundem impngando, ausus est firmare, quod in præsenti concessione nullum transierit jus Episcopale in Ecclesiam neque in Populum, ex levissimo assumpto, quod exemptio fuerit subreptitia: Inde deducens, quod si vitio subreptionis non laborasset, tunc omne jus Episcopale in Populum, & Ecclesiam transivisset: Quasi, quod laudum Papale cum plena causæ cognitione, & de partium consensu prolatum, & concessio exemptionis in Concistorio pleniùs confirmata, subjici possit vitio ignorantiæ coram toto jure Teste *l. omnium C. de Testament.* quæ cum sint valde levia, ulteriori non indigent discussione: & tamen cum nec laudum partibus auditis latum, neque Concistorialis concessio, possint de subreptione redargui, hujusmodi Additionator, si quid authoritatis haberet nostram sententiam procul dubio confirmaret, dum cessante subreptione concessionis, fatetur cum opinione Lapi omne jus Episcopale in Ecclesiam, & Populum fuisse translatum.

At Sacris legibus injuria fieret, si inter tot supra recensitas insignium Virorum authoritates commisceremus incertum scriptorem, qui eo absurdi devenit, ut firmaverit, quod nomine pertinentiarum in subjecta materia Jurisdictionali venirent muri, & septa Ecclesiæ, cui profectò . . . . *hoc defuit unum, quod non addiderit trabes, & signa Tabernæ*.

Evacuatis fundamentis Calderini modò superest, ut ad leviora novissimè opposita transeamus.

Et primò juxta ordinem temporis procedendo non obstat privilegium Alexandri Quarti concedentis, quod Episcopus Fesulanus, illiusque Vicarius Generalis, residens apud Parochialem Sanctæ Mariæ ad Ecclesiam Fesulanam pleno jure pertinentem quousque ibidem morari contigisset, posset de causis subditorum cognoscere: ex quo infertur, quod si verè fuisset translatum jus Diœceseos in Populum, & Ecclesiam præfatam, mediante Gregoriana concessione, quod opus non fuisset novo privilegio, quia frustra precibus impetratur, quod est jure communi concessum *l. 1. C. de Thesauris lib. 10.*

Sed objectum de facili removetur, quia ratum est in jure, quod privilegium possit impetrari ad pinguius subveniendum privilegiato mediante nova concessione, quæ antiquam confirmet: Potest enim quilibet id, quod ex una
41. causa quæsivit, ex alia confirmare per privilegium superioris *cap. inter dilectos de fide Instrumentorum, & cap. final. de confirmat. utili vel inutili cap. post electionem de concess. præbendæ Joannes Andr. in cap. cum personæ num. 10. & 11. de privileg. in 6. & l. 4. ff. ad legem falcidiam.*

Præterquam quod, hujusmodi impetratio erat omnino necessaria, dum regula, quod Episcopus possit erigere Tribunal in qualibet parte suæ Diœcesis, intelligenda venit cum temperamento civili, videlicèt ad breve tem-
42. pus, & sine magno subditorum incommodo, non autem continuo, & in parte Diœcesis longè ab ipsius centro remota, ut declarant *Gemnianus in dicto cap. Episcopus num. 3. Franchus num. 4. Ancharanus in cap. nonnulli de rescriptis num. 5. & in cap. cum te, in secundo notabili de off.*

off. delegat. Butrius in cap. fane in fine de foro competenti ibique Joannes And. num. 5.

Unde concludimus, quod dum indultum Alexandri concessit retentionem Tribunalis fixam, & in perpetuum apud Ecclesiam Sanctæ Mariæ justè, & necessariò fuerit impetratum indultum, quando id Jure non concedebatur, vel saltem poterat dubitari, an liceret, ante Constitutionem Bonifacii Octavi *in cap. Episcopus de offic. ordinar. ad Text. in cau. placuit ut nemini 7. quæst. 1. & in cau. Episcopus de consecr. dist. 3.*

Secundò non obstat enunciativa extracta à codice nuncupato *il Boll. ttone* existente in Archivio Archiepiscopali Florentiæ, in quo asseritur, quandam ordinationem habitam in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Campo fuisse celebratam de licentia Archiepiscopi Florentini.

Quandoquidem hujusmodi liber tanquam minimè legalis dicque, & consule carens nuperrimè rejectus fuit per *Rotam dec. 318. n. 20. coram Priolo.*

Verùm ex altero fundamento detegitur erronea, & insubsistens præallegata enunciativa, quia de directo adversatur litterali tenori laudi Papalis, illiusque confirmationi Concistoriali, ex quibus clarissimè resultat totalis exemptio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad favorem Antistitis Fesulani in omni jure Episcopali, quod expressè admisit Calderinus *in suo consil. post allegationem Lapi 139. num. 20.* qui in hoc cum Lapo consentit: unde si verum esset, quod Episcopus Florentinus in ordinatione facta in Ecclesia Sanctæ Mariæ per Episcopos Fesulanos Territorium eisdem accommodasset; Jam neque Ecclesia fuisset exempta, nihil contulisset laudum Gregorianum, nihil confirmatio Concistorialis, falsum esset Breve Alexandri Quarti superius recensiti asserentis dictam Ecclesiam fuisse pleno jure subjectam Antistiti Fesulano: qui Pontifex, dum erat Nepos Gregorii Noni, & jam Cardinalis creatus tempore, quo emanavit laudum, illiusque Concistorialis approbatio redargui non potest, quin fuerit de voluntate Gregorii Patrui minimè informatus.

Itaque cum liber privatus publicis documentis, & concessionibus adversetur, & eisdem principiis, quæ Calderinus admisit, nul-
43. lum potest habere fundamentum veritatis *Baldus in l. scripturæ n. 6. C. de fid. Instrument. Felin. in cap. auditis n. 23. in fin. de præscript.*

Tertiò non relevant Bullæ Julii Secundi, & Leonis Decimi, ex quibus prætenditur Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Campo fuisse pluries diversis personis commendatam, & postremò Mensæ Fesulanæ unitam, inferendo ex his Laudum Gregorianum, & Concistorialem approbationem fuisse destructam, & penitus revocatã.

Re enim vera objectum, illiusque illatio manifestè adversatur Juris Canonici traditionibus, ac primævis illius elementis: dum longè discrepat concessio Ecclesiæ facta pleno jure: sive (quod idem est) Assignatio Ecclesiæ *libera, & exempta*, sicut docuit *Glossa prima, quæ monet Juniores, ut advertant ad diversas concessiones, & formas concedendi in cap. de Monachis de præb. quem Textum bene exornans ibi Panormitanus à num. 5. usque ad num. 10.* ubi docendo eleganter ait de more, quod quinque modis possunt
45. Ecclesiæ ad Prælatum, vel alium pertinere. *Primò quoad Juspatronatus dumtaxat: Secundò quoad collationem seu institutionem tituli collativam: Tertio quoad institutionem authorizabilem, scilicet, ut possint instituere Presbyterum etiam quoad Curam Populi: Quartò quoad temporalia tantùm: Quintò quoad spiritualia, & temporalia.*

Et quantum ad propositum nostrum subjungit ibi *n. 7.* quod licèt Episcopus habeat pleno Jure subjectam Ecclesiam, quoad institutionem Tituli collatoriam, & auctorizabilem, quoad curam Populi, ut *in c. cum ex injũcto in fin. de Hæreticis, & in can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* subdit *quod* nihilominus non potest extendere manus quoad temporalia Ecclesiæ, idest dotem sibi, & Decimas appropriando, sed habet dumtaxat in eadem jura Episcopalia, de quibus *in cap. præsenti de officio Ordinarii in 6. & in cap. conquerente eodem titulo in decretalibus*: Econtra verò, quando Ecclesia est unita in temporalibus, tunc ex tali concessione ille, cui fuit unita, consequitur, ut possit ejusdem proventus in propriam convertere utilitatem, *Panormitanus ubi supra num. 8.*

Si igitur ex glossis, & Doctorum authoritatibus diversum est, & penitus separatum habere concessionem Ecclesiæ subjectam pleno jure in spiritualibus, & temporalibus, & habere Ecclesiam in temporalibus ad tempus, vel in perpetuum unitam, per quam unionem quis consequitur potestatẽ sibi dumtaxat appropriandi proventus, ut ajunt *Panormitanus, & glossa loco superius allegati*: jam perperam, & valde irrationabiliter ex adverso infertur, quod ex unionibus præsentis Ecclesiæ, quoad temporalia postea factis, fuerint antiquæ concessiones Gregorii Noni abrogatæ.

Quartò nullius pariter subsistentiæ detegitur objectum deductum ex facultate sibi appropriandi fructus absque licentia Diœcesani, posita in Bulla unionis hujus Ecclesiæ in temporalibus factæ Mensæ Episcopi Fesulani.

Ultra quod enim clausula hujusmodi de stylo Curiæ semper apponi consuevit in omnibus unionibus, quæ fiunt de beneficiis, quibuslibet Mensis, Dignitatibus, vel Monasteriis: respondemus, quod cum redditus, & possessiones præsentis Ecclesiæ sitæ in Civitate Florentiæ existerent in Diœcesi Florentina, in qua fuerat ex fundatione erecta, clausula prædicta facultatis capiendi possessionem bonorum, illorumque fructus in proprios usus convertendi absq; proprii Diœcesani licentiã, erat necessariò apponen-

ponenda ad *Textum in cap. Pastoralis de privilegiis* ibi -- *Interrogasti utrum quibus à Sede Apostolica est indultum, ut Ecclesias suas in proprios usus possint convertere liceat authoritate propria possessionem corundem intrare, vel per Diœcesanum Episcopum in ipsam sint potius inducendi: ad quod respondemus, quod nisi fortè in Indulgentia Summi Pontificis id contineatur expressum suo Episcopo inconsulto in possessionem ipsarum, eis non est licitum introire, quia per indulgentiam hujusmodi Episcopali Juri non credimus derogari*.

Ex his itaq; objectis contra Juris Canonici dispositiones, & ipsos legum casus coacervatis, non miramur eo fuisse ex adverso deventum, ut Lapum Sacrorum Canonum compilatorem de errore Juris, & facti viderimus inculpabiliter damnatum.

Quintò non obstant plures Ordinationes factæ per Episcopos Fesulanos in Parochiali Sãctę Marię, & in aliis Ecclesiis Civitatis Florentię de licentia Archiepiscopi Florentini concedentis Territorium ad effectum ordinandi: quia cum de jure communi vetitum sit Episcopis Clericos alienos etiam in propria Diœcesi
46. ordinare absque sui Diœcesani licentia, minusque eosdem Clericos in alterius Diœcesi etiam cum Testimonialibus proprii Episcopi ordinare absque concessione Territori, *can. Lugdunensis 19. quæst. 2. innovato per Sacrũ Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. de Reformatione ubi Barbosa Jura, & Doctrinas concordantes adducit*, hinc patet, quod cum licentia ordinandi Clericos Florentinos tanquam alienos in propria Ecclesia, & concessio Territorii essent de jure necessaria, ex licentiis proinde ordinandi superius recensitis nullo modo inferri possit ad retensionem Juris Episcopalis ad favorem Archiepiscopi Florentini.

Sextò, minus attendendę veniunt fides extrajudiciales quorundam Clericorum, qui testati sunt se quamvis habitantes in Parochia Sanctæ Mariæ in Campo fuisse nihilominus ordinatos ab Archiepiscopo Florentino tanquam suo, & proprio Ordinario.

Quia quamvis fide essent legales, & in forma probanti adhuc nihil relevarent: cum enim ad effectum ordinandi proprius Episcopus esse definiatur, tam ille, de cujus Diœcesi oriundus est Clericus, qui desiderat promoveri, quam etiam alter Episcopus, in qua Clericus ordinandus habet beneficium; quam denique ille Episcopus in cujus Diœcesi ordinandus habet domicilium licet aliunde originem duxerit, ut sunt verba *Text. in c. cum nullus de temporib. ordinand. in 6*. Jam ex præmissis liquet, valde æquivocum esse fundamentum deductum ex ordinationibus factis per Archiepiscopos Florentinos de Clericis habentibus domicilium in Parochia Sanctæ Mariæ dum licèt ibi degentes potuerunt, nihilominus ratione originis, vel ratione beneficii obtenti in Civitate, & Diœcesi Flo-
47. rentiæ à Florentino Episcopo ordinari, cum Sacri Canones admittant, quem diversis respectibus posse quoad ordinationem eodem tempore pluribus Episcopis subesse *dicto cap. cum nullus ibique communiter Canonistæ de temporibus ordin. in 6*.

Eoque magis præallegata procedunt, quia docetur in facto innumeros Clericos ordinatos fuisse à propriis Episcopis in Palatio, & Parochiali Sanctæ Mariæ in Campo tanquam in propria Diœcesi, ut supra *in §. Deducitur igitur* plenissimè comprobavimus.

Septimò minoris ponderis deteguntur prætensæ citationes, & mandata executa contra Parochianos Sanctæ Mariæ in Campo, jubente Archiepiscopo Florentino: ex quibus desumi prætenditur observantia retentæ Jurisdictionis ad ejusdem Archiepiscopi favorem.

Siquidem si exactè, & maturè prætensi actus Jurisdictionales ponderentur, nihil concludunt ad intentum Archiepiscopi, sive deducantur in vim observantiæ declarativæ Laudi, & Concistorialis concessionis, sivè in vim observantiæ præscriptivæ.

Non quidem declarativa, quia nimis remota ab actu concessionis, dum hujusmodi citationes, & mandata ortum habuerunt anno 1620. de quo tempore, jam quinque ultra sæcula defluxerant à die Laudi Gregoriani, & Concisto-
48. rialis concessionis: est autem in jure receptum, quod actus adeò remoti tanquam facti ab iis, qui nullo modo potuerunt esse informati de intentione concedentis nunquam induci possint ad observantiæ declarativæ probationem *Bald. in proemio Digestorum num. 2. Soccin cons. 6. n. 2. & 3. lib. 1. Rota decis. 37. num. 34. par. 2. divers. & in recentiorib. decis. 170. num. 4. par. 2. & decis. 105. num. 9. par. 7. cum aliis relatis per eandem Rotam coram Cerro decis. 463. num. 11*.

Multò præscriptiva quia deficiunt omnia de Jure requisita, ad præscribendum contra litterale privilegium, ex longævo sæculorum usu
49. comprobatum: Et primò deficit tempus quadraginta annorum de Jure requisitum ad præscribendum contra privilegium ad *Textum in c. accedentibus de privilegiis*: ibi *quod à Templariis Decimas de Terris prædictis per quadraginta annos continuè perceperint, sine lite vos ad præstationem ipsarum Templarios compellatis, cum tanto tempore contra Indulta, privilegia, Decimas solverint, eis renunciasse tacitè præsumantur, & gloss. ibidem verb. per quadraginta annos latè exornat, cum qua concordant communiter Canonistæ*.

In facto autem justificatur, quod actus Jurisdictionales cæpti de anno 1620. perseverarunt usque ad annum 1630. de quo tempore fuit lis introducta in Sacro Romanæ Rotæ Auditorio, sopita postmodum Motu proprio sanctæ memoriæ Urbani Octavi, & ideò fuit interrupta præscriptio *d. cap. accedentibus de privilegiis*.

Cęteri verò actus initium desumentes ab anno

no 1657. usque ad diem motæ litis præterquam quod numero paucissimi existunt, deservire non valent ad probandam observantiam præscriptivam dum à primo ad ultimum solus intercessit sexdecim annorum.

Rursùs deficit aliud potissimum fundamentum ad inducendam præscriptionem, scientia videlicet, & patientia Ordinarii Fesulani sinè
50. quibus etiam per mille annos in hujusmodi incorporalibus numquam acquiritur possessio ad favorem præscribentis *l. in incorporalibus C. de servitutibus l. 2. ubi Bald. num. 10. & 12. C. de servitut. & aqua Gratian. discept. forens. cap. 476. num. 5. cum aliis plene relatis per Postbium de manuten. observatione 40. à num. 6. ad 16.*

Non relevante simplici fide Cancellarii olim Fesulani de anno 1629. qui testatus fuit, quod pro exequendis citationibus Curiæ Fesulanæ à Tribunali Archiepiscopi Florentiæ licentiam
51. exigebant: Quia præterquam quod aliis actibus Jurisdictionalibus rejecta fuit per breve subsequutum Urbani VIII. proindeque in ea nullum àplius fieri potest fundamentũ *Gabriel. lib. 2. de exceptionibus conclus. 2. num. 15. & 16. Scaccia de sentent. & re judicata gloss. 14. quæst. 2. num. 30. per Textum in l. si autem §. ult. ff. de negot. gestis, & l. quod in diem §. ultimo ff. de compensationibus.*

Adhuc eandem fidem nihil obesse respondemus, dum non loquitur de citationibus per Curiam Fesulanam exequutis in Parochia, & Populo Sanctæ Mariæ, de quo disceptatur, sed in Civitate, & Diœcesi Florentina; ad effe-
52. ctum autem, ut attestationes juvent in Judicio, necesse est, ut percutiant casum, de quo præcisè disputatur, *cap. in præsentia de probationibus l. neque natales C. eodem titulo Mcnoch. consil. 145. num. 2. & consil. 1259. num. 16. Gratian. disceptat. forens. cap. 88. num. 17. Rota decis. 27. num. 11. part. 8. & decis. 544. n. 17. part. 18. recent.*

Alterum quoque deficit bonæ fidei requisitum, quam excludit contraria quinque sæculorum observantia; non enim consonum rationi videtur, quod quis possit ea destruere, quæ tot sui Antecessores Episcopi magis de privilegio informati exactè observarunt *can. Si ea destruerem 25. quæst. 2.*

Quæ mala fides fortius elucescit, dum à die Concessionis per quinque, & ultra sæcula immediatè subsequuta, nullus actus Jurisdictionalis ex adverso exhibetur: Ratum autem est, quod observantia æque bene comprobatur ex
53. actu negativo, sicut ex affirmativis *Rota decis. 493. n. 4. part. 15. recent. cum aliis relatis dec. 48. num. 9. cum seqq.*

Et augetur malæ fidei præsumptio etiam ex abundanti cautelâ adhibitâ per Cursores Curiæ Archiepiscopalia emissâ in exequendis citationibus, dum referebant de earum exequutione facta in loco loci, sub expressione Parochiæ Sanctæ Mariæ in Campo, quod in relationibus aliarum citationum facere non consueverant, unde locum loci non ad alium finem positum fuisse videtur, quam ad inchoandam ex his actibus usurpationem Territorii; cum alia ratio assignari non possit hujusmodi intempestivæ, & inusitatæ cautelæ, ad *Textum in l. scire oportet §. sufficit ff. de excusatione Tutorum.*

Præterquamquod ex hujusmodi mandatis de citando factis ab Episcopis Florentinis in propria Curia, & Territorio nulla inducitur acquisitio Jurisdictionis in Territorio alieno *Card. de Luca in terminis nostris de Jurisdict. discurs. 20. num. 16. vers. secus autem.*

Octavò denique non adversatur decretum Sacræ Congregationis Concilii, quæ inhærendo declarationibus aliàs factis, censuit Episcopum in locis, in quibus Jura Episcopalia habet, posse quidem suis subditis ordines conferre, eisque litteras dimissoriales concedere, non autem approbare voluit, quod Episcopus Fesulanus habeat auctoritatem exercendi Episcopalia in Civitate Florentiæ.

Quia ex verbis decreti nihil deduci valet cõtra Episcopum Fesulanum, cum non loquatur de facultate exercendi Episcopalia in Ecclesia Sanctæ Mtriæ in Campo, de quo præcisè discutitur, sed in Civitate Florentiæ, quæ est quid distinctum ab hac particulari Parochia justè enim Sacra Congregatio approbare denegavit
54. exercitium Jurisdictionis in Civitate Florentiæ, quia distincti sunt limites cujuslibet Episcopatus, & distinctæ sunt Jurisdictiones, quarum fines non potest Episcopus extraneus de Jure invadere *Textus est in can. Lugdunensi 9. q. 2. quem innovavit Sacrum Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. de reformatione.*

Cæterùm, cum Sacræ Congregationis decreta debeant legibus confirmari, certissimum sit, quod, dum Episcopus Fesulanus ãno 1629. jam erat in quasi possessione Pontificalia exercendi per longævam observantiam tot sæculorum, non possit intelligi de usu Pontificalium in Ecclesia Parochiali S. Mariæ, quia hujusmodi interpretatio manifestam redoleret iniquitatem, cum tamen decreto omnis dispositio ità temperanda sit, ut non mereatur à sapientibus de iniquitate redargui, ad *Textum in l. Salvius Aristo ff. de legat. præstand.*

Et veritas videtur, si ex subsecutis licèt ad præterita argumentari, quod in Sacra Congregatione quæstio erat super Jure exercendi Jurisdictionem extra Parochiam in Civitate Florentiç, non autem in Parochia Sanctæ Mariæ, ut colligitur ex eodem decreto Sacrę Congregationis utramque illius partem ponderando, & ex Brevi Urbani Octavi, qui negatum per Sacram Congregationem usum Jurisdictionis Episcopalis extra Ecclesiam, & Parochiam Sanctę Marię motu proprio, & ex certa scientia concessit Episcopo Fesulano.

Ex

Ex his tandem non obstat, quod Archiepiscopo assistat Jus commune cum observãtia subsequuta, & privilegium in dubium revocetur, dum circa illius interpretationem duo Juris lumina invicem decertarunt.

Etenim quamvis in Jure certum sit, quod jus commune assistat Archiepiscopo Florentino, tritissima tamen est limitatio, quod laudo Papali tollitur, & privilegio exemptionis abrogatur quando verba concessionis, vel sunt clara, ut docuimus, vel fidem à longęva plurium sęculorum observantia receperunt *l. minimè & l. de quibus ff. de legibus, & cap. cum dilectus de consuetud.*

Observantiam denique nihil omnirò suffragari ostendimus Archiepiscopo, sivè in vim pręscriptionis, quia desunt requisita ad pręscribendum, sivè in vim declarationis, tanquam remota ab Actu concessionis per tot sęcula, intra quę nullus exhibetur Actus positivus, qui concludat exercitium Jurisdictionis in Parochiali, & subditis S. Marię ad favorem Archiepiscopi Florentini, qui cum defecerit in probatione pręscriptionis in Articulis controversis sequitur, ut totum jus Episcopale veniat Fesulano Antistiti adjudicandum.

Quare &c.

R. P. D. MARCELLI SEVAROLI.

Juris pro Dataria Apostolica.

ARGUMENTUM.

Latè, ac eruditè ostenditur absoluta Potestas Summi Pontificis in conferendis beneficiis, & quomodo Indulta à S. Sede Apostolica concessa serenissimo Duci Sabaudiæ intelligenda sunt, circa comprehensionem status, seù illius Ditionis temporalis, aliaque plura notantur.

SUMMARIUM.

1. *Desertio causæ indicat malum jus.*
2. *Res judicata observari debet, nec potest rescindi.*
3. *Ecclesiæ in toto Orbe dicuntur erectæ authoritate Apostolica.*
4. *Institutio Beneficiorum est de jure positivo.*
5. *Pontifices conferunt liberè omnia beneficia, nec debent perquirere intentionem alterius Principis sæcularis.*
6. *Jus nominandi, aut præsentandi, an dicatur jus spirituale, seù spiritualitati annexum, & quomodo competat Principibus sæcularibus.*
7. *Privilegia, seu Indulta concessa Principibus laicis super benificiis sunt odiosa, & à jure exorbitantia, ideoque restringi debent.*
8. *Pontifex antiquo tempore jurare debebat in Conclavi de non concedendis indultis Principibus Laicis super collatione beneficiorum.*
9. *Indultum non operatur ultra in eo expressa.*
10. *Status Pedemontanus quando obvenit Duci Sabaudiæ.*
11. *Privilegium concessum Principi pro non statu, non potest extendi ad alium postea acquisitum, signanter attenta diversitate denominationis.*
12. *Ex diversitate titulorum non fit illatio.*
13. *Provincia Cathaloniæ, & Comitatus Barchinonæ non comprehenduntur sub Indultis concessis Regi Hispaniarum.*
14. *In una, & eadem Persona possunt cõcurrere duo Jura diversis qualitatibus.*
15. *Provinciæ æque principaliter unitæ reguntur, & gubernatur propriis legibus, quæ non debent confundi.*
16. *Titulus Marchionis, aut Ducis multoties exprimitur honoris gratia.*
17. *Principatus Pedemontanus, quomodo dicatur unitus Sabaudiæ.*
18. *Princeps nequit jus dicere in uno Territorio de rebus ac personis ad aliud Territorium pertinentibus.*
19. *Dux Sabaudiæ regit diversis legibus Statum Pedemontis.*
20. *Dux Sabaudiæ appellatur etiam Princeps Pedemontis.*
21. *Privilegium concessum Duci Sabaudiæ, uti tali, non comprehendit Principatum Pedemontanum.*
22. *Usus loquendi per Pontifices antecessores attenditur ad effectum interpretandi Privilegium successoris.*
23. *Observantia denominationis magis proxima est attendenda circa interpretationem.*
24. *Regula de intelligendis verbis secundm communem usum loquendi non procedit in Verbis prolatis à Conditoribus legum.*
25. *Litteræ Apostolicæ sunt intelligendæ ex proprietate verborum, quæ in illis inserta fuerunt.*
26. *Districtus nil aliud est, quàm universitas agrorum.*
27. *Verba limitata adjecta aliis verbis generalibus restringunt dispositionem.*
28. *In Privilegiis non est facienda interpretatio, quæ includat plures specialitates.*
29. *Verba universalia contenta in Privilegio exorbitante à Jure, & odioso, non debent ampliari, sed potius restringi.*
30. *Ad extensionem Privilegii non valet argumentum de simili ad simile.*
31. *Superfluitas Privilegiorum non est admittenda.*
32. *Verbum* Natio *quomodo, & unde desumit ethimologiam.*
33. *Verba accipienda sunt, secundum solitam significationem proferentis.*
34. *Verbum* singulis *habet vim specialis denominationis.*
35. *Verbum* Aliis *de similibus intelligitur.*
36. *Ducatus Sabaudię dividitur à Pedemonte.*
37. *Placitum Principis Laici non debet accedere de necessitate in collationibus faciendis à Sede Apo-*

Apostolica, sed ex quadam honestate, confutantur contrarii scriptores.
38. *Confines excludunt omnia, quæ ultra eos reperiuntur, nec dicuntur idem cum re confinata.*
39. *Res probantur separata, per expressionem Confinium, aliàs expressio esset superflua, & inepta.*
40. *Materia Beneficiorum non regulatur à Confinibus Politicis & sæcularium dominiorum.*
41. *Princeps supremus potest distinguere unum Comitatum, seu Provinciarum ab alia.*
42. *Geographis deferendum est in materia confinium per distinctionem Provinciarum.*
43. *Confines probantur ex congruentia, & similitudine.*
44. *Extensio Privilegiorum de uno in alium locum non fit ex indentitate rationis.*
45. *Privilegia non pendent à ratione, sed à voluntate concedentis, quæ restringit loca, & personas*
46. *Privilegia odiosa nec ex identitate, nec ex majoritate rationis possunt ampliari.*
47. *Natura exceptionis est abstrahere à concessis, non autem à diversis.*
48. *In claris non est opus recurrere ad conjecturas.*
49. *Confines probantur ex enunciativa, & assertione Principis.*
50. *Legem ejus est declarare, cujus est condere.*
51. *Cardinali aliquid asserenti fides est præstanda.*
52. *Ex facto Pontificis condentis Indultum declaratur ejus mens, quid in eo comprehensum fuerit.*
53. *Sensus Legis attenditur si interpretatur, per consilium sapientum Principis legislatoris.*
54. *In interpretandis legibus plurimum attenditur usus, & consuetudo, seu observantia subsequuta.*
55. *Scientia Officialis non est scientia Principis illum præponentis.*
56. *Regium exequatur lædit immunitatem Ecclesiasticam.*
57. *Regium exequatur nil habet commune cum consensu ante electionem Provisi, sed respicit nudam Beneficii possessionem.*
58. *Venia officiosa, seu Curialia nil ponunt in esse, veluti prolata urbanitatis gratiâ.*
59. *Confirmatio Privilegii nil novi tribuit, sed addit robur actui confirmato.*
60. *Confirmatio non auget effectum ultra id, quod claudit confirmabile.*
61. *Doctoribus deponentibus de iis, quæ respiciunt factum, non est credendum.*
62. *Duces Sabaudiæ habebant plura bona in Gallia, & inter eos, Reges Gallorum intercesserunt pluries pactiones.*
63. *Ex diversis non fit illatio.*
64. *Executores litterarum Apostolicarum deputantur ad petitionem, seù nominationem Partium.*
65. *Papa in provisionibus Episcopatuum, defert precibus Principum sæcularium, quando id credit expedire bono regimini Ecclesiæ.*
66. *Observantia ex actibus facultativis non deducitur, nec deservit pro interpretandis Indultis.*
67. *Contradictio non est admittenda, & sapit absurdum.*
68. *Exempla contraria excludunt consensum.*
69. *Resignatio beneficii facta liberè, & sine consensu, arguit libertatem illud providendi.*
70. *Probatio comprehensionis duorum statuum, ex quibus resultari possit.*
71. *In iis, quorum Lajici sunt incapaces, non sufficit sola fama Privilegii, nisi etiam concurrat præscriptio Immemorabilis.*
72. *Duo specialia circa unam, eandemque rem non possunt concurrere.*

SABAUDIEN. PRIVILEGIORUM.

NOvis conatibus vetus resurgit contentio à Ministris Serenissimi Ducis Sabaudiæ, pro sui diligentia muneris non semel excitata: Utrum scilicèt in promissione, seu concessione aliàs à Nicolao V. Summo Pontifice Ludovico Duci Sabaudiæ factâ de solo Statu Ducatus Sabaudiæ, an etiam de statu Principatus Pedemontani, sub dominio ipsius Ducis exiltente, fuerit dictum: *Ne ex promotione quorumvis ad quarumcumque Ecclesiarum, vel Monasteriorum infra districtum sui temporalis dominii consistentium regimina, seu provisionibus quibuslibet de quibusvis dignitatibus dispositioni nostræ reservatis, ibidem consistentibus, quibuscumque personis per Nos faciendis sui status succedat dispendium, aut alia quavis adversitas intestina, præfatum Ducem harum serie certum reddimus, & sibi promittimus, quod ipso, & dominio hujusmodi in integritate dicta obedientiæ* (nempè Sanctitatis Suæ, & Apostolicæ Sedis) *persistentibus, ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium earundem regimina, aut dignitates Abbatiales infra districtum prædictum neminem præficiemus, seu illis de quorumcumque personis, non providebimus, nisi habitis prius per nos intentione, & consensu ipsius Ducis de personis idoneis ad hujusmodi regimina, seu dignitates promovendis, vel de quarum personis tales provisiones fuerint faciendæ &c.*

Ad cujus dubii resolutionem, licèt pro exclusione præfati Principatus Pedemōtani à dis-
1. positione ejusdem promissionis sufficeret dicere, hujusmodi petitionem, quamvis à dictis Ministris sæpenumero promotam, tamen ab eisdem neglectam, & derelictam fuisse, satisque nobis esset, quod ad formalem disputationem revocata tempore fan. me. Alexandri VII. fuerit à Particulari Congregatione doctissimorum ejus avi Præsulum per eundem Summum Pontificem deputatâ, post longum, atque maturum examen, aliena reputata, penitusque rejecta, atque unanimi voto expressè decisum, Abbatias, & Monasteria Principatus Pedemontani, non esse sub dispositione dictæ promissionis cōprehensa, quodque in ejusdem resolutionis sequelam idem Pontifex Abbatias, tunc vacantes liberè contulerit ipsis Ministris Serenissimi Ducis acquiescentibus, idemque postmodum fue-

fuerit observatum,ut propterea ulteriori provo-
2. cationi non videatur esse locus, ad tradita per Doctores *in l. 1. & 3. C. sentent. rescin. non posse.* Attamen quoniam novo examini, jussu, & benignitate SS. D. N. id in præsentia subjicitur, non dissimilem eventum Datariæ sperare licebit, quamvis vehementiori spiritu, majorique acumine, atque doctrinâ, eadem quæstio pro parte Sereniss. Ducis renovetur; cum ejusdem Datariæ jura sint adeo firma, & explorata, ut nulla cujusque subtilitate frangi, aut debilitari possint.

Manifestum siquidem est totum in orbem, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos Venerabilis Petrus Apostolus, aut ejus Successo-
3. res constituerunt Sacerdotes, ut scripserat Innocentius I. ad Decentium Episcopum Eugubinum in Epistola relata ex parte *in Can. Quis nesciat dist.* 11. atq; nemini Catholico latet Beneficiorum omnium collationem de jure pertinere ad Summum Pontificem, cum eorum institutio sit de jure positivo, cujus omnimoda potestas
4. est apud ipsum, ut unanimi consensu adstruunt interpretes *ex cap. 2. de præbend. in 6. & aliis juribus*. Ut propterea his attentis, & junctâ observantiâ, quàm pro se habet Dataria liberè conferendi Ecclesias, & Beneficia Principatus Pedemontani, non videatur dubitandum, quin dicendum sit esse exploratum eidem competere jus illa conferendi nullâ perquisitâ intentione, aut expectato consensu Serenissimi Ducis Sa-
5. baudiæ, non obstantibus exceptionibus ab illius Ministris allegatis; dum non docetur de peculiari, & litterali privilegio Sedis Apostolicæ id ipsi tribuente, ut in simili, & quod observatione dignum, contra Regium Fiscum fuit decisum in Collaterali Consilio Neapolitano apud *Reverter. decis.* 485. *n.* 2. *& 3. ac per tot.*

Nec sine maxima, & evidenti ratione, quia quicquid sit de quæstione, an jus hoc præstandi per Principes sæculares consensum, seu fa-
6. ciendi nominationem, & præsentationem ad Prælaturas Ecclesiasticas, sit propriè, & per se jus spirituale, de qua plenè cumulati per Franciscum Ramos del Manzano *in supplic. libell. ad Alexandr. VII. pro Episcopatibus Lusitan. propos.* 3. §. 1. *fol.* 54. Id extra controversiam est, esse jus spiritualibus annexum, tum quia est quasi præparatio, seu exordium finis, seu complementi, hoc est initium Apostolicæ confirmationis ad Episcopatus, ac dignitates Ecclesiasticas consequendas, tum quia istæ Nominationes, & Præsentationes conferunt jus in re; tum demũ quia sic nominati, & præsentati institutionem petunt, quam nullo legitimo impedimento existente Summi Pontifices facere solent; ex quo consequitur nonnisi ex Apostolica concessione illis competere posse, quamvis aliàs essent Ecclesiarum Patroni, cum de juris rigore ad Patronum Laicum etiam Principem, vi Patronatus, non pertineat Electio, nominatio, aut præsentatio Prælatorum Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, dignitatum Ecclesiasticarum; ita quidem, ut nec consuetudine, nec præscriptione quamvis immemorabili id possint acquirere, sed semper requiratur Sedis Apostolicæ privilegium, ut concordi Sententia tradunt seniores Doctores, etiam Hispani, & Galli, aliique omnes, qui Principum exterorum patronatus in suis Regnis propugnant, quos abundè congerit, & constanter sequitur Francisc. Fernandez de Minnano *in Basi Pontific. Jurisdiction. tract.* 2. *fundament.* 2. *quæst.* 7. §. 11. *per tot. sive n.* 265. *cum seqq.* Nam de Italia nemini controversum, quod Ecclesiasticas Prælaturas, & Beneficia liberè conferendi jus, sit Summo Pontifici reservatum, nisi fortè alicui Principi sit concessum, indultum, seu Privilegium speciale, ut fatetur Claud. Fleury. *institution. au Droit Ecclesiastiq; part.* 1. *cap.* 10. *fol. mihi* 104.

Minimè verò pro Privilegio, respectu Ecclesiarum, & Beneficiorum Principatus Pedemontani, ex parte Serenissimi Ducis Sabaudiæ adduci poterit præfata promissio, seu concessio facta per Nicolaum V. d. Duci Ludovico; Nam omisso in præsenti disquirere quid præseferant verba ejusdem promissionis, de quo suis loco, & tempore agendum erit; Adhuc animadvertendum est, quod similia privilegia tanquam re-
7. stringentia libertatem Sedis Apostolicæ, ad quam de jure pertinet omnium beneficiorum institutio, necnon tribuentia Laicis jus spirituale, seu spirituali annexum, quod omni jure illis denegatum reperitur, ut mox adnotavimus, dicuntur odiosa & exorbitantia, ut bene perpendit G. Genebrardus Aquarum Sextiarũ Archiepiscopus *de Sacr. electión. jur. & necessitat. cap.* 1. & signanter *fol.* 11. Petr. Rebuffus *in prax. Benefic. forma, & declarat. nova Provision. § Sed venerabili fol.* 104. *& de Reg. ad Prælat. Nominat.* §. 1. *verb. Cathedralibus, vers. In contrarium fol.* 490. Joannes à Chokier *in vindic. libertat. Ecclesiastic. cap.* 4. *num.* 4. *ad fin.* Rot. cor. *Verallo dec.* 84. *num.* 7. & 8. *part.* 2. *& coram Pamzirolo in Cæsaraugustana Canonicatus* 1. *Februarii* 1640. *impres. apud Francesc. var. resol. cap.* 16. *num.* 219. ideoque restringi debent, ut adnotant *Rebuffus, & Rota cor. Verallo* in locis allegatis, ac verba in illis posita non nisi directè, & civili modo, & secundum intellectum legis sunt accipienda, ut præcipuè dicunt *Marta de Jurisdict. part.* 2. *cap.* 40. *num.* 24. *& 25. & Francisc. Zipæus de Jurisdict. Ecclesiastic. & Civil. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 2. *ad fin.* nec non ita interpretanda, ut minus ex illis derogatum sit communi juri, & superioritati Pontificiæ, ut prosequitur Rot. corr. Verall. *dic. dec.* 84. *sub num.* 8. *Ver. ideo interpretanda.*

Quod eo magis videtur dicendum de ista Promissione facta per Nicolaum V. d. Ludovico Duci Sabaudiæ, cum usque à tempore, quo facta reperitur, odiosæ, & exorbitantes, atque

Sedis

Sedis Apostolicæ Juribus maximè præjudicia-
les similes concessiones fuerint reputatæ, ut sa-
tis colligi videtur ex Capitulis Conclavis factis
8. post obitum Calisti III nempe anno 1458.& sic
septem annis post factam dictam promissionem
per Nicolaum V. quę fuit anno 1451. ubi inter
cætera necessaria ad Ecclesiæ Universalis sta-
tum, quæ juranda præscribuntur Cardinali fu-
turo Pontifici, hæc habentur: - *Item quod nul-
lam facultatem præsentandi, aut nominandi ad Ec-
clesias Cathedrales, Collegiatas, sive Monasteria,
Dignitates, seù aliàs quaecumque beneficia concedet
Principibus Sæcularibus, aut Prælatis Ecclesiasti-
cis cujuscumque conditionis, status, aut qualitatis
existant, sive Imperialis, Regalis, Ducalis Ar-
chiepiscopalis, Episcopalis, vel cujusvis alterius
præeminentiæ, nisi de expresso consilio, & assensu
majoris partis Dominorum Cardinalium: Item quod
nullam Bullam unquam expediri permittat, seu ali-
cui concedet, per quam se astringat Principibus,
vel alicui ipsorum, aut eos certificet, quod nullas
Ecclesias Cathedrales, Collegiatas, Monasteria, seu
alia beneficia conferet, nisi de ipsorum beneplacito;
aut voluntate, & omnes concessas revocabit*, ut
legere est apud Oderic Raynald. *Annal. Eccle-
siastic. tom. 19. ann. 1458. num. 6.* Verba ete-
nim bonæ legis arguunt malos mores ex quibus
sunt natæ, ut scite ad rem observat Zipæus *con-
sultat. Canonic. lib. 3. tit. de Præben. consult. 4.
num. 1. in princ.* nisi alioquin dicere velimus
hoc in illo conclavi fuisse constitutum pro-
pter ipsam promissionem factã per Nicolaũ V.
Ludovico, de qua nunc agitur, cum ejusmo-
di Concessiones seù Privilegia aliis Principibus
tunc temporis tributa non legantur, sed imò le-
gatur Eugenium IV. Nicolai præfati antecesso-
rem, scripsisse ad Alfonsum Portugallię Regem:
*Jura quidem tribuunt Sedi Apostolicæ, & Petri
Successoribus liberam Ecclesiarum omnium disposi-
tionem, ad quarum regimen eligit, & præficit se-
cundum Ecclesiarum utilitatem, neque requirit con-
sensum Regum, neque Principum, sed disponit pro-
ut dignitas Sedis Apostolicæ, & Ecclesiæ commo-
ditas postulat. Supplicant Nobis Reges Franciæ,
Angliæ, & Hispaniæ, cæterique pro Prælatorum
promotionibus, nobisque commendant, quos utiles,
& idoneos credunt. Nos postmodum exaudimus,
quantum cum Deo possumus, & honore nostro pre-
ces eorum: ubi vero aliter videtur Nobis pro com-
modo, & bono regimine Ecclesiarum esse faciendum,
disponimus de provisione Ecclesiarum, pro volun-
tate nostra, cui reges, & Principes acquiescunt.
Et in tuo quoque Regno provisiones antea factæ
sunt pluribus Ecclesiis Cathedralibus de personis
idoneis, absque ullius Regum consensu: ad Nos
enim, non ad Reges spectat Ecclesiarum dispositio,
quas Deus nostræ curæ, non aliorum commisit, &
earum Nos sumus, non autem Reges apud Altissi-
mum debitores*, ut videre est apud eundem Ray-
nald. *tom. 18. ad ann. 1440. num. 2.*

Et profectò inter odiosa, & præjudicialia
Sedis Apostolicæ hanc Promissionem Nicolai
V. repositam fuisse à Clemente VIII. prorsus
elicitur ex his, quæ scripserat Cardinalis de
Ossat ad Henricum IV. Galliarum Regem, dum
eidem significavit, quod à dicto Pontifice impe-
trare non potuit, ut sibi daretur Indultum Juris
nominandi ad beneficia Concistorialia Bressiæ,
& aliarum Regionum à Duce Sabaudiæ eidem
Regi in Pace anni 1601. cessarum scribens pro-
inde in *Epist. 261. vers. Et de fait.* per hæc ver-
ba *Sua Santità mi rispose, che l'esperienza have-
va mostrato, che li Pontefici Predecessori havereb-
bero fatto meglio à non concedere alli Principi Se-
colari la facoltà di nominare alli Vescovadi, &
altre Prælature, già, che l'aut orità della Santa
Sede n'era grandemente diminuita, e li detti Prin-
cipi se n'erano abusati, con essere peggiorati li loro
Paesi, che per queste considerazioni egli vi voleva
pensar bene avansi di conceder quelle, Vostra Mae-
stà domandava*; subdens in fine. *E che avanti di
risolversi, vi voleva pensare bene, bene, bene*:
& post rem maturæ deliberatam petitum Indul-
tum denegavit.

His positis ea Promissione Summum illum
Pontificem de Principatu Pedemontano non
fuisse locutũ, est clarum: tum quia ibi id expressè
9. non dixit, & aliàs certa est regula, quod simi-
les concessiones, aut Indulta non operantur
ultra expressa, de qua *Francesf. variar. resolut.
cap. 16. num. 138.* tum quia verba ejusdem pro-
missionis directè, & civiliter intellecta, ac stri-
ctè accepta non posse ad illum Principatum re-
ferri, patet ex pluribus.

Et potissimum, quod Status Pedemontanus
Serenissimo Duci Sabaudiæ obvenit, post quam
jam antea possideret eũdem Ducatum Sabaudię,
10. illumq; titulo Ducis regebat, & quidem pecu-
liari denominatione penitus diversa, & separa-
ta: cum in illo non nisi Principem Pedemontis
se appellet, ut post Jacob de S.Greg. *in tract. de
Feudis verb. Princeps Pedemontanus*, notant *Re-
inchin. de Regimin. sæcular. & Ecclesiast. lib. 1.
class. 4. cap. 8. num. 8. Knipschild. de Fideicomiss.
Famil. Nobil. cap. 1. num. 122. Speidel. in specul.
Juridic. Politic. verb. Funt. vers. sunt & alii* Min-
gius *de Superior. Territorial. th. 34. Casp. Man-
zios in Summ. Jur. Public. par. 2. tit. 6. §. 2.
num. 6. & tit. 10. §. 11. num. 5.* Ideo id quod
ei fuerat promissum, & concessum uti Duci
11. Sabaudiæ, & respectu Regionis Sabaudiæ,
minimè in gratia odiosa, & exorbitanti potest
intelligi concessum, & promissum uti Principi
Pedemontis, & respectu Regionis Pedemon-
tanæ, juxta ea, quæ post *Gloss. & Bald. in l. 3.
ff. de Offic. Præsid.* & antiquiores alios benè tra-
dunt *Gabriel. cons. 195. num. 7. & 8. lib. 2.* ubi
quod concessa alicui Ducatui, in quo Rex suc-
cessit, illi nequeunt competere, nisi uti Duci,
non autem uti Regi *Menoch. cons. 1156. n. 67.*
ubi quod ea, quæ competunt Duci Parmæ uti
illius Domino, nequeunt competere in Du-

catu Placentiæ, cum tituli sint diversi respectu diversitatis duarum Civitatum, quarum una est separata ab altera, *Bellug. in specul. Princ. Rubr. 11. ad §. jam supra, sub n. 2. vers. & quamvis omnes sub Regno*, ubi dicit, quod licèt in Regno Aragoniæ cismarino adsint plures Provinciæ sub uno Rege, respectu tamen diversorum titulorum, ut quia respectu unius sit Rex, respectu aliarum sit,
12. aut Princeps, aut Comes, de una ad aliam non infertur, & inter illas Provincias ita se habent jura, ac si essent diversorum Dominorum, *Caspar. Klochk. consil. 74. num. 27. & 28.* ubi quod cum Dux Vvirtembergensis respectu Comitatus Monpelgardi denominetur Comes, ea quæ fiunt in dicto Comitatu non tanquam à Duce, sed uti à Comite fieri intelliguntur, & precipuè pro interpretatione similium indultorum fuit sæpe firmatum à Rota occasione nonnullorum Canonicatuum Barchinonensium, respectu quorum fuit resolutum, quod Indultum concessum Regi pro Ecclesiis in Regnis Hispaniarum consistentibus, extendi non debeat
13. ad Ecclesias in Provincia Cathaloniæ, & Comitatu Barchinonæ sitas, in quibus idem Rex non obtinet regalem dignitatē, sed solùm Princeps, & Comes appellatur, ut cor. Verospio *decis. 216. num. 7. & 8. par. 9. & decis. 140. num. 6. decis. 261. sub num. 7. vers. His enim adsistunt par. 14. rec.* & post Dianam *resol. moral. par. 8. decis. 9. cor. Rojas decis. 279. num. 6. decis. 281. num. 4. & decis. 286. num. 3. & 4. & coram Celso decis. 7. num. 3. 4. & 5.* Non enim est novum, quod in una eademque per-
14. sona duo jura, duplexque qualitas concurrat, & sic illa persona pro duabus personis reputetur, ac quod substineat vicem duorum, & proinde habeatur, ac si duplex qualitas diversis personis inesset, ut ponderant ad rem *Gabriel. d. cons. 195. num. 8. lib. 2.* & alii cumulati per *Knipschildt. de Jurib. & Privileg. Civit. Imperial. lib. 1. cap. 3. num. 18. & 19.*

Et summa quidem ratione, cum Provinciæ, quæ recenter Regno, aut Ducatui accrescunt,
15. & adglutinantur, reputentur æquè principaliter, non autem accessoriè unitæ, itaut primævum statum, & dignitatem, propriumque nomen retineant, nec proinde consociandæ sunt legibus, & Privilegiis reliquo Regno, seu Ducatui impertitis, sed propriis, & peculiaribus legibus, & consuetudinibus regi, & gubernari, suisque Privilegiis uti, & frui debent ex distinctione *Bartol. in l. si convenerit in §. si nuda ff. de pignorat. action.* ab omnibus approbata, ut patet ex cumulatis per *Carleval. de Judic. lib. 1. disp. 2. quæst. 7. sect. 2. num. 829. Rovit. consil. 102. num. 16. lib. 2. Peguer. decis. 66. sub num. 11. Claper. in centur. Causar. Cur. Provinc. caus. 1. quæst. unica n. 18. & seqq. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 47. Frass. de Patronat. Reg. Coron. Indiar. cap. 6. num. 45. Cresp. observat. Reg. Aragon. 15. num. 44. & seqq. Rota in recent. d. decis. 316. num. 9. par. 9.*

Ita quidem, ut etiam si contingat hoc casu novam Provinciam, sive etiam particularia Castra uniri alicui Ducatui, vel Marchionatui per novam Investituram, & investiens illum, vel Ducem, vel Marchionem appellet,
16. honoris causa illum ita appellasse censendum sit; non autem, ut Castra illa particularia velit cum Ducatu, vel Marchionatu confundi, atque illi accessoriè uniri, aut tanquam partem adiungi, & propterea adhuc proprium statum, & sua particularia jura retinere, juxta doctrinam *Bald. in cap. unic. §. Præterea num. 7. in fin. de probibit. Feud. alienat. per Frideric.* quā ad rem latè exornant *Thoming. dec. 41. num. 5. Cothman. respons. 84. num. 23. lib. 2.*

Quapropter cum nemini sit dubium Principatum Pedemontanum fuisse Ducatui Sabaudiæ unitum æque principaliter, non autem ac-
17. cessoriè, illumque propriis legibus, & consuetudinibus regi, & gubernari, atque eidem Serenissimum Ducem uti proprium, & peculiarem Principem dominari, ut constat ex traditis per Joannem Antonium ab Ecclesia *observat. Senat. Pedemont. par. 1. observat. 2. num. 2. & seqq. observ. 177. num. 17. in fin. & observ. 178. num. 5. & 6. & par. 2. observ. 21. num. 11.* ubi de hoc eam dat rationem, quia dictæ Provinciæ considerantur uti inter se distinctæ, & separatæ, & tanquam diversæ ditionis, etsi sub Dominio ejusdem Domini existentes; ut propterea ipsemet Dux nequeat Jus dicere in uno Territorio de rebus, ac Personis ad alium Territorium pertinentibus, quemadmodum
18. antea dixerant *Curt. Jun. in l. fin. ff. de Jurisdict. omn. Judic.* ibidemque *Cagnol. num. 32.* & Sola *ad nov. Constitut. Ducal. Sabaud. tit. de edict. Anno. glossa 7. n. 2. & 3.* nec non quod certa, & indubitata est observantia Serenissimorum Ducum, se distinctè, & separatè denominandi Duces Sabaudiæ, & Principes Pedemontii, ut
19. constat ex Decretis, Ordinibus, Edictis, & aliis documentis regsitratis per Solā *post. lib. 4. dict. Commentar. ad Constit. Sabaud. Baldasanum in Histor. Thebea fol. 386.* & per Joannem Antonium ab Ecclesia *in fin. par. 1. dict. observ. Forens. Senat. Pedemont.* & latius apud Franciscum Augustinum ab Ecclesia *in lib. cui Titulus Corona Reale di Savoja, ante princ. 1. part.* in Elencho, quem inscribit: *Titoli di Dignità di tempo in tempo da Serenissimi Conti, e Duchi di Savoja nelle Monete, e Scritture publiche usati*, ubi apparet, quod successivè omnes Principes Sa-
20. baudici diversa, & separata denominatione se Duces Sabaudiæ, & Principes Pedemontanos appellarunt, & inter cœteros *fol. 7. & 8.* recenset istum Ludovicum, cui fuit facta promissio à Nicolao V. qui perpetuò se Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontanum inscripserat: quinimo eosdem, si fortè contingat, quod con-

cederent Investituras Castrorum in ipso Principatu Pedemontano, non nisi peculiari nomine Principis illius Status, aut Marchionis, aut Comitis singulorum feudorum in illo existentium eas concedere patet ex *Catheran. cons. 9. num. 23.* Hinc ex hujusmodi observantia vide-
21. tur pro certo dicendum, quod concessa Duci Sabaudiæ, & pro Statu Sabaudico reputanda non sint tamquam concessa uti Principi Pedemontii, & pro Statu Pedemontano, per ea quæ tradunt, præter superiùs relatos, *Gonzalez. ad Regul. 8. Cancell. 5. §. 7. n. 123. in fin. vers. Tertia ratio est Cassan. ad Consuetud. Burgund. Rubr. 8. de successión. des Bastards sub. num. 41. §. sed iterum incidenter, vers. Ex quo adhuc in litteris Regiis, Lancellott. Gallia in Consuetud. Alexandr. in Præfat. 8. num. 94.* Verba etenim Privilegiorum, non plus operantur, quàm ipsa sonant, ut dicit Rota *coram Seraphin. decis. 605. num. 3.*

Attentâ præsertim etiam observantiâ ipsiusmet Sedis Apostolicæ, & Summorum Pontificum, qui dictas ditiones, pari modo diversa, & separata denominatione expresserunt, quoties locuti sunt de rebus concernentibus utrũque Statum, ut precipuè Gregorius XIII. in confirmatione Ordinis Militaris Sancti Mauritii, ut in ejus *Const. 6. Bullar. Nov. tom. 2.* & in Confirmatione Unionis militiæ Ordinis S. Lazari eidem Ordini Sancti Mauritii factæ, ut *in seq. const. 7.* ambæ repetitæ apud Baldesanum *in Histor. Thebea fol. 429. & seq. & fol. 438. cum seqq.* nec non Clemens VIII. in alia Confirmatione ejusdem Unionis, *ut in ejus Const. 7. eodem. Bullar. Nov. tom. 3.* & in Provisione Abbatiæ, de qua *Summ. num. 46.* Item Alexander VII. in Brevi pro annua celebratione sollemnium Beatificationis Sancti Francisci de Sales apud Dominic. Cappellium *in Context. Actor. omn. Beatific. & Canoniz. Sancti Francisci de Sales fol. 16. cum. seqq.* Imo, & ipsos Duces peculiari, & diversa denominatione Sabaudiæ, & Pedemontium tales vocarunt, ut idem Clemens VIII. in Brevi scripto Camillo Daddeo primo Episcopo Civitatis Fossanensis in Principatu Pedemontano existentis, & tunc ab ipso in Episcopalem Cathedram erectæ, & in altero Brevi scripto Duci Carolo Emanueli in comendationem ejusdem novi Episcopi impressis per Ughellium *tom. 4. Ital. Sacr. ubi de ipsa Ecclesia Fossanen. fol. 1515. & fol. 1517.* Ex usu
22. autem loquendi aliorum Summorum Pontificum similes concessiones interpretationis normam recipere est certum, quemadmodum ad rem bene tradit Rota *coram Triol. decis. 28. num. 17. & in recent. decis. 105. num. 8. par. 12.*

Eoque fortius cum ista fuerit Ecclesiæ praxis usque à tempore promissionis factæ per Nicolaum V. Ludovico Duci Sabaudiæ. Qua in re animadvertere oportet, quod Synodus Lausanensis in Decreto facto favore Amadei præfati Ludovici Patris, ab eodem Nicolao V. approbato, & servari jusso, quo eundem Amadeum antea Felicem V. Antipapam dictum, deposito Papatu, voluit remanere Cardinalem Sabinensem Episcopum, eundemque Legatum, ac Vicarium perpetuum constituit in nonnullis Diœcesibus, & Provinciis, simili separata denominatione dixit: *Te Sabinensem Episcopum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, Sedis Apostolicæ in Terris, & Jurisdictionibus dilectorum Ecclesiæ Filiorum Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontium &c. Legatum, Vicariumque perpetuum facit, & nominat,* ut legere est apud Oldoinum *in Nov. Addition. ad Ciaccon. de Vit. & Gest. Roman. Pontific. in Vit. ejusdem Felicis to. 4. fol. 935. col. 2. litt. C. Ludovic. Donium d'Atticby. in Flor. Histor. S. R. E. Cardinal. tom. 2. in Vit. ejusdem Amadei num. 84. & 85.* & alios. Quod tanquam actus valdè proximus Promissioni, de
23. qua differitur, intellectum illius maximè elucidat, juxta Pauli responsum *in l. si de interpretatione ff. de legibus*, & ea quæ in proximis terminis bene ponderat Rota *in recent. decis. 266. sub num. 21. vers. sed magis par. 15. & dec. 251. num. 26. par. 16.* præsertim cum agatur de re gesta tempore ejusdem Pontificis, qui promissionem fecit, & rem illam approbavit, ad tradita per Rotam *coram Coccin. dec. 1680. n. 155.*

Neque ad hæc effugienda dicere valet, quod verba sunt intelligenda secundum communem usum loquendi, juxta quem cum sermo fit de Duce Sabaudię, solet ille talis considerari, etiam uti Princeps Pedemontanus. Quia regula de intellectu verborum ex comuni usu loquendi non procedit, quando agitur de verbis
24. prolatis à legum Conditoribus, vel quę à Nomothetis, seù Peritis efferuntur; sed solum quando ab idiotis, & indoctis fuerunt dicta, aut scripta, ut bene exornat *Zepperus in Cynosur. legal. circa interpret. verb. & cap. 23. num. 39.* junctis his, quę latè differit Guinipar. à Drepano, *in suis disputation. Commentar. pro Jur. Pontific. defens. disp. 5. quæst. 2. cap. 4. num. 11. & plur. seqq.* Ideo cum versemur in interpretatione litterarum Summi Pontificis, quę solent extendi à peritissimis, doctissimis Officia-
25. libus, minimè ex communi usu loquendi, & vulgi opinione sunt interpretandę; maximè quoties agitur de rebus, quę Jurium Sedis Apostolicę diminutionem, & pręjudicium Ecclesię respiciunt, quales esse similes Concessiones jam probavimus; Sed ex sua proprietate sunt considerandę, & litteram, seù corticem verborum accipiendę: adeoque nihil aliud inquiri debet, quàm quod litteraliter scriptum invenitur; itaut actus potius pereat, maneatque inutilis, quàm à verbis discedatur, ut ad rem egregiè differit *Vvames. de Jur. Pontific. cons. 16. num. 8. lib. 1.*

Pari ratione aliena est ab hoc casu animadversio in verba *Districtus, Dominium, & Status,* quibus usus fuit Summus Pontifex in dicta

Pro-

Promissione, quasi illis tanquam generalibus, & universalibus visus fuerit velle comprehendere omnes Regiones, quibus Princeps ille dominabatur. Quia si bene eadem verba ibi expendantur, sunt posita pro sinonimis, aut saltem ut à verbo *Districtus* regulentur, cum in principio fuerit dictum: *Infra Districtum sui temporalis Dominii consistentium regimina*: & in fine: *infra Districtum prædictum*. Districtus
26. verò nil aliud dicitur, quam Vniversitas agrorum intra fines cujuscumque loci existens, ut scribit *Gulielm. de Montelaudun. in Clement. Pastoralis num.* 17. *de sent. & re judic.* & nihil aliud significat, quàm id, quod actualiter à loco distringitur, ut animadvertit *Felin. in cap. Rodulphus sub. num.* 19. *vers. & per hoc potest contingere de Rescript.* Ut sic dicta verba aliter nequeant intelligi, quàm de Dominio, seu de Statu, quod habebat, & possidebat Ludovicus, uti Dux Sabaudiæ: attentis præsertim verbis restrictivis, eisdem verbis universalibus adjunctis, nempè *sui Dominii*, *sui status*, *de Dominio hujusmodi, infra Districtum prædictum*, quæ sem-
27. per limitant, & restringunt dispositionem ad superius expressa, ut de verbo *sui* dicit *Menoch. cons.* 328. *num.* 14. de dictione *hujusmodi* firmat Rota *in recent. decis.* 194. *num.* 34. & 35. *par.* 5. & de verbo *Prædictum*, adnotat eadem Rota in istis terminis *in recen. decis.* 276. *num.* 11. *par.* 11. Verba etenim dispositionis quantumcunque universalia debent semper restringi, & declarari à qualitate adjecta, & non nisi ad ejusdem adjuncti terminos intelligenda, *Castill. contr. jur. lib.* 5. *cap.* 90. *num.* 1. & *seqq. Salgad. de supplic. ad Sanctiss. par.* 1. *cap.* 15. *num.* 53. *Rota coram Coccin. decis.* 788. *num.* 81. & 82.

Eademque responsione evitantur ea, quæ magno apparatu præcipuè animadvertuntur, quoad verbum *Ditio*, positum in ea parte ejusdem Promissionis, qua Pontifex promisit de beneficiis sibi reservatis, providere personas eidem Duci subditas, aut gratas, Nam ibi pariter verbum illud *Ditionis* regulatur à Verbo districtu, & quidem cum adjectione verbi restrictivi *præfato*, ac relativè ad ipsum Ludovicum Ducem Sabaudiæ, ut patet ex toto contextu, qui ita se habet. *De aliis verò dignitatibus, videlicèt post Pontificales, majoribus, & Prioratibus Conventualibus, aut alias dispositioni nostræ generaliter reservatis in districtu præfato, personis providebimus idoneis, non nisi fuerint de locis Ditionis ipsius Ducis, aut sibi gratæ, vel acceptæ de aliis locis oriundæ*. Et tamen satis fuisset quoad hoc respondere, verba illa esse posita in parte diversa, quatenus nempe ea pars continet provisionem non esse faciendam alienigenis; & ulterius, quoad hoc promissio fuit odiosa, & à jure exorbitans, & restringens libertatem Summi Pontificis juxta tradita per Rot. *in recen. dec.* 217. *n.* 5. & *seqq. par.* 17. Ut propterea ibi dicta nequeant intelligi de alia parte ejusdem promissionis, nedum ex regula, quod
28. odia sunt restringenda, non autem extendenda; sed etiam ex regula, quod in Privilegiis non est facienda interpretatio, quæ includat plures specialitates, de qua *Salg. de Reg. Protect. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 204.

Ideoque pro comprobanda universalitate præfati verbi *Ditionis* positi in Privilegiis Serenissimo Duci Sabaudiæ concessis, inutile est referre ea, quæ S Petrus Damianus *lib.* 7. *Epist.* 16. ad Adelaidem Sabaudię Principis Viduam relictam, & Statuum administratricem scripserat nempe: *In Ditione verò tua, quæ in duorum Regnorum, Italiæ scilicèt, & Burgundiæ porrigitur, non breve Confinium, plures Episcopantur Antistites*: Cum ibi Sanctus Vir adhuc Monachus, non dum enim erat ad Cardinalatus dignitatem evectus ad ipsam scripserit, non uti Dominam, & administratricem solius Ducatus Sabaudiæ, sed uti Dominam, & administratricem Sabaudiæ, & Pedemonti, & omnium Statuum, qui Dominio illius Principis suberant; & quidem inscripta Epistola duplici, diversaque denominatione, nempe: *Ad Adelaidem Ducissam, & Marchionissam Alpium Cottiarum*. Itaque consideravit in ea duplicem personam, & diversos Titulos, quibus ipsa illis Statibus dominabatur, ut observat *Quercetan. lib.* 4. *Histor. Burgundiæ*. Præterea cum ad eandem scriberet, super eadem re, de qua antea scripserat ad Taurinensem Episcopum *lib.* 4. *Epist.* 3. nempe super reformatione Clericorum, eandem rogavit tanquam Ducissam, atque Marchionissam, & Sabaudiæ, & Pedemontanæ Regionis Dominam, & administratricem, quarum unitarum ditionum non erat breve confinium, in quibus erant plures Episcopi, & Episcopales Ecclesiæ, non solùm cum Episcopo Taurinensi respectu Clericorum suæ Diœcesis, sed etiam cum aliis Episcopis universæ suæ ditionis, pro Clerireformatione laboraret, & autoritatem suam adiungeret, quod nihil commune habere potest cum verbo *Ditionis* posito in Promissione, de qua agitur relativè ad Ludovicum unica denominatione vocatum Ducem Sabaudiæ; ut sic, nonnisi de tractu ejusdem Regionis intelligendum dictum, propter verba adjun-
29. cta ad districtum ejusdem Status, naturam suæ Universalitatis restringentia, potissimùm dum agitur de interpretanda Concessione, & Privilegio odioso, & exorbitante, respectu quorum similia verba quamvis universalia, semper strictè, & in sensu coangustato accipienda sunt, ut latè differit Jacob de Belviso in quæstione, quam disputavit Bononiæ, & recensuit *in Authent. Quib. mod. natural. efficiant. sui Collat.* 7. *ad vers. Illud tamen nobis* §. *Rex concessit Privilegium*, ubi adductis argumentis pro utraque parte, ita concludit *in solut. quæst. vers. si autem dubium est*, & sequitur *Imol. in cap. Rodulphus sub num.* 1. *vers. Nam ibi concludit de Rescript.* &

& ipsis non visis bene etiam tradit *Zepper. in Cinosur. legal. circa verbor. interpret. &c. cap. 3. num. 28.*

Prout etiam ad prædicta confirmanda nullum validum, & relevans argumentum deduci poterit ex Privilegio Sixti IV. confirmato per Innocentium VIII. & Julium II. super gratiis expectativis exteris non concedendis, Jolanti Ducissæ Tutrici, & Tutorio nomine Philiberti Ducis Sabaudiæ concesso, in quo uberiori denominatione fuerat dictum *in Ducatu, Districtu, Ditione, Comitatibus, Terris, locis, & aliis Dominiis Sabaudiæ ultra, & citramontanis dominio ipsius Ducis mediatè, & immediatè subjectis*, cum id, quod in eo fuerat expressum, nequeat qualificare limitatam denominationem factam in Promissione Nicolai V. quoad provisionem Ecclesiarum, & Dignitatum cum ejus consensu
30. faciendam, tamquam gratia diversa; cum ad extentionem Privilegiorum, non valeat argumentum de simili ad simile *Rota coram Coccin. decis.* 2252. *num.* 4. Imò potiùs præfatæ denominationes factæ in hoc diverso Privilegio retorqueantur; qui prò istis gratiis expectativis exteris non conferendis pariter in dicta Provisione Nicolai V. fuerat provisum, ut sic Ducissa Jolantes, quæ hoc particulare Privilegium sibi impetraverat, & successores Duces, qui illud confirmari curarunt, videantur agnovisse, quod non fuerit satis provisum per antecedentem Concessionem, quo simili gratia uti possent omnes ultra, & citramontes dominio Ducis mediatè, & immediatè subjecti. Nam
31. aliàs superfluum fuisset novum, & separatum Privilegium obtinere, si id ex antecedenti sibi competiisset, ut appositè ad rem arguit *Gemínian. cons. 96. sub num. 8. vers. Quo ad Privilegia*.

Quod multo magis agnovisse videntur alii Duces, qui supplices petierunt à Summis Pontificibus Leone X. Clemente VII. Julio III. Gregorio XIII. & Clemente VIII. sibi confirmari dictam Promissionem Nicolai V. & alia Indulta, & Privilegia ab aliis Pontificibus, quinimò, & ab Imperatoribus concessa; ut eo majorem obtinerent roboris firmitatem, & firmius illibata persisterent, quo frequentiori fuerint Sedis Apostolicæ fulcimento communita, & roborata, sub narrativa Privilegiorum, Gratiarum, & Concessionum factarum, *Duci, & Nationi Sabaudiæ*: prout cum eadem expressione iidem Pontifices illa confirmarunt, quod verbum *Nationi* nonnisi de ipsa Sabaudia, cui
32. fuit adjectum verificari possit, nec unquam ad Pedemontium extendi, cum Natio, authore Festo sit genus hominum, qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt, ut referunt Robertus Stephanus, Cælius Secundus Curio, Ambrosius Calepinus, ejusque additionatores, aliique Lexicographi, unde in Vocabulario Italico, dicto della Crusca, ita scribitur: *Natione: Generatione d' huomini nati in una medesima Provincia, ò Città*, quorum Lexicographorum authoritatem esse, quod hoc attendendam non est qui ambigat, & tradunt *Vincent. de Franch. decis. 662. in fin. Mut. Groff. de success. ab intestat. ad interpret. Consuet. Neapol. Annot. 20. sub num. 41. Cæsar. de Afflict. contr. Jur. 38. num. 24.* & alii communiter. Præsertim, cum hoc vocabulo *Nationis* ipsi Summi Pontifices sint soliti distinguere unam Provinciam, seu Dominationem ab altera, ut præcipuè Alexander VII. distinxit inter se Ducatum Sabaudiæ, & Principatum Pedemontanum in Brevi Beatificationis S. Francisci de Sales, quod ut jam supra adnotavimus, habetur impressum per Dominicum Cappellum *in context. Actor. omn. in Beat. & Canoniz. S. Francisci de Sales à fol. 16.* ubi *fol. 19.* enumerans Ecclesias, quibus tribuit facultatatem celebrandi annuam memoriam sollemnium ejusdem Beatificationes inter cætera dixit *Romæ verò in Ecclesiis S. Ludovici Gallicanæ, & Sanctæ Sindonis Sabaudiæ, ac Pedemontanæ Nationum* quod solum satis est ad explicandam significationem dicti verbi, quidquid aliter ab aliis dici posset, cùm in interpretandis similibus Indultis verba accipienda sint secundum solitam significationem, qua utuntur Summi Pontifices, & non aliam, juxta Theo-
33. ricam *Felin. in cap. in nostro sub num. 19. vers. quod intelligitur de Rescript.* ut præcipuè nos docet *Rota coram Royas decis. 286. num. 5. & in recent. decis. 316. num. 7. part. 9. & decis. 162. sub num. 42. vers. multùm enim part. 12.*

Absque eo quod valeat replicari, quod dicta verba *Nationi Sabaudiæ* in præfatis Privilegiis confirmatoriis sint referenda solùm ad Privilegia Imperialia, quæ unàcum Pontificiis fuerat petitum confirmari: siquidem ex lectura earundem confirmationũ factarum per Leonem X & Successores Pontifices totus iste discursus penitus eliditur, cum appareat per Serenissimos Duces in Precibus fuisse sigillatim narratam promissionem Nicolai V. & Privilegium Sixti IV. & aliorum Pontificum, qui illud innovarunt, addito, quod alia etiam, & diversa extabant Privilegia, Concessiones, Gratiæ, & Indulta, tam per Romanos Pontifices quàm Imperatores, & Reges ipsis Ducibus concessa, indeque humiliter fuit supplicatum, *ut singulis litteris prædictis, ac omnibus, & singulis aliis Privilegiis, concessionibus, Gratiis, & Indultis Duci, & Nationi Sabaudiæ concessis*, vellent præfati Summi Pontifices suarum confirmationum robur adiicere, indeque iidem *hujusmodi supplicationibus inclinati, singulas literas prædictas, & in eis contenta quæcumque, & quatenus sint in usu, omnia, & singula Privilegia, Concessiones, Gratias, & Indulta tam per Romanos Pontifices, & quæ Sacris Canonibus, non contraria, quæ per Imperatores, Regesque, Duci, & Nationi Sabaudiæ concessa*, approbarunt, renovarunt,

&

& confirmarunt, & propterea, quod illis verbis *Nationi Sabaudiæ* voluerint qualificare omnia Privilegia tam Pontificia, quàm Imperialia, & sic etiam Promissionem Nicolai V. attentis præsertim verbo *singulis* quæ actum cuilibet in solidum tribuit, & habet vim specialis enumerationis *Vela diss. Jur. 49. num. 42. to. 2.* item verbo *Prædictis*, quod est repetitivum præcedentium cum omnibus qualitatibus suis, Rota *cor. Coccin. decis.* 1616. *num. 9.* & denuò
34. verbis *omnibus*, *& singulis*, quæ operantur, ut singula præcedentia rursus censeâtur repetita, & unumquodque ex eis specialiter consideratum *Andreol. contr.* 313. *num.* 10. maximè cum dictione *Aliis* eisdem, addita, quæ de si-
35. milibus intelligitur, ut præcisè respectu horum Privilegiorum dixit *Rot. cor. Puteo decis.* 25. *in Correct.* quibus dictæ supplicationes, & confirmationes fuerunt conceptæ.

Adstipulantur his omnibus, insignium Scriptorum præsertim Pedemontanorum, & Serenissimorum Ducum Sabaudiæ Dignitati addictorum testimonia, qui hanc veritatem ingenuè fatentur, ut præceteris non obscurè videtur posse colligi dixisse Joannem Boterum Bernensem celebrem Historicum, & Politicum,
36. dum ejus verba referendo Lambertus Vander Burchius *in Histor. Sabaudiæ, edita una cum aliis voluminibus Republicar. cum Titul. Sabaudiæ Respublica, & Historia Lugdun. Batavor. in 24. fol.* 306. *&* 307. ita dicit: *Absolvam rem omnem verbis Boteri: Ait ille: Dominium Ducis Sabaudiæ patet in longitudine ad 330. milliaria Italica &c. Dividi potest Dominium Ducis Sabaudiæ in partes duas, sicut, & Alpes id dividunt, in Sabaudiam nempè, & Pedemontium. In Sabaudia sunt Episcopatus Tarantansiensis, Maurianensis, & Belejensis, habetque Dux nominationem Episcoporum &c.* postea prosequitur referre alia verba, quæ Sabaudiæ complent descriptionem, devenit ad verba, quibus aliam partem dominii ejusdem Ducis nempè Pedemontium describit, quam incipit cum verbis *Pedemontium nihil simile cum Sabaudia habet &c.* nullamque facit in ea parte repetitionem Juris Principi competentis in Episcoporum Nominatione, prout dixerat de Sabaudia, & sic quodammodo coarctando jus nominationis quoad partem Sabaudiæ, prout Sabaudia est, excludit competentiam in Principatu Pedemontano, in quo illam omisit, sed clariùs id declararunt Jo: Antonius ab Ecclesia Senatus Pedemontani Præses quòdam præstantissimus: *Observ. Forens. par.* 1. *observ.* 190. *num.* 8. dicens: *Illud tamen certum est, quod Sabaudiæ Duces de Apostolica Ecclesia, & Sanctæ Sedis Romanæ culmine semper benemeriti, ob innumera egregiè gestorum facinora in illius augumentum, & conservationem, patrata, necnon ob innatum fidei, Religionis, Pietatis, & Amoris, amplissimum testimonium, quamplurimis Privilegiis, & prærogativis ab eadem S. Sede donati, & decorati fuerunt, & præsertim à Nicolao V. qui anno 1451. Id. Januarii in Ludovicum Sabaudiæ Ducem Privilegium contulit, ne ad Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium Dignitatum regimina, intra Ditionis Sabaudiæ limites promoveri aliquis possit, nisi habitis prius intentione, & consensu ipsius Ducis:* necnon Præses Chistophorus Fauzonus in consultatione facta ad favorem Ducis, super dubiis circa hanc Nicolai V. Promissionem occurrentibus, quæ habetur *impress. apud Franc. Pinson. tom. 2. sui tract. des regales, sive in Inventair. des Indultus ad d. tract. pertinen. fol.* 941. *& seqq.* Consultationem præfatam exordiendo his verbis: *Ea semper fuerunt Serenis. Sabaudiæ Ducum erga Apostolicam Sedem, Romanosque Pontifices singularis obsequii, sinceræ Devotionis, & incorruptæ fidei præclara monumenta, necnon insignia de Christiana Republica merita, ut non solùm gloriam sibi pepererint immortalem, sed amplissima etiam à Summis Pontificibus retulerint privilegia, inter quæ illud præcipuè emicat, quod Serenis. Ludovico Duci Sabaudiæ ejusque Successoribus concessit Summus Pontifex Nicolaus V. anno 1451. 4. Id. Januarii tria continens capita. Primo ne ad Metropolitanarum Cathedralium, & Abbatialium Dignitatum regiminà intra ditionis Sabaudiæ limites promoveri aliquis possit, nisi habitis intentione, & consensu ipsius Ducis. Secundò, ne exteri, aut alienigenæ ad ditionis Sabaudiæ beneficia ullo modo admittantur. Tertio, ne Prioratus Tallveriarum, Ripaliæ, & Novalitii, nec Præpositura Montis Jovis conferri possint nisi habitâ prius ejusdem Ducis intentione.*

Nec cum horum scriptorum dictis conferri valent ea, quæ scripserunt Anastasius Germonius *de Sacror. Immunitatib. lib. 3. cap. 11. n.* 24. Godofredus à Bavo *in tractat. Reatuum. quest. 16. num. 110. & seqq. Samuel. Guibenon. Histoir. Genealogiq. de la Royal. Maison de Savoye tom. 1. cap. 11. fol.* 95. & Incertus Auctor *in Notand. super nomination. seù Præsentation. ad Eccles. & Monast. per Reges Summo Pontific. facien. impress. post Corasii Paraphras. Sacerdotal. edit. tom. 2. speciminis Jur. Ecclesiastic. apud Gallos usu recepti à Jo. Doviat. collecti fol. mihi* 220. Etenim Germonius, Vir alioquin doctus, magnâ industriâ, & sagacitate, nil aliud dicit, nisi quod Sabaudię Duces, & Italię subalpinę Principes olim à Nicolao V. impetrarit Privilegium, quod, & ab aliis subsequentibus Romanis Pontificibus, fuit confirmatum, ut nemo ad Cathedrales, Abbatialesq; Ecclesias, quæ in ipsorū amplissimo dominio, tam citra, quàm ultra montes existunt, eligatur, qui eis subditus non sit, vel cujus fides cognita, & perspecta non existat, sic confundendo disposita in promissione Nicolai V. & Sixti IV. ut illa posset adaptare suis Ducibus, & uti Ducibus Sabaudię, & uti Principibus Pedemontii, dissimulata penitus questione, utrum scilicèt quoad consensum præstandum

dum à dd. Ducibus, eorumque intentionem perquirendam Nicolaus fecerit illi promissionem saltem uti solum Ducem Sabaudiæ, vel etiam uti Principem Pedemontii; Godofredus verò à Bavo, confundendo terminos ad probandum, quod Serenissimi Duces Sabaudiæ Jus Imperii habeant in suis Statibus, secundo loco id constare contendit, quia ipse etiam habet in suo Ducatu omnia jura regalia, ex eo quod, in Electione Prælatorũ requiritur Ducis consensus in scriptis, quam scripturam vulgari sermone ipsi vocant *Placet du Prince*, sine quo non confirmatur d. Electio à Summo Pontifice; confirmatione verò facta Prælati tenẽtur d. Serenissimo Duci jurare fidelitatem, & reverentiam pro dictis Juribus temporalitatis, addens id semper, fecisse, & facere Episcopos Pedemontanos, Gebennenses, Bellocenses, Maurianenses, & cœteros dicti Ducatus Abbates, & Priores, quorum ingens est numerus, qui omnes fuerunt electi à Serenissimis Ducibus à primo usque ad ultimum. In quo quot errores dixerit, satis patet, cum dicat primò suis Ducibus id competere Jure Regaliæ, quod nunquam eorum Defensores ausi sunt asserere; sed solùm contenderunt, & contendunt, Id illis competere ex promissione Nicolai V. de qua ipse nullum verbum facit. Secundò, quia supponit Principibus jus istud Nominationis competere jure Regaliæ, quod tamen est falsum, cum tanquam jus spirituale seu spirituali annexum non nisi ex Privilegio, seu Concessione Apostolica id illi competere posse, esse saniorem Doctorum sententiã jam supra tetigimus; Tertiò quia involvit nominationem cum placito Principis, quod ipsi vocant *Placet du Prince*,
37. quod nonnisi de honestate, non autem de necessitate accedere solet quandoque post electionem, aut provisionem jam factam, non verò ante, *Rota coram Penia decis. 436. num. 19.* Quartò quia absolutè asserit, quod omnes Episcopi, Abbates, imo & Priores dicti Ducatus perpetuò fuerunt nominati ab illius Ducibus. Idque respectu Abbatiarum, & Prioratuum Principatus Pedemontani est falsissimum, ut infra docebimus, nec ullum extat exemplum in contrarium. Quichenonus licèt in loco relato dicat, ex Pontificio Privilegio competere Serenis. Ducibus jus præstandi consensum quoad Archiepiscopatus, Episcopatus, & Abbatias Sabaudiæ, & Pedemontii; Attamen se corrigendo *in cap. 36. vers. Le grand. Zelo fol. 753.* ut in verbis, quæ infra referemus, dicit, Privilegia præfata procedere quoad Archiepiscopatus, Episcopatus Status Sabaudici & quoad Prioratus, & Preposituras, ad quæ per Nicolaum V. fuit facta extentio: Præter quod ipse scripserat suam Historiam tempore, quo inter Ministros Datariæ, & illos Serenissimi Ducis super hoc erat contentio. Imo paulo ante eandem Historiam editam, fuerat quęstio resoluta ad favorem ejusdem Datariæ; Demum incertus Auctor, qui fecit notanda quoad nominationes, quisquis ille fuerit, (non enim sunt Corasio tribuẽda cum post ejus Paraphrasim Sacerdotalem persæp: & reiteratis vicibus editam, & præsertim inter illius opera, magnâ diligentiâ per Joannem F cchardum, duobus magnis voluminibus collecta, nunquam posita reperiantur, sed solùm in dicto specimine à Doviat edito legantur add ta) erroneè supponit, plures Principes Italiæ, quos ibi enumerat habere Jus nominandi, & inter cœteros ponit Ducem Sabaudiæ, tam pro illo Ducatu, quàm pro Principatu Pedemontano, in quo sicuti est falsus, quoad alios Principes, ita est falsus, quoad Ducem Sabaudiæ respectu Principatus Pedemontani: Præsertim dum respectu ejusdem Ducis dicit habere Jus nominandi, & præsentandi, quodque Nominatio, & Præsentatio, quando ab eo fit, transmittitur ad suum Oratorem in Romana Curia commorantem, & licèt de ea nulla fiat mentio in Bullis, nihilominus Orator ipse subscripsit huic Nominationi, seu Præsentationi, cum tamen suum jus Serenissimi Duces deducant ex Promissione Nicolai V. qui solùm dixit, se non provisurum Ecclesias de quibus ibi, nisi cum consensu, & prævia intentione ejusdem Ducis, non verò dicat, ad ejus nominationem provisiones esse faciendas, & Bullæ non expediuntur ad supplicationem ejusdem, prout fieri contingit, quando est pręcipuè concessum jus nominandi, nec unquam potest doceri, de somniata praxi, quod Oratores se subscribant, etiam quoad consensum, & intentionem Serenissimi Ducis, & quoad Principatum Pedemontanum nunquam fuit solitum expectari consensum, & declarationem ejusdem Ducis sed imò constat posthabitis personis ab ipso etiam commendatis fuisse factas provisiones.

Sed omisso hoc significationis verborum, & conjecturarum certamine, ipsa Lex promissionis, de qua est sermo, rem exploratam, atque indubiam reddit, quia Nicolaus V. postquam certum fecit Ludovicum Ducem Sabaudiæ, eique promisit, nonnisi prævia ejus intentione, suoque solùm consensu accedente, esse provisurum Metropolitanas Ecclesias, & Dignitates Abbatiales intra districtum sui Status, ampliando promissionem dixit. *Præterea Prioratus Dallveriarum, Ripaliæ, & Novalitii, ac Præpositurам Montis Jovis, quæ in confinibus hujusmodi dominorum consistunt, si cum illos vacare contigerit, nulli conferemus, nisi similiter prius ab ipso Duce ejus intentione habita de personis, quibus fuerint conferenda*: Quo nihil potest dici clariùs ad significandum, quod promissio antea facta fuerat per Pontificem promittentem restricta solùm ad Ducatum Sabaudiæ; nam statim ac eidem addidit præfatos Prioratus, & Præposituram cum expressione, quod in

in Confinibus hujusmodi dominorum consistebant, utique videtur id declarasse, siquidem
38. confinia faciunt demonstrationem rei deductæ, *Surd. cons. 13. num. 9. lib. 1. Valenzuel. cons. 100. num. 93. lib. 1.* & excludunt omnia, quæ ultra ea reperiuntur, *Decian. respons. 40. num. 27. lib. 4. Rota in rec. decis. 229. num. 13. part. 14.* cum confinia nequeant dici idem cum re confinata, & aliud sit terminus, & aliud terminus terminatus, *Valenzuel. dicto consil. 100. numer. 76. Rota coram Merlino decis. 600. numer. 7. & decis. 635. num. 3.*
39. Et propterea, quod quando fit expressio confinium, res semper probentur, & dicantur separatæ, & distinctę, *Cucheran. cons. 34. num. 4.* Aliàs enim valde ineptum esset exprimere confinia si eadem identificarentur cum re confinata, *Becc. cons. 140. num. 14. ad fin. lib. 2. Rota coram Merlino decis. 600. num 9. & in recentior. decis. 236. num. 9. par. 6. R. P. D. Bourlemont. in discurs. edit. in Causa Pisana Tenutæ 5. Mail 1662. impress. pen. Pacitbell. de distant. dec. 13. sub num. 35. §. Secundæ præsumptionis in fin.*

An verò dicti Prioratus, & Præpositura propriè sint dicenda existere in Confinibus Sabau-
40. diæ, non referret hic discutere, cum agatur de interpretanda gratia Summi Pontificis concessa in materia beneficiali, & sic Ecclesiastica, quæ non regulatur à Confinibus, & divisionibus politicis, & civilibus juxta latè tradita per *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 6. num. 180. Ventrigl. de jurisdict. Archiepiscop. cap. 5. n. 2. & per tot. Spada cons. 157. num. 8. lib. 1. Rota cor. Royas decis. 218. sub num. 8. & in recent. decis. 324. num. 10. par. 1. & decis. 70. num. 52. part. 13.* Et propterea satis esset, quod à Summo Pontifice, qui in hoc habet plenitudinem potestatis, fuerunt posita pro Confinibus, cum termini Comitatuum, & Provinciarum probentur ex destinatione facta à Principe, qui habet potestatem distinguendi unum Comitatum, & unam Provinciam ab alia, juxtà theo-
41. ricam *Bartol. in l. 1. §. Cum Urbem num. 3. ff. de offic. Præfect. Urb.* quam latè exornant *Monte de finibus cap. 21. num. 3. Culcan. cons. 90. num. 15. in fine, Albert. Brun. consil. feudal. 54. num. 5. Menoch. cons. 147. sub num. 22.* undè *Bald. in l. 1. versic. Et idem est in privilegiis ff. Finium regund.* dicit, quod si Papa in privilegiis designat fines majores, vel minores finibus antiquis, non considerantur fines antiqui, sed fines in privilegio designati, quia in potestate ipsius est in rebus concernentibus suam Jurisdictionem mutare fines Territoriorum.

Adhuc respondetur quoad Ripaliam, quæ est versus lacum Gebbennen. & Taloeriam, quæ pariter est ultra Montes non longe ab An-
42. nesiaco, non posse dubitari, esse fines Sabaudiæ, ut ex Mappis Geographicis, & scriptorum Geographicorum testimonio satis evincitur, quibus tanquam Peritis in re hac valde esse deferendum omnes dicunt, & tradit *Rota coram Merlin. decis. 807. sub num. 3. vers. hinc sequitur, coram Priol. decis. 28. num. 36. & 37. in recent. decis. 93. num. 13. & 14. par. 5. dec. 212. num. 7. & decis. 316. num. 5. part. 14. & in Romana exemptionis Calceolarioru 22. Junii 1693. sub §. Nec subsistere vers. tum quia coram Emerix.* Quo verò ad Novalicium, seu Novaliciam, aut Novaliciense oppidum, sicuti alii vocant, ut adnotat Hosmannus *in Lexic. universal. Historic. Geographic. &c. Continuation. sivè tom 3. fol. 226. col. 1. in voce Novalicia.* Animadvertendum, quod est situm ad radices montis Cenisii, ut præter eundem Hosmannum *ibid. Leand. Albert. in descript. Ital. fol. mihi 457. & Henricum Valesium in notit. regn. Galliæ in voce Novalicium, tradit Francisc. Augustin. ab Ecclesia in Historia Cronologic. Card. Episcopor. & Abbat. Region. Pedemont. cap. 16. in princip.* Qui Mons Cenisius est Mons Sabaudiæ, Pars Alpium, & in ipso limite Pedemontis, ut inquit *Baudrand. in Lexic. Geographic. verb. Mons Cenisius*, ita quidem, ut Novalicium sit versus limites Sabaudiæ, & duabus tantùm leucis ab illa distet, ut pariter ait idem *Baudran. ibidem verb. Novalicia*, quodque Prioratus, seu Abbatia ibidem existens (Præsules enim illius, primum Abbates, inde Priores, & tandem iterum Abbates dicti fuerunt, ut adnotat idem *Francisc. August. ab Ecclesia in loco paulò ante allegato fol. 199. in fin.*) postquam in persecutionibus Italicis fuerit ferè penitus eversum licèt primum modicè restauratur, tamen postmodum ab Abone Marchione Secusii, & nomine Caroli Magni Gubernatoris Taurini, fuit eidem donatum, *non solo la terza parte della Valle di Susa, ma la terza parte del suo Patrimonio, con molte Castella, e molti beni in Francia, in Savoja, & in Italia, sìche quella Abadia continuò à sussistere del proprio, essendo opulentissima, & Signorile:* ut sunt verba Co: Emanuelis Thesauri *in Annotation. ad lib. 5. suæ Histor. Taurinens. num. 5. ad fin. fol. mihi 230.* Et quoad Prępositturam Montis Jovis, qui hodie mutata denominatione dicitur Mons di S. Bernardo Maggiore, sive di S. Bernardo il grande, quem volunt ita dictum à B. Bernardo Muntonio, qui Montem Jovi dicatum ab infestationibus malignorum Spirituum liberavit, incolasque ad veram fidem convertit, & ibidem Cęnobium Canonicorum instituit, ut refert *Constantin. Ghinus in lib. inscript. Sanctor. Canonicor. Natales, ad diem 15. Junii.* Animadvertendum, esse situm in summitate Alpium Appenninarum, ut ultra Ghinum *in loco mox allegato in Not. Marginal.* observant *Baudrand. in Lexic. Geographic. verb. Alpes vers. Peninæ, & Petrus Franciscus Giambullarius lib. 6. Histor. Europ. fol. mihi 149. ad fin. & fol. 150.* Et quod ista Prępositura pariter pluribus in locis bona possidet, spectatque ad Diœcesim Tarantasien. ut refert *Francisc.*

Augu-

Augustini ab Ecclesia in sup. relat. Oper. inscript. Corona reale di Savoja cap. 3. fol. 100. quam quidem Tarantasiam esse Provinciam, & Archiepiscopatum Sabaudiæ, nemo diffidetur, & tradunt *Baudran. & Hofmannus in eorum Lexic. in voce* Tarantasia, ac ipsę addendi Fratres Sammartani *tom.4.Gallie Christianæ fol.656.* Ut propterea non mirum videri debeat, quod Nicolaus V. in sua promissione dictam Abbatiam, seu Prioratum, dictamque Præposituram pro finibus Sabaudiæ recensuerit, cum saltem esse intra fines Sabaudiæ, & Pedemontis satis pateat, ex superius deductis, quodque habeat plura bona in Sabaudia, quodque sint Jurisdictioni Archiepiscopi Sabaudicensis, imo & in Provinciis exteris subjecta, indeque verisimile sit eundem Pontificem dijudicasse, congruum esse, quod illa non providerentur, nisi prævia intentione, & consensu Ducis, ex ratione in priori concessione consideratâ, nempe ne sui status succederet dispendium, aut alia quævis adversitas intestina; quæ quidem ratio semper fuit causa, quod in nonnullis locis limotrophis, seu limitaneis similes concessiones Principibus
43. fuerint factæ, ut observant Marta *de Jurisdict. part. 2. cap.40. sub num. 27. vers. sed propter Zipæus de Jurisdict. Ecclesiast. & Civil. lib. 1. cap. 37. num. 3:* namque ex Congruentia, & verisimilitudine probari fines bene tradunt *Gratian. discept. forens. cap. 883. num. 6.* & firmavit *Rota in recentior. decis. 334. num. 3. par. 2. & coram Carill. decis. 65. num. 10.* & alii apud Reverendiss. Zaulium *Obser. ad Stat. Faven. lib. 3. rub. 37. num. 10.*

Nec valebit isto Casu à dicta ratione arguere, quod concessum pro Ducatu Sabaudiæ, sit dicendum fuisse etiam concessum pro Principatu Pedemontano, cui pariter convenire potest generalitas ejusdem rationis, tum quia id non est absolutè verum, ex quo dicta ratio potentiori causa convenire videbatur Sabaudiæ, quæ ultra montes, & Italiæ fines existens, & cujus incolæ, & habitatores vicinitatem habentes præsertim cum Elvetiis, plerumque fœdera cum eis in perniciem sui Status inire solebant, prout etiam postmodum injerunt, ac propterea Duci Sabaudiæ plurimum interesset, quod illis Ecclesiis præessent personæ Duci, & Statui bene affectæ, aut saltem non suspectæ, & quę nihil contra Statum prędictum pro tempore attentarent, ut facilè evenire posset, prout ponderavit Clemens VII. in simili indulto, quod hac eadem de causa concessit Carolo Duci Sabaudię, ejusque Primogenito, quoad Ecclesias *Gebbenen. & Lausanen. impress. post Consultat. Præsid. Fauzonii juxta Edit. factam Taurini* 1675. Tum quia in similibus concessionibus, seu Privilegiis particularibus, sive loco, aut
44. Provincię, sive Personę concessis non fit extensio ex sola identitate rationis, ut respectu similium Indultorum fuit pręcipuè dictum à *Rota in Barchinonen. Canonicatus 9. Junii 1645. §. Nec demum visa fuit coram Verospio, impress. post Dianam resol. moral. part. 8. decis. 9. & in recent. decis. 276. num. 12. par. 11. & decis. 65. num. 2. & 3. par. 15. & decis. 134. num. 3. par. 18.* Imo neque ex ejus majoritate *Rota coram Verall. decis 85. num. 2. & 3. part. 2.* eadem propemodum ratione, quia virtus, & efficacia horum Privilegiorum non dicitur pendere à ratione, sed à voluntate, & intentione, quę cum
45. solùm ex verbis concedētis colligi possit, ideo ad loca, & personas, ad quæ voluntas, seu intentio fuit directa, sunt restringenda *Donat. Rer. regular. tom. 1. tract. 6. de extens. Privil. qu. 1. n. 4.* Pręsertim si sint odiosa, & exorbitantia, quod Privilegia omnia essentialiter habere dicuntur, cum fere semper contra Jus commune aliquid statuant, concedaturque iis id, quod à Jure communi exorbitat, & ideo neque ex identitate, aut congruitate, neque ex majoritate
46. rationis sunt extendenda, juxta latè tradita per Interpretres *in l. Jus singulare ff. de Privileg. & in cap. sane eodem tit.*

Sicuti ad effugiendam evidentiam pręfatę demonstrationis, nempe finium expressionis factę in Promissione, de qua quęritur, minimè juvabit dicere, quod pars, in qua illa fuerat facta, sit dicenda potius exceptio eorum, quę proximè fuerunt dicta, quàm ampliatio prioris concessionis, ex quo postquam fuerat promissum per summum Pontificem, quod neminem pręficiet ad quarumcumque Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium Dignitatum regimina, nisi habitis prius intentione, & consensu ipsius Ducis, ut in verbis per nos in principio relatis, postmodum addidit, *de aliis vero Dignitatibus, videlicèt post Pontificales majoribus, & Prioratibus Conventualibus, ac aliis dispositioni nostræ generaliter reservatis in districtu præfato Personis providebimus idoneis, non nisi fuerint de locis ditionis ipsius Ducis, aut sibi grata, vel accepta de aliis locis oriunda:* Et immediatè prosecutus fuit cum Verbis. *Præterea Prioratus Tallveriarum &c.* atque sic videatur, quod à Prioratibus, & Dignitatibus sibi reservatis, de quibus proximè loquutus fuerat, voluerit excipere Prioratus illos Tallveriarum, Ripalię, & Novalitii, ac Pręposituram Montis Jovis, & illa pariter esse providenda cum intentione, & consēsu ipsius Ducis. Etenim totus iste discursus ex lectura ipsius Promissionis Pontificię penitus eliditur: nam dato etiam quod omnia dicta verba videantur continere tria capita, ut voluit Pręses Fauzonus in principio suę Consultationis scriptę favore Serenissimi sui Ducis, & impressę, ut jam monuimus apud Pinsonium *tom. 2. tract. de la regale fol. 491.* ut in verbis paulo ante recensitis, adhuc tamen ista tria Capita continentur sub unica, & continuata oratione, & pręsertim duo priora, in qua Pontifex suam promissionem duplici modo ampliavit,

vit, primò eam extendendo, ut etiam quoad beneficia sibi reservata, quæ non erant providenda perquisitâ intentione, & habito Consensu Ducis, tamen essent providenda personis de locis ditionis ipsius Ducis, aut alienigenis sibi gratis, & iterum decernendo, quod dicti tres Prioratus, & una Præpositura tanquam existentia in finibus pari modo essent cum intentione, & consensu Ducis providenda, & quidem quoad hoc factâ ampliatione per dictionem *Præterea* eodem modo, quo Justinianus Imperator *in §. Præterea 31. Instit. tit. de action.* ampliaverat ea, quæ antea dixerat *in §. Actionum 28. eod. titul.* nempe quasdam actiones esse bonæ fidei, quasdam stricti Juris, hac eadem dictione, hisce duobus actionum generibus, addendo tertium, quod est ejusdem divisionis, subjecit, ut totidem verbis ibi explicat *Harprecht. num. 1. in princ.* eum natura dictionis præfatæ sit extendere mentem, & actus dispositionem protendere juxta cumulata per *Molin. de Brach. sæcular. &c. cap. 3. num. 12. & Barbos. diction.* 280. *num.* 2. Ponderatis præsertim illis verbis ejusdem ampliationis *nisi similiter &c.* quæ eum referent omnimodam similitudinem concessionis antea factæ, ut probat *Rot. coram Cocein. decis.* 2121. *num.* 24. censentur esse posita per viam principalis dispositionis, non autem exceptionis, ut in explicando Indulto dixit eadem *Rot. in Romana Beneficiatus S. Jo. in Laterano impress. in Recent. decis. 33. n. 6.*
47. *& seqq. par.* 17. cum natura exceptionis sit abstrahere è concessis, non autem à diversis, aliàs enim exceptio non esset de regula, neque de concessis, ut ad explicationem ejusdem Indulti firmavit eadem *Rot. in anteced. decis. ejusdem causæ 16. Junii 1670. §. Et comprobatur coram Bevilacqua.*

Et quidem juxta hunc sensum verba prædicta acceperunt, tam Cardinalis de *Ossat. lib.* 8. *in Epist.* 301. Ad Dominum de Villeroi scriptam, in qua dixit *contengono i sudetti Indulti, che il Papa non proveder à l'Arcivescovadi, Vescovadi, & Abbazie, senza haver havuta prima l'intentione, e consenso del Duca, come anco nelli tre Priorati di Talloeria, Ripaglie della Novalese, & di Monte Giove &c.* quam Guiche non in Historia genealogica Serenissimę Domus Ducum Sabaudię, cujus supra meminimus *c.* 36. *fol.* 753. his verbis: *Le grande zele, & le devotieux respect, que les Princes de Savoye ont toujours eu pour les Papes, & le saint siege, cená procura en divers temps plusieurs graces, & insignes Privileges de Boniface VIII. Nicolaus V. Sixte IV. Innocent. VIII. Jules II. Leon. X. & Clement. VII. entre autres que personne ne pourroit estre promeu à aucun Archevesché, Evesché, Abbaye, ou autre Prelature de Estats de Savoye, mesmes aux Prieurés de Taloyres, de la Prevosté de montion, quil ne fut originaire, & suiet des Ducs de Savoye nommé, & presenté par eux à sa Saintete, le quel le Pape Clem. VIII. confirma auec Eloge à Carles Emanuel le 19. de mois de Juin de l'an 1595.* Ut propterea eum nulla quoad hoc remaneat ambiguitas, non sit de voluntate ipsius Pontificis
48. admittenda quæstio juxta vulgatum Juris consulti responsum *in l. Ille aut ille 25. ff. de legat.* 3. sed semper magis fidenter sit dicendum, quod ex expressione Finium facta per Pontificem in dicta ampliatione suæ Promissionis evidens sit, eandem Promissionem fuisse restrictam ad solum statum Sabaudiæ, non verò ad statum Pedemontis protensam, cum etiam ex sola Prin-
49. cipis assertione, aut enunciativis fines probentur, ut post alios, quos refert, dicit *Menoch. in sap. allegat. cons.* 147. *num.* 21. *in fin. & num.* 22.

Hæc omnia firmiora redduntur ex Summorum Pontificum interpretationibus, & declarationibus, quibus dubjetatem omnem submoverunt, & rem claram, & indubiam reddiderunt, cum ejus sit legem declarare, cujus elt condere: & ideo Beneficium, seù Privilegium
50. Pontificis, ab ipso solùm declarari, & interpretari potest, cujus Imperil est illud concedere *cap. cum venissent 12. de Judic.* cum concordan. plene cumulatis ibi per *Barbos. n. 1. & seq. Fagnan. a. 1. Fermosin. qu. 1. n. 3. & seqq. at per tot. Gonzalez num. 1. & 7. Choikier. de Jarif. Ordinar. in Exempt. par. 2. quæst. 18. n. 1. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 34. Salgad. de supplicat. ad Sanctiss. par. 2. cap. 16. num. 5. & 12. Gabriel. cons. 182. num. 14. & seqq. lib. 2. Spad. consil. 226. num. 11. lib. 3. Rota coram Reyas decis. 217. num. 2. & seqq.* & in terminis præcisis hujus Promissionis factæ per Nicolam V. ne dum fassus fuit, sed bene probavit Præses *Fauzonas la sæpe alleg. consult. pro Serenissimo Duce scripta §. Quarto Privilegli Pontificis, impress. per Pinson dict. tom. 2. tract. de la Regale fol. 946.*

Ita enim videtur declarasse fa. me. Clemens VIII. si bene perpendantur ea, quæ sibi dixisse Cardinalem Aldobrandinum dicti Pontificis Nepotem, & Primum Ministrum, refert Cardinalis de Ossat in Epistola scripta ad Dominum de *Villeroy lib. 5. Epist. 163. vers. le dit Seigneur*, nempè; *Che essendo ne' giorni passati vacata una Badia ne Stati del Duca di Savoya, il Papa gli disse, che gliel' haverebbe conferita, se non era questa Protezione*, (erat enim dictus Cardinalis Protector Sabaudiæ) *la quale darebbe da parlare, e che egli haveva risposto, che la collatione d'essa apparteneva à Sua Santità, & non al Duca, e che la riconoscerebbe unicamente dalla Santità Sua, con lasciar più tosto questa Protezione, &c. non mi disse, se il Papa gliel' haveva conferita, o nò, Io credo di sì &c.* & clarius ex alia Epistola ipsiusmet Cardinalis Aldobrandini anni 1600. responsiva ad Nuncium tunc temporis apud Serenissimum Ducem Sabaudiæ existentem super eo, quod Ministri Ducales prætendebant se opponere possessioni Abbatiæ de

de Caramania, quam idem Clemens VIII. post factam à se confirmationem præfato Duci aliàs concessorum contulerat Francisco Cardinali S. Georgii sine consensu Ducis, neque illius requisita intentione, inter cætera scripsit *Ma sappia V. S. che se bene i Privilegii sono confermati da Sua Beatitudine, non comprendono però i Beneficii del Piemonte, e resta esclusa la pretensione di S. A. nell' Abbadia di Caramagna in virtù di questi Privilegii*: quod scripsisse juxta sensum, & interpretationem ipsius Papæ satis resultat, ex illis verbis ejusdem Epistolæ: *havendo io dato parte à Nostro Signore del raggionamento tenuto da lei con li Ministri del Sig. Duca in proposito dell' Abbadia di Caramagna &c.* & aliàs nemini sit controversum Cardinali Nepoti Summi Pontificis, & habenti generalem superintendentiam nogotiorum plenam, & magnam
51. fidem esse adhibendam, eorumque literas dici scriptas de mandato Pontificis, & ex vivæ vocis oraculo super singulis specialiter habito, *Rota in recent. decis. 90. num. 5. par. 9. & dec. 6. num. 19. par. 14.* & post *Turr. de Pact. futur. succ. decis. 19. num. 17.* cum etiam aliis Cardinalibus asserentibus aliquid sibi fuisse dictum à Summo Pontifice in re pertinente ad eorum officium, credendum sit, *Spad. cons. 104. num. 8. & cons. 128. num. 9. lib. 3.* eoque magis quod factum ipsum apertè ostendit, eam fuisse mentem, & declarationem ipsius Pontificis, cum Abbatiam contulisset sine Ducis consensu, & propter hoc super effectuatione gratiæ essent colloquia inter Nuncium Apostolicum, & Ministros illius Aulæ, de quibus Nuncius scripserat Romam, & cui Cardinalis Nepos supradi-
52. cta Epistola responsum dedit; ex facto autem Pontificis, qui Privilegium concessit, aut constitutionem edidit, declarari, & interpretationem recipere illius mentem est notum, & tradit *Rota coram Royas decis: 217. num. 4. & 5.* & in similibus terminis *in Barchinonen. Canonicatus 9. Junii 1645. §. etenim coram Verospio impress. post Dian. resol. moral. par. 8. decis. 9.*

Aliam declarationem longè expressiorem edidit Alexander VII. adversus petitiones Ministrorum Ducalium, qui toto pectore incumbebant, ut ad collationem Abbatiarum vacantium consensus Ducis prius exquireretur. In eo maximo disputationum, & informationum conflictu, illa particularis Congregatio, cujus in principio meminimus, fuit per Summum Pontificem deputata, in qua unâcum Cardinali Corrado Prodatario intervenerunt, septem Præsules ætate, doctrinâ, & probitate probatissimi, nempe Prosper Fagnanus, Christophorus Ronconius, Petrus Franciscus de Rubeis, Joannes Emerix, Stephanus Vgolinus, & Armindus Riccius, quæ sub die 25. Septembris definivit, ac docuit, Abbatias illas non contineri sub Promissione Nicolai V. & aliorum Pontificum, neque venire sub illa expressione, quę pertinet ad conferendas Metropolitanas, & Cathedrales Ecclęsias, atq; Abbatias habita prius intentione, & consensu Ducis. Poscente verò Oratore in Urbe, ut res apud ipsum Pontificem in ejus cubiculo agitaretur, peritissimo ejus ævi Advocato perorante, Summus Pontifex doctissimis illis Præsulibus se se conformans, eorum sententiam approbavit. Unde cum Pon-
53. tificius sensus legē interpetratus fuerit, quamvis per præcedens Prælatorum consilium, oportet hujusmodi interpetrationem locum obtinere, ut inquit Imperator *in l. si Imperialis 11. C. de Legibus*, junctis latè comulatis per *Fajard. allegat. fisc. 33. num. 440. par. 2.*

Præterea animaduertendum hanc declarationem tempore Alexandri VII. factam, constanter sequutum fuisse fa. me. Innocentium XI. ut sic non immerito dici possit eundem iterum id declarasse, si bene perpendantur verba Epistolæ scriptæ ad Reverendiss. Nuntium, sub die 19. Novembris 1681. & præcipuè ibi - *Sua Santità ha risposto, che altre volte per parte de' Duchi di Savoja si è preteso haver Privilegii Apostolici di nominare à tali Badie, ma che esaminatasi diligentemente la materia particolarmente nel tempo d' Alessandro VII. e di Clemente X. si è sempre concluso, non competere à Duchi sopra ciò dritto alcuno, e si è mostrata ferma in questa determinatione.* Et ulterius non temerè dici potest, quod hisce declorationibus acquieverunt, nedum Ministri, sed etiam Serenissimi Duces. Etenim tempore Alexandri VII. Marchio Planitiarum, tunc primus Minister Status, qui usque ab initio controversiæ tunc exortæ fuerat in sensu *che da Sua Altezza si debba desistere dalla pretensione, che ha circa l' istesse Abbadie solite provedersi dalla Sede Apostolica* ut ex Epistola responsiva ad Nuntium sub die 1. Decembris 1659. post factam dictam declarationem à Congregatione deputata, cum adhuc non fuisset facta provisio Abbatiarum vacantium ob moras quas Ministri Ducis Romæ degentes variis prætextibus nectere curarunt; tandem magna sagacitate suum sensum aperuit Cardinali Roberto tunc in illa Aula Nuncio, qui proinde sub die 10. Novembris ita scripsit - *Hò parlato due volte doppo l' ordine del Signor Cardinal Corrado col Signor Marchese di Pianezza sopra questo negozio, e dopo longo discorso, stringendolo per qualche risoluzione, finalmente mi disse: Che se bene i Ministri de Principi non possono molte volte parlare, ne palesare i proprii sensi; con tutto ciò se io gli davo parola di non dir mai, che lui habbia dato parere alcuno sopra questo negotio, mi haverebbe significati i suoi sentimenti, e quello stimava dovesse farsi per terminarlo; Onde havendolo assicurato di tutto, mi disse queste precise parole - E necessario, che per la parte di Roma si cominci à operare, poiche trovandosi qui impegnati, non si risolveranno mai di darsi da loro stessi il torto; Io doppo haverlo ringratiato, continuai*

il

il discorso per scoprire qualche cosa di vantaggio, mà non mi riuscì; mi disse solo, che ci saressimo riparlati: Onde lunedì della passata settimana, essendo egli vennto da me à portarmi la lettera di S. A. per nostro Signore si entrò di nuovo à discorrere di questo negozio, e mi dimandò se credevo, che per questa volta Sua Santità havesse voluto far grazia à Sua Altezza di due delle trè Abbadie vacanti, che si suppongono di libera collatione; gli risposi: che credevo, che Sua Beatitudine non potesse farlo, e che non stimavo bene ne anche motivarne cosa alcuna. Conobbi però nel dirmelo, che lo diceva più per sodisfare à qualche ordine, che per proprio sentimento, e perche mi volesse più chiaramente insinuare, senza dirlo espressamente, ciò che mi haveva accennato nella prima parlata, cioè che non si provedessero tutte l'Abbadie, e si lasciasse particolarmente di provedere l'Abbadia di Susa, supponendosi qui, che sin quando il Sig. Abbate di Verna fù in Roma, gliè ne fosse data intenzione ogni volta, che conforme al solito, la Santa Sede potesse liberamente provedere le altre; Mi disse, che di nuovo era stato supposto à S. A. che l'Abbadia di Susa era Juspatronato, e che in tutte le Bolle era ciò espresso, fuoriche nelle ultime, nelle quali per sbaglio si era tralasciato. Io gli risposi che erano supposti falsi, e che dalli Registri delle Bolle, si poteva chiarire la verità; mi replicò, che era negozio, che bisognava vederlo meglio, soggiungendomi, che mi haverebbe scritto un viglietto sopra questo particolare, il che non hà poi fatto: Onde io che mi accorsi del suo fine, li risposi queste precise parole. Sig. Marchese io scriverò in Roma, che posso provedere le Abbadie di Caramagna, e di Selva; non mi replicò, che con un sorriso, e si licentiò. Io non dubito, che tutto quello, che mi hà detto il Signor Marchese di Pianezza, non sia con saputa, ò consenso almeno di Madama. Et rursùs idem Nuncius adhibendo majores diligentias, cum fuerit alloquutus Episcopum Vercellensem Consiliarium Status, sub die 17. ejusdem Mensis Novembris, anni 1661. scripsit *Con l'Ordinario passato rappresentai riverentemente à V. E. tutto quello havevo potuto ritrarre dal Signor Marchese di Pianezza per la terminatione dell' affare di quest' Abbadie, ora devo soggiongere; che havendo discorso con Monsignor Vescovo di Vercelli, il quale è del Consiglio di Stato, mi hà confidentemente detto, che crede, che finalmente Sua Altezza sia per acquetarsi à quanto Nostro Signore si compiacerà risolvere in questo negozio, sperando S. A. che tanto in quest' affare dell' Abbadie, quanto in altre occasioni Sua Santità sii per honorarla di qualche gratia. Io gl' hò risposto, che sua Beatitudine non haverebbe lasciato di far conoscere à S. A. il suo paterno affetto in qualsivoglia occasione, dove le cogionture glie l'havessero permesso:* Quæ acquiescentia ei fuit in memoriam revocata occasione controversiæ subsequenti Anno exortæ, ut constat ex Epistola eidem scripta sub 30. Julii 1663. in qua inter cœtera hæc habentur: *E molto ben noto à V. S. che quando si trattò da Nostro Signore di conferire l'Abbadie di Caramagna, Selva, ed altre non volesse farlo, se non con la sola autorità, che le competeva, e secondo il dettame della propria coscienza, come si è prattieato per longhissimo tempo dagli altri Sommi Pontefici, senza che vi sia concorso il consenso, ò compiacimento del Signor Duca. E se bene da Sua Altezza, e dalli suoi Ministri si procurò di sostenere la pretentione in contrario, ad ogni modo riconoscendo l'evidenza delle ragioni, che assistevano à Sua Beatitudine, & alla S. Sede, finalmente si acquietorno con significare à V. S. remanere l'Altezze loro appagate, e che però si sarebbe potute venire alla spedizione, & al possesso di esse Abbatie, come seguì.* Prout etiam tempore Clementis X. quo regnante res pariter fuit examinata, & declarata, ut constat ex verbis Innocentii XI. paulo ante relatis. Cum enim esset exorta controversia super quadam Abbatia Gebennensis Diœcesis Serenissimus Dux tunc vivens, dixerat Nuntio: *Che delle cose di Piemonte, ove si risguardino i sentimenti di cotesta Corte, lasciarebbe correre &c. ma che non vuole in modo alcuno, che se gli tocchi la Savoja*, ut ex Epistola ejusdem Nuntii sub die 29. Martii 1673. Et tandem tempore Innocentii XI. quem pariter rem istam declarasse ex ejus verbis paulo ante recensitis ostendimus: licèt provisis à Sede Apostolica possessionem diù distulissent, tamen non obscurè elicitur acquievisse Serenissimos Principes, ex quo post factam dictam declarationem Ducissa tunc Regens enixè rogaverat Summum Pontificem pro Collatione Abbatiæ S. Pontii Nicienſis Diœcesis in Abbatem Spinellum suum familiarem, ut constat ex Epistola Nuncii sub die 24. Februarii 1685. cui sub die 10. Martii fuit data responsio: *Per l' Abbadia di S. Ponzio Nostro Signore si trova già in qualche impegno, e però non hà luogo di compiacere Madama nel conferirla al soggetto da lei raccommandato.* Ex his enim otieri acquiescentiam manifestè probatur; cum alioquin quolibet modo acquievisse satis esset, ut finita tot declarationibus controversia, instaurari non patiatur auctoritas, ut rescripserat Imperator in *l. ad solutionem S.C. de re judic.*

Cœterum difficultas omnis removetur ex observantia subsecuta, cujus firmitas apparet ex provisionibus per sæculum factis à Summis Pontificibus, etiam repugnantibus aliquando Ministris, & ipsis Serenissimis Ducibus petentibus pro personis, vel ab ipsis commendatis, vel per antecedentem consensum, & intentionem Summis Pontificibus significatis; quas personas semper illi rejecerunt, & spontè, ac liberè, arbitrioque suo Abbatias, & Monasteria contulerunt. Etenim omissis Provisionibus de quibus nullam controversiam fuisse apparet relatis in *Summ. Num.* 34. Ita se gessit Clemens VIII. usque ab initio post Confirmationem privile-

vilegiorum factam favore Serenissimorum Ducum: anno enim 1595. Idibus Julii Monasterium S. Salvatoris Majoris contulit Guidoni Cardinali Pepulo excluso filio Comitis Ripæ pro quo Serenissimus Dux suam intentionem aperuerat, eaque collatio suum habuit effectum. Et præter Abbatiam de qua jam ante meminimus destinatã Cardinali Aldobrandino initio anni 1599. de mense Aprilis 1600. aliam Monasterii de Caramania contulit Francisco Cardinali S. Georgii tit. S. Clementis reservata pensione scutorum 500. favore Cardinalis Bevilacqua, non modo nullo Ducis consensu requisito, sed etiam ipsius Ministris possessionem frustrà impedientibus; in qua possessione provisus totâ vitâ permansit. Ita etiam se gessit Paulus V. in Abbatia de Caramania, in qua Dux Juspatronatus sibi vindicabat, ob eamque causam Cardinalem Burghesium nominavit; qui Cardinalis initio neque acceptavit nominationem, neque rejecit, cum id penderet ex probationibus Jurispatronatus, de quo cum nihil constitisset, Abbatia liberè fuit eidem Cardinali collata, isq; Nũcio scripsit ex provisione Abbatiæ in ejus personam non fuisse Sedi Apostolicæ præjudicatum. Ita servatum tempore Urbani VIII. in Abbatia S.Stephani de Prarolo Vercellen. Diœc. collata Cardinali Antonio nepoti cum pensione scutor. 500. pro Cardinali Verospio, quamvis Serenis. Dux desiderium suum pro D. Alexandro Estensi patefecisset, & in Abbatia de Caburro collata Equiti Cassiano à Puteo, & si Serenessima Ducissa Tutrix summis precibus pro Abbate Mondino contendisset. Ita servatum tempore Alexandri VII. à quo collata fuit Abbatia de Vezzolano Abbati Compagno anno 1657. excluso Abbate Aghemio proposito à Serenissima Ducissa. Prætereo multas alias vacationes anno 1659. quæ occasionem dederunt memoratæ controversiæ à Congr. deputata eo tempore definitæ quo tempore nullis precibus, nullisque moris, ut diximus Ministri Ducales S. Pontificem à liberis collationibus abducere potuerunt: quibus Ministri Ducales tandem, sicut monuimus, acquieverunt facta collatione Abbatiæ de Caramania in personam Cardinalis Chisii, & S. Mariæ de Muleggio in personam Cardinalis Bichii, & Abbatiæ S. Januarii in Abbatem Nomis, & Monasterii S. Mauri Persinii in Abbatem Aghemium, & S. Justi in Abbatem Scaglia. Ita servatum tempore Innocentii XI. qui anno 1681. contulit Prioratum Castelletti Eminentiss. Cardinali Ginetto exclusa intentione Serenis. Ducissæ, item Abbatiam S. Januarii Eminentiss. Sacchetto, nulla habita ratione Abbatis Pallavicini, pro quo Serenis. Ducissa suum desiderium aperuerat, & in Abbatia S. Pontii, pro qua cum D. Ducissa designasset Abbatem Spinellum, responsum fuit à Summo Pontifice, jam alteri esse destinatam, ut supra retulimus. Quin etiam Summus Pontifex nunc fæliciſſimè regnans petente Domino Comite de Gubernatis pro suo filio, cui Serenis. Dux intentione Sua favebat; tamen Abbatiam S. Mariæ de Silva contulit R. P. D. Thomato, & Abbatiam S. Salvatoris in Diœcesi Taurinen. contulit dicti D. de Gubernatis filio, excluso D. Abb. de Turnon. à Serenis. D. Duce jam commendato, & Abbatiam de Caramania nullo præcedente Serenis. Ducis consensu contulit R. P. D. Masserano. Quæ omnia evidentissimis probationibus constant ex eodem Summario. Hæc autem observantia rem omnem opti-
54. mè declarat, nam quemadmodum in legum interpretatione plurimum valet usus, & consuetudo, quæ legem confirmat *l. si de interpretatione ff. de legibus*; similiter imo potius in Privilegiis, quorum vis totà in usu, & observantia consistit, aliàs enim nullius momenti redduntur, ut communiter notatum *in l. 1. ff. de Nundin. & in cap. Accedentibus de Privileg.* omnis interpretatio ex eo, quod servatum fuit, est desumenda; ut luculenter disserit *Larrea alleg. fiscal. 92. num. 1. & 2.* Ita quidem, ut hujusmodi observantia privilegium interpretans sit attendenda, etiamsi esset contra proprietatem verborum, & intellectus esset malus, & contra id, quod esset de jure verius, ut perpetuò firmavit Rota in similibus terminis *cor. Royas decis. 276. num. 7. in rec. decis. 375. num. 9. par. 9. decis. 261. num. 8. par. 14. decis. 65. num. 12. par. 15. decis. 253. num. 8. & 9. par. 16.* & in aliis millenis, ex quo talis dicatur inesse sensus in verbis, qualem observantia, effectusq; sequutus demonstrat, ut pluribus cumulatis dicit *Rocca disput. jur. selectar. cap. 171. num. 8. lib. 2.* & præcipuè hæc omnia reassumendo pro interpretanda hac promissione Nicolai V. scribendo ad favorem Serenissimi Ducis asseruit Præses *Fauzonus in sæpe alleg. consult. apud Pinson. dic. tom. 2. tract. de Regal. §. Tertio, & ultimo fol. 950.*

Nec obesse poterunt ea, quæ adversus nonnullas ex istis Provisionibus afferuntur, & præcipuè quoad Abbatias collatas per Clementem VIII. Francisco de Sancto Georgeo Cardinali Tituli S. Clementis, & Abbatiam collatam per Urbanum VIII. Cardinali Antonio sui fratris filio, quoad fuerint per ipsorum Agentes expeditæ litteræ Placitoriæ Serenis. Ducis; Nam ultra quod non docetur id fuisse peractum de ordine, & prævio consensu ipsorum Provisorum, & quod magis est non docetur fuisse gestum cum scientia, & notitia Summi Pontificis; ad hoc ut ex facto privatorum ipsius liberæ provisioni posset dici fuisse præjudicium illatum, quod tamen esset in specie, & concludenter probandum; itaut nec etiam satis esset probare scientiam illius Officialium, quia
55. scientia Officialium non est scientia Pincipis, ut fusè ad rem, pluribus relatis pro-

bat

bat *Larrea alleg. fiscal.* 92. *à num.* 15. *ad* 23. junctis his, quæ in proximis terminis latè tradit *Francesc. var. resol. cap.* 16. *num.* 72. *& seqq.* Et absque dubio, quoad istas litteras Placitorias, quæ in dominiis Ducis Sabaudiæ vocantur *Placet du Prince*, & alibi *Regium exequatur*, quod tanquam lædens immunitatem Ecclesiasticam, & jus Summi Pontificis communiter
56. damnatum, & reprobatum existit, ut videre est apud Abbat. *cons.* 83. *lib.* 1. *Azor. Instit. moral. tract.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *vers. sexto quæritur. Laderch. cons.* 103. *num.* 4. *Del bene de Immunit. Ecclesiast. par.* 1. *cap.* 8. *dub.* 10. *num.* 15. *Pueron. in Bull. Cœn. Domini cap.* 13. *num.* 55. & nominatim reprobato *Thesauro decis.* 131. ubi scripserat ad tuendas litteras Placitorias, quæ in Statibus Ducum Sabaudiæ sunt in praxi, *Mar. Antonin. var. resol. lib.* 1. *cap.* 91. *num.* 2. *Dian. resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 63. *Fermosin. in cap. Ecclesia S. Mariæ quæst.* 19. *num.* 4. *de rescript.* Et fuit resolutum in Mediolan. Oeconomatus à Congregatione Particulari nonnullorum S. R. E. Cardinalium Congreg. Concilii super nonnullis controversiis exortis inter Cardinalem Littam Archiepiscopum, & Oeconomum Regium deputatæ, in qua cum pro tertio dubio fuisset petitum, num liceret d. Oeconomo Provisos etiam auctoritate Ordinarii cogere ad recipiendum ab ipso placitum Regium *die* 15. *Januarii* 1667. re pluries examinata, ac maturè perpensa fuit resolutum: *non licere*, ut legere est *in lib. Authograph. Sac. Congreg. Conc. lib.* 25. *fol.* 311. Animadvertendum quod litteræ istæ placitoriæ, quæ per abusum in nonnullis Principatibus practicantur, nihil habent
57. commune cum jure præstandi consensum ante Electionem, seu provisionem faciendam, seu in actu, in quo ea fit, quod est id, de quo quæritur; sed solùm respiciunt licentiam, quam asserunt esse petendam post electionem, seu collationem jam factam ad effectum capiendi possessionem, ut scribunt plures ex illis, qui Principibus Laicis inservientes illarum usum defendere conantur, & præcipuè *Angel. cons.* 23. *Ansal. de Jurisdict. par.* 2. *tit.* 7. *cap.* 3. *num.* 25. *& seqq.* qui ulterius *num.* 33. ad defendendum earum usum dicit illas expediri ad majus implementum Electionis, seu Provisionis jam factæ, *Amat. var. resol.* 72. *num.* 27. ubi supponit jam præexistere litteras Apostolicas, quod etiam supponunt *Mastrill. de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 220. *Oliva de foro Eccles. lib.* 1. *quæst.* 22. *num.* 6. *&* 7. & alii, imo supponunt iidem Scriptores Sabaudi, nempe *Thesaur. d. decis.* 131. *num.* 4. *&* 12. ubi distinguit inter actum collationis, & actum capiendæ possessionis *Germon. de Sac. Immun. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 42. qui pariter distinguit inter consensum ante, & post Electionem dicendo, quod ille, qui datur electione jam perfecta dicitur litteræ Placitoriæ, seu *Placet du Prince*.

Sicut nec obesse poterit quoad provisionem Abbatiæ de Caramania factam per Paulum V. Cardinali Burghesio, quod idem in Epistola quā scripserat Serenissimo Duci die 8. Octobris 1605. eundem certum fecerit quod Comes de Verrua impleverat munus demandatum, sibi significando, quod Abbatiam Caramaniæ idem Dux in sua intentione ipsi destinaverat, & Cardinalis gratias egerit dicens: *Ha adempito il Sig. Conte l' offizio di piu, che V. A. si è degnata d' imporli nel particolare dell' Abbatia di Caramagna destinata nella sua intentione alla mia persona. Io le ne rendo gratie &c.* Quia ex istis verbis de perse sumptis non potest elici, quod postmodum idem Cardinalis fuerit de ea provisus cum consensu, & prævia intentione ejusdem Ducis, Pontifici significatâ ad effectum ut illius vigore esset facienda collatio: cum ex actibus merè internis Jus, aut obligatio inter homines non nascatur, unde vulgatum illud quod cogitationis pęnam nemo meretur, ut notat Grotius. *de Jur. bell. & Pac. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 18. Sed ex facto cessat omnis illatio ex dictis verbis facta, tam ex quo in ipsa Epistola, quæ mutila, & manca adducitur, præcedenter fuerat scriptum. *Nel negotio del Vescovado di Saluzzo le ho desiderato, e procurato ogni gusto come ben sa il Sig. Conte di Verua suo Ambasciatore, ma persistendo Nostro Signore nella sua deliberatione, che si debbano raccomandare piu soggetti a quella Chiesa &c. confido che ella mi favorirà satisfarsi della mia volontà, anziche anco giudicherà di doversi satisfare tanto piu di quello, che Sua Santita delibera &c.* & paucis interiectis fuerunt postmodum scripta prædicta verba. *Ha adempito il Sig. Conte l'offizio di piu &c.* Et sic ex verbis istis antecedentibus bene declaratur, quod subsequentia non fuerint intellecta de intentione requisita in beneficiis, de quibus loquitur promissio Nicolai V. sed etiam quia licèt re vera Dux ipsum nominasset juxta intentionem antea in mente conceptam; attamen idem Cardinalis in Epistola, quam eadem die scripserat ad Nuncium declaraverat oblationem sibi fuisse factam cum supposito, quod esset de Jure Patronatus dicens: *Della nominatione scrive il Sig. Duca a me medesimo, che ne ringratio S. A. con l' inclusa* (quæ erat Epistola mox relata) *senza dirli però, che ne si accetti, ne si recusi, dovendosene deliberare dopo che si faranno esaminate bene le raggioni predette del Padronato*, de quo cum nihil constitisset, Abbatia fuit eidem liberè per Summum Pontificem collata, ut jam monuimus, declarans præterea idem Cardinalis ex dicta provisione nullum fuisse Sedi Apostolicæ prejudicium illatum, ut in Epistola scripta Nuntio præfato sub die 5. Novembris ejusdem anni 1605. -- illis verbis: *Replico con queste parole, che si come non si è pregiudicato alla Collattione della Sede Apostolica col provedere l' Abbadia di Caramagna in mia per-*

persona, cosi &c. Parùm obstante enunciativa emissa ab ejusdem Cardinalis Procuratore in precibus porrectis pro obtinendis litteris Placitoriis, quibus dixerat ipsum Cardinalem fuisse provisum ad Nominationem Ducis, cum non potuerit absque mandato speciali præjudicium inferre facti veritati, & multo minus juribus Sedis Apostolicæ, & Summi Pontificis, ut superius probavimus, & in fortioribus terminis bene, & latè probat Francesc. *var. resol. allegat. cap. 16. num. 59. 66. & seqq.*

Eademque responsione evitantur ea, quę ad obumbrandam liberam provisionem factam ab Urbano VIII. Cardinali Camporeo elicere contendunt ex Epistola ab eodem Cardinali
58. Duci scripta. Nam præterquamquod verba inibi posita sunt potius officiosa, & urbanitatis, quæ in similibus Epistolis scripta nihil probant Valenzuel: *cons. 69. num. 201. lib. 1.* Verba Epistolæ non possunt probare id, quod per Epistolam induci non valet *l. in Epistolis*, & ibi *Bart. in princ. C. de Probat.* cum aliis *per Mascard. de Probat. concl. 726. n. 51.* Unde cum Jus, de quo agitur Sereniss. Duci non potuisset tribui per Epistolam privati, & non habentis facultatem illud concedendi, minus potest dici idem ex illa probari præsertim in prejudicium Sedis Apostolicę, & Summi Pontificis ad bene tradita per *Francesc. dict. resol. 16. num. 80. in fin.*

Hisce igitur objectionibus jam remotis, assertâque jam, atque perspicuè vindicatâ observantiâ in favorem Datariç, frustra Ministri Ducales asserunt eam sibi favere contra id, quod suadere studuit Magnus Cancellarius Boschettus, in Instructione data Comiti Provanę tunc Romę pro Serenis. Duce residente, in qua scripsit, *Non si faccia mai forza sopra il possesso, ne si dica tanto francamente, come hanno fatto alcuni di quelli, che hanno scritto, che l' uso invetchiato, & uniforme milita a favor nostro, perche questo sarebbe negato, e contradetto, e non potendo noi provare sufficientemente la nostra propositione, e molto piu soccombendo all' oppositione contraria perderessimo notabilmente.* Et quidem optimo Jure cum exempla, quę pro illa affirmanda afferuntur, vel sunt supradicta ex litteris placitoriis suum Jus deducentia, vel sunt de Abbatiis, & beneficiis de Jurepatronatus Serenissimorum Ducum, ut sunt illę Casanovę Altacombę, Staffardę, & similes, nec proinde ullam mereri possunt considerationem pro firmanda prętensa observantia. Cętera, quę pro illa confirmanda ponderantur, nullius sunt momenti.

Nam quatenus primo loco afferuntur Privilegia, quibus Pontifices promissionem Nicolai V. confirmarunt, vanum est dicere ex illis probari observantiam pro interpretanda illius dispositione; cum nemini sit controversum, quod Confirmatio Privilegii Jus novum non tribuit, sed tantùm Juri antea tributo robur addit *cap.*
59. *cum dilecta. 4. de confirm. util. vel inutil.* Et ibi scribentes præcipuè Gonzal. *in comment. nn. 4.* Roman. *cons. 371. sub num. 3. vers. nec confirmatione*, Rota *in recent. decis. 604. num. 1. part. 4. tom. 1. & decis. 253. num. 13. part. 11.* Neque extendit actum ultra nativam capacitatē, & aptitudinem, neque illius effectum adauget
60. ultra id, quod claudit confirmabile Alexan. *cons. 123. num. 20. lib. 4. Larrea alleg. fiscal. 73. num. 5.* Rota *inter divers. decis. 429. nn. 1. par. 2. & in recent. decis. 689. num. 5. & 6. part. 4. tom. 3.* Unde cum in promissione Nicolai V. non fuerit dictum illam esse factam etiam quoad Principatum Pedemontanum, minimè id poterit declarari, & interpretari ex successivis Confirmationibus, quemadmodum ex Oraculo Clementis VIII. qui postremus Privilegia confirmavit, declaravit Cardinal. Aldobrandinus ejus Nepos in Epistola, cujus antea meminimus illis verbis. *Ma sappia V. S. che se bene i Privilegii sono confermati da sua Beatitudine, non comprendono però i Beneficii del Piemonte.*

Quatenus verò secundo loco prætenditur elici ex testimoniis Germonii, Godofedi à Bavo, Auctoris in certi editi per Doviat, & Guichenoni, nec non ex enunciatis per Rotam coram Puteo *decis. 23. alias 25. lib. 2. in Correct.* & coram Crescent *decis. 16. de Probation.* Animadvertendum quoad scriptores præfatos, ultra responsiones eorum dictis superius datas,
61. quod cum ipsi deponant de iis, quæ sunt facti, nullatenus eisdem deferendum, nisi factum probent *Dec. cons. 472. num. 17. lib. 2. Cacheran. decis. Pedemont. 141. num. 16. Thomat. decis. 31. num. 18. Rot. coram Moedan. decis. 2. Consuetud. alias 209. & coram Ottobon. dec. 169. n. 14.* Quo verò ad decisionem Rotæ coram Puteo notandum, quod ibi agebatur de Diœcesi Gebennensis, quæ ad Sabaudiam spectat, & proinde ad Principatum diversum non extendendum id, quod Romana Ecclesia, alicui certâ ratione inspectâ, singularibus voluit beneficiis indulgere, ut rescripserat Alexander III. *in cap. sanè 9. de Privileg.* junctis cumulatis per Jo. Antonium Bellon. *cons. 41. num. 37. 38. 42. & 43.* & ulterius in ea agebatur de articulo penitus diverso: an scilicèt Privilegium Duci Sabaudiæ concessum comprehenderet Parochiales reservatas, in quo fuit resolutum negativè, quia illas non comprehendit littera Privilegii, cujus dicit strictam esse faciendam interpretationem. Demum quoad decisionem coram Crescentio observandum, quod in ea pariter agebatur de reservatis, & dubitatum fuerat: an provisus Apostolicus esset dicendus Duci gratus, nec ne, facta resolutione, quod esset præsumendus gratus, cum per actorem non esset concludenter probatum, quod fuerit eidem Duci ingratus, & quod magis est agebatur de proviso in Diœcesi Eduensi, ut legitur in Editione earundem decisionum correctarum per Canonicum Pasqualinum, & impressarum Romæ 1617. in

4. absque eo quod sit corrigendum Eluen
prout forte faciendum crassâ Minervâ putave-
rat Cantalmajus *in Indic. decis. fol.* 114. cum
Elua sit Urbs Galliæ Borealis in Comitatu Fli-
tensi, nec penitus sit legendum Abreducen.,
prout in Corruptis earundem decisionum im-
pressionibus fuerat positum, cum hæc sit Diœce-
sis somniata, & non existens, quæ quidem Diœ-
cesis Eduensis, sive Heduensis, Aeduensis, sivè
Oeduensis, sive Aedusiensis, pro iisdem enim no-
mina ista fuerunt accepta per Strabonem, Pto-
lomeum, Melam, Tacitum, & alios, ut notat
Joannes *Thryllius in Collect. Commentar. ad Al-
ciat. Emblem. 2. ad verb. Hedui fol. mihi* 20. ita
est dicta ab Edua, quæ est Urbs Galliæ Celti-
cæ, Episcopalis sub Archiepiscopo Lugdu-
nensi, vulgari sermone Autun, & latinè ad
præsens Augustodunum etiam dicta, ut subdit
Baudrand. in Lexic. Geographic. verb. Hedua,
estque sita in Radice Cinisiorum Montium,
amplissimamque habet Diœcesim, quæ præter
sexcentas Parochiales Ecclesias, continet plu-
res Abbatias, Prioratus, necnon Canonicorum
Collegia, Cappellas, & Monasteria, ut scribunt
Fratres Sammarthani *in Gallia Christiana tom. 2.
fol. 26. sub litt. A. & B.* & sic in eadem Diœcesi
uti Sabaudiæ finitima contingere potuit, quod
Prioratus ille, de quo fuerat actum in illa de-
cisione, vel existeret, vel magna ex parte sua
bona possideret; cum aliàs sit certum, quod
62. Duces Sabaudiæ plura bona habebant intra
Galliæ fines, & præsertim Delphinatus, itaut
eorum Terræ essent conclavatæ, & commixtæ,
ut dicit *Franc. Marc. decis. Delphinal.* 333. *pro-
xime ante num. 1. par. 2.* indeque diversis tem-
poribus inter Sabaudiæ Duces, & Reges Fran-
ciæ, plures pactiones, & permutationes factæ
fuerunt, & præcipuè anno 1355. inter Ludo-
vicum Regem, ac Carolum ejus filium Del-
phinum Viennensem, & Amedeum Comitem
Sabaudiæ, de quo *Franc. Marcus in dicta deci-
sione*, & latiùs in Capitulis ejusdem pactionis
impress. apud *Guichenon. lib. 3. suæ Histor. Ge-
neologic. Dom. Sabaud. fol.* 188. *& seqq.* Et anno
1601. inter Henricum IV. & Ducem Carolum
Emanuelem, ut in Capitulis apud eundem
Guichenon. ibidem fol. 548. *& seqq.* & apud *Mar-
tam de Jurisdict. par. 1. cap. 40. num. 4.* Ut
propterea denuo recurrat responsio, quod ab
his, quæ fuerant dicta in decisione Crescentii
de Privilegiis quoad Prioratum Eduensem ad
63. Sabaudiam aliquo modo spectantem, nulla
possit fieri illatio ad Abbatias, & Prioratus
Principatus Pedemontani, ex vulgata juris re-
gula, de qua *in l. inter stipulantem 88. §. Sacram
ff. de verb. signific. in l. Papinianus 21. ff. de mi-
norib. & aliis concordan.*

Quatenus autem tertio loco animadvertitur
in Executores nominatos in Privilegiis; cum
non solùm Episcopi Sabaudiæ, sed etiam Pe-
demontani in iis deputati legantur; Animad-
vertendum, quod in Promissione Nicolai V.
nullus fuit deputatus Executor, & in Privile-
giis Confirmatoriis ideo fuerunt deputati Exe-
cutores Episcopi utriusque Status, quia fue-
rant confirmata Privilegia commodum utrius-
que Status respicientia; cum alioqui sit cuique
64. notum Exequutores in litteris Apostolicis de-
putari ad petitionem, seu nominationem Par-
tium, ut testantur *Amayden. de styl. Datar. lib. 1.
cap. 5. num. 36. Rosa de Exec. litt. Apostolic. lib. 1.
cap. 2. num. 70. & seqq. & cap. 3. num. 9.* Et
alii ab ipsis relati. Unde nulla ex hoc valet
elici observantia, sive favorabilis, sive contra-
ria, ex qua possit interpretari Promissio, de qua
agitur.

Demum quoad id quod dicitur de obser-
vantia circa Provisionē Episcopatuum pariter
contra monitum datum à præfato Magno
Cancellario Bolchetto in Instrutione memo-
rata, in qua scripserat: *Anco si deve avver-
tire di non cavare argomento per le Abbazie da
quello che si prattica ne Vescovati, perche questo
potrebbe nuocere alli Vescovati in luogo di giova-
re all' Abbazie, trattandosi con persone accortis-
sime molto gelose de loro vantaggi, e che havendo
il coltello per il manico se ne valeranno in quel
modo, che le tornerà maggiormente à commodo &c.*
Animadvertendum, quod Summi Pontifices in
Episcopatuum provisionibus preces, & com-
mendationes Principum exaudiunt quantum
cum Deo possunt, & Ecclesiæ commodo, &
bono regimine credunt expedire: At si aliter
ipsis videatur, iis spretis, liberè conferunt, &
65. Reges, & Principes acquiescunt, ut scripse-
rat Eugenius IV. ad Regem Portugalliæ, in
verbis supra per nos relatis, quæ etiam quo ad
hanc partem refert *Thomassin. de Veter. & nov.
Eccles. disciplin. circa Benefic. & Beneficiar. par. 2.
lib. 1. cap. 45. num. 3. in fin.* Et sic est in eorun-
66. dem Pontificum facultate id facere; Unde
observantia hoc casu debet referri ad actus me-
ræ voluntatis, quæ proinde non potest prodes-
se ad interpretandam concessionem, ita ut ex
tali interpretatione inducatur necessitas ita fa-
ciendi, ut bene ad rem *Geminian. cons. 45. sub
num. 5. Ferrett. cons. 33. sub num. 4. Larrea alleg.
fiscal. 92. num. 6. Rota decis. 308. num. 11.
par. 17.* Cum aliter dicendo esset admittere
absurdum, quod nempe ex observantia sequuta
in Provisionibus Episcopatuum fuisset inducta
res penitus diversa, & contraria verbis promis-
sionis factæ per Nicolaum V. quod non est ad-
67. mittendum; cum tunc quicquid fuerit ser-
vatum, non diceretur usus, sed contrarius
usus, quod non potest prodesse pro interpreta-
tione, ut dicit *Rota inter divers. decis. 47. num. 26.
par. 2.* quam commendat, & sequitur ejusdem
verba referendo *Larrea dic. alleg. 92. num. 8.*

Idque potissimum, cum non sit verum asse-
rere perpetuam observantiam, quoad provi-
siones Episcopatuum Pedemontis esse, quod
illæ

illæ fiant cum consensu, & prævia intentione Ducis, etenim ipsi Summi Pontifices ne dum sæpe illos contulerunt nullo præstito consensu, aut declarata voluntate Serenissimorum Ducum, sed etiam veriti, ne consentiendo eorundem petitionibus, & commendationibus, illi jus sibi aliquod quæsitum putarent, declararunt id ex propria beneficientia proficisci, non autem ex juribus Ducum, quod fecit Clemens VIII. qui eum ageretur de Episcopatu Salutiarum, declaravit Cardinali de Offat: *Che nè il Duca di Savoja, nè il Rè abbiano avuto mai, ò abbiano jus di nominare al detto Vescovado*; Et vi hujus declarationis rejectâ Regis, & Ducis nominatione contulit Episcopatum P. Juvenali, hæc omnia referente eodem Cardinali de Offat *Epist.* 273. Ob eandem quoque rationem, ut scilicèt hujusmodi pariter Pontificum beneficientiæ, non autem Serenissimi Ducis consensui, & voluntati accepta referrentur; idem fecit Paulus V. qui non obstante præcedenti instantia Ducis, ad Episcopatum eundem admittere noluit Theodosium Gattinaram, rationemque, qua Pontifex motus fuit, hisce verbis Nuncio Apostolico significavit Cardinalis Burghesius: *Nasce la ripugnanza di Sua Santità nel pregiudizio, che le parrebbe de fare à questa Santa Sede, che hà la libera collatione del predetto Vescovado, quando lo conferisse à Nominazione del Signor Duca* in Epistola illi scripta sub *die* 8. *Octobris* 1605. cujus etiam supra meminimus. Propterea ne libertas Pontificis in conferendo restricta videretur ad Personas à Duce nominatas, in dicta Epistola eidem Nuntiô insinuatum fuit, quod plures Personæ commendarentur, constanter ipso Summo Pontifice in hac deliberatione permanente. Idemque hac ratione insinuatum fuit tempore Urbani VIII. occasione Vacationis Episcopatus Niciensis, in duabus Epistolis scriptis Nuncio de Mense Januarii 1632. & occasione vacationis Episcopatus Albensis plures Personæ Pontifici oblatæ fuerunt, ut in Epistolis Ducissæ eidem Summo Pontifici, & Cardinali Barberino scriptis de Mense Junii 1642. Notabilis præ omnibus est casus, qui incidit tempore Innocentii XI. quia audita commendatione Serenissimæ Ducissæ pro R. P. D. Ripa, ne putarent Duces Sabaudiæ id de jure sibi competere, restitui jussit Epistolas commendatitias Abbati Cagnolo Inque litteris Nuncio scriptis, hæc verba fuerunt inserta: *E' grazia grande, quando Nostro Signore deferisca alle preghiera del Duca di Savoja, ma se vorranno dar ombra di pretenderlo, farà Sua Santità costretta à proveder d'altro soggetto, quantunque il raccommandato fosse qualificatissimo*. Quamobrem Ministri Ducales factum excusantes injunxerunt Abbati Cagnolo, ut significaret Summo Pontifici eam concessionem, non proprio juri, sed Pontificiæ beneficientiæ adscripturum; Et Episcopatu R. P. D. Ripę destinato, Serenissima Ducissa gratias egit Summo Pontifici. Quę summa Pontificum libertas in conferendis Episcopatibus, nulla habita ratione Nominationum Serenissimi Ducis evidenter cõprobatur ex Pensionibus imponi solitis in dictis Episcopatibus eorum arbitrio personis sibi visis, & ne longam veterum exemplorum seriem percurramus, satis fuerit, afferre Pẽsiones, quas super fructibus Mensæ Episcopalis Taurinẽsis imposuit favore plurium Romanæ Curiæ Præsulũ Alexander VIII. Item, quod Sanctissimum D. N. ex Episcopatu Vercellensi Pensiones quoque aliis attribuit,
68. exemplo Superiorum Pontificum. Quæ exempla prorsùs excludunt jus consensus, & intentionis in Episcopatibus Principatus Pedemontani, quod suo Duci vindicare contendunt ejus Ministri, si vera sunt ea, quæ tradunt *Anton. Fabric. in Introduct. ad Theor. & Prax. Benefic. Tit. de Pension. num.* 38. *& in gloss. lit. T. Tondut. de Pension. cap.* 25. *num.* 14. *& Frassus de Reg. Patronat. Indiar. tom.* 1. *cap.* 15 *num.* 51. *&* 55.

Hoc autem jus, & hanc observantiam, qua Ministri Ducales prorsus destituuntur ex supradictis, frustra conantur elicere ex aliis actibus, qui per ipsos adducuntur. Observantia enim, quæ educitur ex Provisionibus Regis Christianissimi in Statibus Bressiæ, & Pinaroli minimè subsistit. Prætermisso enim, uti supervacaneo, querere quo jure ipsi Reges Christianissimi nominent in Abbatiis Bressiæ, quæ cum sint ultra Rhodanum sitę, bene dicuntur in Promissione Nicolai V. super Statu Sabaudię facta, comprehensę: Unde ex illis Nominationibus nullum argumentum oriri potest favore Serenissimi Ducis. De Abbatia Pinaroli, ex facti historia, prorsus excluditur, fuisse antecedente Regis consensu provisam, eum illius collatio, inter varias controversias ob hanc causam excitatas, & post Regis Nominationem rejectam, dilata fuerit per annos vigintiquinque, quoad Cardinalis Mazarinus libertatem Pontificis in ea conferenda tandem agnitam esse significavit, & ex solo arbitrio Summi Pontificis collata fuit Comiti Michaeli Angelo Brosiæ commendato à Nuncio, & Cardinale Spada, & semel à Pontifice rejecto, cum mandato facto eidem Nuncio *di far riflessione ad altri Soggetti*, & postmodum admisso reiteratis attestationibus ejusdem Nuncii, quod nemo aptior inveniretur, qui tamen Brolia antea jurare coactus fuit: *Di non fare dichiarazione, ò atto alcuno ad instanza di chi che sia, quale in qualunque modo sia, ò possa essere ripugnante alla libertà della Provisione Apostolica*, ut fusè legere est in Epistolis dicti Nuntii Crescentii, posteà Cardinalis sub diebus 24. Maii, 24. Augusti, 30. Septembris, & 26. Octobris 1656. & in integra formula Juramenti per Broliam præstiti. Ita hic provisus Abbatiam retinuit, quam

69. posteà anno 1678. fine ullo Regis consensu Hyacinto Broliç resignavit, quę resignatio ita facta omne jus servitutis excludit,& libertatem providendi favore Sedis Apostolicæ optimè confirmat *Rot.in rec.dec.313.n.5.& 6.par.16.*

Jus verò, quod deducitur ex afferto Privilegio concesso Henrico II. quo supponitur per Julium III. fuisse ad illius favorem confirmatam Promissionem factam à Nicolao V. Ludovico Duci Sabaudiæ, & cætera omnia Privilegia, sive concessa, sive confirmata ab aliis Summis Pontificibus favore Ducum Sabaudiæ, ut ratione ipsius Regis fuerint confirmata tam pro Ducatu Sabaudiæ, quàm pro Principatu Pedemontano, ne dum nihil confert juribus allegatis; sed potius difficultatem omnem removet, & apertè declarat nullum Jus competere Serenissimis Ducibus ad effectum, ut Provisiones Abbatiarum Principatus Pedemontani nequeat fieri, nisi eorum voluntate audita, & consensione accedente. Primò quia Privilegium præfatum, quod Henrico concessum dicitur, revera extaret nunquam fuit doctum, unde Cardinalis de Ossat, qui negotium promovebat coram Clemente VIII. ad favorem Henrici IV. ut vigore ejusdem afferti Privilegii Henrico II. tributi esset Pontifici persuasum eidem competere jus declarandi intentionem, & pręstandi consensum in Provisionibus Abbatiarum Bressiæ, scribens ad Villeregium *in Epist.* 301. dicit *Della conferma di detti Indulti, che il Rè Henrico II. haveva ottenuto per se, non apparisce altro, se non che quello, che Sua Maestà* idest idem Henricus II. *ne haverà scritto di passaggio, & in altro proposito per lettere de 29. Settembre* 1554. *&c.* Deinde quia hoc Indultum, quod dicitur fuisse Henrico II. concessum, fuit solùm, ut præmisimus, à Cardinali de Ossat allegatum coram eodem Clemente VIII. ad tuendum jus Henrici IV. pro Nominationibus faciendis de Abbatiis Bressiæ Provinciæ Galliæ olim ad Sabaudiam spectantis, ut legere est in dicta Epistola per ipsum scripta,& in his,quę ex illius lectione perstringit *Thomassin. de Veter. & Nov. Eccles. disciplin. circa Benefic. & Beneficiar. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 11. nec proinde juvare poterit pro Abbatiis Principatus Pedemontani.

Parum obstante responsione, quod proba-
70. tio concessionis, & comprehensionis in eadem Status Principatus Pedemontani videatur oriri ex declarationibus ejusdem Regis factis pro Ducatu Brittaniæ, & Provinciæ transmissis ad Parlamentum Nannetense die 18. Aprilis, & 29. Octobris 1553. relatis per *Pinson. in dic. Inventar. Indult. & Memoriar. sive tom.* 2. *Trait. des Regales à fol.* 455. *ad* 463. & quarum ipsemet Pinsonius meminit *tom.* 1. *ejusd. Tract. cap.* 14. *num.* 10. in quibus idem Rex dixerat - *Considerato, che à nostra richiesta il nostro sudetto Santo Padre*, nempe Julius III. *ci ha ne giorni passati liberamente accordata, e concessa la confermatione dell' Indulti, che havevano li nostri Predecessori Duchi di Savoja, Principi del Piemonte di nominare, e presentare a i beneficii Concistoriali de nostri sudetti Paesi con altre gratie contenute ne i sudetti Indulti &c.* Præterquamquod hujusmodi declarationes editæ per Pinsonium sunt illæmet, quas extare penes se scripserat Cardinalis de Ossat in memorata Epistola, & ex quibus desumpserat notabilia, ac Villeregium transmissa, ut posset reperiri Privilegium assertum,& quas ipse non judicaverat esse satis ad illud probandum, unde illius Originale reperiri insinuaverat prout nec visæ fuerunt sufficientes ipsi Pōtifici pro concedendis provisionibus Abbatiarum, de quibus tunc agebatur, ad Nominationem Henrici IV. vigore afferti Privilegii Henrico II. concessi. Plura sunt animadvertenda, & primò dictas declarationes fuisse factas consequenter ad alias declarationes ab ipsomet Rege antea factas 19. Junii 1549. & 29. Junii 1550 respectu eorundem statuum, ex quo Pontifex graviter conquestus fuerat dictas Declarationes recepisse nonnullas secretas restrictiones a Parlamentis quibus fuerant directę, nec integrā habuerant executionem, novis proinde,& magis amplis declarationibus dicto anno 1553. demandando, quod omnia tunc temporis declarata præcipuè quoad reservationes Apostolicas, Regulas Cancellariæ, Beneficiorum Provisiones, Regressus, Coadiutorias, Mandata de providendo, expectativas, & alias similes gratias in omnibus, & nulla facta restrictione servarentur, revocando omnia, quæ à tempore primarum declarationum, usque ad illam diem, contra illarum tenorem fuerant gesta, & præcipuè revocando uti abusivas,& attentatas omnes, & quascumq; Provisiones interim factas, ut legere est in toto contextu earundem declarationum relatarum per Pinsonium relicta particula versionis Italicę exhibita. Verùm cū eadem die 29. Julii 1550. qua fuit facta altera ex dictis declarationibus quoad Ducatum Brittanię, & Provinciam Provincię, quę habetur Latinè impressa apud Raynald. *Annal. Ecclesiast. Tom.* 21. *ad dict. Ann.* 1550. *num.* 17. & Doviat. *Tom.* 2. *Specimin. Jur. Ecclesiast. in Gall. recept. fol.* 61. fuerit facta alia declaratio quoad Sabaudiam, & Pedemontium, quę exemplata ex originali, quod servatur in Archivio Sabaudiæ, datur *in Sum. n.* 43. in qua Rex inter cœtera declarando suam voluntatem præcipuè dixit: *Nostram præcipuam voluntatem, & intentionem fuisse, & esse, quod idem SS. D. N. & Sancta Sedes gaudeant, & utantur in eisdem nostris Dominiis Sabaudiæ, & Pedemontium Principatu, illismet juribus, auctoritatibus, & præeminentiis, quibus Prædecessores, seu Romani Pontifices retroactis ante attentata hujusmodi gavisi sunt, atque uti, & uti gaudere poterant, quarum auctoritatum, & præeminentiarum nonnullas ad verbum hic inseren-*

ren-

rendas, ad majorem elucidationem duximus. In primis, quod in Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontium abstinere debeamus, prout abstinebimus à Nominatione ad Ecclesias Cathedrales, & Monasteria quæcumque, ac alia Ecclesiastica Beneficia ibidem consistentia, sed liberè ad Sedis Apostolicæ dispositionem remanere debeant, itaut Sua Sanctitas, & dicta Sedes de illis providere possit &c. Vtique inverisimile videtur quod Julius III. qui tam sollicitus fuerat, quod servarentur omnia promissa, & declarata quoad Ducatum Brittaniç, & Provinciam Provinciç, & quod revocarentur tamquam attentata, & abusiva omnia ibi interim gesta, & qui enixè curaverat fieri mox dictam declarationem favore Ducatus Sabaudię, & Principatus Pedemontis, voluerit paulo post eidem Regi facere concessionem, preter ea, quæ fuerunt concessa in promissione facta per Nicolaum V. Ludovico Duci Sabaudiæ; Atque propterea ad hanc inverisimilitudinem evitandam, non simplices enunciativæ factæ in Præfatis declarationibus sint respiciendę, sed verus tenor ipsius novę concessionis sit inspiciendus, ut omne æquivocum sublatum remaneat, & quęvis probatio inde desumi possit. Secundò ponderandum Henricum Secundum in eisdem declarationibus, non dixisse sibi fuisse concessum novum Indultum, prout supponitur *in Dissertat. Historico: Legal. num.* 149. Sed solùm sibi concessam fuisse confirmationem Indultorum, quæ antea habebant Duces Sabaudiæ, & Principes Pedemontii, quę quidem confirmatio non potest referri nisi ad dictam Promissionem factam per Nicolaum V. ac ad Indultum concessum per Sixtum IV. & ad Confirmationes factas per Leonem X. & Clementem VII. cum alia Indulta, seu Privilegia tunc non extarent, super jure, quod Ducibus pręfatis competere posset in Provisionibus Episcopatuum, & Dignitatum Abbatialium dictorum Statuum: Unde verba dictarum declarationum non videntur diversimodè esse accipienda, quàm singula singulis congruè referendo, nempe quoad Provisionem Episcopatuum, & Abbatiarum Sabaudiæ illi fuisse confirmatam Promissionem Nicolai V. & quoad provisiones beneficiorum Principatus Pedemontii fuisse confirmatum Indultum Sixti IV. quod nempe exteris non essent faciendæ nisi ageretur de personis Ducibus gratis. Tertiò notandum, quod anno proximè sequenti, quo dicitur fuisse concessum, seu, ut veriùs est, confirmatum Indultum Henrico II. nempè anno 1554. fuit concessum simile Indultum, sive confirmatio per eundem Pontificem Julium III. Duci Emanueli Philiberto, quod *in dict. Dissert. num.* 153. dicitur eidem concessum ne ex Indulto anno antecedenti Regi Henrico concesso ullum præjudicium oriri posset contra eundem Ducem, quod sanè non esset verum, si in Indulto eidem Regi concesso, seu confirmato fuisset dictum illi competere jus præstandi consensum etiam quod Episcopatus, & Dignitates Abbatiales Principatus Pedemontani, cum in Indulto confirmationis, imo etiam novæ concessionis pro majori cautela factæ ipsi Duci, nihil tale legatur scriptum, & sic vel dicendum dictam concessionem, seu confirmationem ad favorem Regis factam fuisse huic similem, nec proinde ex illa majus jus potuisse acquirere Duces, præter illud, quod in confirmatione ad eorum favorem factâ legitur, vel si quid novi fuit in illo concessum, ex quo novum jus deducere velint, illius tenor sit inspiciendus, nec amplior concessio, si quæ facta fuisset Regi Henrico, suffragaretur Duci; tum quia privilegium uni personæ concessum ad aliam personam non extenditur in materia odiosa, tum quia Dux postmodum contentus fuit simplici confirmatione propriorum Indultorum, quæ sola proinde veniunt examinanda. Quartò demum animadvertendum, quod ipsemet Rex Henricus in præfatis declarationibus, dum agit de Privilegio sibi concesso, seu confirmato refert se ad litteram ipsorum privilegiorum favore Ducum concessorum in illis verbis: *con altre grazie contenute ne i sudetti Indulti &c.* Ut sic nonnisi ad formam illorum posset dici concessum. Quare cum ex his omnibus resultare non videatur existentia asserti Privilegii concessi Henrico II. nominatim pro Principatu Pedemontano, imo potiùs excludatur illud extitisse, ex dictis enunciativis in præfatis declarationibus factis, nedum non poterit dici remanere probatam illius existentiam, sed neque ejusdem famam, quæ ne quidem esset satis ad effectum, de quo agitur, tanquam de re Spirituali, aut saltem Spiritualibus annexa, quæ etiam de per se non sufficeret, ut relevare posset, quia

71. in his, quorum Laici sunt incapaces, & nonnisi ex privilegio capaces reddi possunt, sola fama Privilegii non sufficit, nisi etiam concurreret Immemorialis Præscriptio, & è contra juxtà theoricam Felin. *in c.Causam n.3.de Pręscrip.* cum aliis latè congestis per *Garz. de Benefic. par.* 1. *cap.* 2. *num* 38. 39. & 44. *Pecch. de Aquæduct. lib.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 3. *num.* 50. & *seqq. Rot. inter diverś. decis.* 215. *num.* 7. *par.* 2. *in recent. decis.* 103. *num.* 10. *part.* 7. & *coram Cerr. decis.* 248. *num.* 8. & *seqq.* Et quidem quando quæstio est super eo, quod fuit concessum in privilegio sicuti in præsenti, cum tunc non sufficiat allegari aliquid concessum fuisse, sed etiam qua de causa, & quomodo

72. concessum sit, debeat probari, ne aliàs resultent duo specialia circa unam, & eandem rem, nempe præsumptio tituli, seù Privilegii, & præsumptio facti, nempe causę, & tenoris Privilegii ex illa pręsumpta tituli, seu Privilegii allegatione, quod fieri non potest, ut tradit *Cravett. de antiquit. tempor. par.* 4. §. *Absolutis differentiis num.* 55.

Ex quibus &c.

INDEX
ARGUMENTORUM

Quæ in singulis Decisionibus huic Operi additis continentur, pro majori commodo datur.

DECISIO I.
Ex situatione loci in propria Diœcesi resultat bonum Jus Episcopi, cujus actus Jurisdictionales in concursu sunt præferendi. Sumptum de sumpto quando probat nec ne, latè ostenditur.

DECISIO II.
Examinatur concordia inita inter Episcopum, & Capitulum respectu actuum Jurisdictionalium, & plura alia concernentia exemptionem adducuntur.

DECISIO III.
Manutentio dicitur debita Episcopo, qui docet de actibus Jurisdictionalibus; & Causa potius attendenda est, quàm exercitium, & Territorium Separatum probari dicitur tantùm per Privilegium clarum.

DECISIO IV.
Agitur de Jure Metropolitico, & negligentia Antecessoris non præjudicat Ecclesiæ Metropolitanæ; Translatio Jurium de una in aliam Ecclesiam debet concludenter probari; & Ecclesiæ duæ Metropolitanæ possunt esse in separatis locis.

DECISIO V.
Abbas Monasterii debet probare Territorium Separatum, aliàs simplex exemptio non extenditur ad Clerum, & Populum degentem extra septa Monasterii.

DECISIO VI.
Agitur de Ecclesia Parochiali, & an, & quando cura habitualis resideat penes Capitulum, & Archipresbyterum, pluraque alia adducuntur pro exclusione qualitatis Parochialis, in qua requiritur concursus.

DECISIO VII.
Tractatur materia Jurisdictionis inter Episcopum, & Rectores Collegii, & quomodo istorum Jurisdictio sit exercenda supra Collegiales, præservato Jure Episcopi quoad plura delicta extra Collegium Commissa.

DECISIO VIII.
Tractatur materia funeralium, & quando, & quomodo illa debeantur Parochis, & quid inter Ecclesiam Parochialem, & Ecclesiam sepellientem ubi funerale factum non fuit: aliaque plura eruditè enucleantur.

DECISIO IX.
Capitula in Hispaniarum Regnis in pluribus Ecclesiis procedunt cum adjunctis; an, & quando dicantur exempta pro exercitio Jurisdictionis, & quando valeant condere Statuta, & quomodo illorum Archivia probent.

DECISIO X.
Tractatur de dismembratione facta à Pontifice de pluribus Castris à celebri Abbatia Farfensi, applicatis Ecclesiæ, seu Diœcesi Firmanæ, & plura discutiuntur super exercitio Jurisdictionis inter Archiepiscopum, & Abbatem.

DECISIO XI.
Episcopus, an & quando possit cogere Capitulum ad deferendos libros administrationis plurium Cappellarum ad Palatium Episcopale, nec dictus Episcopus teneatur accedere occasione revidendæ administrationis ad Aulam Capitularem in Visitatione.

DECISIO XII.
Agitur de Territorio Separato competente Abbati Cavensi, non obstante, quod Episcopus prætenderet exercere Jurisdictionem, & resolvitur favore Abbatis ex pluribus documentis, quæ latè expenduntur.

DECISIO XIII.
In hac Causa, quæ celebris fuit in Rota, reassumitur materia Jurisdictionalis super pluribus Ecclesiis reservatis in alia præcedenti Decisione, & plura resolvuntur favore Archiepiscopi Firmani.

DECISIO XIV.
Examinantur qualitates Plurium Ecclesiarum, quæ antiquitus erant Regulares postea Sæcularizatæ, & quomodo debeat exercere Jurisdictionem super illis Archiepiscopus Firmanus.

DECISIO XV.
Latè, & eruditè examinatur materia super modo visitandi Monasteria Regularium, quibus incumbit Cura Animarum, an scilicet Episcopus pro-

IN-

INDEX

Materiarum, & Conclusionum, quæ in Appendice hujus Operis sub sequentibus verbis alphabetico ordine dispositis continentur.

Fff Ra-

Index.

Ex

Adminicula.

Administrator.

Alienatio.

Alternativa.

Antecedens.

Antiquitas.

Apostoli.

Appellans, & Appellatio.

Approbatio.

Archiepiscopus.

Index.

Archivium.

Argumentum.

Assertio.

Assistentia.

Attentata.

Attestatio.

B

Beneficium.

Beneficiati.

Beneplacitum.

Si-

Index.

Ca-

Index.

Clericus.

Cognitio.

Collatio.

Computatio.

Concessio.

Concilia Æcumenica.

Conciliatio.

Concordia.

Concubinatus.

Concursus.

Confessio.

Confines.

Confirmatio.

Consensus,

Con-

Consuetudo.

Constitutiones.

Consulentes.

Continuatio.

Contractus.

Contradictio.

Copulatum.

Cura.

D

Dataria.

Decimæ.

Decisiones.

Dismembratio.

Dispositio.

Districtus.

Divisio.

Documenta.

Donans, & Donatio.

Ducatus, & Dux.

E

Ecclesia.

Epis.

Episcopus.

Epistola.

Æqualitas.

Equites Hjerosolymitani.

Erectio.

Error.

Examen.

Exceptio.

Executio, & Executor.

Exemplum.

Exemptio, & Exemptus.

Exercitium.

ta-

Jus, & Jura.

L

Lex.

Libertas.

Libri.

Licentia.

Limites.

Lis.

Litteræ Apostolicæ.

Litteræ executoriales.

Locus.

M

Mandatum Procuræ.

Ma-

Sa-

Parificatio.

Parochia.

Peritus.

Persona.

Pertinentia.

Pri-

Pri-

Probatio.

Processio.

Procurator.

Promissio.

Protestatio.

Re-

Index.

S

Sacerdos.

Scientia.

Scriptores.

Scriptura.

Saecularizatio.

Sedes.

Sententia.

Sepultura.

Si-

Index.

Taci-

T

Translatio.

V

Validitas.

Valor.

Verba in genere.

Verba in specie.

Vicarius Generalis, & Capitularis.

Vinculum.

Visitatio.

Visitator.

Vitium.

Voluntas.

Unio.

Usus.

F I N I S.

R O M Æ MDCCXII.
Typis, & Sumptibus Josephi Nicolai de Martiis.
Propè Templum Sanctæ Mariæ Pacis.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.